







✠
DE LA LIBRERIA
DEL PRESBITERO
*D. Antonio Valder-
rama Valcarcel.*





Summa Conciliorum et Pontificum



SUMMA
OMNIUM
CONCILIORUM
ET PONTIFICUM,

TOLLECTA PER F. BARTH. CARRANZAM
Mirandem. Ordinis Prædicatorum.

Expos. P. H. Jacobi García
a Dobribur. S. P. anno 1888.

3-131



8 h - 880 p -

9 h - 24 p



M-36047

R-42508

S U M M A

ATV

20666

OMNIUM CONCILIORUM. ET PONTIFICUM,

COLLECTA PER F. BARTH. CARRANZAM
Mirandem. Ordinis Prædicatorum.

ACCESSERUNT ETIAM STATUTA QUÆDAM
Synodalia Parisiensis & Senonensis Ecclesiæ, nuper
ex manuscriptis exemplaribus in lucem prolata.

*In hac postrema editione adjecta sunt annotationes quamplurimæ
pro majori locorum difficiliorum intelligentia.*

CUM APPENDICE CONCILIORUM QUÆ IN GALLIA
celebrata fuerunt, & nuper in lucem prodierunt, A. R. P.
Jacobo Symundo Societ. J E S U Presb. anno 1629.



LUGDUNI,

Ex Typographia SIMONIS POTIN, viâ magnâ
Xenodochij è regione viæ Paradisi.

M. DC. XCI.
CUM PERMISSO SUPERIORUM.

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM

COLLEGIUM



LECTORI
STUDIOSISSIMO
TYPOGRAPHUS.



A M recens apud me prelo committebatur Liber inscriptus, Summa Conciliorum & Pontificam, &c. cum apud Typographum Parisiensem, eundem Librum typis committendum esse certo admonitus sum, adjecta Appendice novâ Conciliorum que in Gallia celebrata fuerunt, & in hac Summa desunt: Omnia summatim relata ex tribus tomis Conciliorum Gallia, à R. P. Iacobo Syrmundo Societatis IESV Presbyt. annos 1629, in lucem editis: Vn-

de mihi nata est occasio partitionis cum eo-
dem Typographo ineunda, à quo acceptum
istius appendicis exemplar manuscriptum,
cum Regis Privilegio, ad calcem hujus
Summæ addendum curavi, utpote non
inutile, sed per necessarium novæ editioni
nostræ, quam, eodem quo tibi oblata est
studio, velim accipias. Vale.





I N D E X P O N T I F I C V M
Romanorum, Alphabeticus.

D E O D A T U S.	fol 463.
Adrianus primus 528. secundus. 576. tertius. 592. quartus. 603. quintus. 618. sextus.	674
Agapetus primus. 297. secundus.	598
Agatho.	463
Alexander primus. 34. secundus. 601. tertius. 603. quartus 617. quintus. 624. sextus.	664
Anacletus.	30
Anastasius primus 207. secundus. 284. tertius. 598. quartus 603.	30
Anicetus.	37
Antheus.	42
B enedictus primus 347. secundus. 517. tertius 568. quartus. 598. quintus. ibid. sextus. ibid. septimus. bidem. octavus. ibid. nonus. 599. decimus. 600. undecimus. 610. duodeci- mus.	623
B onifacius primus. 237. secundus. 196. tertius. 371. quartus. ibid. quintus. 376. sextus. 597. septimus. 598. octavus. 610 nonus.	623
C Ajus.	32
Calixtus primus. 39. secundus. 602. tertius.	659
Christophorus.	598
Clemens primus. 29. secundus. 609. tertius. 603. quartus. 617. quintus. 620. sextus. 523. septimus.	674
Cletus.	29
Celestinus primus. 238. secundus. 602. tertius. 603. quartus. 617. quintus.	619
Conon.	517
Constantinus primus. 518. secundus.	517
Cornelius.	45
D amasus primus. 169. secundus.	600
Deus dedit.	150
Dionysius.	371
Donus primus. 465. secundus.	598

Index pontificum Romanorum.

E Leutherius,	38
Evaristus.	32
Eugenius primus. 453. secundus. 567. tertius. 602. quartus.	
649	
Eusebius,	84
Eutychianus,	51
F Abianus.	43
Felix primus. 90. secundus. 160. tertius. 279. quartus	
301	
Formosus.	597
G Ajus.	125
Gelasius primus. 289. secundus.	69
Gregorius primus. 370. secundus. 513. tertius. ibid. quartus	
567. quintus. 599. sextus. 600. septimus. 691. octavus.	
693. nonus. 617. decimus. 618. undecimus. 623. duodeci	
mus.	62.
H Iginus.	35
Hilarius.	277
Honorius primus. 377. secundus. 602. tertius. 616. quartus.	
619	
Hormisdas.	291
I nnocentius Primus. 217. secundus. 609. tertius. 603	
quartus. 617. quintus. 618. sextus. 623. septimus. 624.	
octavus.	663
Ioannes primus. 295. secundus. 296. tertius. 246. quartus.	
437. quintus. 517. sextus. ibid. septimus. ibid. octavus.	
568. nonus. 592. decimus. 597. undecimus. 598. duode-	
cimus. ibid. decimus tertius. ibid. decimus quartus. ibid.	
decimus quintus. ibid. decimus sextus. ibid. decimus sep-	
timus. ibid. decimus octavus. ibid. decimus nonus. ibid.	
vigesimus. ibid. vigesimus primus. ibid. vigesimus secun-	
us. 618. vigesimus tertius. 613. vigesimus quartus. 624.	
Julius primus. 159. secundus. 664. tertius. in fine li.	
L Andus.	598
Leo primus. 240. secundus. 465. tertius. 553. quartus.	
568. quintus. 598. sextus. ibid. septimus. ibid. octavus. ibid.	
nonus. 600. decimus.	664
Liberius,	158
Linus.	29
Lucius primus 48. secundus. 601. tertius.	603
M Arcellinus.	53
Marcellus primus. 6. secundus.	745
Marcus.	185

Martinus primus.	438.	secundus.	594.	tertius	598.	quartus.	
	619.	quintus.					
Melchiades.							85
N icolaus primus.	168.	secundus.	600.	tertius.	619.	quar-	
	tus.	619.	quintus.				618.
P aschalis primus.	567.	secundus.					601
Paulus primus.	525.	secundus.	661.	tertius.	674.	quartus.	
	747						
Pelagius primus.	337.	secundus.					348
Petrus & eius primatus.							28
Pius primus.	35.	secundus.	661.	tertius.	664.	quartus.	747
Pontianus.							44
R omanus.							597
S abianus.							371
Sergius primus.	517.	secundus.	568.	tertius.	598.	quartus.	
	599.						
Severinus.							437
Silverius.							298
Symmachi.							285
Simplicius Papa.							278
Siricius Papa.							375
Sisinius.							518
Sixtus primus.	34.	secundus.	49.	tertius.	248.	quartus.	661
Soter Papa.							37.
Stephanus primus.	49.	secundus.	529.	tertius	ibid.	quartus.	
	567.	quintus.	597.	sextus	ibid	septimus.	ibid
	nonus.						600
Sylvester primus.	91.	secundus.	599.	tertius.			600
Symmachus Papa.							285
T heodorus primus.	437.	secundus.					597
Telephorus.							35
V alentinus Papa.							567
Victor primus.	38.	secundus.	600.	tertius.			601
Vigilius Papa.							298
Vitalianus Papa.							456
Urbanus primus.	40.	secundus.	601.	tertius.	603.	quartus.	617.
	quintus.	623.	sextus.				ibid.
X illus, Vide supra Sixtus.							
Z acharias Pontifex.							519
Zephirinus.							39
Zozimus Papa.							237




INDEX CONCILIORVM
Alphabeticus.

A GRIPPINENSE seu Coloniaense.	139
Agathense.	250
Ancyranum.	54
Antiochenum.	59
Antiochenum quoddam Concil. incertum aetioni 13. Chalced. Concilij.	139
Antistodorense.	371
Apostolorum Concilium sub Petro.	28
Aquiliense.	259
Arauscanum.	240
Arelatense primum. 120. secundum. 130. tertium.	152
Arvernense.	236
Aurelianense primum. 292. secundum 313. tertium. quartum. 327. quintum.	317. 343
B Asilicite Concilium.	640
Belvacense.	675
Bracarense primum. 403. secundum 434. tertium.	463
C Abilonense.	453
Cæsaraugustanum.	294
Carpentoractense.	251
Carthaginense sub Cypriano.	47
Cartaginense primum. 135. secundum. 182 tertium. quartum. 193. quintum. 207. sextum, septimum.	184 237
Chalcedonense.	253
Coloniense.	139
Constantiense.	624
Constantinopolitanum primum. 172. aliud 300. aliud. aliud.	466 527
E Libertinum.	107
Epaumense.	284
Ephesinum.	241. 675
F Lorentinum.	659
G Angrense.	24
Gerundense.	277

Index Conciliorum.

H ierosolymitanum primum, 18. secundum,	27
Hispalense primum, 349. secundum,	377
L ierdense,	287
Audicense,	160
L ateranense,	604. 664
Oguntiacum,	553
M atiscense primum, 361. secundum,	363
Milevitanum,	229
N eo-cæsariense,	64
Nicaenum primum, 93. secundum,	528
P arisense,	341
R hegiense,	250
Rhemense,	565
Romanum,	103. 139
S ardicense,	148
Seleuciense Arrianum,	675
Sirmiense,	555
T arraconense,	279
Tauritanense,	207
Telesense,	276
Toleranum primum, 210. secundum, 297. tertium, 251. quar- tum, 384. quintum, 599. sextum, 400. septimum, 473. Octa- vum, 445. nonum, 445. decimum, 449. undecimum, 456 duodecimum, 513. decimum tertium,	518
Triburiense,	593
Tridentinum,	676
Turonense primum, 277. secundum,	355
V alentinum Galliarum,	174
Valentinum Hispaniarum,	290
Vasense,	249
Venetium,	276
Viennense,	620
Vormaciense,	563



CONCILIORVM ORDO.

I EROSOLYMITANVM primum.	28
Carthagen. de rebapt.	47
Ancyranum.	54
Neocæsarien.	64
Nicænum primum.	93
Romanum.	103
Elibertinum.	107
Arelatense primum.	110
Gangrense.	114
Arelatense secundum.	130
Carthaginense primum.	135
Romanum aliud.	139
Coloniæ.	139
Antiochenum.	139
Sardicense.	146
Hierosolymitanum secundum.	155
Syrmien.	155
Laodicense.	160
Constantinop. primum.	173
Valentinum Gallia.	174
Telense.	176
Carthagen. secundum.	182
Carthaginense tertium.	184
Carthagen. quartum.	193
Tauritanense.	207
Carthaginense quintum.	207
Toletanum primum.	210
Milevitanum.	229
Carthagen. sextum.	237
Carthagen. septimum.	237
Ephesinum.	243
Rhegiense.	250
Agathense.	250
Aquilense.	259
Arausicanum.	240
Vasense.	249
Carpentoraactense.	254

Conciliorum ordo.

Arelatense tertium,	272
Chalcedonen.	273
Veneticum,	276
Turonense.	277
Tarraconense.	279
Epaumenfe.	284
Illerdense.	287
Valent. Hispaniæ.	290
Aurelianen. primum.	262
Gerunden.	294
Cæsaraugustanum.	294
Toletanum secundum.	297
Constant. cum aliis illud concernentibus.	300
Aurelianen. secundum.	313
Aurelianen. tertium.	317
Avernense.	326
Aurelianen. quartum.	327
Turonen. secundum.	333
Parisiense.	341
Aurelian. quintum.	343
Hispalen. primum.	349
Toletanum tertium.	332
Matisconen. primum.	361
Matisconen. secundum.	363
Altisiodorensis.	371
Hispalense.	377
Toletanum quartum	384
Toletanum quintum.	399
Toletanum sextum.	400
Bracaren. primum.	403
Bracaren. secundum.	434
Toletanum septimum.	437
Lateranum.	439
Toletanum octavum.	443
Toletanum nonum.	445
Toletanum decimum.	449
Cabilonen.	453
Toletanum undecimum.	456
Bracaren. tertium.	463
Constantinop. aliud.	466
Toletanum duodecimum.	513
Toletanum tredecimum.	518

Conciliorum ordo.

Sub Carlomag.	515
Nicænum secundum.	528
Moguntiacum.	553
Vormacien.	563
Rhemenſe.	566
Constantinop. aliud.	576
Triburienſe.	593
Lateran. maximum	604
Viennenſe.	610
Conſtantien.	624
Baſilien.	640
Florentinum.	649
Lateranen. ſecundum.	664
Tridentinum Concilium.	676






A P P R O B A T I O.

NOS subscripti in sacra Theologia Facul-
tate Parisiensi Doctores, testamur vidisse
& perlegisse, Summam omnium Conci-
liorum & Pontificum hujus postremæ editionis,
cum suis annotationibus; nec in illis aliquid fidei
Catholica contrarium reperiisse. Parisiis die 26. Ja-
nuarij, Anni 1624.

F. BALTASAR LANGLOIS
Theologiæ Professor.

F. LAURENTIUS BAUDRY
Theologiæ Professor.



A P P R O B A T I O N.

A'Y veu le Livre intitulé *Summa om-
nium Conciliorum*, à R. P. Bartholomæo
Carranza Ordinis S. Dominici pridem col-
lecta, cum additionibus Francisci Sylvijs sanctæ Theo-
logia Doctoris, necnon Appendice Conciliorum quæ
in Gallia celebrata fuerunt, & à R. P. Iacobo Sym-
mundo Societatis IESV Presbytero in lucem edita
fuit. Fait ce 19. de Janvier 1654.

Signé, MOREL.



I N

S V M M A M
C O N C I L I O R U M,

P R Æ L U D I U M I.

*De institutione Conciliorum, & de eorum
traditione.*

C O N C I L I U M Latine, sanhedrim Hebraice, synagoga Græcè, idem ferè sonant, & quia in eis de vera fassaque religione, de ritibus, & caeremoniis Ecclesiasticis, iudicium constituitur, nomine aliquando synodi nuncupatur: id enim volt synodus, ut falsam doctrinam destruat, veram astruat, abusus tollat, sacra extollat, quæ in ea dicuntur, ut certa cernantur: synodi siquidem Spiritus sanctus est institutor & eorum quæ in synodo statuuntur author: Actuum etenim 15 dicitur de Concilio Ierosolymitano ab Apostolis celebrato, *Visum est Spiritui sancto & nobis* (sed eorum Ecclesiæ prælatis successoribus promittit Deus Christus vera veritas, veritatis doctorem paraclitum; promittit, & misit, & missus venit, & omnem veritatem docuit, & Math. 23. dixit ipse Christus, *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

Insuper scias congressum Conciliorum fieri ad imitationem

nam Christi Domini, qui ut Apostolis de se ipso nato & incarnato fidem firmaret & confirmaret, ipse in unum congregavit Concilium & seiscitatus est: *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Ipsum imitari Apostoli, 2. synodum Act. 6. congregarunt, in qua diaconorum electio decreta fuit, *ibid.* 16. 3. *ibid.* 20. Paulus 4. quæ tantum provincialis fuit celebravit: *ibid.* 5. & ultimam 21. celebravit Apostoli, cui & Paulus interfuit, ac compulsius fuit, ab scandalum tollendum, seipsum Judæorum more purificare.

Mat. 16.

Exinde celebræ sunt ab Apostolorum successoribus ordine sequentes quas ad lectionem hujus continuam voluntatis addidit.

PRÆLUDIUM II.

De utilitate ac necessitate Conciliorum.

Conciliorum aliud Generale, aliud nationale, aliud provinciale, aliud diœcesanum. Hæc congregata sæpissimè utile est propter eas quæ exinde veniunt, utilitates. Prima, quod diligentius morum reformationi insistitur, cum abusus & vitia quæ sæpè in Ecclesiam irrepunt, Conciliorum sanctionibus tollantur; Secunda, quod celeberrime causas Episcoporum judicantur; Tertia, quod maturius Ecclesiastica dogmata discutiantur; Quarta, quæ potior est, quod dubia in fide emergentia in his facilius enodantur, & ipsa fidei doctrina perfectius explicatur: & sicut sæpè emergunt variæ necessitates in cœtu fidelium, & sicut sæpè crescant vitia & zizania in medio tritici, sæpè etiam congregari debent concilia, in quibus mirò modo omnibus rebus occurrat.

Nec modo utilissimum, sed aliquo modo necessarium est, quia primo congregantur propter schisma in pontifices Romanos, 2. ut contra Turcæ & alios Ecclesiæ persecutores communis fiat resistentia, 3. propter suspicionem hæresis in Rom. Pontifice, vel Tyrannidis incognibilis.

Non tamen simpliciter est necessarium, quia primis trecentis annis caruit Ecclesia Conciliis Generalibus, nec perit: unde sicut in illis trecentis annis sine Conciliis Generalibus, incolumis Ecclesia permansit, sic etiam potuisset aliis trecentis & rursus aliis sexcentis permanere. Dixi, Ge₂

netalibus, quia simpliciter loquendo & abstrahendo à Generali, vel Nationali, vel Provinciali, Concilium simpliciter est necessarium, Christus enim dixit Math. 18. *Necesse est, ut veniant scandala.* & 1. Cor. 11. *Oportet ex haereses esse:* ex quibus sequitur necessarium in Ecclesia medium ordinati, quo scandala & haereses tollantur, aliàs brevi Ecclesia in partes varias scinderetur.

PRÆLUDIUM III.

Ad quem pertineat Concilium convocare.

AD solum summum Pontificum Generale Concilium convocare pertinet; tum quia Conciliorum auctoritas à Rom. Pontificis auctoritate, velut à capite pendet; tum quia Pontifex Max. Conciliorum decreta circa fidei dogmata corrigere & damnare potest: tum quia praxis docet quam multa Concilia, quæ Generalia putabantur, hac ratione à summis Pontificibus damnata esse & reprobata, quod sine ipsorum auctoritate congregata fuerint.

Nationale vel primas: vel Patriarcha regni convocare debet: Provinciale, Archiepiscopus vel Metropolitanus: Diocesanus, Episcopus. Qui congregat Concilia in ipsis praestit.

PRÆLUDIUM IV.

Quae sint ad Concilium persona convocanda.

Soli prelati majores, iique omnes, id est Episcopi in Conciliis Generalibus & Provincialibus habent jus suffragii decisivi ordinatiè, ex privilegio autem & consuetudine etiam Cardinales, Abbates, & Generales Ordinum, licet Episcopi non sint. Ex Presbyteris autem & aliis Clericis minoribus tantum vocantur aliqui viri docti qui juvent in disputando vel aliis ministeriis, Principes autem vocantur, tum ut Concilium defendant, tum ut testes & concilii decretorum Concilii, postea transgressores & contumaces penis corporalibus puniant. Denique ex privatis laicis tantum vocantur aliqui, qui videntur utiles vel necessarii ad aliquod ministerium Concilii.

Merito autem Episcopi ad Concilium vocantur, quia cum

in Conciliis de rebus fidei tractandum sit, ipsi tanquam fidei lacerant, non solum plebi sibi creditur, verum & toti Ecclesie lumen ferunt: hinc eis dixit Christus, *Vos estis lux mundi.* Math. 5.

Ex consuetudine Ecclesie colligimus quatuor conditiones sufficere & requiri ad Generale Concilium; prima, ut evocatio sit Generalis, ita ut innotescat omnibus majoribus Christianis Provinciis: secunda, ut ex Episcopis nullus excludatur undecunque veniat, modo constet eum esse Episcopum, & non excommunicatum; tertia, ut adsint per se vel per alios quatuor precipui Patriarche, præter summum Pontificem, videlicet Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Ierosolymitanus: id patet ex usu & ex 7. Synodo, Act. 6. & in 1. Synodo, Act. Adverte tamen istam conditionem tantum ad bene & non simpliciter necessariam: Synodus siquidem tertia sine Antiocheno Patriarcha Nestorium Constantinopolitanum damnavit, & Synodus Chalcedonensis, sine Patriarcha Alexandrino omnia fere conclusit, & nunc isti non sunt necessarii Patriarche, quia Hæretici, saltem Schismatici. Quarta, ut saltem ex majori parte Christianarum Provinciarum aliqui adveniant.

PRÆLUDIUM V.

Quod Papa sit supra Concilium.

EX eo patet quod sum. Pontifex Christi Salvatoris sit Vicarius: & quia si adhuc Christus in terris viveret, à Concilio Christi auctoritas non penderet, sed supra omne Concilium esset, Papæ auctoritas Christi Vicaria à solo Christo penderet, à Concilio non dependet. Adde Papam caput Ecclesie. Concilium cætera membra, nullum est supra caput membrum, nec supra Papam Concilium: & si non sit est, ex illo Luc. 12. quod Christus Petro dixit, collige, *Ego autem rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* Ex quo loco universi Patres optime deducunt, privilegium infallibilis veritatis, in definiendis fidei rebus non Concilio sed Pontifici à Christo collatum esse, & cum personale sit, ad solos Pontifices transire, ac proinde legitima concilia à Pontifice, qui integre ac infallibilis veritatis custos est, confirmari oportere.

Praludiã.

Iterum Ioan. 16. Petrus Generalis totius à Christo Ecclesie pastor constituitur, *Pascite oves meas.* Ex quo illud sequitur Pontificem, qui Petro succedit, eandem in totam Ecclesiam à Christo potestatem habere. At Concilium est tota Ecclesia repræsentativè: Pontifex igitur ex Christi institutione in Concilium potestatem habet & non è contra; Deinde cum Dominus, Math. 16. Petro dixit. *Tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam:* tunc ex communi omnium Patrum consensu, totius Ecclesie principatus Petro ac Pontificibus successoribus promissus fuit. At princeps toto suo regno non tam scorsum divisus, quàm conjunctim collecto, major est; Major ergo debet agnosci Pontifex toto Concilio in quo Ecclesie regnum concluditur. Vide insuper Doctorem Angelicum 2. 2. q. 12. 10. & q. 11. a. 2. 2. 3. & in 4. quodlib. 2. 13. & opule 1 contra errores Gæcorum c. 66. 67. 69.

Nec Conciliorum sanctiones valent nisi à summo Pontifice confirmatz; ab ejus siquidem autoritate robur habent.

Quod accedente Papa confirmatione, Concilia sint infallibilis veritatis, & eorum de fide decreta.

Quia Conciliorum determinationibus à Pont. Summo approbatis non obediunt, in fide peccant, & hæretici esse. Est etiam summæ veritatis doctor Spiritus sanctus harum auctor sanctionum, ut supra dictum est. Dixit enim Christus *Eccce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi;* quasi eo anante vellet, Ecclesie doctrinam, ita esse cum divina veritate conjunctam, ut docenti Ecclesie Christi Spiritus perpetuo adsit, cujus presentia roborata in errorem labi nequit. Neque enim porro *inferi prævalerunt adversus eam.* Cum enim Ecclesia tempiterno fidei vinculo sit Deo colligata, neque eam unquam ulla dæmonum vis à fidei veritate declinare possit perspicuum fieri non posse, nisi ipse Ecclesie consensus, qui ex mutuo Pastorum ac Episcoporum ad quos spectat fidei doctrinam tradere cum Pontifice conspiratione conficitur, in ipsa fidei doctrina stabilis ac prorsus infallibilis existat. Hæc ut infallibilitatem doceret Chri-

stus dicit Ioan. 14. *Ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis ut maneat vobiscum, Spiritus veritatis. Et paulò post idem confirmans, ait, Paracletus autem Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & cap. 16. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem*

Ex his advertite sequi Ecclesiam veritatis columnam & firmamentum in Conciliis, quæ sunt ipsius consensus, errare non posse, Papam cum totam Ecclesiam in his quæ ad fidem pertinent docet nullo casu deficere hoc verum verus asseruit Christus Luc. 21. *Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* Per quæ verba impetrat Christus Petro duo privilegia, unum non posse unquam veram amittere fidem, ita Augl. de Corrupt. & Gratia cap. 8. *Quando rogavit, inquit, ut non deficeret fides eius, rogavit, ut haberet in fide libertatissimam, fortissimam, invictissimam, perseverantissimam voluntatem.* Alterum est ut ipse tanquam Pontifex, & postea eius nunquam invenirentur docere contra veram fidem: hoc D. Leo ser. 3. de assumptione sua *Specialis cura Petri à Domino suscipitur, & pro fide Petri propriè supplicatur, tanquam aliorum status, certior, sic futurus, si mens Principis victa non fuerit ecce primum privilegium: in Petro ergo annuum fortitudo munitur, & divina gratia ita ordinatur auxilium, ut firmitas qua per Christum Petro tribuitur per Petrum Apostolis ceteris conferatur: ecce secundum privilegium.* His addere lubeat, Petrum & successores Petri petram esse super quam fundatur Ecclesia, advertens quam portæ inferi non prævalebunt, quomodo ergo adversus hanc petram prævaleret amplius Pastor ipse & totius Ecclesie doctor, quem tota (quæ nequit errare) debet audire Ecclesia? quare audiret, si falsum diceret, si à fide deficeret; hanc ergo fidem docentem si audiat, quanto magis & nos illum cum ipsa in conciliis ne in hæresim incidamus) audire debemus?

Quod Romana Ecclesia sit vera Ecclesia.

Ex hoc præludio, quasi cæterorum pendet veritas præludiorum: si enim Romana Ecclesia, vera est Christi Domini Ecclesia: quæ in ea decernantur, ut à Christo Ecclesie sponso tradita credantur oportet: & ut extra Ecclesiam Rom. non esse in vera Ecclesia, sed in synagoga satanæ, & extra statum

salutis, agnoscant, primò legant verba Divi Hieronymi ad Damasum Epist. 57. & Epist. 58. quæ ut brevitati studeam non refero.

Secundo sciant se falso oblatrate Ecclesiam invisibilem, quæ (*Ve mons magnus implens universam terram facta est*) summe est visibilis; Mons (ait D. Aug.) est Ecclesia quid amplius dicitur sum, quam cæcis qui tam magnam montem non vident, O stulti & cæci heretici aperiat Dominus oculos vestros, ut Ecclesiam videatis, quæ non potest abscondi, quia est civitas supra montem posita. D. Aug. hunc et titulum tribuit hæc unitate Eccl. c. 24. Ecclesia vera neminem potest latere, unde est illud, non potest civitas abscondi. Quæcum ita sint: Cur eduxistis Ecclesiam Domini in solitudinem? Num. 10. Si ista non sufficiant, attendant ad præceptum correctionis fraternæ, *Dic Ecclesia* Mat. c. 18. Quomodo Ecclesie dices, si eam non videris, & ubi terrarum sit, nescias? Et D. Aug. tract. 1. in Epist. Joannis legant: Nunquid, ait, digito ostendimus Ecclesiam, fratres mei? nume aperta est? nonne manifesta? Ecce mons implens universam faciem terra? Ecce civitas de qua dictum est? non potest civitas abscondi supra montem posita.

Tertio, sciant Ecclesiam veram suas & proprias habere notas quibus dignoscatur, nam quia est visibilis, ne quolibet sibi nomen veræ Ecclesie Christi sponsæ arroget, necesse est veram Ecclesiam, per proprias & veras notas dignoscere: sic fiet, ut quæ tales notas non habet, non Christi Ecclesia, sed Satanz Synagoga appellenda sit. Has notas facile satis percipies si Nicenæ synodi Generalis symbolum accurata mente percipias, in eo siquidem dicitur: *Et unam sanctam, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam.*

Primo, igitur vera Ecclesia, Una est non tantum unitate illa quæ numeralis est: sed etiam unitate quæ sic appellatur, quoniam sui semper simillima est, & maxime æqualis, & quam hæc opte commendat Apostolus ad Eph. sic scribens, *Solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis.* Irenæus, l. 1. adversus hæreses, c. 3. egregie proflus de Ecclesie unitate disserit. Cyprianus etiam tract. de simplici prælat. sive de unitate Ecclesie hæc habet. *Unam esse Ecclesiam viam in Cantico Canticarum, Spiritus sanctus ex persona Domini designat, & dicit, una est columba mea perfecta mea, una est matris sua electa.* Hanc Ecclesia unitatem quæ non tenet, contra se fidem erodit? Qui Ecclesia ponitur, qui

Cathedram petri, super quam fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia se esse confidit! quando & beatus Apostolus Paulus hoc idem doceat, & sacramentum unitas esse dat dicens: unum corpus, & unus Spiritus, una spes vocationis nostra, unus Dominus, una fides unum baptisma, unus Deus. Quam unitatem firmiter tenere, & vindicare debemus maxime Episcopi qui in Ecclesia presidemus hæc ille

*Secundo, vera Ecclesia Sancta est, & hoc adeo illi proprium est, ut sublato illo tollatur & Ecclesie congregatio: quoniam extra veram Ecclesiam non est sanctitas, & sine sanctitate non est vera Ecclesia, ubi enim est sanctitas: ibi est Ecclesia, & quicumque est in Ecclesia sanctus est: & sancta dicitur quia Domino consecrata, quia Sancti Sanctorum sponsa, quia in ea doctrina & sacramentorum sanctitas reperitur, & quia firma & stabilis: Sanctitas etenim firmitatem, stabilitatem, soliditatem significat & derivatur namque à verbo *sanctio, sanctis*, quod significat, *firmitas stabilis consolidatio.**

*Tertio, est catholica, quia omne genus hominum comprehendit, omnes complectitur, quotquot ante vel post Christum veram mediatori fidem habuerunt: aut quod quicumque ante hæc salvi facti sunt, vel salvi fient, omnes in illa sola salvi esse poterunt vel potuerunt: ipsa docet omnes res visibiles & invisibiles, illi parent omnes, infirmi æque ac summi: in ea remissio omnium peccatorum reperitur: in ea virtutes omnes requiruntur, & diffunditur omnis gratia. Et quia denique, & melius universalis est, ubique diffusa, & non confusa: illud Aug. Epist. 170. ad Severinum consanguineum suum docet: *Ipsa est Ecclesia Catholica qua per totum orbem terrarum diffunditur: hanc ignorare nulli licet ideo secundum verbum Domini nostri Iesu Christi abscondi non potest.**

Quarto, est Apostolica, quia Apostolicam tradit doctrinam, & qui in ea sedent & president Apostolis succedunt scitur enim & verissime scitur, nunc vivere & felicem regnare, Urbanum VIII. & Gregorio XV. successisse, hunc Paulo V. hunc verò Leoni XI. hunc Clementi VIII. hunc Innocentio IX. &c. sicque deveniendo ad Linum, ad Petrum, & ex hiis ad Christum Apostolorum magistrum.



Can. 1. *De Episcoporum ordinatione.*



EPISCOPUS à duobus aut tribus Episcopis ordinetur.

Annotatio.

Sic etiam tradit Clemens 1. lib. 3. Constit. Apost. cap. 20. Dionysius Areopagita 1. Eccl. Hier. par. 2. cap. 5. Anicetus 1. Ep. 1. ad Episcopos Galliarum Scimus, ait, *beatissimum Iacobum qui dicebatur iustus, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolicis Ierosolymorum Episcopum ordinatum esse.* Et quamquam ordinatione tres ut minimum Episcopi, ad novi Episcopi ordinationem & consecrationem requirantur, tamen ob raritatem Episcoporum, aliamve justam causam, per summi Pontificis dispensationem fit, ut cum uno Episcopo ordinante ad sint duo aut plures Abbates infalati qui vicem Episcoporum gerant. Sic in Concilio Africano sub Bonifacio 1. can. 16.

Can. 2. *De ordinatione Presbyterorum, Diaconorum & ceterorum.*

Presbyter ab uno Episcopo ordinetur, & diaconus & reliqui clerici.

Can. 3. *Nil aliud in sacrificio prater quod Dominus instituit, offerendum.*

Si quis Episcopus, aut presbyter, prater ordinationem Domini alia quaedam in sacrificio offerat super altare, id est, aut mel, aut lac, aut pro vino siceram, & confecta quaedam aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina contra consuetudinem Domini faciens; congruo tempore deponatur.

Can. 4. *Qua species ad altare, non ad sacrificium sed benedictionem simplicem debeant exhiberi.*

Offerre non licet aliquid ad altare prater, novas spicas

& uvas, & oleum ad luminaria, & thymiana, id est incoctum, tempore quo sancta celebratur oblatio.

Can. 5. Qua in Ecclesiis offerri non possunt, ad domos sacerdotum à fidelibus deferantur.

Omniū aliorum primitiæ Episcopo & presbyteris domum mittantur, non super altare. Certum est autem quod Episcopus & presbyteri diuidunt & diaconis, & reliquis Clericis.

Can. 6. Episcopus aut presbyter uxorem suam non abiciat.

Episcopus aut presbyter uxorem propriam nequaquam sub oblatio religionis abiciat. Si uero rejecerit, excommunicetur; sed si perseverauerit, deiciatur.

Annotationis.

Hoc canone non præcipitur ut conjugatus clericus uxori suæ maritali commercio cohabitaret, liberisque procreandis & generandis incumbat, sed potius ut ij qui habent uxores, juxta præceptum Pauli 1. ad Timotheum 3. & exemplum S. Petri illarum curam habent, ipsisque de omnibus, quæ ad vitam honestè degendam requiruntur, provideant. Hujus expositionis ueritas elucescit, primam ex titulo quem huic Canoni Dionysius Abbas præfixit. Secundo ex Epist. 1. Clem. qua præcipitur, ut tales ministri altaris ordinentur qui ante sui ordinationem uxores suas reliquerunt: id est, ipsis consensibus à carnali copula abstinuerunt. Tertio, ex eo quod S. Gregorius l. 1. Epist. 42. constituit ut ne quidem subdiaconi ad sacros ordines recipiantur, nisi qui cum uxoribus, ante habitis continentibus deinceps uixerint:

Can. 7. Sacerdos & ministri altaris secularibus curis abstineant.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconi, nequaquam seculares curas adsumant: sin aliter, ejiciantur.

Can. 8. Quo tempore Pascha celebretur.

Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, sanctum Paschæ diem ante vernale æquinoxium cum Iudæis celebra-
verit, abjiciatur.

Annotatio.

Iudæi sicut & quattuordecimani hæretici, 14. Junæ primi mensis Pascha celebrant ante vernale æquinoctium: ne igitur Ecclesia novum Paschale festum, ad leges cæremoniales paulatim abrogandas, institutum simul cum Iudæis eodem tempore celebret, auctoritate D. Petri & aliorum Apostolorum decretum est ne unquam id ante vernale æquinoctium fiat. Et novissimè temporibus nostris Gregorij XIII Pontificis Maximi jussu emendatum fuit Kalendarium Romanum ob hoc præcipue, ne cum Iudæis Pascha in 14. Junæ Marti, celebrarentur. *Si quis enim cum Iudæis* [inquit S. Ignatius Epistola 8. ad Philip. *Pascha celebrat, aut Symbola eorum recipit, participans est eorum qui Dominum occiderunt & Apostolos ejus.*

Can. 9. Ministri altaris oblatione celebrata, communicari debent.

Si quis Episcopus aut presbyter, aut diaconus, vel quilibet ex sacerdotali catalogo, facta oblatione, non communicaverit: aut causam dicat, ut si rationabilis fuerit, veniam quam qui populo causa læsionis extiterit, datus suspensionem de eo qui sacrificavit, quod rectè non obtulerit.

Annotatio.

Probabile est propter hunc canonem in Concilio Alifiodorensi cæ. 19. statutum esse ut Clerici quum nimirum in missa communicaturi erant, jejuni ad ministerium altaris accederent: totum tam hoc decretum non divino sed humano jure constitutum, jam contraria consuetudine est abrogatum.

*Missæ
& sacrificium
& oblatio
est.*

Can. 10. Sine communionis perceptione fideles ab Deo conf. Ecclesia non discedant.

d. 1. Omnes fideles

Omnes fideles qui conveniant in solemnibus sacris ad Ecclesiam, Scripturas Apostolorum & Evangelium audiant. Quisq;

autem non perseveraverit in oratione usque dum Missa peragitur, nec sanctam communionem percipiunt velut inquietudines Ecclesie moventes, convenit communionem privari.

Annotatio.

Hic juxta expositionem Concilij Antiocheni cap. 1. non excommunicantur vel damnantur ij qui simplicitate & absolute extra legitima & constituta certa tempora non communicant, sed ij duntaxat qui certa de causa, nimirum ob aliquam superstitionem aut pravam opinionem scripturas quidem audiunt, sacram autem communionem averfantur.

Can. 11. *Cum hereticis in domo non est loquendum.*

Si quis cum excommunicato saltem in domo locutus fuerit, iste communionem privetur.

Can. 12. *Cum damnatis Clericis non est orandum.*

Si quis cum damnato clerico veluti cum clerico simul oraverit, iste damnatur.

Annotatio.

Prohibetur his duobus canonibus sub pena excommunicationis exterior communicatio cum excommunicato, etiam in privata oratione. Est autem triplex communicatio, una in crimine, altera in divinis, tertia in humanis: prima prohibita est, quia ex se mala est, duæ posteriores malæ sunt quia expresse jure prohibentur.

Can. 13. *Sine commendatitiis literis in alia civitate non suscipiatur excommunicatus.*

Si quis clericus, aut laicus, à communionem suspensus, seu communicans, ad aliam, adproperet civitatem, & suscipiatur præter commendatitias literas, & qui susceperunt, & qui susceptus est, communionem priventur. Excommunicato vero proteletur ipsa correctio tanquam qui mentitus sit, & Ecclesiam Dei seduxerit,

Annotatio.

Commendatitiæ literæ solebant dari peregrinantibus de moribus suspectis, ne quid de illis dubitaretur, hæc iisdem quocunque pregerent apud Christianos pro viatico erant,

Can. 14. *Ab Episcopis aliena parochia minimè pervadatur.*

Episcopo non licere alienam parochiam, propria relicta pervadere, licet cogatur à plurimis. Nisi forte quis cum rationabili causa, compellatur, tanquam qui possit ibidem constitutus plus lucri conferre, & in causa religionis aliquid profectus prospicere. Et hoc non à semetipso petentes, sed multorum Episcoporum judicio, & maxima supplicatione perficiat.

Annotatio.

Intellige non de his qui aut vi expulsi, aut necessitate coacti, aut auctoritate majorum hoc agunt, sed de his qui avaritia ardore inflammati, sponte sua profiliunt, & potius ambitioni quam utilitati Ecclesie servire, & ut dominationem agant, insistere cupiunt.

Can. 15. *Clerici proprias Ecclesias non relinquunt. Nic.*

Si quis presbyter, aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum relinquens propriam parochiam, pergat ad alienam, & omnino demigrans præter Episcopi sui conscientiam in aliena parochia commoretur, hunc ulterius ministrare non patimur: præcipue si vocatus ab Episcopo redire contempserit, in sua inquietudine perseverans. Veruntamen tanquam laicus ibi communicet.

Annotatio.

Tali non permittitur ministrare, non quia irregularis est, sed quia de jure suspectus.

Can. 16. *Episcopus clericos alterius suscipiens communiōne privetur.*

D. 33 Si quis pos.

Episcopus verò apud quem moratos esse constiterit, & contra eos decretam cessationem pro nihilo reprens, tanquam clericos forte susceperit, velut magister inquietudinis, communiōne privetur.

Can. 17. *Bigami ad Clerum non admittantur.*

Si quis post baptismum secundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse Episcopus, non presbyter, aut diaconus, aut profus ex numero eorum, qui ministerio facto deserviant.

Annotatio.

Non tamen damnantur supra secundæ ut illicitæ, sed Bigamus quisque irregularis est, sicut concubinarius publicus, (non autem ignorans) seu vagus, seu adulterinus, propter infamiam, & ad ordines non est admittendus.

D 34. Si **Can. 18. Viduam, ejectam, aut meretricem accipiens, quis vi. non admittitur ad Clerum.**
duam.

Si quis viduam, aut ejectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de iis, quæ publicis spectaculis mancipantur, non potest esse Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui ministerio sacro deleviunt.

Can. 19. Duas sorores habens non admittatur ad Clerum.

Qui duas in conjugium sorores acceperit, vel viduam fratris, vel filiam fratris, clericus esse non potest.

Annotatio.

Alterum matrimonium invalidum est, & nihilominus ob bigamiam irregularis est.

Can. 20.

Clericus fidejussionibus inserviens abjiciatur.

Annotatio.

Si frequenter & pro laicis fidejubeat poni debet: si autem ex pietate, non peccat sed meretur, Sempet autem valet fidejussio in foro facti, non autem in foro conscientie propter canonem.

Can. 21. Non sponte Eunuchi clerici.

D 35.

Eunu-

chus si.

Eunuchus si per insidias hominum factus est vel si in persecutione ejus sunt amputata virilia, vel si ita natus est, & est dignus, efficiatur Episcopus.

Ibid. si

quis ab-

sciderit.

Can. 22. Clericus non fiat qui se eunuchisavit.

Si quis abscidit semetipsum, id est, si quis amputavit sibi virilia, non fiat clericus, quia sui ipsius homicida est, & Dei conditionis inimicus.

Annotatio.

Eriam si zelo pietatis sibi abscindi virilia procuravit, & tamen irregularis est: Idem statue de sequenti.

Can. 23. *Qui se abscidit, ejiciatur à clero.* Nic. 1.
con.

Si quis cum clericus fuerit, absciderit semetipsum, omnino damnatus, quia sui ipse est homicida. cap. 1.

Can. 24.

Laicus semetipsum abscindens, annis tribus communione privetur, quia vitæ suæ invidiosus exitit.

Can. 25. *Episcopus in fornicatione deprehensus deponatur.* D. 81.
presbyt
aut dia-

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est, deponatur, non tamen a communione privetur. Dicit enim scriptura: Non vindicabit Dominus bis in idipsum. conus.

Can. 26.

Similiter & reliqui clerici huic conditioni subjaceant.

Can. 27. *Qui clerici possint conjugibus copulari.*

In nuptiis autem qui ad clerum proventi sunt, præcipimus ut si voluerint uxores, accipiant: sed lectores, cantoresque tantummodo.

Can. 28. *Non debent prelati verberare fideles propter peccata.*

Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & terrorem ipsis per hujusmodi violentem incutere, dejecti ab officio suo præcipimus: quia nusquam nos hoc Dominus docuit. E contrario vero ipse cum percuteretur, non repercutiebat: cum malediceretur, non remaledicebat: cum patiebatur, non comminabatur.

Can. 29. *Damnati officium pristinum usurpare non debent.*

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus depositus justè super certis criminibus, ausus fuerit attentare ministeriam dudum sibi commissum, hic ab Ecclesia penitus abscondatur.

Chalco. con. c. 2. **Can. 30. Ne officia Ecclesia pecunia obtineantur.**
 Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem deiciatur & ipse & ordinatus ejus, & à communionem modis omnibus abscindatur, sicut Simon Magus à Petro.

Annotatio

Ant. 1. Illud intellige etiam de symonia explicita.

15. 9. Si quis Episcopus **Can. 31. Ecclesia seculari potentia non pervadatur.**
 Si quis Episcopus sæcularibus potestatibus usus, Ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur & segregetur, omnesque qui illi communicant.

Can. 32. Presbyter qui contempto Episcopo seorsum conventus congregaverit, deponatur.

Si quis presbyter contemnens Episcopum suum, seorsum collegerit, & altare aliud erexerit, nihil habens quo reprehendat Episcopum in causa pietatis & justitiæ, deponatur quasi principatus amator existens: est enim tyrannus. Et ceteri clerici quicumque tali consentiunt, deponantur, laici vero segregentur. Hæc autem post unam & secundam vel tertiam Episcopi obsecrationem fidei conveniat.

Nic con. c. Anti. con. c. 7. **Can. 33. Clerici damnati ab aliis non recipiantur.**
 Si quis presbyter, aut diaconus ab Episcopo suo segregatus, hunc non licere ab alio recipi, sed ab ipso qui eum interrogaverat, nisi forsitan obierit Episcopus ipse, qui eum segregate cognoscitur.

Anti. con. c. 7. **Can. 34. Nullus Clericus, sine commendatitiis, recipiatur Epistolis.**

Nullus Episcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, aut diaconorum sine commendatitiis suscipiatur Epistolis. Et cum scripta detulerint, discutiantur attentius, & ita suscipiantur. Et quidem si prædicatores pietatis fuerint, suscipiantur: sin minus, nec necessaria eis ministrantur, ad communicationem non admittantur, multa enim per subreptionem proveniunt.

Anti. con. c. 9. **Can. 35. De Metropolitanis.**
 Episcopos gentium singularum, scire convenit, quia inter

eos primas habeat : quem velut caput existiment, & *Ant.*
 nihil amplius præter ejus conscientiam gerant, quam illa *can.*
 sola singulari, quæ paræciæ propriæ & villis, quæ sub ea *cap. 9.*
 sunt competunt. Sed nec illæ præter omnium conscientiam
 faciat aliquid in eorum paræciis. Sic enim unanimitas
 erit, & glorificabitur Deus per Christum in Spiritu san-
 cto.

Can. 36. Episcopus extra diœcesin non ordinet.

Episcopum non audere extra terminos proprios ordina-
 tiones facere, in civitatibus & villis, quæ illi nullo jure
 subjectæ sunt. Si vero convictus fuerit hoc fecisse præter
 eorum conscientias, qui civitates ipsas & villas detinent, &
 ipse deponatur, & qui ab illo sunt ordinati.

Can. 37. De ordinatis Episcopis ne receptis. Cap. 2.

Si quis Episcopus non susceperit officium & curam po-
 puli sibi commissam, hic communione privetur, quousque
 consentiat, obedientiam commendans. Similiter autem &
 presbyter, & diaconus. Si vero perrexerit, nec receptus
 fuerit, non pro sua sententia, sed pro malitia populi, ipse
 quidem maneat Episcopus, clerici verò civitatis commu-
 nione priventur, eo quod eruditores inobedientis populi
 non fuerunt.

Can. 38. Bis in anno Concilia celebrentur.

Bis in anno Episcoporum concilia celebrentur, ut inter
 se invicem dogmata pietatis explorent, emergentes Eccle-
 siasticas contentiones amoveant. Semel quidem quarta sep-
 timana Pentecostes, secundo vè 12. die mensis Hyperbo-
 rei, id est, Octobris.

Annotatio.

Decrevit Nicæ. Conc. fieri semel in anno saltem si lon- *Nicæn.*
 ginitudo itineris obstat; post Trident. Conc. saltem quolibet *cap. 3:*
 triennio à Metropolitano seu antiquiori coepiscopo, quod
 diligentissimè præstabat S. Carolus Borromæus. Ejusmodi
 concilia sunt sæpissimè congreganda ut defectibus Ecclesiæ
 provideatur, ut hæresis extirpetur (hoc enim defectu in
 Anglia, Scotia, Gallia, &c. hæc pellis serpit) & ne sæculares
 sibi potestatem super Ecclesiasticos arrogant, his pro ra-
 tionibus Religiosi sæpius capitula celebrent.

Can. 39. *Cures solus res Ecclesiasticas
Episcopus.*

Omnium negotiorum Ecclesiasticorum curam Episcopus habeat, & ea velut Deo contemplante dispense: nec ei liceat ex eis aliquid omnino contingere, aut parentibus propriis (quæ Dei sunt) condonare. Quod si pauperes sunt tanquam pauperibus subministrat, ac eorum occasione Ecclesiæ negotia deprædenur.

Can. 40. *Prælati rerum suarum habeat
potestatem.*

12. q. 1.
Sicut manifestum

Presbyteri & Diaconi, præter Episcopum, nihil agere possunt: nam Domini populus ipsi commissus est, & pro animabus eorum hic redditurus est rationem. Sicut autem manifestæ res Episcopi, (si tamen habet proprias) & manuum dominicæ, ut potestatem habeat de propriis, moribus Episcopus, sicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere, nec occasione Ecclesiasticarum rerum, quæ Episcopi esse probantur, intercedant: nam fortassis aut uxorem habet aut filios, aut propinquos, aut seruos. Et iustum est hoc apud Deum & homines, ut nec Ecclesiæ detrimentum pariat ignorantia rerum Pontificis: nec Episcopus vel eius propinqui sub obsequio Ecclesiæ proferantur, aut in causas incidant, qui ad eum pertinent: morte ejus injuria malæ famæ subjaceat.

Can. 41. *Rerum & temporalium & spiritualium
Ecclesiæ cura sit Episcopo & dispense eas.*

12. q. 1.
præcipimus.

Ibidem
Ex ista
autem
Levi in
pluribus
cap. &
Deus:
ita Cor.
12. 1.

Præcipimus, ut in potestate sua Episcopus Ecclesiæ res habeat. Si enim animæ hominum præciolæ illi sunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut potestate ejus indigentibus omnia dispenseat per presbyteros & diaconos, & cum timore omnique solitudine ministrentur. Ex his autem quibus indiget (si tamen indiget) ad suas necessitates & peregrinorum fratrum usus ipse percipiat, ut nihil eis possit omnino deesse. Lex enim Dei præcipit, ut qui altari deserviunt, de altari pascantur, quia nec miles stipendiis propriis contra hostes arma sustulit.

Can. 42.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus alæ atque ebri-

rati deserviens, aut definat, aut certe communione privetur.

Can. 43.

Subdiaconus, aut lector, aut cantor similia faciens, aut definat, aut communione privetur. Similiter laicus.

Can. 44. *Clericus usurarius deponatur.*

Episcopus aut presbyter, aut diaconus, usuras à debitoribus exigens, aut definat, aut damnetur.

D. 35.

Ep. aut

presbyt.

Can. 45. *Nè oret cum hæreticis Clericus.*

Episcopus, presbyter, & diaconus qui cum hæreticis oraverit, & in unum modo communione privetur. Si vero tanquam clericus horum eos fuerit agere vel orare, damnetur.

Can. 46. *Baptismata hæreticorum non comprobentur.*

Episcopum, aut presbyterum hæreticorum suscipientem baptismata damnari precipimus: Quæ enim conventio Christi ad Bèthel? aut quæ pars fidelis cum infideli.

1. cor.

Annotatio.

6.

Iteretur baptismum si aliquo nomine forma immutetur, quia invalidum est sub aliis verbis.

Can. 47. *Baptismate Ecclesia baptisatus non denuo baptisetur: & non ita baptisatus, debet baptisari.*

Episcopus, aut presbyter, si eum qui secundum veritatem habuerit baptismum, denuo baptizaverit, aut pollutum ab impiis non baptizaverit, deponatur tanquam deridens crucem & mortem Domini, nec sacerdotes à falsis sacerdotibus discernens.

Annotatio.

Baptismum hæreticorum valet, modo in forma cum Ecclesia conveniat.

Can. 48. *Laicus conjugem pellens, non communicet.*

Si quis laicus uxorem propriam pellens, vel alteram ab alio dimissam duxerit, communione privetur.

De cons.

dist. 4.

Si quis

preib.

Can. 49. *Fiat baptismum in nomine Trinitatis.*

Si quis Episcopus, aut presbyter juxta præceptum Domini non baptizaverit, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus san-

Matth.
5.

Et, sed in tribus sine initio principis, aut in tribus filiis, aut in tribus paraclitis, abjiciatur.

Annotatio.

Ex privilegio, ut Jesu Christi nomen apud Iudeos exotum, gloriosum redderetur & amabile, Apostoli tantum in Christi nomine baptizarunt, sed id non licet amplius, & esset irritum baptisma.

Can. 50. Debet fieri trina immersio in baptismo.

Si quis Episcopus aut presbyter non trinam immersionem sui mysterii celebret, sed semel mergat in baptismo quod dati videtur in Domini morte, deponatur: non enim dixit nobis Dominus, in morte mea baptisate sed euntes docete omnes gentes baptisantes eos. In nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti.

Annotatio.

Id est semel immergendo neget trinitatem personarum, quia valet baptisma sive per aspersionem sive per immersionem, alterum fiat ex consuetudine Ecclesiæ.

Can. 51. A nuptiis, carnibus & vino propter abominationem abstinentes, damnentur.

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quisvis omnino de sacerdotali consortio nuptiis & carnibus & vino abstinerit; non propterea quod mens ad cultum pietatis reddatur exercitior, sed propter abominationem, oblitus quod omnia pulchra valde, & quod masculinum & feminam Deus creavit hominem, sed diffamationibus laceffens creationem Dei vocat ad calumniam, aut corrigatur, aut deponatur, & ex Ecclesia rejiciatur. Consimiliter & laicus.

Can. 52. Revertentes ad poenitentiam recipiantur.

Si quis Episcopus, aut presbyter eum qui à peccato revertitur, non recipit, sed rejicit: deponatur eo quod Christum offendat, qui dixit, ob unum qui respiscat, gaudium oboriri in celo.

Can. 53. Clericus abhorrens carnes in festis, deponatur.

Si quis Episcopus, aut presbyter aut diaconus carnibus &

viro festiuis diebus non utatur, idque per abominatio-
nem non propter exercitationem ad cultum pietatis, depo-
natur, tanquam qui caneris notatam habeat conscien-
tiam, & multis auctor sit offendiculi.

Can. 54. *Deponatur clericus qui in caupona cibum
sumpsit.*

Si quis clericus in caupona cibum capere deprehensus
fuerit à communione excludatur, excepto tamen eo,
qui necessario in itinere, in commune diverterit hospiti-
um.

Can. 55.

Si quis clericus Episcopum contumeliâ affectit, depo-
natur. Principi enim populi tui non maladicis.

Exod.
18.

Can. 56.

Si quis clericus contumeliâ affectit presbyterum, aut
diaconum, à communione segregetur.

Can. 57. *Clericus irridens defectuosum,
separetur.*

Si quis mancum, aut mutum, surdumve, aut cæcum,
aut eum, cui vitiosus incessus est, substantaverit, com-
munionem privetur. Consimiliter & ceticus.

Can. 58. *Episcopus vel presbyter Cleri vel populû
curam non gerens, deponatur.*

Episcopus, aut presbyter qui negligenter circa cle-
rum, aut populum agit, nec in pietate eos erudit, à
communione segregetur. Si vero in socordia persevera-
verit, deponatur.

Can. 59. *Episcopi in necessitate clericos alant.*

Si quis Episcopus, aut presbyter clerico ex inopia la-
boranti necessaria non suppeditaverit, à communione re-
ficiat. Sin perseveret, deponatur, ut qui fratrem suum
negaverit.

Can. 60. *Libros impiorum publicans
deponatur.*

Si quis falsò inscriptos impiorum libros tanquam sa-
ctos in Ecclesia ad populi & ceteri corruptionem publi-
cavit, deponatur.

Can. 61. *Convictus de crimine ad clerum non
provehatur.*

Si accusatio contra fidelem instituat de fornicatione
aut de adulterio, aut quacunque alia actione prohibita, &
convictus fuerit, ad clerum non producat.

Can. 62. *Qui Christi nomen metus causa negaverit
ab Ecclesia rejiciatur.*

Si quis clericus per metum humanum, vel Iudæi, vel
Græci vel hæretici negaverit, siquidem nomen Christi, ab
Ecclesia rejiciatur: si vero nomen clerici, deponatur, Peni-
tentia tamen ductus, ut laicus recipiatur.

Can. 63. *Clericus in sacris comedens carnes in
sanguine, vel morticinium, deponatur.*

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut om-
nino quicumque ex sacerdotali consortio, comederit carnes
in sanguine animæ ejus, aut à bestiis abreptum, aut suffoca-
tum, deponatur. Hoc enim lex prohibet. Sin vero laicus sit,
à communionem excludatur.

Can. 64. *Deponatur qui cum hæreticis oraverit.*

Si quis clericus aut laicus synagogam Iudæorum, aut
hæreticorum conventiculum ingressus fuerit, ut preces cum
illis conjungat, deponatur, & à communionem seclu-
datur.

Can. 65. *Clericus in pugna occidens aliquem,
deponatur.*

Si quis clericus in concertatione aliquem pulsaverit, &
uno ictu ac pulsatione interemerit deponatur, propter tem-
eritatem suam. Si vero laicus sit, arceatur à commu-
nionem.

Can. 66. *Jejunans die dominico & sabbato
deponatur.*

Si quis Dominicam diem, aut sabbatum, uno solo dem-
pto jejunare deprehendatur, deponatur. Sin laicus, è com-
munionem ejiciatur.

Sexta
synodi
c. 47.
Gang. c.
2. lib.
30. Si
quis
carnem.

Sexta
synodi.
c. 55.

Annotatio.

Ufui tamen Occidentali Ecclesie est sabbatho jejunare *Sexta*
 in Christi sepulture memoriam, & in preparationem ad *synodi.*
 Dominicæ Leticiam diei. *c 55.*

Can. 67. *Quam quis violaverit virginem, ducat
 in uxorem.*

Si quis virginem sibi non desponsatam admodum vi detinet,
 à communione suspendatur. Non licitum autem esto ei
 aliam ducere, sed eam detineat, quam sollicitavit, quamvis
 paupercula sit.

Can. 68. *Bis ordinati deponantur.*

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, se-
 cundam ab aliquo ordinationem susceperit, deponatur tant
 ipse, quam qui ipsum ordinavit, nisi forte constet ordi-
 nationem eum habere ab hæreticis. Qui enim à talibus ba-
 ptizati, aut ordinati sunt, hi nec fideles, nec clerici esse
 possunt.

Annotatio.

Secunda pars hujus canonis intelligenda est de hæreti-
 cis qui juxta ritum Ecclesie Catholice, nec ordinabant,
 nec baptizabant, ut Paulianistæ, & Cataphrygæ qui sine
 invocatione trium personarum dispensabant baptisimi Sa-
 cramentum, à quibus baptizati (ut explicat) can. 19. Con-
 cil. Niceni, & c. 15. sextæ 9. sunt rebaptizandi.

Can. 69. *Clericus quadragesimam non jejunans
 deponatur.*

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut le-
 ctor, aut cantor sacram quadragesimam Pascha, aut quat-
 tam feriam, aut pascheven, non jejunaverit, deponatur:
 præterquam si imbecillitate impeditur corporis: si laicus
 sit commatione privetur.

Annotatio.

Hinc collige jejunium ab Apostolis traditum ut ad Pas-
 cha cel. beatam præparata: fideles & Christum jejunat-
 tem, & pro salute eorum patientem imitentur.

Can. 70. *Cum Iudæis non licet jejunare.*

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut om-
 nino quicumque ex clericorum consortio, cum Iudæis jeju-

naverit, aut communem festum diem cum ip[s]is egerit, aut laetitia festi, nempe azyma, aut aliud hujus generis ab eis susceperit, deponatur. Si laicus, à communione sequegetur.

Can. 71. *Oleum deferens in Iudaorum synagoga, vel hereticorum templum deponatur.*

Si quis Christianus oleum ad sacra gentium, aut synagoga Iudæ tam in festis coram detulerit, aut lucerna incendit, à communione excludatur.

Can. 72.

Si quis clericus, aut laicus, ceram, aut oleum ex sacra serripiat Ecclesia, à communione sejungatur.

Can. 73. *Vasa sacra ad profana non vertantur.*

Vas autem & argenteum sanctificatum, aut velatum linteum nemo amplius in suos usus assumit, iniquum enim est. Cæterum si quis deprehensus fuerit, excommunicatione muldetur.

Can. 74. *Qualiter contra Episcopum procedendum.*

Episcopum de aliquo per fide dignos accusatum hominem ab Episcopis vocari necessarium est. Et si quidem compuerit, & confessus convictusque fuerit, censura irrogata Ecclesiastica. Si vero vocatus non obtemperaverit, secunda quoque vice vocetur nullis duobus ad ipsam Episcopis. Quod si per contumaciam, nec si quidem comparuerit, synodus suam contra ipsum pronuntiatam sententiam ut quid tergiversando directandoque iudicium lucrifacere videatur.

Can. 75. *Ad idem.*

In distinctionem testimonij contra Episcopum hæreticus non admittatur, sed nec fidelis si solus sit. In ore enim duorum vel trium testium consistet omne dictum.

Matth.
18.

Can. 76. *Bona Ecclesiastica consanguineis Episcopus non conferat.*

Item non oportet Episcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato, humano gratificati affectu: nec in Ecclesiam Dei conferre debet in hæredes. Enim vero si quis id se

cerit irrita permaneto ordinatio: ipse autem excommunicatione percussatur.

Can. 77. De qualitate Episcopi quod ad corpus.

Si quis oculo defectus, aut obtuso etate existat, & dignus sit, Episcopus efficiatur. Non enim mutilatio corporis ipsum polluit, sed inquinatio a iure.

Can. 78. Ad idem.

Qui vero mutus, surdusve & cæcus est, Episcopus non efficiatur: non quia oblatio corpore est, sed ne Ecclesiastica impediatur munia.

Can. 79. De qualitate clerici promovendi.

Si quis demonem habeat, clericus non efficiatur, sed nec cum fidelibus preces fundito. Mundatus vero recipiatur, & si dignus fuerit, efficiatur.

Annotatio.

Ne tamen fiat clericus, licet purgatus, sine interventu dispensationis, quia irregularis.

Can. 80. Ad idem.

Qui ex vita gentili advenerit, & baptizatus est, aut ex conversatione prava, cum iustum non est protinus promoveri in Episcopum. Iniquum enim est eum qui non prius specimen & documentum de se præbuerit, aliorum doctorem existere nisi alicubi dono divinæ gratiæ hoc fiat.

Annotatio.

Sic Nectarius electus est in Constantinopolitanum, & Ambrosius adhuc catechumenus in Mediolanensem Episcopum, sed paucorum privilegia legem communem non faciunt, & qui fecerit ab omni sacerdotali operatione abiciatur ut contra sacros Canones promotus.

Can. 81. Non oportet Episcopum publicis se implicare administrationibus.

Diximus non oportere Episcopum vel presbyterum, se ipsum ad publicas administrationes permittere; sed in Ecclesiasticis negotiis versari. Vel ergo ita facere persuadeatur, vel deponatur.

Scriptum est enim : nemo potest duobus Dominis ser-
vire, & non potest Deo servire & mammonæ.

**Can. 82. Sine dominorum manumissione servi in
clerum non promoveantur.**

Servi si in clerum promoveantur citra dominorum vo-
luntatem ; hoc ipsum operatur reprobationem. Si quando
verò servus quoque gradus ordinatione dignus videatur,
(qualis & noster Orosius apparuit) Domini consen-
serint, manumque emiserint, & domo sua ablegaverint,
fiat.

Can. 83. Episcopus militiæ vacans deponatur.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus qui militiæ va-
caverit, & simul utrumque retinere velit, tam officium
Romanum quam functionem sacerdotalem, deponatur.
Quæ enim Cæsaris sunt Cæsaris, & quæ Dei Deo.

Can. 84. Principes non sunt contumelia afficiendi.

Quisquis Imperatorem, aut magistrum contumelia affe-
cerit supplicium luat : & quidem si clericus sit, depona-
tur : si laicus, a communione removeatur.

Can. 85. De libris sacris & canonicis.

Sunt omnibus vobis clericis simul & laicis venerandi, ac
sacri libri, veteris quidem testamenti, Moysi quinque, Gene-
sis, Exodus, Leviticus, Numeris, Deuteronomium, Iesu filij
Nave unus, Iudicum unus, Ruth unus, Regum quatuor,
Detestatorum ex libro Dierum duo, Esther unus, de Ma-
chabzoram gestis tres, Job unus, Psalterij unus, Salomonis
tres, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Prophe-
tarum duodecim unus, Eliaz unus ; Hieremæ unus, Eze-
chielis unus, Danielis unus. Inquirunt autem a vobis ex-
ternæ, ut adolescentes vestri addiscant, item sapientiam
cruditi Syrach.

Nostri verò (hoc est) novi testamenti, Evangelia qua-
tuor, Matth. Marc. Luc. Ioan. Pauli Epistolæ quatuordecim,
Petri Epistolæ duæ, & præceptiones quæ vobis Episcopis

per me Clementem in libris octo nuncupatæ sunt, quas omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana quæ in se continent. Et actiones nostras Apostolorum.

Annotatis.

Adverte canonem hunc esse subrepticium & falsum, tum propter inter canonicos libros annumeratas Clementi constitutiones Epistolas Apochryphas; tum propter Apocalypsis, Esdæ, Iudith, Tobie, Sapientie, Ecclesiastici, libros ut Apochryphos rejectos, qui tamen inter sacros annumerantur & sunt, communi Patrum & Conciliorum consensu.

Conclusio Canonum Apostolorum.

Hæc vero de regulis constituta vobis sint per nos & Episcopi, vos autem obtemperantes salvabimini, & pacem habebitis: At si non parueritis puniemini, & bellum mutuo perpetuum habebitis, penam inobedientiæ congruam daturi: Deus potto, qui solus est æternus, ac universorum creator, vos omnes in pace, in Spiritu sancto confortabit, & aptos reddet ad omne opus bonum, immutabiles, irreprehensibiles, sine crimine, dignosque faciet vita æterna nobiscum, per intercessionem dilecti filii sui Iesu Christi Dei, & Salvatoris nostri, cum quo gloria sit ipsi supra omnia Deo Patri, cum sancto Spiritu consolatore, nunc & semper & in sæcula sæculorum.



*SYMMA CONCILIORVM,
Pontificum, aliorumque SS. Patrum
succincte complectens omnia, quae alibi
sparsim tradita sunt.*

PETRUS, PAPA PRIMUS.

*Petrus
primus
pont.
Ann.
Chr 33*

PETRUS Apostolus, & Princeps Apostolorum, natione Galileus ex vico Bethsaida, filius Ioannis frater Andree, primo sedit in cathedra Episcopatus Antiochiæ, annis septem. Hinc ingressus est in urbem Rom. Claudio Cæsare ibique sedit in Cathedra Episcopatus annis 25. mensibus duobus, diebus trib. Fuit autem temporibus Tiberij Cæsaris, & Caij, & Tiberij Claudij, & Neronis. Hic scripsit duas Epistolas quæ catholice & canonicæ nominantur, & Evangelium Marci, quia Marcus auditor ejus fuit, & filius à baptismo. Hic ordinavit duos Episcopos, Linum, & Clerum, qui presentialiter omne ministerium sacerdotale in urbe Rom. populo, vel supervenientibus exhiberent. Beatus autem Petrus orationi, prædicatione populum studens, vacabat. Hic cum Simone Mago multas disputationes habuit, &c. Idem Petrus beatum Clementem Episcopum consecravit, cui cathedram, vel Ecclesiam omnem disponendam commisit, (ut refert idem Clemens in Epistola prima ad Iacobum fratrem Domini) dicens: Sicut mihi gubernandi tradita est à Domino meo Iesu Christo potestas ligandi, solvendique: ita & ego tibi committo ut ordines dispositores diversarum causarum: per quos actus non Ecclesiastici proficiantur & tu minimè curis sæculi debitis reperiaris, sed solummodo orationi, & prædicationi ad populum vacare stude. Deinde martyrio cum Paulo coronatur, anno post Passionem Domini 38. qui sepultus est via Aurelia in templo Apollinis juxta palatium Neronianum, in Vaticano, 3. Kal. Julij. Sub Petro celebratum est concilium primum Hierosolymis, cujus exemplar habes in Actis Apostolorum cap. 15.

Linus Episcopus.

Linus, natione Italianus, de regione Tusciæ, patre Herculanus, sedit Episcopus annis 11. menses tres, dies 12. Fuit autem temporibus Neronis, martyrio coronatus à Saturnino Confite & sepultus est juxta corpus beati Petri in Vaticano 9. Kal. Octobris.

Cletus Episcopus.

Cletus, natione Romanus, patre Emiliano, sedit annis *in d. 15.* 12. mense uno, diebus 12. Fuit temporibus Vespasiani & Cletus Titi, & sub Domitiano martyrio coronatur, & sepultus fuit Episcopus juxta corpus beati Petri in Vaticano.

Clemens Papa secundus.

Clemens natione Romanus, de regione Cælio monte ex parte Faustino, sedit annis 8. Fuit autem temporibus Galbræ, & Vespasiani, Hic ex præcepto beati Petri suscepit Ecclesiæ pontificatum gubernandum, sicut ei fuerat à Domino Iesu Christo cathedra tradita & commissa; ut ipse in Epistola, quæ ad Iacobum scripta est, explicat. Sed Linus & Cletus ante eum conscribuntur: qui ab ipso principe Apostolorum ad ministerium sacerdotale exhibendum, sunt Episcopi ordinati. Clemens tamen fuit immediatus, & proximus successor Petri in cathedra pontificali. Obiit martyrisæno Trajani 3. Tenet hoc Ioannes Papa tertius in Epistola Decretali ad Episcopos provinciarum Germaniæ & Galliciæ, & Alexander primus in Epistola decretali prima ad orthodoxos. Euseb. vero Casariensis, Ecclesiast. hist. lib. 4. cap. 14. de Clemente scribit, dicens: in urbe Roma 12. Anacleti annis in Episcopatu exactis sacerdotij sedem Clementi tradidit. Et cap. 34. Igitur in urbe Roma tertius ab Apostolo, Clemens 9. annis sacerdotio perfunctus Evangelio divini verbi tradidit ministerium.

Platina enumerat Clementem Papam quartum à Christo post Linum, & Cletum. Et divus Hieronymus dicit fuisse quartum, sed à iâ ratione, quoniam recenset Anacleum prædecessorem Clementis, & tertium Papam, quod tamen communis sententia non recipit. Ego tamen puro secundum; sed in re tam perplexa lectoris arbitrio iudicium permitto. Exstant Epistolæ Clementis decretales quinque.

Ann. Dom 91. Clemens II. pont. 11. Martii. 16. Clem. secundus Hieron. quartus pontif. Opinio auctor. Ann. Dom. 101. Anacleus. III. pot. Sub hoc pont. A. post. mi-gravit ad Domini.

Anacletus Papa.

Anacletus tertius Papa, natione Græcus, ex patre Antiocho, sedit annos 9. menses 2. dies 10. Fuit temporibus Domitiani, sepultus: sicut in pace juxta corpus beati Petri. Eusebius Ecclesiast. hist. lib. 7. cap. 14. ait sedisse annos 12. & tradidisse sacerdotium Clementi.

Decreta Anacleti in Epistola prima.

*Quoloco
& quib.
test.
sacr.* Sacerdotes quando Domino sacrificant, non solum hoc agere debent, sed testes secum adhibeant: ut Domino perfectè in sacris Deo locis sacrificare probentur juxta illud Deut. 12. Vide, ne offeras holocausta in omni loco, quò videris, sed in loco, quem elegit Dominus Deus tuus. Episcopus Deo sacrificans, testes secum habeat & plures, quam alius sacerdos, cum quo peracta consecratione, omnes ministri communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus. Sic Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet Ecclesia, de consecr. dist. 1. c. Episcopus Deo; &c.

*Deprim.
Ecc.
Rom.* In fine ejusdem Epistolæ: Si difficultiores oræ fuerint quæstiones, ad sedem Apostolicam (si appellatam fuerit) referantur: quoniam Apostoli hoc statuerunt jussu Domini salvatoris, ut majores, & difficultiores quæstiones semper ad sedem referantur Apostolicam, super quam Christus universam constituit Ecclesiam, dicente ipso, Tu es Petrus, &c. *Epistola secunda ejusdem, in qua de fide, & aliis causis rogatus respondit ad Episcopos Italia.*

*Matth.
16.* Primo, de ordinatione Episcopi habetur ex ejus decretis, & d. 4. & 75. c. Ordinationes. Quod per tres Episcopos fiat consecratio, reliquis consequentibus: Secundo, habetur de eorum accusatione, quod non nisi ab idoneis & probatissimis viris, qui suspicionibus & sceleribus careant, fieri debeat, quis Dominus sacri sui corporis tractatores, à vilibus, & reprobis personis infamari noluisset, nec ea umbrari permittit, sed ipse proprio sigillo, peccantes sacerdotes à templo eiecit habetur 2. q. 7. c. Accusatio quoque.

*De elec-
tione
Episco-
porum.
De no-
mine
presbyt.
Abra-* Tertio de electione. Dum electionem tum morum sacerdotum sibi Dominus reservavit, electionem tamen eorum bonis sacerdotibus & spiritualibus populis concessit, habetur d. 79. c. Electionem. Ante Abraham nullus alius voca-

us est presbyter. I. h. i. o. i. cum ab Adam usque ad eundem *ham pre-*
 90 & amplius annos multos homines vixisse legimus. *Abra-*
 ham vero in lito paucioribus annis vixisse convincitur. *mus ap-*
 de non propter decrepam senectutem, sed propter sapien- *peccatus*
 tiam sacerdotes presbyteri nominantur. Exod. 29 Mosis *presby-*
 ceptum est, ut eligeret presbyteros. *Ge. 14. d.*

Initium sacerdotii fuit Aaron, licet Melchisedech prius sa- *De ori-*
 crificium obtulerit, & post hunc Abraham, Isaac, & Jacob; *gina sa-*
 sed hi spontanea voluntate, non sacerdotali auctoritate *cerdo-*
 ista fecerunt. Quo loco contemplari oportet Aaron, sum- *tis. Au-*
 mum sacerdotem, a. Episcopum fuisse. Porro filios ejus *roz i.*
 presbyterorum, demonstrasse figuram, d. 21. c. In novo te- *pont.*
 stamento.

In novo testamento, post Christum D. minum a Petro *vet. test.*
 sacerdotialis cepit ordo, juxta illud apud Matthæum: Tu *Exo. 29.*
 es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam *De pri-*
 Et primus illic ligandi & solvendi potestatem accepit a Do- *matu*
 mino, primaque ad idem populum virtute suæ prædicatio- *Petri*
 nis addidit. Cæteri vero Apostoli cum eodem pari con- *Matth.*
 sortio honorem & potestatem acceperunt, ipsamque prin- *16.*
 cipem eorum esse voluerunt; ipsi quoque decentibus, in
 locum eorum successerunt Episcopi d. 2. c. In novo testa-
 m. v. o.

Filius est æqualis patri, quia licet verbum fuerit abbre- *De æ-*
 viatum, non tamen minutio deitatis in Dei filio significatur; *quali-*
 sed dispensatio susceptæ carnis annunciat. In qua dispen- *tate Pa-*
 satione non solum patre, sed etiam angelis, hominis fi- *tris &*
 lium legimus minoratum, idque probatur multis testimo- *Fily.*
 niis scripturarum. *Hebr.*
2. d.

Tertia Epistola ejusdem.

Quæ in summa tractat Anacletus in hac Epistola, sunt *Sacerdo-*
 illa: Primum a Domino constitutos esse hos duos ordi- *tum &*
 nes, Episcoporum, & sacerdotum, & amplius quam illi *Episco-*
 duo, nec nobis a Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt. *portum*
 Ex quo colligitur reliquos ordines, aut gradus notos in Ec- *ordo à*
 clesia non a Domino ordinatos, nec ab Apostolis. Secundo *Deo cõ-*
 colligitur, Episcopos superiores esse sacerdotibus aliis, cum *stitutus.*
 loco Apostolorum successerint. Presbyteri vero septuaginta
 discipulorum locum retinent.



*d. 12. fa-
erosact.* In sacerdotio complexus est Anacletus diaconos
& subdiaconos.

*Quod
Eccle.
Rom. sic
caput
omnium
Eccle-
siae.
Petrus* Secundum Romanam Ecclesiam non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Salvatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super universas Ecclesias ac totum Christiani populi gregem assecuta est. Secunda sedes est apud Alexandriam sub Marco Evangelista. Tertia apud Antiochiam sub Petro Apostolo, qui illic priusquam Romam veniret habitavit, & Ignacium Episcopum constituit.

*& Pau-
lus una
die passi
sunt.
Iuxta
merita
plebis
datur
sacer-
dos.
Esaia
24.* Petrus & Paulus eodem tempore, & uno die sub Nerone principe passi sunt, & ambo sanctam Romanam Ecclesiam sua morte consecraverunt, & aliis omnibus urbibus in universo mundo, cum suo venerando triumpho prae-tulerunt.

Pro meritis plebis saepe pastores depravantur Ecclesiae ut proclivius corrumpant, qui sequuntur. Capite enim languescente facilius reliqua corporis membra inficiuntur, juxta illud Isaia 2. Omne caput languidum, & omne cor mœrens Et illud Sicut populus, sic sacerdos, & sicut servus, sic & Dominus ejus: & sicut ancilla, sic & domina ejus.

Contra detractores praelatorum suorum, qui sententia Cham filij Noë damnantur, quia patris pudenda non operuit sed magis deridenda aliis fratribus suis monstravit. Quia doctor vel pastor Ecclesiae, si à fide exorbitaverit, à fidelibus corrigendus, sed pro reprobis moribus, magis est tolerandus quam distinguendus, quia rectores Ecclesiae à Deo, judicandi sunt, ut dicitur in Psal. 87. Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicavit, 2. qu. 7. c. Sententia Caam & 24. qu. 3. Tam sacerdotes.

*110. Hic
titulus
in urbe
Rom. di-
visti
Presbyt.
Qualis
sunt
Chris-
tiana
cōjugia.*

Decreta Evaristi Papa.

Evaristus quartus Papa, natione Graecus, ex parte Iudaeo, nomine Iuda de civitate Berthehem, sedit annos 9. mensis 10. dies duos. Fuit temporibus Domitiani, Nervae & Trajani, & martyrio coronatur, sepultus juxta corpus sancti Petri in Vaticano. Eusebius autem Eccles. hist. secus illius annos prosequitur.

Epistola prima ad Episcopos Africanos.

Quare debet esse legitimum conjugium fidelium, ut patribus

Patris & Apostolis eorumque successoribus traditum in *Evangelio* venimus. Non sit conjugium, nisi ab his, qui super ipsam *fortis matris* dominationem videntur habere. Uxor petatur, & à *trimonio* parentibus propinquioribus sponsetur, & suo tempore *sacer publico* dotaliter (ut mos est) cum precibus & orationibus à *sacer benedictio* dote benedicatur, & paranymphis ☉ ut consuetudo docet) *xit.* custodiat, & consocietur. & biduo & triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant ut bonæ soboles generentur, à Domino in actibus suis placeant. Atter vero præsumpta non conjugia, sed adulteria, vel contubernia, vel stupra, vel fornicationes, potius quam legitima conjugia esse non dubitare, &c.

De hoc quod Paulus 1. Timoth. 6. dicit: Qui solus habet *Locus* immortali tatem, & lucem habitat inaccessibilem. Quod non *Pauli* de solo patre dictum sit (ut quidam male interpretati sunt) *explicatio* probat rationibus & testimoniis. De filio etiam hunc locum *tus,* intelligendum, post pauca subiungit.

Eam lucem inaccessibilem (quam pater & filius inhabitant) nullus in hoc mortali corpore constitutus potest aliquatenus contueri. Sed dum apparuerit, tunc verè cum videbitur sicati est. Et non sicut Moyses, cæteri que Prophetæ, per ænigmata & figuram, sed ipsam veraciter in filio *con- 104. 3.* tuebitur deitatis imaginem. Hic sentit, nullum Prophetam, *1. Cor.* nec Moysen vidisse Deum in natura sua. *13.*

*Epistola secunda ejusdem ad Episcopos Ægypti,
quod Episcopus sit sponsus
Ecclesie.*

Sicut vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec Episcopus Ecclesiam suam, id est, ut illam dimittat, ad quam factus est absque inevitabili necessitate, aut Apostolica, aut regulari mutatione; neque alteri se ambitus causa conjugat. Et velut uxor, quæ sub manu viri est, obedire debet viro suo, eumque diligere & amare: sic Ecclesia Episcopo suo in omnibus obedire, & amare, (ut animam suam) *In com.* debet: quia illud sit carnaliter, istud verò spiritualiter, q. 1. *fol. 31.* Sicut vir non, &c. Vide eruditam, & elegantem Epistolam.

Deus omnipotens, ut nos à præcipitata sententiæ prolatione compesceret, cum omnia nuda & aperta sint oculis ejus, mala tamen Sodomæ noluit audita judicare, prius

quam manifeste agnosceret, Gen. 18. Descendam & videbo, &c. Cujus exemplo monemus, ne ad proferendam sententiam unquam precipites simus, aut temerè, & indiligenter indiscussa quoque quoquo modo judicemus, dicente veritatis voce, Nolite judicare, &c.

Matth.
7.

Decreta Alexandri Papa.

Anno

Dom.

111.

A.

lexöder

Papa V.

De con.

d 2. c.

Aquam

sale.

De fide

Trinit.

Anno

Dom.

129.

Sixtus

V I.

pör. Hic

Gillos

in fide

cont.

Anno

Dom.

130.

Te-

lepho-

rus 7.

pont.

Hujus

tempori-

bus in-

valuit

Valenti-

nians

hæresis.

Alexander primus, fuit natione Romanus, temporibus Trajani, sedit annos 10. menses 7. dies 2. de hoc Eusebius Eccles. hist. l. 4. c. 4. quintus Papa sub Petro.

Epistola ad omnes orthodoxos, est erudita Epistola.

In sacrificio M. statum Panis tantum, & Vinum aqua permixtum offeratur. Non debet in calice Domini, aut vinum solum aut aqua sola offerri, sed utrumque permixtum, quia utrumque ex latere illius in passione sua profu-

xisse legitur. De consecratione. d. 2. c. 12. Sacramentorum.

Aquam sale conspersam populis benedicimus, ut ea cum

ai aspersi sanctificentur, ac purificentur, quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis v-

tule aspersus sanguine, populum sanctificabit, multo magis aqua sale aspersa, divinisque precibus sacrata. Et si sale Al-

perlo per Helisæum Prophetam, sterilitas aquæ sanata est

quanto magis divinis precibus sacrata, sterilitatem remou-

eret humanarum, & insidias diaboli averteret, & a phar-

isaemicis verlutis homines defenderet, & coinquinatos san-

ctificabit?

Ibidem, de fide sanctæ Trinitatis docet & tradit multis

congestis multis testimoniis veteris testamenti.

Decreta Sixti Papa.

Sixtus primus, natione Romanus, temporibus Adriani sedit annos 10. menses tres. Eusebius Eccles. hist. l. 4. c. 49.

quæ sedisse annos 12. cui subrogatus est Telephorus Papa sub Petro.

Hic constituit sacra mysteria, & ministeria, id est sacra vasa non tangi, nisi à ministris sacris.

Constituit etiam ut sacerdote incipiente actionem Missæ farum à populo cantaretur, Sanctus, Sanctus, &c.

In prima Epistola ostendit secundum fidem patrem esse Deum, & ingentum, filium vero (in quo pater visus est) esse genitum unumque cum Patre Deum, non alium Deum Patrem, aliam filium. Hæc Epistola scripta est ad universos Christi fideles.

Decreta Telesphori Papa.

Telesphorus fuit natione Græcus, temporibus Antonini Imperatoris, sedit annos 11. mente tres: convenit cum hoc Eusebius Ecclesiasticæ hist. lib. 4. cap. 10.

Summa Epistola Decretalis ad universos scripta.

Statuit, septem hebdomadas plenas ante sanctum Pascha clericos omnes à carnibus jejunare, quia discretus debet esse vita clericorum & laicorum dicens; Sic ergo à carne & deliciis jejunent, & Hymnis, & vigiliis, atque orationibus Deo inhætere dia noctuque studeant, d. 4 c. Statuimus.

Statuit etiam, ut nocte Nativitatis dominicæ Missas celebrent, & hymnum Angelicum in ea solemniter decantent: quoniam ea nocte ab Angelo pastoribus nunciatus est. Reliquis vero temporibus Missarum celebrationes ante horam diei tertiam minimè sunt celebrandæ: quia eadem hora Dominus crucifixus est, & Spiritus sanctus super Apostolos descendisse legitur.

Decreta Hyginij Papa.

Hyginus Papa, natione Græcus, ex Athenis, sedit annos 4 mentes tres octavus sub Petro.

Exat epistola Decretalis ad omnes Christi fideles, de fide Trinitatis satis erudita, in qua de æqualitate personarum in divinis multa congerit testimonia.

Ibidem, Epistolam primam Joannis docet ad Parthos scriptam.

Exat secunda Epistola ejusdem ad Athenienses parænetica.

Decreta Pij Papa.

Pius primus, natione Italus, sedit annos decem & novem: juxta Eusebium verò 15. historię Eccles. l. 4 c. 11.

Hermes frater hujus scripsit in quo refert, quod ei præcepit Angelus Domini (cum veniret ad eum in habitum Pastoris) ut Pascha die Dominica celebraretur. Hoc na de.

Luca 2.
Marc.
15.
& Act.
2.

Ann. do.
143. Hy.
ginus
VIII.
pont.

Hic pa-
trinum
& ma-
trinam
baptis-
mo &
confir-
mationi
adhi-
buit a.

d. 147.
Pius
pont.
nonus.

Hic no-
vati
thermas
diva
Poritia;

approbat in Epistola 1. Pij Papa. & habetur de consecratione d. 3. c. Nolite vos volumus.

In secunda Epistola ad Galos directa.

Prædia divinis sibus tradita, quidam humanis applicant usibus, & Domino Deo, cui tradita sunt, ea subtrahunt ut suis usibus interserviant: quod si quisquam præsumpserit, facti egus habeatur, & sicut facti egus judicetur. Quod hoc tempore fecerunt Lutherani 11. q. 2. c. Prædia divinis.

Decretum ejusdem Pij Papa.

2. q. 9. qui compulsus. Qui compulsus à Domino scieus pejerat, utriusque sunt perjuri & Dominus & miles. Ille quia precepit: Hic, qui plus Dominum quam animam suam dilexit. Si liber est, quadraginta dies in pane & aqua peniteat, & septem sequentes annos. Si servus est tres quadragesimas, & legitimas ferias peniteat.

Ex eodem.

12. q. 1. qui pejerat. Si quis per capillum Dei vel caput juraverit, vel alio modo blasphemia contra Deum usus fuerit, si in Ecclesiastico ordine est, deponatur: si laicus anathematizetur. Et si qui per creaturam juraverit acerrime castigetur, & juxta hoc quod synodus judicaverit, peniteat. Si quis autem taliter hominem non manifestaverit, divina condemnatione similiter coercetur. Et si Episcopus emendare neglexerit, acerrime corripitur.

De penitentia ejus, cujus negligentia aliquid de sanguine Domini distillat, de consecrat. dist. 2. c. Si per negligentiam.

Laudabilis est consuetudo, quia nihil fidei contrarium agitur.

Consuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem Catholicam nil usurpare dignoscitur.

De consuetudine servanda, quæ non est contra fidem.

Petistis per Hilarium Chartularium nostrum à beatorum memoriarum prædecessore nostro, ut omnes vobis retro temporum consuetudines servarentur, quas à Petri Apostolorum principis ordinationum iustis hætenus vetustas, longa se-

vavit Et nos quidem juxta seriem relationis vestre consuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem Catholicam nihil usurpare dignoscitur.

Decreta Aniceti Papa.

Anicetus, natione Syrus, sedit annos 11. decimos Papa. *an. dom. 159. t. Anicetus pon. decimus Hincavit à c. paucioribus quam tribus ne consecraretur Episcop.*

Extat Epistola Decretalis ad Episcopos Gallia, in qua docet sequentia.

Primo tradit, Iacobum, (qui dicebatur iustus) à Petro Iacobo & Ioanne Apostolis, Hierosolymorum Episcopum fuisse ordinatum, citat Analectum à Epistola.

Secundò, ibi quod Archiepiscopi ab omnibus Episcopis suffraganeis ordinentur & d.c. Archiepiscopus ab omnibus.

Tertiò ibi, ut clerici comam non nutriant, sed de iure caput in modum splendoris radant: quoniam laicis & simplicibus, virtutis, honestatis, pudicitie, & gravitatis exemplar esse debent d.c. Prohibet fratres.

Decreta Soteris Papa.

Soter natione Campanus, ex Fundis, sedit annos 9. Et fuit undecimus Papa.

Epistola prima tota est de fide, in qua docetur, quòd Christus in divinis scripturis dicitur secundum carnem factus: nam secundum divinitatem nusquam à patre dicitur factus, sed genitus.

Secunda Epistola ad Episcopos Italia.

Primò constituit sacras Deo feminas vel monachas, facta vata, aut factaras pallas non contingere, nec incensam circa altaria deferre, c. 1. & sacras Deo.

Secundò præcipitur ab eodem, ut sacrificans habeat segetum adiutorem sacerdotem, ut si aliquo casu ille qui officia impleretur accedit, turbatus fuerit, vel ad terram elusus, à tergo tempore habeat, qui eius vices insequatur increpidus, & officium inceptum adimpleat. d. c. De consecratione.

Tertiò ibi, ut nullus post cibum potumque sive quodlibet minimum scriptum missas facere, nullus absque patientis necessitate proventu minister vel sacerdos imperfecta officia præsumat, omnino relinquere. Si quis hæc temerarie præsumpserit, ex communicationis sententiam sustinebit, habetur

38 *Summa Decret. Soteris Papae.*

ubi supra. c. Ut illud & 7. q. 1. c. Illud divinum.

Quartò idem, ut nullus presbyterorum Missarum solemnitas celebrare praesumat, nisi duobus praesentibus sibi que respondentibus, & ipse tertius habeatur: quia cum ab eo dicitur, Dominus vobiscum, & Orate pro me, aptissime convenit, ut & ipsius respondeatur salutationi. De consecr. d. 1. c. Hoc quoque.

Quintò, si aliquid incautus aliquem jurasse contigerit quod observatum, in pejorem vergat exitum, illud salubri consilio mutandum noverimus, & magis instante necessitate perjurandum nobis, quam pro facto juramento in aliud crimen majus divertendum, 22. q. 4. c. Si aliquid.

Sextò idem quod à nullis in cena Domini perceptio Eucharistiae negligatur, exceptis his, quibus pro gravibus criminibus inhibetur, & ab omnibus aliis percipiendam esse, Ecclesiasticus usus demonstrat, cum & poenitentes eadem die ad percipienda corporis & sanguinis domoici sacramenta reconcilientur. De consecr. d. 2. c. In cena.

ann. do.

177. E-

leuthe-

vius pöt.

12. Huius

tempore

impetravit

Marci-

onis secta

varie

divisa

est.

ann. do.

198. Vi-

ctor Pa-

pa 13.

Huius

tempore

fuit ha-

refis

Pauli

Samosa

teni.

Decreta Eleutherij Papae.

Eleutherius, natione Graecus sedit annos 25. menses 3. duodecimus Papa sub Petro, temporibus Antonini & Commodi. Eusebius Eccles. hist. l. 5. c. 22. Lucius Britanniae. Res hujus tempore, se ab eo Christianum fieri per Epistolam impetravit.

In Epistola unica ad Gallia provincias.

De quibus audierat ut certas escas vitarent instruit eos (secundum Evangelium) nullas escas tanquam commutes refutari debere, quoniam universas Deus ad cibos tribuit fidelibus suis, probat ex Matth 15. & act 10.

Decreta Victoris Papae.

Victor, natione Afer, sedit annos 10. menses 2. Eusebius Ecclesiasticae hist. lib. 5. c. 18. decimus tertius Papa sub Petro.

Sequentia in Epistola ad Theophilum Alexandriae Episcopum.

Primò hic instituit die Dominica Pascha Domini celebrari, sicut constituerat & Pius Papa. De consecr. dist. 5. c. Celebritatem.

Secundò idem precepit, ut si necesse fuerit, aut mortis pe-

riculum ingruerit, Gentiles ad fidem veniente, quocunque loco vel momento, subcunque evenerit) sive in flumine, sive in mari, sive in fonte, tantum Christianæ crudelitatis confessione clarificata baptizentur. Eusebius, l. 5. Eccles. hist. c. 22 & 23 & infra, scribit quanta fuerit controversia inter Episcopos & alios fideles de celebritate Paschæ tempore hujus Victoris Papæ: quibusdam volentibus 14. Luna Paschæ Domini celebrandam, quacunque die seprimæ, Luna 14. venisset, quando Judæis agnus præcipi ut immolari, & tunc solvi debere jejunium. Aliis vero volentibus ne aliquando nisi in die dominico, quando Dominus surrexit à mortuis, Dominicum Paschæ celebraretur mysterium, & in hæc sola solvendum esse Paschæ jejunium. Et ob hujusmodi causam congregata sunt concilia nonnulla provincialia. Extat Epistola prima Victoris ad Aftros patenzæca.

Decreta Zephyrini Papæ.

Zephyrinus, natione Romanus, sedit annos 9, menses 7, temporibus Antonini. Eusebius Eccles. hist. lib. 6. c. 16. est 14. Papa sub Petro.

In Epistola prima ad Episcopos Sicilienses.

Tradit illud, quod & alij multi tradiderunt: quod judicia Episcoporum, & majores Ecclesiæ causæ, à sede Apostolica sunt terminandæ, quia sic Apostoli & sancti successores eorum statuerunt.

Scribit alteram Epistolam Episcopis Ægypti, quæ horratur eos ad patientiam, quia persequerantur, & bonis suis spoliabantur. Est Epistola commendatione digna.

Decreta Calixti Papæ.

Calixtus primus, natione Romanus, sedit annos quinque, menses duos, Eusebius Ecclesiasticæ hist. lib. 6. c. 16. Papa 15. sub Petro.

In prima Epistola ad Benedictum Episcopum.

Constituit jejunium quatuor temporum, propter frugum terræ abundantiam, juxta Prophetiam Zachariæ cap. 8. jejunium quarti, & jejunium quinti. Quia sicut repletur à Domino, frumento, vino, & oleo ad alenda corpora, sic replicatur jejunio ad alendas animas.

a l. 108.
Zephy-
rinus
pont. 14.

a d. 118.
Calix-
tus Pa-
pa 15.

d 79 je-
junium
quod.

In secunda Epistola ad Episcopos Galliarum.

In ea generaliter instituit per divinas scripturas, servandos esse à causis illicitis, & commonet delinquentes ad penitentiam. Ibi etiam vetat, excommunicatos à sacerdotibus ab aliquo recipiendos ante utriusque partis justam examinationem, & ne cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, osculo communicent, nec ave eis dicatur, Et quod simili excommunicationi subjacebant juxta Apostolorum institutionem, qui scienter cum excommunicatis communicaverint.

Hic primus prohibet matrimonia inter consanguineos. Hos vero consanguineos appellat, quos divinæ, atque Imperatorum & Romanorum, atque Græcorum leges consanguineos appellant, & in hæreditatem suscipiunt, nec repellere possunt: talium enim conjunctiones nec legitime sunt nec manere possunt, sed, sunt repellendæ. Et si quæ ausu temerario attentatæ sint auctoritate Apostolica rescindendæ veniunt, & can. 3. q. 4. c. Consanguineorum.

Ibi leges humanas rationi & honestati non repugnantes esse amplectendas censemus, præsertim ubi reipublicæ consuloent utilitati, vel Ecclesiasticæ dignitatis auctoritatem defendunt, atque pro adminiculo tueantur, &c.

Decreta Urbis Papa.

an. d. 2.
11. *Pr-*
bannus
dent. 16
an. d. 230. Urbanus primus, Romanus sedit annos 4. 16. post Petrum, Eusebius lib. 6. c. tradit 3. annis administrasse sacerdotium, passus est sub Alexandro Imperat. sub eodem passus est, & Calixtus prædecessor ejus

Hic sua prædicatione multos ad baptismum & fidelitatem convertit, ut Tiburtium & Valerianum nobilem virum sponsum sanctæ Cæcilie, quos etiam usque ad martyrij palmam perduxit cujus monitis & doctrina multi alij martyrio coronati sunt.

14. q. 1.
Videte,
autem,
Act. 4. Extrat ejus epistola Decretalis ad universos Episcopos spiritu Paulino digna, per quam statuit, ut oblationes fidelium relinquuntur Ecclesiis matricibus dispensandæ per Episcopos juxta necessitatem fidelium.

Hic refert in eadem, quòd in exordio nascentis Ecclesiæ, cum fideles universi venderent omnia quæ possiderent, & præcianta eorum ponerent ad pedes Apostolorum (ut legi-

tur in Actis) tunc videntes sacerdotis summi, & alij atque Levitæ & reliqui fideles, plus utilitatis, posse afferre, si hæreditates & agros quos vendebant Ecclesiis (quibus præstebant Episcopi) traderent, eò quòd ex sumptibus eorum tam præsentibus quam futuris temporibus plura & elegantiora possent ministrare fidelibus communem fidem ducentibus, quàm ex pretio eorum: coeperunt prædia, & agros, quos vendere solebant, matricibus Ecclesiis tradere & de sumptibus eorum vivere. Ipsæ verò res in ditione singularum Parochiarum Episcoporum (qui locam tenent Apostolorum) erant, & sunt usque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. E quibus Episcopi, & fideles dispensatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus, ministrare cuncta necessaria debent, prout melius poterunt, ut nemo in eis egens inveniatur. Ipsæ enim res fidelium oblationes appellantur: quia Domino offeruntur. Non ergo debent in aliis usibus, quam Ecclesiasticis, & prædictorum Christianorum fratrum, vel indigentium converti, quia vota sunt fidelium, & pretia peccatorum, ac patrimonio pauperum, atque ad prædictum opus explendum Domino tradita: Si quis autem (quod ablit) secus egerit, 21. q. 1. videat ne damnationem Ananias & Sapphiræ percipiat, & Res Ecclesie sacrilegij efficiatur, sicut illi effecti sunt, qui pretia prædictarum rerum fraudaverunt, ut legitur Act. 5.

Addidit ad prædicta Hæc igitur fratres, quæ Ananias & Sapphira passi sunt, valde cavenda sunt, & timenda, quia res Ecclesie, non quasi propriæ, sed ut communes, & Domino oblatae cum summo timore, non in alios quam in præfatos usus sunt fideliter dispensandæ, ne sacrilegij reatum incurrant, qui eas inde abstrahunt, ubi traditæ sunt, ne poenam & mortem Ananias & Sapphiræ incurrant, & (quod pejus est) Anathema, Maledicta, fiant. Et non corpore, ut Ananias & Sapphira, mortui ceciderint, anima tamen (quæ potior est corpore) mortua & alienata à fidelium consortio cadat & in profundum barathri labatur.

Unde attendendum est omnibus, & firmiter custodiendum, ne prædia usibus sacrorum cælestium dedicata, à quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis fecerit: post de-
Attendendum
 bendam vitæ acrimoniam, quæ erga sacrilegos jure promerenda, est perpetua damnatur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetue deportationis servetur: quoniam, juxta Apostolum, tradere oportet hujuscemodi hominem Sa-

42 *Summa Decret. Urbani Papæ.*

tantæ, &c. Memoratis ergo augmentationibus & cultibus, in tantum Ecclesiæ quibus Episcopi præsentent, Domino adinveniente creverunt, & tantis maxima pars eorum abundat rebus, ut nullus sit in eis communem gerens viam indigens, sed omnia necessaria ab Episcopo suisque ministris petantur. Ideoque subiungit: Si aliquis extiterit modernis, aut futuris temporibus, qui hæc avellere nitatur, jam dicta damnatione feriatur.

11.9.3. *Quibus Episcop.* Quod autem sedes in Ecclesiis Episcoporum excellentiæ cõsuetudinæ & præparatæ inveniuntur, ut throni speculationem & potestatem iudicandi, & solvendi, atque ligandi à Domino sibi datam materiam doceat. Unde Mat. 16. legitur Quicumque ligaveritis, &c. Et Ioan. 20. Quorum remiseritis, deo ista prætulimus charissimi, ut intelligatis potestatem Episcoporum vestrorum, in eisque Deum venerimini, & eos, ut animas vestras diligatis, & quibus illi non communicant non communicetis, & quos, eiecerint, non recipiatis. Valde enim timenda est sententia Episcopi, licet injuste liget aliquem, quod tamen summopere prævidere debet.

Omnes fideles per manuum impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut pleni Christi inveniantur: quia cum Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatatur. De consecrat. d. 5. c. Omnes fideles. Et infra in Epistola Melchisedis Papæ.

Decreta Pontiani Papæ.

Pontianus Pa- pa 17. Pontianus Romanus, sedit annos novem, menses quinque: qui cum Hippolyto presbytero in Sardiniam insulam à Maximino Imperatore deportatus est, & ibi 12 Kal. Decembris mactatus: cuius corpus Fabianus Papa reduxit, & Romæ cœmeterio Calixti sepelivit.

Scriptur duas Epistolas ad universos fideles. In prima tractat de honore quo prosequendi sunt sacerdotes, quoniam proptio ore Corpus Domini conficiunt: & populo tradunt.

In secunda generaliter hortatur ad fraternam dilectionem.

An. dem.

An the-

rus Pa-

pa 18.

Decreta Antheri Papæ.

Antherus, natione Græcus, temporibus Maximini martyrio coronatus. Hic gesta Martyrum diligenter exquisivit.

& in Ecclesia recondidit. Propter quod à quodam Maximo præfeto martyr effectus est. Sedit annos tres 18. Papa sub Petto. Hujus Pape est inexplicabilis ferè annorum differentia.

1. Scribit rogatus ab Episcopis Beticæ & Toletanæ Provin- 7. 9. 1. ciz, si liceret mutari Episcopum de una civitate in aliam. *Muta- Respon-* Respondit licere quidem communi utilitate aut necessitate *tiones* fieri: sed non libitu cujusquam, aut dominatione: aut Pe- *Episc.* trus Princeps Apostolorum de Antiochia translatus est Romam, & alij quidem Apostolica autoritate mutati sunt. Eusebius de quadam parva civitate, auctoritate Apost. transférus est Alexandriam, & Felix electione civium propter doctrinam & bonam vitam quam habebat communi Episcoporum & reliquorum sacerdotum ac populorum consilio translatus est Ephesum. Verum avaritiæ, vel præsumptionis aut propriæ voluntatis causa non sunt Episcopi mutandi de civitate in civitatem, sed utilitatis & necessitatis.

Decreta Fabiani Papa.

Fabianus Papa, natione Romanus, sedit annos 14. tempo- *ann. do.* ribus Maximini martyris coronatur 19. Papa. *201. Fa.*

Hic fecit septem subdiaconos qui septem notariis immi- *bianus* nere, ut gesta martyrum in integrum colligerent. Tempo- *Papa* re hujus Novatus hæreticus venit ex Africa, & separavit 19. *19.* Novatianum ab Ecclesia, & quosdam confessores.

Hujus etiam tempore passa est Ecclesia persecutionem, *Sub hoc* & multis Christianis e Roma fugerunt. *pōt. Ca-*

Eusebius l. 9 c. 21. hist. Eccl. tradit. Fabianum si quo co- *sar. Phi-* lumæ apparentis super ipsam caecos offensa, quæ ferebat *lippus* figuram illius, quæ super Christum in Jordane descenderat, *baptismo* ab universo clero & populo electum fuisse Episcopum, qui *in signi-* ante Episcopatum habuit uxorem, quæ post martyrio co- *tus est.* ronata est.

Epistola prima est lætione digna.

Præcipit universis Ecclesiis ut ad officia divina peragenda ordinarent diaconos septem, cum subdiaconis & acolythis, qui diebus dominicis & festivitibus solemnibus divina peragant ministeria, & omni hora parati sint ad divinum officium: & quicquid eis injungitur peragendum, Quod & ipse servabat Romæ.

Ibidem commonet, ut caveant sed ab hoc Novato & li-

inibus, qui alteram fidem & doctrinam tenent, quam Apostoli & successores eorum tenuerunt & docuerunt, ne, quod abfit, post eum abeuntes, in laqueum Sathanæ cadant.

A quibus abstinendum est, sicut ab illis quos Apostolus commemorat, dicens: cum eis nec cibum sumere. Quoniam sic Apostoli statuerunt dicentes: Cum excommunicatis non est communicandum. Et si quis cum excommuni-

De cons. d. 3. li. teris no. 4. q. 1. Sicut Apostoli, & supra in Canonibus Apostolorum c. 10.

In secunda Epistola ad Episcopos Orientales.

Intellexerat literis eorum, nonnullos Episcopos non per singulos annos in cœna Domini chrisma conficere, sed duos vel tres annos consecrationem sancti chrismae semel actam consecrare quoniam nec balsamum per singulos annos poterant reperire, nec necesse est singulis annis chrisma conficere, dum una confectio chrismae abundat. Ad quos ait, Errant, qui talia excogitant, & mente vesana, potius quam recta sentientes, hæc dicunt. In illa enim die Dominus Iesus, postquam cenavit cum discipulis suis, & lavit eorum pedes, sicut à sanctis Apostolis prædecessores nostri acceperunt, vobisque reliquerunt, chrisma conficere docuit. Ipsa enim lavatio pedum, nostrum significat baptismum, quando sancti chrismae unctio perficitur & confirmatur. Si cur igitur ipsius à ei solemnitas per singulos annos est celebranda: ita ipsius sancti chrismae confectio per singulos annos est agenda, & de anno in annum renovanda, & vetus chrisma in sanctis Ecclesiis cremandum. Ita à sanctis Apostolis, & à successoribus eorum accepimus, vobisque tenenda mandamus.

Hæc sancta Romana Ecclesia, & Antiochena à tempore Apostolorum custodit. Hæc Hierosolymorum & Ephesiorum tenet. In quibus Apostoli prædentes hæc docuerunt, & vetus chrisma incendi, & non amplius quam uno anno uti permiserunt.

Quomodo sacerdotes non temerè accusandi, aut reprehendendi sint, nisi à magistris suis, quoniam eorum causas sibi Dominus reservare voluit, & suo iudicio vindicare tolerandi hi sunt potius à fidelibus, quam exprobandi, veluti

palea cum tritico, usque ad ultimum ventilatorum, & sicut pisces mali cum bonis, usque ad segregationem, quae futura est in litore, id est in fine saeculi. Hinc colligitur, sacerdotes Domini non gladio, nec morte ferendos.

Nullus in iudicio praesumat accusator simul esse, & iudex *II. q. 1.* vel testis quoniam in omni iudicio quatuor personas necesse est semper adesse, id est iudices electos & accusatores, ac *Statuti-* defensores, atque testes. *mus ut si quis.*

In tertia ad Hilarium Episcopum.

Primo, nullus accusetur alicubi, quam in suo foro. Si quis *3. q. 9.* vero iudicem adversam sibi senserit, vocem appellationis *Qui cri-* exhibeat. Appellantem autem non debet afflictio ulla aut *men.* detentionis injuriare custodia: sed liceat appellatori vitiatam causam appellationis remedio sublevare, &c. Liceat etiam in causis criminalibus appellare. Nec vox appellandi ei denegetur quem supplicio sententia destinatur.

Si quis crimen alteri obiecit, nisi per scripturam se probaturum esse fateatur, non est pro accusatione habendum. Si vero scripserit, si non probaverit quod obiecit, poenam quam intulit, ipse patiatur.

Tertio idem, & si non frequentius, saltem in anno ter, homines communicent (nisi forte quis majoribus criminibus impediatur) in Pascha videlicet, & Pentecoste, & Natali Domini.

Quarto idem. Si quis aetatis suae triginta non impleverit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etiam si valde sit dignus, quia & ipse Dominus 30. annorum baptizatus est, & sic coepit docere.

Quinto die decrevit, ut in omnibus diebus dominicis, ab omnibus viris & mulieribus oblatio, tam panis quam vini fiat, ut per has immolationes à peccatorum suorum fascibus liberentur.

Sexto idem: ut presbyter illiteratus Missam celebrare non audeat.

Decreta Cornelij Papae.

Cornelius Romanus, sedit annos 2. Vigésimus Papa sub Petro.

a. d. 257.

Hujus tempore Novatus Novatianum extra Ecclesiam *Corne-* ordinavit, & in Africa Nicostatum. Hic à Decio martyrio *lius Pa-* coronatus est, quia noluit ductus ad templum Martis adorare. *ps 20.*

Eusebius hist. Eccles. l. 7. c. 2. refert eodem tempore Cornelium Romæ, & Cyprianum apud Carthaginem Episcopatum gessisse. Et tunc in Africa quæstio exorta est, & si oportet hæreticos rebaptizari. Cumque id à Cypriano, & cæteris pene omnibus per Africam sacerdotibus oportere fieri decerneretur, Cornelius, & cæteri omnes per Italianam sacerdotes hujusmodi decretum, manente sacerdotali concordia refutarunt, statuentes antiquam à patribus super hoc tralitam regulam debere servari, quæ continebat, Hæreticos sola manus impositione purgandos.

In Epistola prima.

Tractat de translatione corporum Apostolorum Petri & Pauli quæ rogau devotæ matronæ Lucinæ, levata sunt de Cathacumbis.

In Epistola secunda ad Rufum Episcopum Orientalem.

Vetat à summis sacerdotibus, & Dei ministris exigi sacramentum juramenti nisi pro recta fide.

Ibidem testimoniis scripturarum ostendit quam alienum sit ab hominibus Christianis jurare, exponens illud Domini quod aatem his abundantius est, à malo est, id est ab exigente & à jurante.

1. 94. Idem decrevit diceas. Honestum etiam videtur ut qui
Sacra- in sanctis audet jurare, hoc jejunos faciat, cum omni ho-
mentum nestate, & honore Dei. Et pueri ante annos 14. non co-
antem. gnantur jurare.

Matth. De hoc Pontifice meminuit Eusebius lib. 6. cap. 33. Et de
 5. Novato hæretico, qui spem salutis ademerat peccantibus, etiam si digni penitissent. Hic exiit princeps Novatianorum, qui ab Ecclesia separati superbo nomine Catharos, i. mundos appellarunt semetipsos. Ob hanc rem concilio sacerdotale Romæ congregatum Episcoporum 60. totidem presbyterorum, cum diaconis multis. Et statuitur, Novatum cum his qui eum sequerentur, alienum esse ab Ecclesia: Eos vetò qui lapsi fuerint in certamine, fraterna commiseratione curandos, & fomentis penitentis medicandos. Scribit de hac re Cornelius urbis Romæ Episcopus, ad Ecclesiam Antiochenam, indicans qui statuerit Concilium Romæ Congregatum, & quid Italici, Africi cæterisque occidentales visum fuerit. De quo Cyprianus librum ad lapsos ad penitentiam cohortando.

Hujus tempore (ut refert idem Eusebius jam Ecclesia habebat ad divina mysteria peragenda cum Episcopis presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, Acolythos, Exorcistas, Lectores, Oritarios. Et viduas habebat Ecclesia, quas cum aliis indigentibus alebat.

Item sub hoc pontifice celebratum est Concilium Carthaginense super ea questione, An baptizati ab hæreticis venientes ad Ecclesiam essent rebaptizandi. In quo Concilio ab omnibus unanimiter decretum est, ab hæreticis non conferri verum baptisma, sicut nec datur Spiritus sanctus, nec vera remissio peccatorum. Inixi verbis Pauli ad Ephes. 4. Una fides, Unum baptisma.

Audistis, collegæ dilectissimi, quid mihi Iubajanus coepiscopus noster scripserit, consulens mediocritatem nostram de illicito & prophano hæreticorum baptismo, Et quid ego ei rescripserim, censens scilicet quod semel atque iterum censuimus hæreticos ad Ecclesiam venientes Ecclesie baptismo baptizari & sanctificari oportere. Item lectæ sunt vobis & aliæ literæ Iubajani, quibus pro sua sincera & religiosa devotione ad Epistolam nostram relictibus, non tantum consensus, sed & instructum se esse gratias egit. Superest ut de hac ipsa re quid singuli sentiamus, proferamus, neminem judicantes, aut jure communionis aliquem (si diversum senserit) amoventes. Neque enim quisquam nostrum Episcopum se esse Episcoporum constituit, ut tyrannico errore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigat, quum habeat omnis Episcopus pro licentia libertatis & potestatis suæ arbitrium proprium tanquam judicari ab alio non possit, cum nec ipse possit alterem judicare, sed expectet universi judicium Domini nostri Iesu Christi, qui unus & solus habet potestatem & proponendi nos in Ecclesie suæ gubernatione, & de actu nostro judicandi.

Ego unum baptisma in Ecclesia sola, scio, extra Ecclesiam nullum. Hoc erit unum ubi spes vera est, & fides certa. Sic enim scriptum est. Una fides, una spes unum baptisma. Non apud hæreticos, ubi spes nulla est, & fides falsa. Ubi omnia per mendacium aguntur. Ubi exorcizat dæmoniacus Sacramentum interrogat, cujus os & verba cancer emittunt. Fidem dat infidelis. Veniam delictorum tribuit sceleratus, & in nomine Christi tangit Antichristus, Benedicit à Deo maledictus. Vitam pollicetur mortuus. Pacem dat impacificus. Deum invocat blasphemus. Sacerdotium admaistrat pro-

Verba
Cypriani.

Responsum
Concilii
Ab-Ita.
Eph 4.

phanus. Poni; aitate sacrilegus. Ad hæc omnia accedit & illud malum, ut Antistes diaboli audeat Eucharistiam facere. Aut qui illis assistunt dicant hæc omnia falsa esse de hæreticis. Ecce ad qualia Ecclesia consentire cogitur, & sine baptismo ac venia delictorum communicare compellitur. Quam rem (fratres) fugere ac vitare debemus, & à tanto scelere nos separare, & onum baptisma tenere, quod solè Ecclesiæ à Deo concessum est.

Cyprianus Carthagenen. dixit.

Sententia Cypriani. Censeo secundum Evangelicam & Apostolicam constitutionem, adversarios Christi, & Antichristos appellatos quando ad Ecclesiam venerint unico Ecclesiæ baptismo baptizandos esse, ut possint fieri de adversariis amici, & de Antichristis Christiani. Revocata sunt hæc per Cornelium in sacerdotali Concilio Romæ, & per Stephanum Papam.

Decreta Lucij Papa.

ann. do. Lucius Romanus, sedit annos 3. à Valeriano martyris coronatus.

258. Hic præcepit ut duo presbyteri & tres diaconi in omni loco Episcopum comitarentur, propter testimonium Ecclesiasticum.

Lucius pont. 21. Idem cum ad passionem pergeret, omnem potestatem Ecclesiæ reliqui Archidiacono suo Stephano successori suo. Hæc meminit Eusebius hist. Eccles. lib. 7. cap. 1.

Fuit temporibus Gallie & Volustiani. Hic Episcop.

30 ann. minore reperiit. *In Epistola prima ad Episcopos Gallie & Hispania.* Excommunicavit bona Ecclesiæ expoliantes, vel Ecclesiis vexationem inferentes, quoniam erant pauperibus dedicata.

Ibidem, de Romana Ecclesia tradit; quod est Apostolica mater omnium Ecclesiarum, quæ à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticis novitatibus depravata succubuit secundum ipsius Domini Salvatoris divinam pollicitationem, qui Principi discipulorum dixit, Perre ecce satanas, &c. Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua, &c.

Idem

Idem fecit decretum, ut ministri altaris presbyteri & diaconi tales eligantur qui continentiam seruent.

81. d. c.
mini.

Idem, ut clericus solus ad foeminae tabernaculum non accedat, nec frequenter properet sine majoris natu sacerdotis iussione. Et ne solus presbyter cum sola foemina fabulas misceat. Et si quid agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus Eccl. sive asceatur.

Idem, ut nullus clericus cum extranea habet foemina, nisi soror aut proxima fuerit, & cum magna sollicitudine fiat.

Non enim ignoro malitias satanæ.

Extant epistolæ Cypriani ad Lucium.

Decreta Stephani Papa.

Stephanus Romanus, sedit annos 7. martyrio coronatur, a. d. 101.

22. Papa sub Petro.

Stepha.

In epistola prima ad Hilarium Episcopum.

pont. 12.

Quod non sint admittendi ad gradus Ecclesiasticos omnes illi qui pro crimine aliquo notantur infamia. Vide 6. q. 1. c. Infames, ubi omnes ferè peccatores excludit.

Fuit tē-

poribus

Valeria.

de con-

fedi. c. 1.

Vesti-

mentis.

Qualia debent esse vestimenta, quibus Domino ministratur, & cultus celebratur divinus. Ut sint sacrata, & honesta, quibus in aliis quàm usibus Ecclesiasticis non utantur. Nec ab aliis contingantur, aut fiantur, nisi à sacratis hominibus, nec ultio quæ Balthazarem regem percussit, super talia præluentes veniat divina.

In secunda Epistola.

Galat. 6.

De accusationibus sacerdotum, de qua re in decretis Telephori, & Hyginij.

1. Cor.

15.

Ibi Apostolo prohibente inter Christianos non debent accusationes exerceri: ex quo docemur à Paulo, lites non probari inter fideles, Eusebius de Sixto l. 7. c. 23.

an dom.

164.

Sixt. pōt.

Decreta Sixti Papa.

Sixtus secundus, natione Græcus ex Athenis, sedit annos duos, 23. Papa sub Petro.

13 Tem-

poro hu-

jus exor-

ta est Sa-

bellia-

normis

scētā.

Hic sub Decio & Valeriano martyrio coronatur. Quia noluit sacrificare dæmonis, capite truncatus est, & cum eo sex diaconi. Et die tertio post passionem illius

30 *Summa Decret. Sixti & Dionysij Papa.*
passi sunt Laurentius ejus Archidiaconus, Claudius Sub-
diaconus, Severus presbyter, Romanus ostiarius, & Cre-
centius lector.

*In Epistola ad Gratum Episcopum explicat proces-
sum personarum divinarum.*

In secunda ad Episcopos Hispania.

Agit de accusationibus & persecutionibus Episcoporum,
&c. Consule Euseb. hist. Eccl. l. 7. c. 4. Et infra tradit multa, quæ hujus tempore contigerunt.

Decreta Dionysij Papa.

an. dom. Dionysius Monachus, sedit annos 6. fuit 24. Papa.
266. Hic Presbyteris Ecclesias divisit, & cœmeteria, patri-
Dionys chiasque diœceses constituit. Ejus epistolæ nihil habent,
post. 24. nisi generales commonitiones ad observationem legis Chri-
Fuit 18- tianæ.
poribus Hujus tempore congregatum est provinciale Concilium
Galen. in Antiochia.

Hujus meminit Eusebius hist. Eccl. l. 7. c. 23. & infra. Ag-
gregatum verò contra Paulum Samosatenum, qui abjectus
& indigna de Christo sentiens, negabat eum de cœlis de-
cendisse, sed à Maria originem cepisse, & initium habuisse
de terra, & communis naturæ hominem tantum fuisse.

Extat epistola Episcoporum Antiocheni Concilii ad
an. dom. Dionysium Papam, & ad alios Episcopos, & universum Chris-
272. tum, & plebem contra prædictum Paulum, apud Eusebium
Felix I. cap. 36.

Decreta Felicis Papa.

pont. 25.
Sub
Claudio Felix Papa primus, Romanus sedit annos 4. Papa 25.
& Vale. Petro.
viano. Hic constituit, supra memorias ac sepulchra martyrum
Sub hoc Missas celebrari. Quod destruxerunt Lutherani hæc tem-
pō. Ma- pestate.

nes Per- Hujus meminit Eusebius l. 7. c. 27.
sa Mari- Extat epistola ejus ad Paternum Episcopum, & altera
chaerū Episcopos Galliarum, quæ tantum generales commonitiones
introdu- continent.

xie se- Extat alia ad Benignum Episcopum, à quo confabulatum
clam, est in rebus fidei, quoniam quidam in sua Ecclesia de-

Decreta Felicis Papæ.

51

hanc filium non posse propriè videre patrem, juxta illud, Deum nemo vidit unquam. Et alij fingeant filium minorem patre, quoniam pater illi perhibet testimonium. Et quia pater invisibilis dicitur, filius verò visibilis comprobatur. Ad quæ consultus respondit Felix. Isti ignorantes divinarum scripturarum & Apostolorum jura, ex proprio & adul-

Sap. 9.
Matth. 11.

Joan. 1.
Joan. 8.
Joan. 7.

terino sensu talia fabricant. Nos verò evidentioribus testimoniis veteris & novi Testamenti, filium patrem semper videre posse doceamus, Salomone dicente: Est tecum sapientia, quæ novit opera tua, quæ affuit tibi, cum faceres orbem terrarum, &c. Et in Evangelio Nemo novit filium nisi pater, nec patrem quis novit nisi filius, &c. Et iterum: Deum nemo vidit unquam, sed unigenitus, &c. Item, Vos non novistis eum, ego autem novi eum. Et iterum Qui ex Deo est hic novit Deum.

Joan. 8.
Joan. 1.

Si sereno censu recensitas scripturas, invenies non solum patrem filio testimonium perhibentem, sed totam simul inseparabilem Trinitatem. Ego sum qui testimonium perhibeo de me, & testimonium perhibet de me qui misit me pater, &c. Cum venerit paracletus Spiritus, ille testimonium perhibebit de me, &c. Intende, quoniam in quibus una testificationis virtus ostenditur, nullus ab alio neque potior neque inferior judicatur.

Rom. 2.

De illo sæpe diximus, quod secundum hominis formam filius visibilis dicitur, secundum verò deitatis substantiam, invisibilis prædicatur, ut Paulus multis in locis ostendit. Hæc est Apostolorum viva traditio. Hæc sancta & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur nec ab hæreticis pravitatibus depravata succubuit, sed ut in exordio normam fidei Christianæ percepit ab authoribus suis Apostolorum Christi principibus, illibata manet juxta illud Lucæ 21. Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua 24. q. 1. A recta ergo fide. Ut supra in decretis Lucij. Papæ.

an. dom.
276. Eus
tychianus fuit

Decreta Eutychiani Papæ.

Eutychianus primus, natione Tuscus, sedit anno uno, Papa 16. sub Petro.

Hic temporibus suis per loca diversa 342. martyres propriis manibus sepelivit. Qui etiam statuit, ut cum Dalmatica aut Colobio sepeliretur. Hujus meminit Eus. hist. Eccles. liani.

tempore
Aure-

lib. 7. cap. 7.

Extat epistola ejus prima ad Episcopos Beticæ provincie, in qua veritatem dominicæ incarnationis explicat, quomodo salva proprietate utriusque naturæ Deus verus, & verus homo erat.

Extat altera ad Episcopos Siciliæ, tantum continens generales commonitiones ad fidem & pietatem pertinentes.

Extant decreta ejus apud Gratianum 20. q. 2. c. Statuimus.

Abbatissa præsumens velare virginem, vel viduam, excommunicetur. Qui penitentiam perjurij agere noluerit, excommunicetur 20. q. 1. Prædicandum.

In potestate fidelis erit, si quis gentilis gentilem uxorem duxerit ante baptismum, post baptismum eam habere, vel non habere. Et infidelem discedentem fidelis sequi non cogitur. 28. q. 1. Si quis gentilis.

Magnum malum ebrietatis, ex quo omnia vitia pullulant, Christianis modis omnibus cavere præcipimus. Quia autem hoc vitare noluerit, excommunicandum esse usque ad congruam emendationem.

Luc. 11.
2. The 5. Idem Episcopi & Dei ministri nõ debent comestationibus & vinolentiis nimis incumbere, considerantes sententiam Domini dicentis, Attendite, ne graventur corda vestra, & Modestate enim cibum, & necessarium solum sumant, (juxta Apostolum) sobrii sint, & parati ad servitium Dei.

Decreta Gaij Papæ.

a. d. 284. Gajus, natione Dalmata, sedit annos 11. temporibus Diocletiani Imperatoris, cujus meminit Eusebius hist. eccl. lib. 7. c. 27. sub Petro.

Gaius pont. 27. Hic constituit, ut omnes ordines in Ecclesia sic ascenderent. Si quis Episcopus fieri mereretur primo fiat ostiarius, lector, exorcista, acolythus, deinde Subdiaconus, Diaconus, presbyter, & exinde Episcopus ordinaretur.

Extat epistola ejus elegantissima ad Felicem Episcopum de veritate incarnationis dominicæ, ubi ostendit primo quod nullius innocentis occisio fuerit redemptio mundi, nec alicujus debitum quisquam suo sine perfolvit, nisi filii hominis Iesus Christus, in quo omnes crucifixi, omnes mortui omnes sepulti, omnes etiam sunt suscitari, de quo ipse dicebat, Ego cum exaltatus fuero, &c. Ioan. 12. Ubi secundo Postquam multa elegantissima collegit, subdit, Mandatum Dei in Christo reconciliatum, ut nisi verbum dignetur caro fieri, nulla caro posset salvari.

Marcellinus, natione Romanus, sedit annos 9. temporibus Diocletiani, quo tempore fuit persecutio magna, ita ut intra 30. dies 17. millia hominum promiscui sexus per diversas provincias martyrio coronarentur. Et ipse Marcellinus ad sacrificium ductus est, ut thurificaret. Quod & fecit. Et post paucos dies penitentia ductus, ab eodem Diocletiano pro fide Christi cum Claudio & Cyrino & Antonio capite truncatus est, & martyrio coronatus. Iacuerunt vero corpora sanctorum in platea dies 36. iussu Diocletiani. Deinde Marcellus presbyter noctu collegit cum presbyteris & diaconis, & cum hymnis sepelivit.

2. Cor. 9.
an. do. 91.
29. Mar-
cel. pont.
28. Sub
quo de-
cima
Chris-
tianorū
persecu-
tio fuit.

Extat Epistola ejus prima ad Salomonem Episcopum, in qua damnat errores quorundam dicentium Patrem majorem esse filio, quia illi soli sacrificium immolatur. Et quod filius nullam cum patre communionem operum habeat. Et quod illud propheticum, Sciant gentes quoniam nomen tibi Deus, tu solus altissimus, de solo patre dictum sit Psal. 82. Hæc refellit, adductis testimoniis satis idoneis sacram scripturarum.

Extat altera Epistola ad Episcopos Orientales, solas monitiones generales continens.

Hic etiam Marcellinus convictus est quod thurificasset in templo Isis & Vestæ, per Gajum & Innocentium diaconos, & Urbanum & Iuvenalem presbyteros, & per 28. alios testes. Et tandem in synodo 300. Episcoporum, & 30. presbyterorum, caput cinere convolutum habens Marcellinus Episcopus Urbis Romæ, voce clara clamans, dixit, Peccavi coram vobis, & non possum in ordine esse sacerdotum, quoniam avarus ac corruptus auro. Et subscripserunt in ejus damnatione & damnaverunt eum extra civitatem, dicentes: Quia ore suo condemnatus est, & ore suo anathematizantes accepit Maranatha. Nemo enim unquam judicavit pontificem, nec presul sacerdotem suum, quoniam prima sedes non judicabitur à quoquam. Tu eris iudex, ex te condemnaberis, tamen in nostra presentia. Tu enim iudex, tu reus. Hoc autem factò, Diocletianus (dum esset in bello Persarum) audiens quod 300. Episcopi & 30. presbyteri in ejus damnationem convenerint, iratus in eandem civitatem misit, & multos Episcopos ad martyrij coronam traxit. Inter quos damnatus est &

54 *Summa Decret. Ancyranæ Concilij.*

Marcellinus, & (ut tradunt multi) vacavit Episcopatus ejus annos 7. De condemnatione Marcellini est fermè inexplicabilis scriptorum differentia, Diximus certiora in controversia quarta.

*Ancyranum
melius
dictū ab
Ancyra
ivitate
ita in
Galatia.*

Concilium Ancyranum post tempora Marcellini Papæ celebratum parum ante Nicænum concilium circa annum Domini 308. Sub quo Cæsare, ex scriptoribus constare non potest fuit provinciale concilium, sed approbatum à Nicæna synodo universali, ut constat Act. 4. concilij Florentini.

Hoc concilium vocatur à Gratiano in decretis Anchyritanum, ab alijs Anquitanum Cui interfuerunt aliqui Episcopi qui etiam affuerunt in concilio Nicæno.

Continet Canones generales 24. contra eos qui in vel diis thurificabant vel immolabant.

Can. 1. De presbyteris, qui immolaverunt tempore persecutionis.

*D. 50.
Presbyteros
qui.*

Presbyteros qui immolaverunt, & postea certamen utrum inierunt, si hoc ipsum ex fide, & non aliquo argumento sibi met præparantes egerunt, ut iterum teneri viderentur, aut tormentis subijci putentur, tanquam invitati: si in fide ergo luctati sunt, & non ex compacto ad ostentationem sedis propriæ retinere, offerre autem illis, & sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotalibus officiis fungi non liceat.

Can. 2. De diaconis qui immolaverunt.

*D. 50.
Presbyteros
qui.*

Diaconi similiter qui immolaverunt, postea autem iterum reluctati sunt, illum quidem honorem habere oportet. Certe vero debent ab omni sacro, ita ut nec panem nec calicem offerant, nec probentur, nisi forte aliqui Episcoporum consensu sint laboris eorum, & humilitatis & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere vel addere. Penes ipsos ergo erit de his potestas.

Can. 3. De his qui ex fuga comprehensi sunt.

Qui fugientes timore persecutionis comprehensi sunt vel à familiaribus seu domesticis traditi, & vel bona propria amiserunt, vel sustinuerunt tormenta, vel etiam carceribus inclusi sunt, & tamen proclamaverunt se Christianos: quia etiam perseverante violentia ad id usque

perducti sunt, ut manus eorum apprehensas, & violentè attractas, super sacrificia imponeret, illis licet perseverantibus in fide, & Christianos se esse vociferantibus Hoc ergo quod eis invitis & aliis cogentibus contigit, si luctu mortore animi acerbè se ferre demonstrant, ipsique humili per bonam conversationem habita incedentes, dolere se quod invicti coacti sunt doceant, hos tanquam inculpatos à cõmunionem non vetari. Si autem jam prohibiti sunt ab aliquibus à cõmunionem, majoris diligentiz, & inquisitionis causa, aut per aliquorum ignorantiam, statim recipi oportet. Hoc autem observari convenit & de clericis & de laicis omnibus. Laicos sanè qui in similes necessitatis causas incidierint, tanquam si nihil peccaverint, maximo si eos probabilis vita commendat, ad ordinationem recipi placuit.

Can. 4. De his qui in templis idolorum cœnaverunt.

De his qui sacrificare coacti sunt, intemper in templis idolorum cœnaverunt, si qui eorum cum habitu cultiore ad templa perducti sunt, atque ibi pretiosiori veste adhuc mutata, cœnz participes facti sunt idolorum, indifferenter sumentes omnia quæ fuerunt apposta, placuit eos inter audientes uno anno constitui, tribus autem aliis annis agere pœnitentiam. Sed ex ipso triennio per biennium tantum modo orationi communicare, tertio autem anno reconciliari sacramentis.

Can. 5. De his qui in locis idolorum manducaverunt.

Quorquoc autem ascenderunt templa cum veste lugubri, & recumbentes inter alios manducaverunt, sentes, si compleverint pœnitentiam triennij temporis, sine oblatione suscipiantur ad cõmunionem; id est, ut ipsi oblationem non offerant. Si autem producti ad templa, non manducaverint, biennio maneat in pœnitentia. Tertio verbò anno communicent, sed sine oblatione, ut dictum est: in quarto autem anno perfectionem suam recipiant. Episcopum autem hanc habere licentiam oportet, ut perspecta singulorum conversatione, normam regulamque conversationis attribuat, id est, ut humanius agens secundum vitæ modum, tempus alicui pœnitentiæ breviet aut etiam prolixius, quod correctioni necessarium viderit, addat. Discutiat autem omnium horam & præcedens vita, & posterior, & ita circa eos sacerdotalis se humanitas moderetur.

*Can. 6. De his qui timore ritus Gentilium
peregerunt.*

De his qui minis tantum cesserunt, aut bonorum ablatione, aut transportationis pœna deterriti sacrificaverunt, & nunc usque non pœnituerunt, neque conversi sunt, modo autem, & tempore hujus Synodi se obtulerint, conversionis suæ consilium capientes, placuit eos usque ad magnam diem inter audientes suscipi, ac pœnitentiam agere triennio, & post duos alios annos sine oblatione communicare, & ita demum sex annis completis ad perfectum pervenire. Quod si aliqui ante hoc concilium suscepti sint ad pœnitentiam, ex illo tempore imputabitur eis initium sexenni constituti. Quod si alicui horum quolibet mortis periculum aut ex ægritudine, aut ex aliqua causa acciderit, huius communio propter viaticum suum non negabitur.

Can. 7. De his qui frequenter idolis immolaverunt.

De his qui in festis diebus paganorum, in remotis eorum locis convivis interfuerunt, & suas nihilominus epulas ibidem portaverunt & comederunt, placuit, ut post biennium pœnitentiam suscipiantur, ita tamen, ut utrum aut enim oblatione recipiendi, sint an ad solam communionem admitti debeant, unusquisque Episcoporum examinet viciorum, & præterita ac præsentia debita consideratione pœndat.

Can. 8. De his qui vi coacti idolis immolaverunt.

Hi autem qui secundo vel tertio sacrificaverunt ut coacti, quatuor annis sese ad pœnitentiam submittant, duobus autem aliis sine oblatione communicent, septimo anno perfectionem recepturi communionis.

*Can. 9. De his qui aliis sacrificandi causam
attulerunt.*

Quotquot autem non solum à fide Dominica deviarunt, sed etiam insurrexerunt in alios, & fratribus persuaserunt, & rei facti sunt persuasionis, hi per triennium quidem inter cathecumenos habeantur. Per aliud autem sexennium pœnitentiæ recipiant locum: alio verò anno, id est decimo, communionem sine oblatione recipiant, ut completo decennio perfectione fruantur. Ideo autem ipso

tempore etiam vita eorum & conversatio consideranda est.

Can. 10. *De Diaconis protestantibus cum ordinantur.*

Diaconi quicumque ordinantur, si in ipsa ordinatione potestati sunt, dicentes vel sese habere uxores, nec posse se continere, hi postea si ad nuptias venerint, maneat in ministerio, propterea quod his Episcopus licentiam dederit. Quicumque sanè tacuerunt, & susceperunt manus impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, à ministerio cessare debent.

Annotatio.

De mora & ritu Græcorum loquitur Concilium, videlicet de uxoribus ante Diaconatum ductis, & ideo ait: si cum ordinantur dixerint velle se uxores habere, & velle se matrimonio ante contracto uti, & deinde cum dicitur: Si postea ad nuptias venerint, vel se contulerint, hoc est si ad uxores quas in matrimonium ante duxerant accesserint, atque eis commisceantur. Si ad nuptias videlicet ante contractas venerint. Si nuptiis ante contractis uti voluerint, sic hunc Canonem explicat Major in 4. dist. 24. q. 2. & dist. 73. q. 1. Vel intelligitur si ad nuptias venerint, hoc est si nuptias contraxerint, facto non jure, ut exponunt Archidiaconus Turretem, & Gemen in cap. Diaconi. Ex quibus patet veram esse communem Theologorum & Canonici laris Interpretum opinionem, nulli post Diaconatum licere matrimonium contrahere, id non quidem iure divino, sed Canonico prohibetur.

Can. 11. *De desponsatis puellis.*

Desponsatas puellas & postea ab aliis corruptas, placuit erui, & his reddi quibus fuerant ante desponsatas, etiam si à captoribus florem pudoris sui amisisse constiterit.

*Desponsatas
puellas.*

Can. 12. *De his qui ante baptismum sacrificaverunt idolis.*

Eos qui ante baptismum sacrificaverunt, & postea baptismum consecuti sunt, placuit ad ordinem promoveri, tanquam ab omni crimine lavacti salutari sanctificatione purgatos.

Can. 13. De Chorepiscopis, & eorum potestate.

Vicarius Episcoporum (quos Græci Chorepiscopos vocant) non licere, vel presbyteros vel diaconos ordinare: nec presbyteris civitatis sine Episcopi præcepto amplius aliquid imperare, nec sine autoritate literarum ejus in unaquaque parochia aliquid agere.

Can. 14. De Presbyteris à carnibus se abstinentibus.

De his qui in Clero sunt Presbyteri vel Diaconi, & abstinent à carnibus, hoc placuit statui, ut non eas tanquam immundas contemnant seu contingant. A quibus quidem qui se abstinere volunt, habeant potestatem, ita tamen ut si quando cum oleribus coquantur, eadem tanquam carnibus polluta non judicent, sed ex his cibam assumant, quamvis à carnibus se abstineant. Quod si tantum eas immundas & abominabiles judicaverint, ut nec olera quæ cum carnibus coquantur, æstimant comedenda, tanquam non consentientes huic regulæ, cessare eos oportet, & à ministerio, & ordine suo. Si quis autem hujus regulæ monitis non obediens, sed carnes (ut dictum est) immundas & abominandas existimaverit, cessare debet ab ordine suo.

Can. 15. Non debere Presbyteros Ecclesiastica jura vendere.

1. q. 1. 87. qui. Si qua de rebus Ecclesiæ cum Episcopus non est, presbyteri vendiderint, placuit, rescisso contractu, ad jus Ecclesiasticum revocari. In judicio autem erit Episcopi, si constitutum pretium debeat recipi, nec ne, propter quod sæpe contingit distractarum rerum redditus ampliore tumba pro accepto pretio reddi.

Can. 16. De his qui irrationabiliter vixerint.

De his qui irrationabiliter versati sunt, sive versantur, Quotquot ante vicimum ætatis suæ annum tale crimen commiserint, quindecim annis exactis in pœnitentia, communionem mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac communionem durantes, tunc demum oblationis sacramenta contingant. Discutiatur autem vita eorum, quales tempore pœnitentiæ extiterint, & ita misericordiam consequantur. Quod si inexplebiliter his hæserint criminibus, ad agenda pœnitentiam prolixius tempus infamant. Quo-

quot; autem peracta viginti annorum ætate, & uxores habentes, hoc peccato prolapsi sunt, viginti quinque annis penitentiam gerentes, in communionem suscipiantur orationum. In qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta percipiant. Quod si qui & uxores habentes & transcendentes quinquagesimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum vitæ communionis gratiam consequantur.

Can. 17. De his qui alios ad antedicta peccata induxerunt.

Hos eosdem sane non solum leprosos crimine hujusmodi factos, sed & alios isto suo morbo replentes placuit inter eos orare qui tempestate jactantur, qui à nobis encirgamenti intelliguntur.

Can. 18. De his qui ad Episcopatum promoti sunt, nec recepti.

Si qui Episcopi suscepti non sunt à diocesi in qua fuerant denominati compellantur ad eandem judicis edicto redire. Quod si voluerint alias Ecclesias occupare, & vim facere aliis Episcopis quos ibi invenerint, seditiones excitando adversus eos, hos segregari oportet. Quod si volunt in Presbyterio in Ecclesia ubi prius fuerant, tanquam presbyteri residere, non repellantur à propria dignitate. Quod si etiam ibi seditiones concitare probantur Episcopis ibidem constitutis, segregari eos necesse est, & nihilominus presbyterij dignitate privari.

d. 92. Si qui Episcopi.

Can. 19. De his qui virginitatem profitentur.

Quotquot virginitatem pollicitam prævaricati sunt, professione contempta, inter bigamos, id est, qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debent. Virgines autem puellas, quæ tanquam sorores, cum nonnullis viris habitare volunt, ab eorum consortio prohibemus.

27. q. 1. Quotquot virginitatem.

Can. 20. De adulteris, & eorum penitentia.

Si quis adulteriû comiserit, septem annis in penitentia completis perfectioni reddatur, secundum pristinos gradus

Can. 21. De mulieribus quæ partus suos ex fornicatione necant.

De mulieribus quæ fornicantur, & partus suos necant, scilicet & de his quæ agunt secum, ut utero conceptus excruciantur, iniqua quidem definitio est, usque ad exitum vitæ eas ab Ecclesia removeri. Humanius autem nunc definiamus, ut eis decem annorum tempus tribuatur.

Can. 22. De homicidiis.

d. 16. eos
vero
qui.

Qui voluntariè homicidium fecerint, ad pœnitentiam quidem jugiter se submittant. Circa autem exitum vitæ communiõne digni habeantur. Eos vero qui non voluntariè, sed casu homicidium fecerint, prior quidem regula post septem annorum pœnitentiam communioni sociavit secundum gradus constitutos. Hæc verò humanior definitio quinquenni tempus tribuit.

Can. 23. De his qui divinationes expetunt.

26. q. 1.
Qui di-
vina-
tiones.

Qui auguria, vel auspicia, sive somnia, vel divinationes quilibet secundum morem Gentilium observant, aut in domos suas hujusmodi homines introducunt in exquirendis aliquibus arte malefica, aut ut domos suas lustrent confessi, quinquennio pœnitentiam agant secundum antiquitus constitutas regulas.

Can. 24. De his qui virginum corruptionibus consentiunt.

Si quis sponsam habens, torori ejus forsitan intulerit violentiam, eique inhæserit, tanquam suæ, hæc autem decepta, postea uxorem duxerit desponsatam, illa verò quæ vitium passa est, fortè necem sibi intulerit, omnes qui in facti hujus sunt conscij, decem annis in pœnitentiam redigantur secundum Canones constitutos.

a d. 13.

In eodem Concilio mandatur Decreto generali, ut Episcopi, eorumque ministri studeant perniciosam & à diabolo inventam maleficam artem & sortilegam penitus è parochiis suis eradicare, & ab Ecclesia ejicere, juxta illud Pauli, Hæreticum hominem post, &c.

Ibidem. Quod sceleratæ quædam mulieres dæmonum illusionibus reductæ, nocturnis horis cum Diana pagænorum dea, & innumera multitudine mulierum credunt

se equitate super quosdam beatas, & multa terrarum spatia 2. Cor. 11.
 pertransire: quæ falsa opinione deceptæ hæc vera esse cre-
 dunt, & credendo, à recta fide deviant. Ideo sacerdotes per
 Ecclesias sibi commissas populo prædicare debent hæc
 omnino esse falsa & à maligno spiritu talia phantasmata
 mentibus fidelium irrogari. Si quidem satanas transfiguratur
 se in angelum lucis, & cum mentem cujusque mulieretur
 ceperit, & hæc sibi per infidelitatem subjugaverit, illico
 transformatur se in diversarum personarum speciem arque si-
 militudines, & mentem quam captiva tenet, in somnis delu-
 dens modò læta, modò tristitia, modò cognita, modò incog-
 nita personas ostendens, per devia quæque deducit. Et cum
 solus spiritus hoc patitur, infidelis mens si hoc non in ani-
 mo sed in corpore opinatur evenire, cum Ezechiel Pro-
 pheta visiones Domini non in corpore, sed in spiritu vidit.
 Et Ioannes sacramentum Apocalypsis in spiritu non in cor-
 pore vidit. Et Paulus non audeat dicere se raptum in cor-
 pore. Omnibus itaque publicè annunciandum est, quod qui ta-
 lia, & his similia credit, fidem perdidit. Subscripserunt 18.
 Episcopi, qui in eo Concilio convenerunt.

Apoc. 1.
2. Cor.
11.

Decreta Marcelli Papa.

Marcellus Romanus, sedit annis quinque. Hic à Maxen-
 rio comprehensus ut negaret se esse Episcopum, & sacrifi-
 cium se humiliaret dæmoniorum. Qui semper contemnens &
 decidens dicta Maxentij damnatus est in Cacabulum: ubi
 dum multis diebus serviret, orationibus & jejuniis Domino
 deservire non cessabat. Mense verò nono venerunt Clerici
 ejus omnes, & eruerunt eum noctu de Cacabulo. Et matro-
 na Lucina vidua suscepit beatum virum, quæ domum suam
 nomine itali beati Marcelli dedicavit, ubi die noctuque
 Hymnis & orationibus Domino Iesu Christo confiteban-
 tur.

a. d. 304.
Marcel.
p. 29.
Marcel.
Card.
rit. in-
stituit.

His auditis à Maxentio, tenuit iterum beatum Marcel-
 lum & iussit in eadem Ecclesia iterum paleas excerni, ut
 ibidem animalia Cacabuli congregata starent, & ipsis bea-
 tus Marcellus deserviret. Qui tandem in servitio anima-
 lium, nudus, amictus cilicio defunctus est.

Exstat epistola ejus decretalis ad Episcopos Antiochenæ
 Provinciæ. Vbi primo definit de primatu Ecclesiæ Romanæ
 ad quam omnes quasi ad caput juxta Apostolorum sanctio-
 nes, Episcopi suffugere, eamque appellare debent, ut

inde accipiant liberationem, unde acceperunt informationem & consecrationem, cui cessit Antiochena quæ olim erat prima.

Ab eodem constitutum est, ut nulla synodus fieret, præter ejusdem sedis auctoritatem.

Extat alia ejus Epistola ad Maxentium tyrannum, quæ commonet ut cesset sævire adversus Christi fideles.

Extat ejusdem decretum 20. q. 1. Illud aurem statuendum esse censemus, ut si in minori ætate filij Monasterio oblati fuerint, vel sacram tonsuram vel velamina susceperint, dignum duximus, ut 15. anno à prælatis moniti verbis, inquitantur utrum in ipso habitu permanere cupiant, an non. Si vero permanere professi fuerint, ulterius penitendi locum minime amplecti possunt. Si vero ad secularem habitum reverti voluerint, redeundi licentia nullo modo denegetur, quia satis inutile est, ut coacta servitia Domino præstentur.

an. d. m.

Decreta Eusebij Papa.

309. Eusebius Eusebius Græcus sedit annos sex, temporibus Constantin. Fuit sub Petro 30. Papa.

De cons. pont. 30. Sub hoc Crux Domini nostri Iesu Christi 5. nonas Maii inventa est, & festum de ea celebrandum instituit, ut habetur in Epistola ejus tertia ad Episcopos Tusciæ & Cæpaniæ.

3. cap. Crucis Ibidem definit Hæreticos in sanctæ Trinitatis nomine credentes, & sub hac invocatione baptizatos, per solam impositionem reconciliandos.

De con. Demini. Ibidem manus impositionis sacramentum magna veneratione tenendum est, quæ ab aliis perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus, æ

De con. sec. d. 4. tempore Apostolorum ab aliis quam ab ipsis Apostolis, legitur aut scitur esse peractum. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur & vacuum, nec inter Ecclesiasticæ

Manus quoquo. unquam reputabitur sacramenta.

27. q. 1. Decretum est ab eodem, desponsatam puellam non licet

Despons. satam. parentibus alij viro tradere. Licet tamen illi Monasterium sibi eligere, si voluerit.

De con. sec. d. 1. Quod consulto omnium, statuiimus sacrificiū altaris non

Consul. 20. De in sericeo panno aut cinctio quisquam celebrare præsumat, sed in puro lineo ab Episcopo consecrato. Sic corpus Domini nostri Iesu Christi in sindone munda sepultum fuit.

consecr. dif. 6. Je. Idem jejunium Ecclesiæ à sacerdotibus constitutum, sine

Junia. necessitate rationabili non solvatur.

Idem; oportet Episcopum moderatis epulis contentum esse, suosque convivas ad comedendum & bibendum non urgere, quia potius sobrietatis, præbeat exemplum. Removeantur ab ejus convivio cuncta turpitudinis argumenta, non ludicra spectacula, non fatuorum stultiloquia, non scurrilium admittantur præstigia. Adsint peregrini, & pauperes, & debiles qui de sacerdotali mensa Christum benedicentes benedictionem percipiant. Recite ut sacra lectio subsequatur viæ vocis exhortatio, ut non solum corporali cibo, imò verbi spiritualis alimento convivantes se refectos gratulentur ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum Dominum nostrum.

Exant aliz duæ Epistolæ ejusdem. Una ad Episcopos Galliz, altera ad Episcopos Aegypti.

Decreta Melchiadis Papa.

Melchiades Apher sedit annos 3. Papa 31. Hic constituit *an dom.* in die Dominica, & quinta feria jejunium nullus fidelium 311.

ageret, quia eos die pagani quasi sacrum jejunium celebrant. *Mel-*
 Extat Epistola ejus ad Episcopos Hispaniæ, in qua pri- *chiades*
 mum docet quod inter beatos Apostolos fuit quædam dis- *pont. 37.*
 cretio potestatis, Et licet cunctorum pat electio foret, bea- *Matth.*
 to tamen Petro concessum est ut aliis præmineret. *16.*

Ibi respondet ad quæstionem, scilicet utrum sit majus sacramentum manus impositio Episcoporum, an baptismus, dicens, Scitote utrumque magnum esse sacramentum. Et sicut unum à majoribus sit, quod à minoribus perfici non potest, ita & majori veneratione tenendum est. Sed ita conjuncta sunt hæc duo sacramenta, ut ab invicem, nisi morte præveniente, nullatenus possint segregari, & unum sine altero rite perfici non potest. (Nam præveniente morte) unum salvare sine altero potest, aliud autem non potest. Ex quibus colligitur quod baptismus est majoris necessitatis, manus vero impositio majoris dignitatis ex ministro.

Ibi distinguit effectus utriusque sacramenti, quia in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum vero confirmamur ad pugnam: In baptismo abluiamur, post baptismum roboramur. Et quamvis transitus sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Nam regeneratio per se salvat mox in pace beati sæculi recipiendos, confirmatio vero amat & instruit ad

De cons
d. 16.

Spiritu
sanctus.

agones mundi hujus & pœlia reservandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculatus pervenit ad mortem, confirmatur morte, quia non potest peccare post mortem.

Ad hoc profuit Apostolis adventus Spiritus sancti, qui ante descensum sancti Spiritus usque ad negationem Apostoli deterrerentur, post visitationem verò ejus usque ad martyrium contemptu salutis armantur. Igitur secundum hoc per Christam redimimur, per sanctum verò spiritum dono sapientiæ spiritualis illuminamur, ædificamur, erudimur, instruimur, confirmamur, ut illam sancti Spiritus vocem audire possimus. Intellectum tibi dabo & instruam te in via hac qua gradieris, Psal 3. De consecratione d. 5. c. Spiritus sanctus.

Sub hoc congregatum est Concilium Neocæsarense parum ante Nicænum, quoniam idem Episcopus reperitur hic & illic assignatus. Est verò civitas Neocæsarensis clara nunc Trapezuntium, imperij Turcici sedes ante captam Constantinopolim in Provincia Cappadociæ, in qua Patres 17. convenerunt. In Concilio Neocæsarensi, adfuit Episcopus Leonus, & in Concilio Nicæno. De hoc scribit Gratianus d. 16. Sub quo Cæsare celebratum fuerit, ex scriptoribus constare non potest.

Annotation.

In hac Synodo Patres ad Oeconomiam Ecclesiasticam recte instituendam, omniumque fidelium mores piè & sanctè componendos: sequentes quatuordecim Canones ediderunt: quos quidem Canones sicut & Concilij Ancyran. à Patribus Nicæni Concilij approbatos fuisse patet. Sess. 1. act. 4 Concilij Florentini.

Can. 1. De Presbyteris qui uxores duxerunt.

Presbyter si uxorem duxerit, ab ordine suo illum deponi debere. Quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra Ecclesiam abjici, & ad poenitentiam inter laicos redigi.

Can. 2. De muliere qua duobus fratribus nupsit.

Mulier si duobus nupsit fratribus, abjiciatur usque in diem mortis. Sed propter humanitatem in extremis sacri sacramentis reconciliari oportet, ira tamen ut si fortem sanctitatem

tatem recuperavit, matrimonio soluto, ad poenitentiam admit-
tatur.

Can. 3. De multinabib.

De his qui frequenter uxores ducunt, & de his quæ sæ- *31. q. 1.*
pius nubunt, tempus quidem poenitentia: his constitutum *De his*
manifestum est. Sed conversatio & fides eorum tempus ab- *qui fre-*
breviat. *quiter.*

Can. 4. De concupiscentia non consummata.

Si quis concupita muliere, etiam si concubitus ejus desi-
derium habeat, non autem subsequatur effectus, manifestum
est hunc fuisse per divinam gratiam liberatum.

Can. 5. De Cathecumenis peccantibus.

Cathecumenus, id est audiens, qui ingreditur in Ecclesiam
& stat cum cathecumenis, si peccare fuerit visus, figens ge-
nu audiat verbum, ut se abtineat ab illo peccato quod fecit.
Quod si in eo perdurat, abjici omnino debet.

Can. 6. De pragnantibus baptizandis.

De pragnantibus, quod oportet eas baptizari quando vo-
lant. Nihil enim in hoc sacramento commune est parituræ,
& illi qui de ejus utero fuerit editus, quia uniuscujusque in
illa confessione libertas arbitrij declaratur.

*Can. 7. Presbyteros in secundis nuptiis non
debere orare.*

Presbyterum convivio secundarum nuptiarum interesse *31. q. 1.*
non debere, maxime cum præcipiatur secundis nuptiis poe- *De his*
nitentiam tribuere. Quis ergo erit presbyter, qui propter con- *qui.*
vivium illis consentiat nuptiis?

Annotatio.

Sicut Laodicenum Can. 1. Nicænum Can. 8. secundas nu-
ptias approbant; ipsis tamen contrahentibus per Laodicenai
Concilij Canonem allegatum, propter emissum incontinen-
tia signum certi temporis poenitentiam injungunt: Ita hoc
Concilio à bigamis poenitentia requiritur, non quod secun-
dum matrimonium contrahendo peccent, sed quod suam
ipsius incontinentiam manifestent, & bigamiam quæ inhumana
imbecillitatis remedium (1. Cor. c. 7.) instituta est, licentius
usurpent.

Can. 8. Vxoris adultera virum clericum fieri non debere.

*l. d. 58
cuius
uxorem.*

Si cuius uxorem adulterium commisisse, cum esset laicus fuerit comprobatum, hic ad ministerium Ecclesiasticum admitti non potest. Quod si in clericali jam constituto eo, adulteravit, dato repudio, dimittere eam debet. Si, verò retinere eius consortium velit, non potest suscepto ministerio petere.

Can. 9. De Presbyteris, corporali peccato praecipuis.

*II. d. 8.
Qui ad-
miserit.*

Qui admiserit corporale peccatum, & hic postea presbyter ordinatus est, si confessus fuerit quod ante ordinationem suam peccaverit, non quidem offerat, maneat tamen in aliis officiis propter ejus studij utilitatem. Nam cetera peccata censuerunt plurimi, etiam ordinatione privati. Quod si de peccato non fuerit confessus, nec ab aliquibus potest manifeste convinci, huic ipsi de se potestas est committenda.

Can. 10. De diaconis similiter.

Similiter & diaconus si in eodem culpæ genere fuerit volutus, sese à ministerio cohibebit.

Can. 11. Quo tempore conveniat presbyterum ordinare.

*d. 78.
Presby-
ter ante.*

Presbyter ante triginta annorum ætatem non ordinatur, quamvis sit probabilis vitæ, sed observet usque ad præteritum tempus. Dominus enim trigesimo anno baptizatus est, & tunc prædicavit.

Can. 12. De his qui in ægritudine baptismum consequuntur.

*d. 57. Si
quis in
ægritu-
dine.*

Si quis in ægritudine constitutus, fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est nisi forte postea ipsius studium & probabilitas fuerit, aut hominum caritas cogat.

Can. 13. De Presbyteris alterius regionis.

Presbyteri qui contegionales sunt, in Ecclesia pariteribus Episcopis vel presbyteris civitatis offerre non possunt, nec dare panem sanctificatum, nec calicem portigere. Quod si absentes sint civitatis sacerdotes, & fuerint invitati

dandam orationem, soli debebant dare. Vicarij autem Episcoporum (quos Græci Chorepiscopos vocant) constituti sunt quidem ad exemplum septuaginta seniorum, sed tanquam confacerdotes propter sollicitudinem & studium quod in pauperes agunt, offerant, & honorabiles habeantur.

Can. 14. *De numero certo Diaconorum.*

Diaconi septem esse debent secundum regulam, quamvis non magna sit civitas, Regulæ autem authoritas ista est. Quod & liber Act Apostolorum insinuat.

Decreta Sylvestri Papa.

Sylvester natione Romanus, sedit annis 23. Temporibus Constantini, fuit exul in monte Soracte persecutiones fugiens Imperatoris, ubi in cavernis petrarum cum suis clericis latitabat. i. d. 315.
Sylvest.
pont. 22.

Postmodum rediens cum gloria baptizavit Constantinum quem Dominus curavit à lepra in baptismo, quoniam fugerat superstitionem idolorum: cui consignationem sancti Spiritus adhibuit sancti Chrismatis unctione, dicens: Signet te Deus sigillo fidei suæ, In nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti, in consignatione fidei, Amen. Quæ forma parum immutata, nunc servatur in sacramento confirmationis.

Hæc eadem refert Constantinus in edicto suo generali de conversione sua ad fidem Christi.

Hujus temporibus factum est Concilium in Nicæa Bythinæ, ubi congregati sunt 318 Episcopi Catholici, qui exposuerunt fidem integram, sanctam, Catholicam & immaculatam. Et damnaverunt Arrium, Phorium, & Sabellium. Et in urbe Roma congregavit ipse cum Concilio August. Episcopos 277 & damnavit iterum Calixtum & Atrium, Phorium & Sabellium.

Hic constituit, ut baptizatum liniat presbyter chrismate, levatum de aqua, propter occasionem transitus mortis.

Idem constituit, ut sacrificium altaris non in serico, nec in panno tincto consecraretur, nisi tantum in lino ex terra procreato, sicut Corpus Domini nostri Iesu Christi in sindone lino & munda sepultum fuit.

Constituit idem, ut presbyter Arrianum respicientem non susciperet, nisi Episcopus loci designati.

Constituit & christiana ab Episcopo confici, & privilegium Episcopis contulit ut baptizatum consignent propter hæreticam lusionem.

Hic constituit, ut nullus laicos crimen clerico audeat inferre.

Idem, ut diaconi Dalmaticis in Ecclesia uterentur, & palla linostima læva eorum tegetur.

Idem constituit, ut nullus clericus propter quamlibet causam in curiam introiret, nec ante iudicem cinctum causam diceret, nisi in Ecclesia.

Matth.
16.

Referunt etiam hujus temporibus Constantinum Romanam dorasse Ecclesiam, & multas constituisse Basilicas, quas ornavit magnificentissima largitione auri & argenti.

In præfatione Nicæni Concilij, primum notatur illud, quod Ecclesia Romanis nullis synodicis decretis prælata est cæteris Ecclesiis sed Evangelica voce Domini & Salvatore nostri primatum obtinuit, ubi dixit beato Petro Apostolo. Tu es Petrus. Et adhibita est etiam societas in eadem Romana urbe beatissimi Apostoli Pauli, qui uno die unoque tempore gloriosa morte cum Petro sub Nerone agonizans coronatus est. Et ambo pariter Ecclesiam Romanam Christo Domino consecrarunt, aliisque omnibus urbibus in universo mundo eam sua præsentia, atque venerando triumpho præulerunt. Unde prima sedes est cælesti beneficio Romane Ecclesie. Secunda apud Alexandriam, à Marco Evangelista Petri discipulo consecrata. Tertia apud Antiochiam, ubi Beatus Petrus priusquam Romam veniret habitavit, & Episcopum constituit. Quarta apud Hierosolymam, ubi Iacobus Apostolus est Episcopus ordinatus. Itaque secundam antiquorum patrum definitionem, sedes prima Hierosolymis esse minime dicitur, ne forte ab infidelibus idolatriæ sedes Domini nostri Iesu Christi, quæ in cælo est, terra esse putaretur.

De origine Concilij Nicæni sub Constantino Augusto congregati.

Rufini nobis decimus liber, qui conjunctus est novem libris Eccles. Hist. quos Eusebius Cæsariensis edidit necessarium profertur ad medium. Quia dubium non est 318. sanctissimos Patres, ex universo Orientali atque Occidentali orbe in Nyca Bithyniæ congregatos, ut & Arii impium dogma

Christi auxilio functus damnaretur, & laudis providentia constituerent quid in sancta Catholica Ecclesia debet observari. Consule c. 1. lib. 10. hist. Eccl.

Etenim presbyter quidam apud Alexandria nomine Arius, vir ipse & forma magis quam virtute religiosus, sed gloriae, laudisque & novitatis improbe percupidus, prava quae tam Christi de fide proferre, quae antea in quaestionem nunquam venerant, cepit. Absciudere enim ac separare ab illa aeterna & ineffabili Dei Patris substantia vel natura filium conabatur. Quae res in Ecclesia plurimos conturbabat, & à dulcis mentis tranquillitate dimovebat. Sed cum Alexander Episcopus natura lenis & quietus, assiduis commotionibus Arium caperet à pravo incepto & assertionibus impiis revocare, nec tamen res ex sententia procederet, & quod plerisque quodam contagio pestiferæ assertionis infecerat non solum apud Alexandria, verum etiam per alias urbes provincialesque, disperferat, perniciosum fore credens si dissimularet à talibus, plurimis sacerdotibus suis rem indicat. Quæstio latius innotescit, sermo usque ad aures religiosi principis (quippe qui omni studio & diligentia curaret quae nostra sunt) pervenit. Tunc ille est sententia sacerdotum apud urbem Niceam Episcopale concilium convocata, ibique Arium trecentis decem & octo Episcopis resistentibus adesse jubet ac de ejus propositionibus & quaestionibus judicare. Sed in eo Concilio admirabile factum principis non puto reticendum. Etenim cum ex omnibus penè locis Episcopi convenissent, & diversis ex causis inter se diversa iurgia detulissent, interpellabatur frequenter à singulis. Offerebantur libelli, culpa proferebantur, & magis adhuc quam ad id ad quod fuerat ventum animos dabant. At ille suscepit à singulis libellos, quos simul omnes in sinu suo continens, nec quid in eis contineretur aperiens, ait ad Episcopos: Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quaeque judicandi: ideo nos à vobis recte judicamus, vos autem non potestis ab hominibus judicari, propter quod Dei solus inter vos spectate iudicium ut & vestra iurgia quaecunque sint, ad illud divinum referentur examen. Vos enim nobis à Deo dari essis. *Dij Con-Psal.*
veniens non est ut homo iudicet Deos: sed ille solus, de 82. quo scriptum est, Deus stetit in synagoga deorum, in medio vocem Deos discernit. Et ideo his omissis, alia quae ad fidem Dei pertinent, absque ulla animorum contentione

94 *Summa Nicani Concilii apparatus.*

discutit. Cum hæc dixisset, omnes simul querimoniarum libellos iussit exuri, ne innotesceret ulli odium & suggillatio sacerdotum, &c.

In hoc etiam Concilio adfuit Paphnutius, homo Dei, Episcopus Ægypti in quo tanta inerat gratia, ut signa per eum non minus quam olim per Apostolos fierent. Vide lib. 1. Ecclesiast. hist. cap. 4. & 5. ubi referuntur alia annotationes digna. Vide & historiam tripartitam lib. 1. c. 13. & deinceps usque ad 21. ubi plurima notantur ad hoc Concilium concernentia.

Inter ea per dies singulos agitabatur conventus, neque facile aut temere de re tanta statuere audebant. Evocabatur Arius frequenter in concilium, & assiduo tractatu assertiones ejus discutiebantur, & quid adversum hæc teneri deberet ut statui, summa cum deliberatione quærebatur. Tandem post diutinum multumque tractatum placuit omnibus, ac reit uno cunctorum ore & corde decernitur, Homousion conscribi debere. i. ejusdem cum Patre substantiæ filium confiteri, idque firmissima omnium sententia pronunciatum. Decem & septem soli tunc fuisse dicuntur, quibus Arii magis fides placeret, extrinsecus creatum Dei Filium, & non ex ipsius Patris deitate progenitum confirmantes. Defertur ad Constantinum sacerdotum Concilij sententia. Ille tanquam à Deo profectam veneratur. Cui si quis tentasset obari, velut contra divina statuta venientem in exitium se protestatur acturus. Sex igitur soli cum Ario se patiuntur expelli, reliqui remanentes undecim consilio inter se habito, acquiescunt ad subscribendum manu sola, non mente. Cujus simulationis author precipue exitit Nicomedis Episcopus Eusebius.

Post iidem Patres ediderunt canones 10. quos habet Gratiano transcriptos in volumine decretorum variis in locis.

Athanasius Alexandrinus tradit 70 capitula decreta à Nicæno Concilio: sed 20. tantum canones habet Ecclesia Romana, ut vult Stephanus Papa. Et habetur dist. 16. c. Viginti. Quomodo alia non extent nescitur. Certum est antiocheno Concilio aliqua esse incerta, & nonnulla alia in Sardicæ Concilio translata, ut patebit ex canonibus prædictorum Conciliorum: & quædam alia in Epistolis & decretis ipsius Papæ primi.

Bona pars horum viginti canonum Concilij Nicæni repetita est in Concilio Arelatensi. 1. & aliqua ex 70. quorum meminit Athanasius.

Regula sive Canones Nicani Concilij.

Itaque cum convenisset hoc sanctum & magnum Concilium apud Niczam Bithyniæ civitatem Constantino Augusto, & Licinio Casare, &c. decreta 363 statuta sunt ab Episcopis quæ infra scripta sunt & ex Græco in Latinum verba sermonem. Et placuit ut hæc omnia mitterentur ad Episcopum urbis Rom. Sylvestrum.

Can. 1. De eunuchis & de his qui seipfos abscindunt.

Si quis in ægritudine vel à medicis lectus est, vel à Barbaris *Dist. 55^a* castatus, placuit ut iste permaneat in clero. Si quis autem *Si quis* sanus seipsum abscidit, hic etiam si est in clero, cessare debet, à medio & ex hoc nullum talem oportet ordinari. Sicut autem de his *eis*, qui vel affectaverint hæc vel ausi sunt seipfos abscindere, hæc quæ diximus, statuta sunt. Ita si qui vel à Barbaris vel à dominis suis eunuchi facti sunt, & probabilis vitæ sunt, tales hos suscipit Ecclesiastica regula in clerum.

Annotatio.

Adversus abscessos agens sancta Synodus, quos necessitas fecit eunuchos, excipit: damnat autem qui luapte sponie se castraverunt. In fine hujus Canonis dicitur *Tales ad Clerum suscipit regula*. Alia editio. *admittit Canon* vetus scilicet vigelimus Apostolorum Canon, nam in nulla alia Synodo reperitur.

Can. 2. De his qui post baptismum statim ad clerum applicantur.

Quoniam multa, sive per necessitatem, sive ex quacun- *Dist. 49.* que causa contra regulam gesta sunt, ut homines ex via *Quonia* gentili nuper adhuc catechizati vel instituti, statim ad spi- *multa.* ritalem baptismum venissent, & continuo cum baptizati sunt etiam a^t Episcopatum vel presbyterium prov. et sunt Recte igitur visum est, de cætero nihil tale debere fieri. Nam & tempore opus est, ut sit catechumenus, & post baptismum multa probatione indiget. E idens namque Apostolicum præceptum est, dicens: Non neophyturn, fortè elatus, in judicium incidat & laqueum diaboli. Si verò processu temporis aliquod peccatum admisit, & convictus duobus vel tribus testibus fuerit, cesset à clero qui hujusmodi est. Si quis verò præter hæc facit, tanquam contrariis statutis sancti Concilij gerens, ipse de clericatus honore periclitabitur.

Annotatio.

Huic Canonis derogatum fuit in Ambrosio & Nectario ad sedandos concitatos tumultus, & insigniorem aliquam personam.

Can. 3. De subintroductis mulieribus.

D. 37.
Interdixit.

Omnibus modis interdixit sancta Synodus, neque Episcopo, neque presbytero, neque diacono, neque ulli clericorum omnino licere subintroductam mulierem, nisi forte mater, aut soror, aut avia, aut amita, vel matertera sit. In his namque solis personis, & harum similibus, omnis quæ ex mulieribus est suspicio, declinatur. Qui autem præter hæc agit, periculum de clero.

Annotatio.

S. Basiliius Epist. 17. ad Paregor. in addit. hujus Canonis auctoritate nihil non permisit septuagenarium senem secum habitantem habere mulierem, sed inquit, *Ejice illam ex aibus tuis & trade in Monasterium, sit illa cum virginibus tu inter viros ministra: lege, ait Canonem à sanctis Patribus nostri in Nicana synodo constitutum, qui manifestè interdixit ne quis mulierem subintroductam habeat.* Unde Hæc Ep. 30. in fine, *Apostoli vel virgines vel post nuptias continent, Episcopi, Diaconi, aut virgines eliguntur, aut videtur aut certè post sacerdotium in æternum pudici.*

Can. 4. Qualiter Episcopi debeant ordinari.

D. 94.
Episcopi
ab omnibus.

Episcopum oportet ab omnibus Episcopis si fieri potest qui sunt in provincia ejus, ordinari. Si vero hoc difficile fuerit vel aliqua urgente necessitate, vel itinertis longitudine, centum tres Episcopi debent in unum esse congregati, ita ut etiam ceterorum qui absentes sunt, consensum literis teneant, ita faciant ordinationem. Potestas sane vel confirmatio pertinebit per singulas provincias ad metropolitanum Episcopum.

Can. 5. De excommunicatis clericis, vel laicis.

91. q.
Serve-
tur ista
sententia.

Servetur & ista sententia, ut hi qui ab aliis excommunicantur, ab aliis ad communionem non recipiantur. Requiritur ista sententia, si forte aliqua indignatione aut contentione sit, qualibet commotione Episcopi sui excommunicati sunt. Ut ergo digna hæc possint examinatione perquiri, rectè visum est per singulos annos in singulis provinciis bis in anno Episcopi

copotum concilium fieri, ut simul in unum convenientes ex communi sententia hujusmodi examinentur quæstiones, ut ita demum hi qui ob culpas suas Episcoporum suorum offensas merito contraxerunt, dignè etiam à cæteris excommunicati similiter habeantur, quousque in communi, vel ipsi Episcopo suo visum fuerit, humaniorem circa eos ferre sententiam. Habeatur autem semel Concilium ante dies quadragesimæ, ut omnibus, si quæ sunt, similitatibus amputatis mundum & solennè Deo munus possit offerri. Secundum vero agatur circa tempus Autumni.

Annotatio.

In hoc Canone præcipitur ut excommunicati ab uno Episcopo ubique vitentur. Non propter solam jurisdictionem particularis Episcopi, sed propter institutionem talis censuræ, quæ auctoritate totius Ecclesiæ ita facta est, ut quocumque applicata fuerit, hanc universalem vim habeat.

Can. 6. De primatu Episcoporum Metropolitanorum.

Antiqua consuetudo servetur per Ægyptum, Lybiam & Pentapolim, ita ut Alexandrinus Episcopus harum omnium habeat potestatem, quia & Romano Episcopo parilis mos est.

Similiter autem & apud Antiochiam, cæterasque provincias honor suus unicuique servetur Ecclesiæ. Per omnia autem manifestum est, quod si quis præter voluntatem & conscientiam metropolitani Episcopi fuerit ordinatus, hunc Concilium magnum & sanctum censuit non debere esse Episcopo. Sanè si communionis omnium consensu rationabiliter probato secundum Ecclesiasticam regulam, duo vel tres animositate ducti, per contentionem contradicant, obtineat plurimorum sententia sacerdotum.

Præterea observandum est in libris vulgatis deesse initium hujus Canonis quod tale est, *Ecclesia Romana semper habuit primatum, antiqua autem consuetudo servetur, &c.* vel ut alij legunt *mos autem perduret, &c.* Sic enim iste Canon citatur in concilio Chalcedonensi Act. 16. à Palchasio Episcopo. Denique observandum est illorum verborum, *Quia & Romano Episcopo parilis mos est,* veram explicationem esse, Alexandrinum Episcopum debere gubernare illas provincias, quia Romanus Episcopus ita consuevit, quia Romanus Episcopus autem omnium Conciliorum diffinitionem consuevit

D. 18.
Habeatur
semel
Concilium.

Excommunicati
ab
uno
Episcopo,
ubique
vitandū
esse, non

quidem
iure
divino
sed
canonico.

D. 65.
Mos
antiquus.

D. 65.
Illud
generaliter.

D. 65.
Sanè
se
communi
omnium.

permittere Episcopo Alexandrino regnum Egypti, Lybiae & Pentapolis: sive consuevit per Alexandrinum Episcopum illas provincias gubernare: sic intellexit hunc Canonem Nicolaus I. in Epist. ad Michaëlem.

Annoratio.

Nonnullis peperam visum est, quod hic Canon sextus partem faceret Episcopum Romanum cum aliis Metropolitanis, quia dicit: Episcopo Romano parilis mos est. Sed licet hoc leve sit argumentum, ut eo ambigamus de re alioqui tam cognita & probata, consului varias editiones tam Græcas quam Latinas in illis si inscriberetur hic Canon ad hunc modum: & in editione quadam Latina antiquissima, quam exhibuit mihi Reverend. Marcellus, Cardinalis sanctæ Crucis amplissimus, & unus ex tribus Vicariis Apostolicæ sedis in Synodo Tridentina inventus dignissimus, sic habet sextus hic Canon: Mos antiquus perduret in Ægypto vel Lybia & Pentapoli, ut Alexandrinus Episcopus harum omnium habeat potestatem: quoniam quidem Metropolitanus Episcopo hoc idem moris est, &c. Hunc scrupulum lectori eximere libuit, ne in eum impingat.

Can. 7. De honore Episc. Hierosolymitani.

65 Quo. Quoniam mos antiquus obtinuit, & vetusta traditio, ut *niã mos* *anti-* *gnus.* *Eliz*, id est Hierosolymorum Episcopo honor deferatur, habeat consequenter honorem, manente tamen metropolitana civitatis propria dignitate.

Can. 8. De Novatianis.

1.9.7. Si Si qui voluerint venire ad Ecclesiam Catholicam ex Novatianis, placuit sancto Concilio ut ordinentur, & sic incedant *qui vo-* *merint.* in clero. Ante omnia autem hanc habeant ab eis confessionem, quam per scripturam exigi oportet, ut fateantur se cum omni consensu Ecclesiæ Catholice statuta observavuros, id est communicavuros se & his qui fortè secundarum nuptias experti sunt, vel his qui persecutionis tempore lapsi sunt. Quibus tamen lapsis poenitentiae modus & tempus ascriptum est, ut in omnibus sequantur ea quæ in Ecclesia Catholica observantur. Et sicubi idem ipsi fuerint inventi sive in vicis, sive in urbibus, Clerici ordinati à Catholicis sic etiam in clero persistant, unusquisque tamen in suo ordine. Si vero Episcopus vel Presbyter Ecclesiæ Catholice fuerit, ad quem aliqui ex his accedunt, certum est quod

Episcopus quidem Catholicus suam habeat dignitatem. Similiter autem Presbyteri & Diaconi habeant. Hi vero qui ab istis venient, si forte Episcopus fuerit, habeat sacerdotij dignitatem, nisi forte placeat Catholico Episcopo concedere etiam Episcopalis nominis honorem.

Si vero hoc ei minimè placuerit, providebit ei aut Chor¹³³episcopatus, aut Presbyterij locum, ut in Clero profusus esse videatur, ne in una civitate duo Episcopi probentur existeri.

Annotatio.

D. Augustinus Epistola 110. & alibi se per ignorantiam excusat, quòd Valerio prædecessore suo adhuc vivente contra Nicani Concilij canonem prohibentem ne duo sint in una civitate Episcopi, ordinatus fuerat: verba illius hæc sunt: *Ad D. 82. Si huc in corpore posito beata memoria patre & Episcopo meo qui sine sine Valerio Episcopus ordinatus sum & sedi cum illo, quod examinatio Concilio Nicano prohiberetur fuisse nesciebam.* ne.

Can. 9. De Presbyteris sine examinatione constitutis.

Si qui hoc examinatione promoti Presbyteri sunt, & postea examinati confessi sunt peccata sua, & cum confessi fuissent, contra regulam venientes homines manus eis temere imposuerunt, hos Ecclesiasticus ordo non recepit. In omnibus enim quòd irreprehensibile, est defendit Ecclesia sancta.

Can. 10. De lapsis clericis ordinatis.

Quicumque ex lapsis per ignorantiam sunt ordinati, vel *Dist. 81* contemptu eorum qui eos ordinauerunt, hoc non præjudicat *Qui cõ-* regulæ Ecclesiasticæ. Cum enim contemptum fuerit, deponan- *que ex* *his.* tur.

Can. 11. De his qui sponte lapsi sunt qualiter debent poenitere.

De his qui præter necessitatem prævaricati sunt, aut propter ablationem facultatum, aut propter periculum, aut aliquid hujusmodi, quòd factam est sub tyrannide Licinij, placuit sanctæ synodo, licet indigni sint misericordia, tamen aliquid circa eos humanitatis ostendi. Si quos ergo ex animo poenitet, tribus annis inter poenitentes habeantur. Si tamen fideles sunt, septem annis aliis inter poenitentes sint, duobus autem annis iisdem sine oblatione in oratione

sola participant populo. Si qui vero per Dei gratiam vocati, primo quidem ostenderant fidem suam, deposito militiæ cingulo, post hæc autem ad proprium vomitum revertuntur, ut & pecunias darent & ambigunt redire rursus ad militiam, isti decem annis sint inter poenitentes post primum triennium quo fuerint inter audientes. Ab omnibus vero illud præcipue observetur, ut animus eorum, & fructus poenitentiae attendatur. Quicumque enim cum omni timore & lachrymis perseverantibus, & operibus bonis conversationem suam non verbis solis, sed opere & veritate demonstrant, cum tempus statutum etiam ab his fuerit impletum, & orationibus jam ceperint communicare, licebit etiam Episcopo humanius circa eos aliquid cogitare. Qui vero indifferenter habuerint lapsum, & sufficere sibi quod ecclesiam introierant, arbitrantur, isti omnimodo temporis statuta complebunt.

Annotatio.

In hoc canone ubi dicitur, *Inter audientes, &c.* Cathecumenos intellige qui ad prædicationem Evangelij audientiam admisi, dum missa fidelium & publicæ orationes incipiebantur, ab Ecclesia expellebantur.

16. q. 6.
De his
verò
qui.

Can. 11. De excommunicatis à seculo exeuntibus.

De his vero qui recedant ex corpore, antiquæ legis regula observabitur etiam nunc, ita ut si fortè quis recedat ex corpore, necessatio vitæ suæ viatico non defrauderat. Quis si desperatus aliquis recepta communionem supervixerit, sit inter eos, qui sola oratione communicant. De omnibus tamen his qui à corpore recedunt, in tradendo eis communionem, & cura & probati sint Episcopi.

Can. 12. De Cathecumenis.

Placuit huic sancto & magno Concilio, de Cathecumenis qui lapsi sunt, ut tribus annis inter audientes verborum sint tantummodo, post hæc vero orant eum Cathecumenis.

Can. 14. De Diaconis, ne corpus Christi tradant presbyteris.

D. 93.
Pervenit ad
sanctam.

Pervenit ad sanctam Concilium, quòd in locis quibusdam & civitatibus, presbyteris sacramenta diaconi por-

rigant. Hoc neque regula, neque consuetudo tradit, ut si qui offerendi sacrificij non habent potestatem, his qui offerunt corpus Christi porrigant. Sed & illud innotuit, quòd quidam diaconi etiam ante Episcopum sacramenta sumunt. Hæc ergo omnia amputentur, & accipiant secundum ordinem post presbyteros ab Episcopo vel à presbytero sacram Communionem. Quod si non fuerit in presenti vel Episcopus, vel presbyter, tunc ipsi proferant & edant. Sed nec sedere quidem licet in medio presbyterorum diaconos. Si quis autem non vult his sufficiens esse, post hanc defanitionem cesset esse diaconus.

Can. 15. De clericis temerè ab Ecclesia recedentibus. 7. g. 1.

Propter multas perturbaciones, & frequentes tumultus se-
ditionum, quæ fieri solent, placuit omnimodo istam abscindi
consuetudinem quæ contra regulam est (sicuti tamen sit) id
est ne de civitate ad civitatem transeant, vel Episcopus, vel
presbyter, vel diaconus. Si quis verò post hæc statuta san-
cti hujus Concilij tale aliquid agere tentaverit, infringatur
omni genere hujuscemodi conatus, & restituarur propriæ
Ecclesie in qua ordinatus est.

Non o-
portet
Episco-
pum.

**Can. 16. De Presbyteris vel clericis qui ad alias
civitates transeunt.**

Si quis verò timorem Dei ante oculos non habentes, ne-
que Ecclesiastica statuta custodientes, recesserint ab Eccle-
sia sua, sive presbyter, sive diaconus, vel in quocunque Eccle-
siastico ordini positi fuerint, non debent suscipi in alia Ec-
clesia, sed cum omni necessitate cogantur ut redeant ad Ec-
clesiam suam. Quod si permanferint, excommunicare eos
oportet.

7. g. 1. Si
quis ve-
rò.

**Can. 17. De clericis non ordinandis sine consensu sui
Episcopi.**

Si quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet,
ordinare in sua Ecclesia, cum non habeat consentum Epif-
copi ipsius, à quo recessu clericus, irrita erit hujusmodi or-
dinatio.

d. 71 Si
quis au-
sus fue-
rit.

Can. 18. De clericis usuras accipientibus.

Quoniam multi clerici avaritiæ causa turpia lucra sectan-
tes, obliti divini præcepti, quo dictum est, Qui pecuniam clericis.

14. q. 4.
Quonia
multi

suam non dedit ad usuram, sœnerantes centesimas, exigant, statuit hoc sanctum Concilium, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipere, vel ex qualibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam species frumentorum ad septuplum dare, omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad questum, dejiciatur à clero, & alienus ab Ecclesiastico habeatur gradu.

Psal 41.

Can. 19. De Paulianistis & Cataphrygis rebaptizandis.

9. 1 Si quis au- fugerit.

Si quis confugerit ad Ecclesiam Catholicam à Paulianistis & Cataphrygis, statutum est rebaptizari eos debere. Si quì verò clerici erant apud eos, siquidem inculpati fuerint, & irreprehensibiles, rursus etiam ordinentur ab Episcopo Ecclesiæ Catholicæ. Si verò examinati, minus fuerint apti deprehensi, deponi eos oportet. Similiter autem & circa Diaconos & de omnibus qui in eodem clero inveniuntur, eadem forma servabitur. Commemoravimus autem diaconissas quæ in hoc ordine inventæ sunt, quæ nec manus impositionem aliquam habent, hæc omni modo inter laicæ habeantur. Similiter autem diaconissæ quæ in Catholico canone non habentur, simili loco, id est laicæ, & tanquam non consecratæ deputentur.

Annotatio.

Id quod de Novatianis tempore Stephani Pontificis contra Africanos constitutum fuit, huic canonì nihil obstat. Hi enim forma legitima baptizati ante fuerant, ideoque imper iteratum baptismum in Ecclesiæ Communionem recipere sacrilegum fuisset: baptismus autem iniçio collatum iis qui de Paulianistis ad Ecclesiam confugiebant nullam fuerat, nam in fide sanctissimæ Trinitatis, quod necessariò fieri debet, non baptisabant, qui Christum puerum hominem edocentes, gloriosissimæ Trinitatis mysteria abnegabant.

Can. 20. De stectendo genua.

De cons. d. 3. Quoniã sunt.

Quoniam sunt in dominica die quidam ad orationem genua stectentes, & in diebus Pentecostes, propterea utique statutum est à sancta synodo, quoniam consona & convenienter per omnes Ecclesias custodienda consuetudo est, ut stantes ad orationem, vota Domino reddamus.

Annotati.

Occasione Quartadecimanorum, qui resurrectionis dominicæ immemores, genua flectebant non aliter quam diebus profectis, hæc appendix addita fuit ad decretum de celebrando Paschate.

Et subscripserunt trecenti decenti & octo Episcopi, qui in eodem concilio convenerunt.

Officiis Episcopus civitatis Cordubensis provincie Hispanie dixit: Ita credo, sicut superius dictum est.

Victor & Vincentius presbyteri vobis Romæ pro venerabili viro Papa & Episcopo nostro Sylvestro, subscripsimus, &c.

Cæterorum verò Episcoporum nomina recitata sunt in Concilio vobis vobis vobis magno.

FIDES NICÆNÆ SYNODI.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem & omnium visibilium invisibiliumque factorem. Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei, natum ex Patre unigenitum, hoc est ex substantia Patris. Deum ex Deo, lucem ex lumine, Deum verum ex Deo vero. Natum, non factum, Homousson, hoc est consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, & quæ in caelo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus, & homo factus est, passus. Et resurrexit tertia die, & ascendit in caelos, & inde venturus est iudicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Dicentes autem, erat quando non erat, aut non erat antequam fieret, & quia ex non extantibus factus est, aut ex altera substantia vel essentia dicentes esse, aut creatum, aut convertibilem filium Dei, hos tales anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia. Hanc venerabilem fidem trecenti quidem decem & octo agnoverunt, & amplexi sunt, & (sicut ait Eusebius) consonantes & unanimes in scriptis explanaverunt. Quinque verò non receperunt, verbum consubstantialitatis reprehendentes.

Eodem tempore celebratum est Concilium Romanum sub Sylvestro Papa, præsentente Constantino intra theomas Domitianas, cum ducentis septuaginta quinque Episcopis, qui vocati à Sylvestro in ipsa synodo convenerunt: in quo denuò damnavit Calixtum, Artium, Photinum & Sabellium, & ordinaverunt canones sequentes.

*Canones Sylvestri Episc. urbis Romæ, & Domini
Constantini Aug.*

*Can. 1. De Congregatione Episcoporum, vel
Diaconorum.*

Eodem tempore cum multi nobiles gauderent quod Constantinus baptizatus esset à Sylvestro urbis Romæ Episcopo, & mandatus fuisset à lepra per hoc beneficium quod accepit à Domino Iesu Christo per Sylvestrum Episcopum, cepit integrè prædicare Dominum Iesum Christum, & confiteri ejus beneficia. Sylvester igitur Episcopus urbis Romæ congregavit fratres Compresbyteros & Coepiscopos vel Diaconos suos cives Romanos. Et quoniam mater Ecclesia genuerat filium charissimum Constantinum, integrè igitur Sylvester Episcopus urbis Romæ, cum suis eam ordinare desideravit, & filios ejus frequenter lactare, & gradus ejus ordine, & consuetudines consternere. Collegit autem universam synodum Episcoporum cum consilio Augusti, vel matris ejus, & fecit parati in urbe Roma intra thermas Domitianas, que nunc cognominantur Trajanæ. Collegit autem in gremio sedis suæ ducentos octoginta quatuor Episcopos, quibus Augustus Constantinus vehicula & annonas præstari præcepit. Et alij 57. Episcopi partis Rhinocoturis, quorum Chirographus in eorum concilio declaratur. Centum quadraginta duo presbyteri urbis Romæ, & diaconi sex. Subdiaconi sex. Acolythi ejus concilio facti quadraginta quinque. Exoteriæ 21. Lectores urbis Romæ nonaginta, quorum præsentia parentes audiebant. Notarij Ecclesiæ 14. qui gesta diversorum martyrum suscipientes, ordinatè narrabant Hos omnes etiam dum in uno articulo ad examen sanctitatem colligerent in therma supradictas, voluit ut nullus laicorum præsentem esse videretur.

Can. 4. Vi redditibus Ecclesie quatuor partes fiant.

Commoneo autem vobis omnibus mihi consortibus momentum hoc, ut redditibus Ecclesiæ quatuor partes fiant, quarum una cedat pontifici ad sui sustentationem. Altera presbyteris & diaconis, & omni clero. Tertia templorum & Ecclesiarum reparationi. Quarta pauperibus, & infirmis, & peregrinis.

Constituit & hunc ordinem, ut si quis de clero vel presbyteris univrsi loci transferit (quod commune est) de hoc mundo, si neminem de suo genere habuerit contortem, quicquid pauperas ejus haberet, conferret Ecclesie, & exinde quatuor partes fierent, sicut supra dictum est.

Can. 5. Ut nullus presbyter chrisma conficiat.

Constituit etiam clara voce idem Sylveticus Episcopus urbis Romae, ut nemo presbyterorum chrisma conficeret, dicens, quoniam Christus à chrisma vocatur.

Can. 6. De numero Diaconorum, Parochiarum & Card. urbis Rom.

Et ut diaconi non essent plures per parochiarum examen, nisi duo, & Cardinales urbis. Romae 7. ita tamen ut Dalmaticis uterentur, & palla linostina laeva eorum tegeretur.

Annotatio.

Qui hic appellantur Diaconi Cardinales, quod licet diversis in locis agerent, unius tamen Ecclesie, ejusque primatiz cardine contineantur, iidem diaconi Regionarii in vita S. Fab. Papae nominantur, quod ex officio singuli binis regionibus urbis praesse, pauperumque in eis degentium curam habere tenerentur: in quem finem quatuordecim urbis regionibus 7. Cardinales Diaconi praefecti sunt, ut nimirum singuli binas regiones sollicitè curantes, totius urbis pauperibus bene prospectum foret.

Can. 5. Ut nullus subdiaconus ad nuptias transeat.

Nullum autem subdiaconorum ad nuptias transire precipimus, ne aliquam praevagationem sumpserit.

Et subscripserunt supradicti Episcopi in istud, praedicante Sylvestro Episcopo urbis Romae. Subscripsit autem & novissimus Calphurnius praefectus urbis. Subscripsit Augustus Constantinus cum matre Helena Augusta. Tunc fecit orationem sedens in eodem loco, & discesserunt.

ACTIO SECUNDA.

Alia autem die venerunt omnes presbyteri urbis Romae, & Diaconi & Episcopi omnes 184. intra thermas Domitianas, quae nunc Trajanae vocantur, & sedit in sede sua in eodem loco. Ibi autem fecit septem regiones, & divisit

Diaconis. Erant autem Diaconi isti, Fabianus, Marcus, Liberius, Archidamus, Julius, &c.

Can. 16. *Ut nullus clericus vel presbyter propter causam suam intret in curiam.*

Nemo enim clericus aut diaconus, aut presbyter propter causam suam quamlibet intret in curiam, quoniam omnis curia à cruore dicitur, & immolatio simulachrorum est.

Quoniam si quis clericus in curiam introiret anathema suscipit, nunquam rediens ad matrem Ecclesiam à communiōe autem non priveretur propter tempus turpidum.

Can. 17. *Ut nullus peccantem clericum eade attingat.*

Nemo enim quisquam peccantem clericum eade attingat. Non presbyter, non diaconus, non Episcopus supra clericum, vel servitorem Ecclesie ad eadem perducatur. Sed à ita causa erigit clerici triduo priverent honore, ut penitentiam redeant ad matrem Ecclesiam.

Can. 20. *Ut nullus dijudicet primam sedem iustitie.*

Nemo enim judicabit primam sedem, quoniam omnes sedes à prima sede iustitiam desiderant temperari. Neque à Augusto, neque ab omni clero, neque à regibus, neque à populo iudex judicabitur.

Annotatio.

Hunc canonem Nicolaus Romanus Pontifex citasse videtur, cum inter alias quibus temeritatem Michaelis Imperatoris redarguit sic ait: *Consonat huic necessaria sententia Sylvester & Magni Constantini baptisator dicens, neque ab Augusto, neque ab omni clero, neque à populo iudex iudicabitur, haud dubium quin Ecclesiasticus.*

Et subscripserunt 284. Episcopi, & 45. diaconi, & duo legentes, Augustus Constantinus, & mater eius Helena. Et scripsit canonem hunc Sylvester Episcopus in urbe Rom. & omnibus Episcopis aspersit & scripsit Actum in Trajanas thermas, tertio Kal. Iunij, Domingo Constantino Augusto tertio Pisco consule.

Sylvester Episcopus sancte & Apostolicæ sedis præsul Urbis Romæ, dixit: Quicquid in Nicæa Bithyniæ constitutum est ad robur sancte matris Ecclesie Catholice

sancti sacerdotibus 318. nostro, oie confirmamus. Omnes qui ausi fuerint dissolvere definitionem sancti & magni concilij quod apud Nicæam congregatum est sub præsentia piissimi & venerandi principis Constantini Augusti, anathematizamus. Et dixerunt omnes, Placet.

In exemplaribus hujus synodi Romanæ est intolerabilis depravatio: & ne aliquid ex proprio adderemus, transcriptimus hæc patum explicata.

CONCILIIUM ELIBERTINUM

Hispaniæ circa Sylvestri Papæ primi, & Nicæni concilij tempore celebratum est provinciale concilium 19. Episcoporum.

Can. 1. De his qui baptismum idolis sacrificant.

Placuit ut quicumque post fidem baptismi salutis, adulta ætate ad templum idoli idolatraturus accesserit, & fecerit quod est crimen capitale, nec in fine sum ad communionem suscipere.

Can. 2. De sacerdotibus gentium qui post baptismum immolaverunt.

Flamines qui post fidem lavacri, & regenerationis sacrificaverint, eo quod geminaverint scelerata, accedente homicidio, vel triplicarint facinus, cohærente incechia, placuit eos nec in fine accipere communionem.

Can. 3. De eisdem qui idolis tantum munus dederunt.

Item flamines qui non immolaverunt, sed munus tantum dederunt, eo quod se à funestis abstinuerunt sacrificiis, placuit in fine eis præstari communionem, facta tamen legitima penitencia. Idem ipsi si post penitentiam fuerint incechati ulterius eis non esse dandam communionem, ne lusisse de dominica communionem videantur.

Annotatio.

Facta tamen legitima penitencia. Illa vocabatur legitima penitencia, quæ erat secundum canones Pontificios, ut ex penitentiali Romano Theodori & Bedæ patet.

Can. 4. De eisdem quando baptizabantur.

Item flamines si fuerint Cathæcumeni, & sacrificiis ab-

struuerint, post triennij tempora placuit ad baptismum admitti debere.

Can. 5. Si domina per zelum ancillam occiderit.

Dist 50 Si qua femina furore zeli accensa flagellis verberaverit
Si qua ancillam suam, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eò quod incertum sit voluntate, an casu occiderit: si voluntate, post septem annos: si casu, per quinque annorum tempora, acta legitima poenitentia, ad communionem placuit admitti. Quod si intra tempora constituta fuerit infirmata accipiat communionem.

Can. 6. Si quis per maleficium hominem interfecerit.

Si quis verò maleficio interficiat alterum, eo quod sine idololatria perficere scelus non potuit, nec in fine imperitiam esse illi communionem.

Can. 7. De poenitentibus mœchis si rursus peccaverint.

Si quis forte fidelis post lapsum mœchiz, post tempora constituta acta poenitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit eum nec in fine habere communionem.

Can. 8. De feminis qua relictis viris suis, aliis nubunt.

Item feminae quæ nulla præcedente causa reliquerunt viros suos, & alteris se copularunt, nec in fine accipiunt communionem.

Can. 9. De eisdem qua adulteros maritos relinquunt.

12. q. 2. Item fidelis femina quæ adulterum maritum reliquit
Fidelis fidelem & alterum duxerit, non prius accipiat communionem, quam is quem reliquit de sæculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dare compulerit.

Can. 10. De relicta à catechumeno si alterum duxerit.

Si ea quam Catechumenus reliquit duxerit maritum potest ad fontem lavacri admitti. Hoc & circa feminas Catechumenas erit observandum. Quod si fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo qui uxorem inculpatam reliquit, & cum elapsis illam ab uxore, quam sine causa reliquit, placuit hujusmodi

modi in fine dari communionem.

Can. 11. De eadem, si graviter egrotaverit.

Intra quinquennij autem tempora Catechumena si graviter fuerit infirmata, ei baptismum placuit non denegari.

Can. 12. De mulieribus qua lenocinium fecerint.

Mater vel parentes, vel quaelibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendidit corpus; vel potius suum, placuit eam nec in fine accipere communionem.

Can. 13. De virgin. Deo sacratis si adulteraverint.

Virgines quæ se Deo dedicaverunt, si pactum perdidit virginitatis, æque eidem libidini servierint, non intelligentes quid amiserint, placuit nec in fine dandam eis esse communionem. Quod si semetipsas penituerit, quod infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto tempore vitæ suæ hujusmodi feminæ egerint penitentiam, & abstinerint se à coitu, eo quod lapsæ potius videantur, placuit eas in fine communionem accipere debere.

Annotatio.

Erant hoc tempore virgines Deo sacratæ speciali dedicatione & voto, quibus nefas erat conjugio aut libidini servire, sed in celibatu & castitate sanctæ vitam trahebant; & ex Carthaginensi concilio iij. cap. 33. in quo D. Augustinus subscribit, patet jam fuisse harum virginum extracta Monasteria, in quibus magna cum pietate & religione educatæ, mente simul & corpore essent virgines.

Can. 14. De virgin. sacula: ibus si mæchata fuerint.

Virgines quæ virginitatem suam non custodierint, si eodem qui eas violaverant acciperint & tenuerint maritos, eo quod solis nuptias violaverint, post annum sine penitentia reconciliari debent. Vel si alios cognoverint viros, eo quod mæchatae sint, placuit per quinquennij tempora a legitima penitentia admitti eas ad communionem.

Can. 15. De conjugio eorum qui ex gentilitate veniunt.

Propter copiam puellarum, conciliis minime in matrimonium dande sunt virgines Christianæ, ne ætas in florentumens, in adulterio resolvarit animæ.

**Can. 16. De puellis fidelibus, ne infidelibus
conjugantur.**

Hæretici qui erant ab Ecclesia Catholica, nec ipsis

Catholicas dandas puellas, sed neque Iudæis, neque ethnicis dari placuit, eò quòd nulla possit esse societas fidelis cum infideli. Si contra interdictum fecerint parentes, abstinere per quinquennium placeat.

Can. 17. De eis qui filias sacerdotibus gemilibus conjungunt.

Si qui fortè sacerdotibus idolorum filias suas junxerint, placuit nec in fine eis dandam communionem.

Can. 18. De sacerdotibus, si mœchati fuerint.

Episcopi, presbyteri, diaconi, si in ministerio positi, detecti fuerint quòd sint mœchati, placuit, & propter scandalum, & propter nefandum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

Can. 19. De clericis negotia sectantibus.

Episcopi, presbyteri, & diaconi, de locis suis negotiandi causa non discedant, nec circumeuntes provincias, quatuordecim dies sectentur. Sanè, ad victum sibi conquirendum, aut filium, aut libertinum, aut mercenarium, aut unicum, aut quemlibet mittant, & si voluerint negotiari into provinciam, negotientur.

Can. 20. De clericis & laicis usurariis.

Dist. 47
Si clericorum.
Si quis clericorum detectus fuerit usuras accipere, placuit degradari, & abstinere. Si quis etiam laicus accepisse probetur usuras & promiserit correptus se jam cessaturum, nec ulterius exacturum, placeat ei veniam tribui. Si verò in ea iniquitate duraverit, ab Ecclesia sciat se esse projiciendum.

Can. 21. De his qui ad Ecclesiam tarde accedunt.

Si quis in civitate positus, tres dominicas Ecclesiam non accesserit, tanto tempore abstineat, ut correptus esse videatur.

Can. 22. De Catholicis in hæresim transeuntibus.

Si quis de Catholica Ecclesia ad hæresim transitum fecerit, rursusque ad Ecclesiam recuterit, placuit huic pœnitentiam non esse denegandam, eò quòd cognoverit peccatum suum, qui etiam decem annis agat pœnitentiam: cui post decem

Summa Elibertini Concilij. III

annos prælati communicatio debet. Si verò infantes fuerint transducti, quòd non suo vitio peccaverint, incunctanter recipi debent.

Can. 23. De temporibus jejuniorum.

Jejunia seu abstinèntias per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Julij & Augusti ob eorundem infirmitatem.

Can. 24. De his qui peregre baptizantur, ut ad clerum non veniant.

Omnes qui in peregrinatione fuerint baptizati, eò quòd eorum minimè sit cognita vita, placuit ad clerum non esse promovendos in alienis provinciis.

Can. 52. De Epistolis communicatorii confessorum.

Omnia qui attulerit litteras confessorias, sublato nomine confessoris, eò quòd sub hac nominis gloria partem, consequantur simplices, communicatorie ei dandæ sunt litteræ. D. 97.
Omnia
quæ.

Can. 26. Ut omni sabbato jejunetur.

Erroris placuit corrigi, ut omni sabbathi die jejunium super positionem celebremus.

Can. 27. De clericis, ut extraneam mulierem in domo non habeant.

Episcopus, vel quilibet clericus aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo tantum secum habeat, extraneam verò nequaquam secum habeat.

Can. 28. De oblationibus eorum qui non communicant.

Episcopum placuit ab eo qui non communicat, munera accipere non debere.

Can. 29. Ebergumeni qualiter habeantur.

Ebergumenum, qui ab hæterico spiritu exagitatus, hujus nomen neque ad altare cum oblationem esse recitandum, neque permittendum ut sua manu in Ecclesia ministret.

Can. 30. De his qui post lavacrum mœchati fuerint, ut nec subdiaconi fiant.

Subdiaconum eum ordinari non debere qui in adolescentia sua fuerit mœchatus, quod postmodum per subreptionem ad altiorem gradum non sit promovendus. Si autem aliqui sunt in præteritum ordinati, amoveantur.

Can. 31. De adolescentibus qui mœchati fuerint.

Adolescentes qui post fidem Lavacri salutariè, fuerint mœchati, cum hæc sint uxores, acta legitima penitentiæ, placuit ad communionem eos admitti debere.

Can. De excommunicatis presbyteris.

Si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere penitentiam, non debere sine Episcopi consultu, sed potius apud Episcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non est presbyterorum aut diaconorum communionem talibus præstare debere, nisi eis jusserit Episcopus.

Can. 33. De Episcopis & ministris, ut ab uxoribus abstineant.

Placuit in totum prohibere Episcopis, presbyteris, diaconis ac subdiaconis positis in ministerio, abstinere se à conjugibus suis & non gerere filios. Quod quicumque fecerit ab honore clericatus exterminetur.

Can. 34. Ne cerei in cœmeteriis incendantur.

Cereos per diem placuit cœmeterio non incendi. Inquietandi enim sanctorum spiritus non sunt. Qui hæc non observaverint, arceantur ab Eccl. sic communionem.

Annotatio.

Sed modo Ecclesia cereos per diem accendi approbat, ut praxis docet. Concilium ergo hoc Elibertinum agit de neophytis, qui more gentiliùm lucernas publice accendebant: non vero de his, qui ad cultum & gloriam Dei lucernas & cereos publice accendant.

Can. 35. Ne femina in cœmeteriis pervigilent.

Placuit prohiberi ne feminae in cœmeterio pervigilent, eo quod sæpe sub obtentu orationis, scelera latentior committant.

Can. 36. Ne pictura in Ecclesia fiant.

Placuit pictura in Ecclesia esse non debere: ne quod colitur aut adoratur, in parietibus depingatur.

Can. 37. De energumenis baptizandis.

Eos qui à spiritibus immundis vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placent. Si vero fideles fuerint, dandam eis esse communionem, Prohibendum etiam ne lucernas publice accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abstineant à communionem.

Can. 38. Ut in necessitate & fideles baptizent.

Peregre navigantes, aut si Ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem qui lavacrum suum integrum habet, nec sit bigamus, baptizare in necessitate infirmitatis positum Catechumentum; ut si supervixerit, ad Episcopum eum perducatur, ut per manus impositionem perfici possit.

Can. 39. Ut gentilibus desiderantibus ut manus imponatur.

Gentiles si infirmitate desideraverint sibi manus imponi, si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit eis manum imponi, & fieri Christianos.

Can. 40. Ne quod idolis datum est, fideles accipiant.

Placuit prohiberi ut cum rationes suas accipiunt possessores, quicquid ad idolum datum fuerit, acceptum non inferant.

Si verò post interdictum fecerint, per quinquennium spacia temporis à communionem esse arcendos.

Can. 41. Ut prohibeant Domini idola colere servis.

Admonere placuit fideles, ut quantum possint, prohibeant ne idola in domibus suis habeant. Si vero vim metuunt servorum vel seiplos puros conservent. Si non fecerint, alieni ab Ecclesia habeantur.

Can. 42. De his qui ad fidem veniunt, quomodo baptizentur.

Eos qui ad primam credulitatis fidem accedunt, si bonæ faciunt conversationis, intra biennium temporis placuit

ad baptismi gratiam admitti debere, nisi infirmitate compellente coegerit ratio vel socio subvenire periclitanti, vel gratiam postulanti.

Can. 43. De celebratione Pentecostes.

Pravam institutionem emendari placuit juxta auctoritatem scripturarum, ut cuncti diem Pentecostes celebremus. Quod qui non fecerit, quasi novam hæresim induxisse notetur.

Can. 44. De meretricibus paganis si convertantur.

Meretrix quæ aliquando fuerit, & postea habuerit matrem, si postmodum ad crudelitatem venerit, incunctanter placuit esse recipiendam.

Can. 45. De Catechumenis qui Ecclesiam non frequentant.

Qui aliquando fuerit Catechumenus per infinita tempora & nunquam ad Ecclesiam accesserit, si eum de clero quoscumque agnoverit voluisse esse Christianum, aut testes aliqui extiterint fideles, placuit ei baptismum non negari, eo quod in veteri homine deliquisse videatur.

Can. 46. De fidelibus si apostataverint.

Si quis fidelis apostata per infinita tempora ad Ecclesiam non accesserit, si tamen aliquando fuerit reversus, nec fuerit idololatra, post decem annos placuit eum communionem accipere.

Can. 47. De uxoris sæpius mœchantibus.

Si quis fidelis habens uxorem, non semel, sed sæpe fuerit mœchatus, in fine mortis est conveniendus. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei commutatio. Si resuscitatus rursus fuerit mœchatus, placuit ulterius non edere eum de communionem panis.

Can. 48. De baptizandis ut nihil accipiant clerici.

1. q. 1. E. Emendati placuit ut hi cui baptizantur, ut fieri solebat, mitterentur nummos in concham non mittant, ut sacerdos, quod gratis placuit, accepit, pretio distrahere videatur. Neque pedes coram lavandi sunt à sacerdotibus vel clericis.

Can. 49. *Ne fruges filielium Iudai benedicant.*

Admoneri placuit possessores ut non pariantur fructus suos quos à Deo percipiunt cum gratiarum actione, à Iudæis benedici, ne nostram irritam & infirmam faciant benedictionem. Si quis post interdictum facere usurpaverit, penitus ab Ecclesia abjiciatur.

Can. 50. *De Christianis qui cum Iudæis vescuntur.*

Si vero aliquis, sive clericus, sive fidelis fuerit, cum Iudæis cibum sumpsit, placuit eum à communione abstinere, ut à beat. emendari.

Can. 51. *De hæreticis, ut ad clerum non promoveantur.*

Ex omni hæresi qui ad nos fidelis venerit, minime est ad clerum promovendus: vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponantur.

Can. 52. *De his qui in Ecclesia libellos famosos ponunt.*

Si qui inventi fuerint libellos famosos in Ecclesia ponere, anathematizentur. s. g. 1. S. qui in-venti.

Can. 53. *De Episcopis qui excommunicato alieno communicant.*

Placuit cunctis, ut ab eo Episcopo quis recipiat communionem à quo absterus in crimine aliquo fuerit. Quod si aliquis Episcopus præsumpsit eum admittere, illo adhuc minime seicite, vel consentiente à quo fuerat communione privatus, sciat se hujusmodi causas inter fratres esse cum status sui periculo præstiturum.

Can. 54. *De parentibus qui fidem sponsaliorum frangunt.*

Si qui parentes fidem fecerint sponsaliorum, trienno tempore abstineant se à communione. Si tamen iidem sponsus vel sponsa in illo gravi crimine fuerint deprehensi, excusati erunt parentes. Si vero in eodem fuerint vitio, & polluerunt se consentiendo, superior sententia servetur.

Can. 55. De sacerdotibus Gentilium.

Sacerdotes qui tantum sacrificatam coronam portant, nec sacrificant, nec de suis sumptibus aliquid idolis prestant, placuit post biennium accipere communionem.

Can. 56. De magistratibus & dominantibus.

Magistratum verò anno quo agit duumviratum, prohibere placet ut se ab Ecclesia cohibeat.

Can. 57. De his qui vestimenta ad pompam dederint.

Matronæ, vel earum mariti vestimenta sua ad ornandam sæculariter pompam non dent. Et si fecerint tricenarij tempore abstineant.

Can. 58. De his qui communicatorias literas portant.

Placuit ubicunque, & maxime in eo loco in quo prima cathedræ constitutus est Episcopus, ut interrogentur hi qui communicatorias literas tradunt, an omnia recte habeant, & suo testimonio comprobent.

Can. 59. Ne fideles ad capitolium sacrificandi causa ascendant.

Prohibendum ne quis Christianus aut Gentilis ad idolum Capitolij sacrificandi causa ascendat & videat.

Quod si fecerit, pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, post decem annos acta pœnitentia recipiatur.

Can. 60. De his qui destruentes idola occiduntur.

Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occisus, quis in Evangelio non est scriptum, neque invenitur ab Apostolo unquam factum, placuit in numerum eum non recipi martyrum.

Can. 61. De his qui duabus sororibus copulantur.

Si quis post habitum uxoris suæ sororem ejus duxerit, & ipsa sit fidelis, quinquennio à communionem placuit abstinere, nisi forte velocius dati pacem necessitas coegerit infirmitatis.

Can. 62. De Auguribus & Pantomimis.

Si Augures aut Pantomimi credere voluerint, placuit ut

peius acribus suis reouocent: & tunc demum suscipiantur, ita ut ulterius non revertamur. Quod si facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab Ecclesia.

Can. 63. De uxoribus qua filios de adulteris necant.

Si qua mulier per adulterium, absente marito, conceperit, idque post facinus occiderit, placuit ei nec in fine dandam esse communionem, eo quod geminaverit scelus.

Can. 64. De feminis qua semper adulterantur.

Si qua mulier usque in finem mortis suae cum a ieno fuerit uero mœchata, placuit nec in fine dandam ei esse communionem. Si uero eum reliquerit, post decem annos recipi ad communionem, acta legitima poenitentia.

Can. 65. De adulteris uxoribus clericorum.

Si cujus clerici uxor fuerit mœchata, & sciat eam maritus suus mœchati, & eam non statim projecit, nec in fine accipiat communionem, ne ab his qui exemplum bonae conuersationis esse debent, videantur magisteria se eam procedere.

Can. 66. De his qui priuignas suas ducunt.

Si quis priuignam suam duxerit uxorem eo quod sit incestus, placuit nec in fine dandam ei esse communionem.

Can. 67. De conjugio catechumena foemina.

Prohibendum ne qua fidelis, vel catechumena aut comicos aut viros scenicos habeat: quæcumque hoc fecerit, à communionem arceatur.

Can. 68. De catechumena adultera qua filiam necat.

Catechumena si per adulterium conceperit, & conceptum necauerit, placuit eam in fine baptizari.

Can. 69. De conjugatis in adulterium lapsis.

Si quis forte habens uxorem semel fuerit lapsus, placuit eum quinquennio agere debere poenitentiam, & sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc & circa feminas obseruandum.

Annotatio.

Eodem sensu à patribus hujus concilij accipitur *recom-*

ciliare & communionem dare, aut certe in ipsa reconcilia-
tione communicatio includitur: solabant enim veteres sacra-
mentum reconciliationis semper cum sacramento Eucharis-
tiae conjungere.

*Can. 70. De feminis qua consciis maritis
adulterantur.*

Si conscio marito fuerit mœchata uxor, placuit nec in sine
dandam ei esse communionem. Si vero eam reliquerit, post
decem annos accipiat communionem.

Can. 71. De stupratoribus puerorum.

Stupratoribus puertorum, nec in sine dandam esse commu-
nionem.

*Can. 72. De viduis mœchis si eundem maritum
duxerunt.*

Si qua vidua fuerit mœchata, & eundem postea haberit
maritum, post quinquennij tempus acta legitima penitenti-
a, placuit eam communionem reconciliari. Si alium duxerit
relicto illo, in sine dandam ei esse communionem. Vel si
fuerit ille fidelis quem acceperit, communionem non acci-
piat nisi post decem annos, acta legitima penitentiâ, nisi in-
firmitas coëgit velocius dare communionem.

Can. 73. De delatoribus.

Delator si quis extiterit fidelis, & per delationem ejus ali-
quis fuerit proscriptus vel interfectus, placuit eum nec in
sine accipere communionem. Si levior causa fuerit, intra
quinquennium accipere poterit communionem. Si catechu-
menus fuerit post quinquennij tempora admittatur ad bap-
tismum.

Can. 74. De falsis testibus.

Falsus testis prout crimen est, abstinebit, & tamen non
fuerit mortis, quod objecit, & si probaverit quod diu ta-
cuerit, biennij tempore abstinebit. Si autem non probaverit
in conventu clericorum, placuit per quinquennium absti-
neri.

*Can. 75. De accusantibus sacerdotibus
sacerdotes.*

Si quis autem Episcopum, presbyterum vel diaconum

falsis criminibus apperierit, & probare non potuerit, nec in sine dandam esse communionem.

Can. 76. De diaconis si peccasse probentur.

Si quis diaconum se permiserit ordinari, & postea fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiserit, si sponte fuerit confessus, placuit eum acta legitima penitentia, post triconium accipere communionem. Quod si alius detexerit, post quinquennium, acta penitentia, accipere communionem laicam debere.

Can. 77. De baptizatis non confirmatis.

Si quis Diaconus regens plebem, sine Episcopo vel presbytero aliquos baptizaverit, Episcopus eos per benedictionem perficere debet. Quod si ante de seculo recesserit, sub fide qua quis crediderit, poterit esse iustus.

Can. 78. De fidelibus cum Iudæa mercantibus.

Si quis fidelis habeat uxorem, cum Iudæa, vel Gentili fuerit mercatus, à communionem arceatur. Quod si alius eum detexerit, post quinquennium acta legitima penitentia poterit Dominicæ sociari communioni.

Can. 79. De his qui tabula ludunt.

Si quis fideiis alea, id est tabula luserit, placuit eum abstinere. Et si emendatus cessaverit, post annum poterit communionem reconciliari.

Can. 80. De libertis.

Prohibendum est, ut liberti quorum patroni in seculo fuerint, ad clerum non provehantur.

Can. 81. De foeminarum Epistolis,

Ne foeminae suo potius quam maritorum nominibus, laicis scribere audeant, qui fideles sunt, vel literas alicujus pacificas ad suam solum nomen scriptas accipiant.

d. 54.
Prohibendum est.

Ex eodem Concilio Elibertino.

Omnis homo autem sacram communionem à propria uxore abstinere debet tres aut quatuor, aut septem dies, nec inter Catholicos connumerabitur, qui in istis temporibus, Pascha, Pentecoste, Natali Domini, non communicaverit.

Pueri ante annos quatuordecim non cogantur jurare. Paella quoque, si in puerili ætate in domo patris illo deficiente, se juramento constrinxerint, & si pater statim ut audierit contradixerit, vota ejus & juramenta irrita erunt, & facilius emendabitur.

Subscripsit in hoc Concilio Osius Episcopus Cordubæ, qui subscripsit in Concilio Nicæno, & Episcopus Hispanien. Mentelanus, Toletanus, & Cæsaraugusta & Malacitanus.

Explicit Concilium Elibertinum.

CONCILIUM ARELATENSE PRIMUM
tempore Constantini Imperatoris & Sylvestri Papæ primi in Galliis celebratum. Est provinciale, sed ut apparet ex præfatione, autoritate Pontificis Romani confirmatum.

PRÆFATIO.

Domino & sanctissimo fratri Sylvestro Episcopo, Martinus vel cæterus Episcoporum qui adunati fuerunt in oppido Arelatensi. Quæ decrevimus communi concilio charitative significavimus, ut omnes sciant quid in futurum observare debeant.

Can. 1. Vt uno die & tempore pascha celebretur.

De observatione paschæ Domini, ut uno die & tempore per omnem orbem observetur, & juxta consuetudinem, literas ad omnes tu diriges.

Can. 2. Vt ubi quisque ordinatur, ibi permaneat.

De his qui in quibuscunque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseverent.

Can. 3. Vt qui in pace arma projiciunt, excommunicentur.

De his qui arma projiciunt in pace, placuit abstinere eos à communione.

Can. 4. Vt auriga dum agitant excommunicentur.

De agitatoribus, qui fideles sunt, placuit eos quando

diu

diu agitant, à communione separati.

Can. 5. De his qui convivium in theatris.

De theatricis & ipsos placuit, quandiu agunt, à communione separari.

Can. 6. De conversis in infirmitate.

De his qui in infirmitate credere volunt, placuit debere eis manum imponi.

Annotatio.

Hæc manuum impositio intelligitur de cæremonia illa, quæ in baptismo adhiberi solet; de qua S. August. lib. 3. de unico baptismo e, 10. loquens, ait *Quid enim est aliud manus impositio, nisi oratio super hominem?*

Can. 7. De Præsidibus.

De præsidibus qui fideles ad præsidatum impetu profiliunt, ita placuit, ut cum promoti fuerint literas accipiant Ecclesiasticas communicatorias, ita tamen ut in quibuscunque locis gesserint, ab Episcopo ejusdem loci cura de illis agatur, ut cum ceperint contra disciplinam publicam agere, tunc demum à communione excludantur. Similiter & de his fiant qui tempus agere volunt.

Can. 8. Ut ex hæresi conversi in Trinitate baptizentur.

De Arianis qui propria lege sua utuntur ut rebaptizentur, placuit si ad Ecclesiam aliqui de hæresi venerint, interrogent eos nostræ fidei sacerdotes symbolum. Et si crediderint in Patre, & Filio, Spiritu sancto, eos baptizatos manus ei tantum imponatur ut accipiant Spiritum sanctum. Quod si interrogati, non responderint hanc Trinitatem, baptizentur.

Annotatio.

Occasione Donatistarum, quosvis ad se transfugas baptizatos, velut immundos & traditione pollutos rebaptizantium hæc synodo confirmatur id quod statutum fuit, nimirum eorum damnari baptismum iterandum esse, qui non ea forma qua solet uti Ecclesia, per expressam scilicet sacrosanctæ Trinitatis invocationem baptizati essent.

Can. 9. De afferentibus literas confessorum.

De his qui confessorum literas afferunt, placuit ut sublati eis literis, accipiant communicatorias.

Can. 10. De illo cuius uxor adulteravit.

Simile
legitur
in Con-
silio E-
liberti-
20. c. 16.

De his qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, & iidem sunt adolescentes fideles, & prohibentur nubere, nec, ut in quantum potest, consilium eis detur, ne viventi-
bus suis uxoribus adulteris alias accipiant.

Can. 11. De feminis fidelibus quae gentilibus se jungunt.

De puellis fidelibus quae gentilibus junguntur, placuit ut aliquanto tempore à communione separentur.

Can. 12. De clericis foeneratoribus.

14 q. 4. De ministris qui foeneratorum, placuit eos juxta formam
Ministri divinitus datam, à communione abstinere.

qui.

Can. 13. De proditoribus.

De his qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel vasa Dominica, vel nomina fratrum suorum, placuit aucter ut quicumque eorum in actis publicis fuerit detectus, vel verbis nudis, ab ordine clericali amoveatur. Nam si videtur aliquos ordinasse facinorosi, & si in his qui ordinaverunt, ratio subsistit, non tamen illis obsit ordinatio, quoniam multi sunt qui contra Ecclesiasticam regulam peccare videntur, & per testes redemptos putant se ad accusationem admitti debere, qui omnino non admittantur, nisi (ut supra diximus) actis publicis docuerint omnino suspitione carere.

Can. 14. De falsis accusatoribus.

De his qui falsis accusant fratres suos, placuit eos utique ad exitum non communicari, sed falsum testem juxta scripturam, impunitum non licere esse.

Can. 15. Ut Levita non offerant.

De diaconis quos cognovimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere.

Can. 16. De pœnitentia.

De his qui pro delicto suo à communione separantur, ita placuit ut quibuscunque locis fuerant exclusi, eodem loco communione consequantur.

Can. 17.

Ut nullus Episcoporum alium Episcopum contulcet.

Can. 18.

De diaconis urbicis, ut non aliquid per se præsumant, sed honor presbyteris reservetur.

Can. 19.

Ut presbyteris sine conscientia Episcoporum nihil faciant.

Can. 20.

Ut peregrino Episcopo locus sacrificandi detur.

Can. 21. *Ut sine tribus Episcopis nullus Episcopus ordinetur.*

De his qui usurpant sibi quod soli debeant Episcopum ordinare, placuit ut nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis secum aliis septem Episcopis. Si tamen non poterint septem, sine tribus fratribus non audeant ordinare.

Can. 22. *Ut clericus alibi transiens excommunicetur.*

De presbyteris aut diaconis qui solent dimittere loca sua in quibus ordinati sunt, & ad alia loca se transfulerunt, placuit ut his in locis ministrant quibus præfixi sunt. Qui si relictis locis suis ad alium locum se deserte voluerint, deponantur.

Can. 23. De Apostatis.

De his qui apostatant, & antequam ad Ecclesiam se repræsentent, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & postea in infirmitate atcepti, petunt communionem, placuit eis non dandam communionem nisi revelaverint & egerint dignos fructus pœnitentiæ.

Explicit Concilium Arelatense primum.

CONCILIUM GANGRENSIS

celebratum circa annum Domini 324. in Paphlagonia, seu regione Pelasgiorum.

Epistola proœmialis.

Dominiis honorabilibus confacerdotibus in Armenia constitutis Episcopis, qui conuenerunt in Gangrense Concilium in Domino salutem.

Hæc Epistola est pro argumento Concilij Gangren.

Quoniam conveniens sancta synodus Episcoporum in Ecclesiam Gangrensem propter quasdam Ecclesiasticas, & necessarias causas inquirendas, & ea quæ secundum Eustathium gesta sunt dignoscenda, invenit multa fieri indecenter ab his qui eundem Eustathium sequuti sunt, necessario statim palam omnibus factis amputate universis quæ ab eodem male commissæ sunt. Declaratum est enim hos eosdem papæ accusare, & docere quod nullus in conjugali positus gradus spem habeat apud Deum. Unde factum est, ut mulieres mulieræ seductæ relictis propriis viris, & viri uxoribus desertis vinculum conjugale dissolverint, continentiam proficentes, quam cum retinere non possent, adulterium commiserint. Inveni enim sunt dissensiones ac separationes in Dominicis Ecclesiis docere, id traditiones Ecclesiasticas, & ea quæ in Ecclesiis aguntur, debere contemni, privatique conventiculis institutis ad imitationem eorum quæ in domo Dei aguntur, omnia præsumere celebrare. Adhuc etiam vestibus communibus spreis, novos etiam & insolitos habitus assumpsisse. Primitias quoque fructuum, & oblationes eorum quas veterum institutio Ecclesiis tribuit, sibi met vindicasse, id est propria ratiocinatione doctrinæ tanquam sanctis libi eas offerri debere, apud se & inter se dispensandas. Servos à dominis recedentes, per hoc iniustitiam religionis suæ habitum, sub specie religionis dominos contempsisse. Mulieres quoque præter consuetudinem, & sui sexus orationem, hinc se iustificari credentes, viri em habitum suscepisse, pluresque earum occasione religionis tonsas, genuini decoris comas penitus amputasse. Ieiunia quæ in Ecclesia prædicantur, contemnenda asseruisse. Nonnullos eorum etiam cibos carnium tanquam illicitos repastasse. In domibus conjugatorum nec

orationes quidem debere celebrari persuasibile, in tantum ut easdem fieri verent, & oblationibus quæ in domibus factæ fuerint minime communicandum esse decernant. Prebiteros vero qui matrimonia contraxerunt spernere debere dicunt, nec sacramenta quæ ab eis conficiuntur attingi. Loca sanctorum martyrum, vel Basilicas contemnere, & homines qui illuc conveniunt reprehendere. Divites fideles qui non omnibus renunciant quæ possident, spem apud Deum non habere. Et multa alia quæ enumerare nulli possibile est. Singulos quoque eorum pro suo arbitrio constituere. Unusquisque enim eorum per tales institutiones ab Ecclesiastico canone recessit, tanquam proprias leges sibi met condidisse præsumens.

Sed nec communis his omnibus & una sententia est. Singuli, non pro se videntur & libere ad accusationem Ecclesie nitendo tanquam rector, non sic, vel auctoritate decreta vel minime. Propterea ergo coactum est hoc Concilium in Gangrensi Ecclesia habitum, ut canones istos exponeret quibus probentur memorati extra Ecclesiam esse. Quod si per penitentiam condempnaverint omnia hæc quæ male senserunt, tanquam à se non bene prolata, acceptabiles fiant, atque ideo singula quæ debeant condemnare, synodus credidit exponenda. Quod si quis non tenuerit hæc quæ hodie constituta sunt, tanquam hæreticus & anathematizatus & damnatus abjiciatur. Et erit non solum incommunicatus, verum etiam ab Ecclesia habetur extorris, donec deprecetur Episcopus, & de universis quæ peccata eos detecta atque deprehensa sunt, provident, quid horum susceperit observandum.

Can. 1. De his qui nuptias execrantur.

Si quis viderit nuptias, dormientem cum viro suo fidelis ac religiosam detestatur, aut culpabilem estimat, velut quæ in regnum Dei introitu non possit, anathema sit.

Annotatio.

Gratian dist. 33. hunc Canonem, quem ibi loco citato ponit in titulo ejusdem Canonis, ad Sacerdotum conjugia tantum restringit, quod non tantum utrique Latine, sed etiam Græce originali editioni repugnat, quibus supra recte condemnatur, quod Eusebius de matrimonio doctus nimirum quod nemini Christianorum consecutum fuerit liberis generandis & educandis operam daret, ut patet ex Epistola Synodali ad Armenios.

Can. 2. *De his qui carnes manducantes damnant.*

d. 30. Si Si quis carnem edentem præter sanguinem, & idola
 quiscap immolatum, & suffocatum cum religione & fide contem-
 nem. nat, velut spem propter hujusmodi perceptionem non ha-
 bentem? anathema sit.

Annotatio.

Nota quod Catholici ceteris diebus ab esu carniæ ab-
 stinent non quod carnem in se, tanquam malam aliquam
 Dei mali creaturam, instat Saturnini, Ebionis, Marcionis,
 Manichæi & aliorum hæresiarcharum abominentur: sed
 ut refractaria & rebellis hominis caro cibis lautioribus
 atque solidioribus, quales sunt pecorum & avium carnes,
 rectæ rationis imperio se non invite submittat. Quod vero
 additur, *Præter sanguinem & Idolis immolatum, & suffo-
 catum*, indicat, permultos annos servatum in Ecclesia
 præceptum hoc, ut Christiani neque sanguine, neque suffo-
 caris vescerentur. Idem constat ex Tertul. in Apol. 23.

Can. 3. *Non debere servum occasione religionis do-
 minum contemnere.*

17. q. 4. Si quis servum prætextu divini cultus doceat Domi-
 Si quis num contemnere proprium, ut discedat ab ejus obsequio,
 alienu. nec ei cum benevolentia & omni honore deserviat, an-
 thema sit.

Annotatio.

Infideles non obstante infidelitate, aliisque criminibus
 suis, sunt veri Domini rectum sustinunt, ut patet exemplo
 Nabuchodonosoris, Dan. 2. Cui, licet infidelis esset, Deus
 cæli regnum, fortitudinem & imperium & gloriam dedit,
 &c. Ideo jure ponitur hic Canon.

Can. 4. *De oblatione presbyteri conjugati.*

d. 28. Si Quicunque discernit à Presbytero qui uxorem habet
 quis dis- quod non oporteat eo ministrante de oblatione percipere
 spruit. anathema sit.

Annotatio.

Inepte hic Canon ad Celibatum Clericorum impug-
 nandum ab hæreticis usurpatoris quidem in eo agitur tan-
 tum de presbytero qui uxorem habuit, & hujusmodi autem uxorem
 nulli mentio fit.

Can. 5. Ne orationes Ecclesia contemnantur.

Si quis docet domum Dei contemptibilem esse, & conventus qui in ea celebrantur, anathema sit. d. 30. Si quis docet.

Annotatio.

Apostolorum temporibus Christianos etexisse Ecclesias, publicas, nimirum domos divino cultui dicatas, & privatorum inhabitatione liberatas, patet 1. Cor. 11, & 14. ubi Paulus ait: *Convenientibus ad Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos.*

Can. 6. Non debere extra Ecclesiam congregari.

Si quis extra Ecclesiam seorsum conventus celebrat & despiciens Ecclesiam, ea quæ sunt Ecclesiæ voluerit usurpare non convergente presbytero, juxta decretum Episcopi, anathema sit. d. 30. Si quis extra.

Can. 7. De fructibus in Ecclesiam dandis.

Si quis oblationes Ecclesiæ extra Ecclesiam recipere vel dare voluerit præter conscientiam Episcopi, vel ejus cui hujusmodi officia commissa sunt, nec cum ejus voluerit agere consilio, anathema sit.

Can. 8. De his qui in usus pauperum conferuntur.

Si quis dederit vel acceperit oblata præter Episcopum, vel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat & qui accepit, anathema sit.

Can. 9. De his qui in virginitate persistunt.

Quicumque virginitatem custodit, aut continentiam studens, velut hortens nuptias temerat, nec propter hoc quod bonum & sanctum est, nomen virginitatis assumit, anathema sit. d. 30. Si quis vel virginitatem.

Can. 10. De his qui pro virginitate superbiunt. d. 30. Si quis pro.

Si quis ex his qui virginitatem propter Dominum servant, extollitur aduersum conjugatos, anathema sit.

Can. 11. Ne quis Agapen fratrum contemnat.

Si quis despiciat eos qui fructu Agapæ, in convivia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei convocant fratres, & noluerit communicare hujusmodi orationibus spiciat. d. 24. Si quis det.

parvipendens quod geritur, anathema sit.

Can. 12. De his qui palliis utuntur.

d. 10. Si Si quis virorum propter continentiam, quæ putatur am-
quis vi- *Et* pallij utitur, quasi per hoc habere se iustitiam credens,
rorum. & despiciat eos qui cum reverentia birris, & aliis communibus & solitis utuntur, anathema sit.

Annotatis.

Pallium est indumentum, quod apud Græcos sapientia studiosi induere solebant, Birrus, sive Birrum est breve indumentum Clericorum, humeros tantum & brachia eorum tegens: hoc igitur Canone Monastica vita ususque pallij non condemnantur, seu Eustathiani Monachi aliique ejusdem farinae viri, qui monasticam vitam proficentes, aut palliati laedentes alios præ se contemnebant.

Can. 13. Ne mulieres virilem habitum usurpent.

d. 10. Si Si qua mulier propter continentiam, quæ purabatur habet
qua mu- tum mutat, & pro solito muliebri amictum virilem sumit,
lier. anathema sit.

Can. 14. Non debere à viro discedere.

Si qua mulier virum proprium relinquens discedere voluerit, nuptias execrans, anathema sit.

Can. 15. De his qui filios despiciunt.

d. 10. Si Si quis filios suos relinquens non eos nutrit, & quod ad
quis re- se pertinet, non ad pietatem divini cultus informant, sed per
liquerit. occasionem continentia negligit, anathema sit.

Can. 16. Ne filij parentes suos contemnant.

d. 30. Si Quicumque filij à parentibus prætextu divini cultus ab-
duo fi- cedant, nec debitam reverentiam dependunt illis qui divinum cultum sibi proculdubio præferunt, anathema sit.

Can. 17. Caput tondere mulieri non licet.

d. 20. Si
quæstio- Si qua mulier propter divinum cultum (ut æstimat) crines
unque attondeat, quos ei Deus ad subjectionis materiam tribuit,
mulier. tanquam præceptum dissolvens obedientia, anathema sit.

Can. 28. *Non debere die Dominico jejunari.*

Si quis propter continentiam quæ putatur, aut costumam-
tiam, in die dominico jejunat, anathema sit.

d. 10. Si
quis tā-
quam.

Can. 19. *Non licere communia jejunia
solvere.*

Si quis eorum qui continentie istudent, absque neces-
sitate corporea tradita in commune jejunia, & ab Ecclesia
custodita superbiendo dissolvit, stimulo suæ cogitationis im-
pulsus, anathema sit.

d. 30. Si
quis co-
rum.

Can. 20. *De his qui collectas quæ fiunt in martyrum
commemorations, execrantur.*

Si quis superbiæ usus affecta conventus abominatur, qui
ad confessiones martyrum celebrantur, & ministeria quæ in
eis fiunt, simul cum eorum memoriis execratur, anathema sit.

d. 31. Si
quis su-
perbia.

Hæc autem scripsimus, non qui in Ecclesia Dei secundum
scripturas sanctum propositum continentie eligunt, vitope-
tantes, sed eos qui abutuntur proposito in superbiam, & ex-
tolluntur adversus simplices, abscindimus, & damnamus
eos qui adversum scripturas, & Ecclesiasticas regulas non
introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum hu-
militate admiramur, & continentiam quæ cum castitate &
religione suscipitur, approbamus, & renunciationem secu-
larium negotiorum cum humilitate recipimus, & nuptia-
rum castum vinculum honoramus, & divitias cum justitia
& operibus bonis non speramus, & habitum simplicem
ac vestem viliotem pro corporis diligentia infucatam lauda-
mus, sicut etiam solutas ac fractas in vestibus processiones
reprobamus. Et domos Dei honoramus, & conventus qui
in his fiunt tanquam sanctos & utiles suscipimus, pietatem in
privatis domibus non claudentes, sed omnem locum in no-
mine Dei ædificatum honoramus, & congregationem san-
ctam in eadem Ecclesia pro utilitate communi recipimus. Et
bona opera quæ supra vires in fratres pauperes exercentur
secundum Ecclesiasticas traditiones beatificamus, & omnia
quæ per sanctas scripturas, & per Apostolos sunt tradita in
Ecclesia celebrari.

d. 30.
Hæc au-
tem.

Explicit Concilium Gangrense provinciale, sed confirma-
tum in sexta synodo generali Constantinopoli in Trullo ce-
lebrata, ut ex secundo canone editionis Græcæ Parisiæ
constat.

CONCILIIUM ARELATENS.
 secundum, sub Sylvestro Papa celebratum,
 est provinciale.

Can. 1. De neophytis clericis non ordinandis.

Ordinari ad diaconatus vel sacerdotij officium neophy-
 tum non debere.

**Can. 2. Ne conjugati ad sacerdotium
 provehantur.**

d. 12. Assumit aliqui. Assumit aliquem ad sacerdotium non posse in vinculo
 conjugij contractum, nisi fuerit promissa conversio, non
 oportet.

**Can. 3. Ne clericus in solatio extraneam habeat
 mulierem.**

Si quis clericus in solatio in diaconatus in solatio suo mu-
 lierem, virginem, concubinam, sororem, filiam, nepotem vel
 concubinam, vel aliam quam habere praesumpserit, a commu-
 nione alicuius ecclesiae, in quoque & mulierem (si se sepa-
 rate non habuerit) excommunicetur.

*3. Canon
 in Conc.
 Nicen.*

**Can. 4. Ne clericus in secreto intrinsetat
 puellam.**

Nullus clericus, vel presbyter, vel Episcopus, ad cellam
 secretam intrinsetat puellam, vel ingenuam, vel ancillam.

Canon quintus hinc subiectus, eo quod nihil de eorum
 complectatur à synodo quarto Concilio Niceni.

**Can. 5. Ne Episcopus ordinetur sine consensu
 metropolitani.**

Illud autem ante omnia notetur, eum qui sine consensu
 metropolitani constitutus fuerit Episcopus, juxta magnam
 synodum esse Episcopum non debere.

Can. 7. De his qui seiplos descendunt.

d. 55. Si qui se. Si quis te, carnali vitio repugnante perscipientes, ante nuptias
 ad clerum pervenire non possunt.

**Can. 8. De his qui excommunicatos alterius
 suscipiunt.**

Si quis excommunicatum alterius, sive clericum, sive

faciliorem recipere post interdictum præsumptis, novent se reum fraternitatis factum, causam in concilio reddituram.

Can. 9. Vt Novariani in communionem non suscipiantur.

Novatianum in communionem recipi non debere, nisi suscepta poenitentia, incredulitatis præstitum damnet errorem.

Decimum canonem hoc loco non inseruimus quod idem placet cum eo qui in Nicæno concilio undecimum locum sortitus est.

Can. 11. De his qui poenis victi sacrificare coguntur.

Si qui verò dolore victi & pondere persecutionis negare Exod. & sacrificare compulsi sunt, duobus annis inter catechumenos triennio inter poenitentes habeantur à communionem suspensi.

Can. 12. De excedentibus vitam in poenitentia positis.

De his qui in poenitentia positi vitam exceperant, placuit Exe. 12. nullum communionem vacuum debere dimitti, sed pro eo Nicæna quod honoravit poenitentiam, oblatio illius recipiatur. *Synodi.*

Canonem 13. hic prætermisimus, ut 15. & 17. et conc. Nicæno. otiosè repetere videremur.

Can. 14. est à nobis sublatus, cum in Nicæna synodo 18. loco idem relatus sit.

Can. 15. Ne diaconus coram presbytero sedeat.

In secretario diaconos inter presbyteros sedere non licet. Exe. 14. ceat, vel corpus Christi præsentem presbytero tradere non *president.* præsumant. Quod si fecerint, ab officio diaconatus abscedant.

Can. 16. Vt Photiniani & Paulianista baptizentur.

Photinianos sive Paulianistas secundum Patrum statuta baptizari oportet.

Can. 17. Vt heretici baptizati recipiantur.

Bonafacos autem ex eodem errore venientes (quos sicut Arrianos baptizati in Trinitate manifestum est) dum

interrogati fidei nostram ex toto corde confessi fuerint
cum chrismate & manus impositione in Ecclesia recipi ius-
sunt.

**Can. 18. *Ut metropolitani arbitrio synodus
congregetur.***

Ad Arelatenfis Episcopi auctoritatem synodum congregan-
dum (ad quam veniunt ex omnibus mundi partibus, præter
pauca Gallicani, sub sancti Martini tempore legimus celebra-
tum fuisse concilium atque conventum) si quis commu-
nicus inimitatis causa defuerit, personam vice sua dir-
gat.

**Can. 19. *Ne Episcopi discedant ante peractam
synodum.***

Si quis aurem adesse neglexerit, aut certam fratrum ante-
quam dissolvatur concilium, crediderit deserendum alienam
se à fratrum communione cognoscat, nec recipi liceat, nisi
in sequenti synodo fuerit absolutus.

Can. 20. *De aurigi fidelibus.*

Vide su-
pra fol.
37.

De agitatoribus, sive theatricis, qui fideles tuant, placuit
eos quandiu agunt à communione separari.

**Can. 21. *Si post acceptam pœnitentiam quid
miseris.***

Pœnitentes quæ defuncto viro, aliis subere præsumpser-
int, vel suspecta vel interdicta familiaritate se cum ex ter-
neo junxerint, cum eodem ab Ecclesie liminibus arceantur.
Hoc etiam de viro in pœnitentia posito placuit observari.

Can. 22.

Pœnitentiam conjugatis non nisi ex consensu dandam.

30 q. 4.
Pœnitentiam.

**Can. 23. *De sacerdotibus qui idololatriam non
eruerunt.***

Si in alicujus presbyterio infideles aut virgula accende-
riat aut altores, fontes, vel saxa venerentur, si hæc erudere
neglexerit sacrilegij esse reum cognoscat Dominus autem
vel ordinator rei ipsius, si admonitus emendare noluerit,
communione privetur.

Can. 24. *De accusatoribus fractum.*

Eos qui falsa fractibus capitula objecisse convicti fuerint
placuit usque ad exitum non commanere, sicut magna sy-
nodus ante constituit, nisi digna transactione eos pœnituerit.

Can. 25. De apostatis si non revertuntur.

Hi qui post sanctam religionis professionem apostatant, & ad seculam redeunt, & postmodum penitentia remedia non requirunt communionem penitus non accipiant.

Quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti, & quicumque ille sit, post penitentiam secula em habitum, non presumat. Quod si presumpserit, ab Ecclesia alienus habeatur.

Can. 16.

De his quos clericatus ipsa vitæ gratia suggererit, si forte interrupta & duplicata matrimonia incidant, non ultra subdiaconatum aliâve, Ecclesiasticas capiant dignitates. Quod si facti forsitan sunt, ab Ecclesiastico removeantur officio.

Can. 27.

Professas viduas, si in cohabitando persisterint, cum raptoribus esse damnandas.

Can. 28.

Secundum constitutionem synodi Vasensis, qui oblationem fidelium suppresserit, aut negaverit, ab Ecclesia cui fraudem fecit excludatur.

Can. 29.

Si quis Episcopus suæ sententiæ non acquiescit, synodi se-
gibus audiendum.

Can. 30. De Episcopis suspensis.

Secundum instituta seniorum si à communionem sacerdotum fuerit auctoritate suspensus Episcopus, hunc non solum à clericorum, sed etiam à totius populi colloquio, atque convivio placuit excludi, donec resipiscens ad sanitatem redire festinet.

Can. 31. De his qui inter se odiis exardescunt.

Hi qui publicis inter se odiis exardescunt, ab Ecclesiasticis conventibus sunt removendi, donec ad pacem recurrant.

Can. 32. *De expositis ante Ecclesiam.*

Si expositus ante Ecclesiam cuiuscunque fuerit miseratione collectus, contestationis potest Epistolam. Et si is qui collectus est, intra decem dies quaesitus agnitusque non fuerit, securus habeat qui collegit. Sanè qui post praedictum tempus calumniator extiterit, ut homicida Ecclesiastica ditriccione damnabitur, sicut patrum sanxit auctoritas.

Can. 33. *De puellis que se Deo uoverunt.*

De puellis que se uoverunt Deo & preclari nominis decore floruerunt, si post 45. annos ueritas ad tertonas nuptias sponte transferat, id custodiendum esse decreuimus, ut cum his cum quibus se obligauerint communionem priventur, ita ut eis postulanti bus penitentia communitio multo tempore differatur.

Can. 34. *De famulis se percutientibus.*

Si quis famulorum cuiuscunque conditionis aut generis, quasi ad exacerbendam Domini discretionem se diabolo repletus furore percusserit, ipse tantam sanguinis sui reserit, neque ad Dominum sceleris, aliena inuidia pertinebit.

Can. 35. *De ordinatione Episcopi.*

Placuit in ordinatione Episcopi hunc ordinem custodiri, ut primo loco uenialitate, vel ambitione submota, ab Episcopis nec nominetur, de quibus clerici vel laici cives ergo unum eligendi habeant potestatem.

Can. 36. *De secularibus hominibus.*

Si quis secularium amore religionis, se ad quemcunque sacerdotem crediderit conferendum, ipse sibi cum quem erudiendi gratia suscepit, vindicabit.

Can. 37. *De honore synodi metropolitani.*

Hoc etiam placuit custodiri, ut nihil contra magnam synodum metropolitani existiment vindicandum.

Finit Concilium Arclarense secundum.

CONCILIUM CARTHAGIN.

primum tempore Sylvestri primi Papæ celebratum. Est provinciale, & ex diversis provinciis Africanis ad Carthaginem convenerunt multi Episcopi.

Can. 1. *Ne baptismus reiteretur.*

Gratus Episcopus Carthaginensis qui præhebat in concilio, dixit: ergo si vobis placet consideremus primum titulum, baptismationis. Unde sanctitatem vestram postulo, ut mentis vestræ placita producat. Universi Episcopi dixerunt, Abfit. Illicitas esse sanimus rebaptizationes, & satis esse alienum a sincera fide & catholica disciplina rebaptizari.

Can. 2. *De martyrum sepulchris & honorificentia.*

Martyrum dignitatem nemine prophanus infamet. Ac si quis ad injuriam martyrum claritati eorum adjungat infamiam, placet eos, si laici sint, ad poenitentiam redigi. Si autem sunt clerici, post communionem & post cognitionem honore privari.

Can. 3. *Quod non liceat clericis habitare cum feminis.*

Gratus Episcopus dixit: Et illud præcipue, si videretur vestræ dilectioni, cavendum est, ut pastoris cura, quantum debet & potest regularis providentia præmoneat, ut nullis liceat ab affectu abstinentibus carnali, apud extraneas pauciter commorari. Occasiones enim amputandæ sunt peccatorum, & tollendæ omnes suspiciones quibus subtilitas diaboli sub prætextu charitatis & dilectionis incantus animus vel ignarus irretire consuevit. Nullus igitur, nullaque inclinatio & virginitati serviens propter blasphemiam Ecclesiæ, si vobis placet, in una domo cum extraneis paucis commorari debent. Univerſi dixerunt: Qui nolunt nubere, & pudicitiam meliorem eligunt partem, hæc vitare debent, & non solum habitare simul, sed nec habere ad se aliquem accessum. Hoc ergo & lex jubet, & sanctitas vestra commendat, ut in singulis conciliis statutum est. Gratus Episcopus dixit: Ergo persuasio interdum prudentes solet arcere à peccatis, dum imprudentes debet metus

hujuscemodi constringere, si sacrum concilium respiciunt, & salutare mandatum. Si ergo laici sunt, post commonitionem: si contempserint, à communione separantur. Universi dixerunt: Placet.

Can. 4. Ut cum viduis non commorentur.

Gratus Episcopus dixit: Et si in infinita sunt quæ lege præscripta, proficientia sunt disciplinæ, unusquisque nostrum tractatu assiduo, & commonitione frequenti, per singulas quasque species proficientes ad disciplinam, poterit populos invitare, tamen aliqua ex eis propter blasphemias suggerenda sunt à nobis, & in concilio statuenda. Si videretur vobis pari sententia teneatur etiam hi cum viduis commorantur, & nulla secum germanitate conjuncti sunt. Universi dixerunt: Iuxta viduos & viduas eadem lex maneat & sententia.

Can. 5. Ne clerici ordinentur in Ecclesia alterius.

Privatus Episcopus Vegesilitanus dixit: Suggesto sanctitatis vestræ, ut statuatis non licere clericum alienum ab aliquo suscipi sine literis Episcopi sui, neque apud se retinere, nec laicum usurpare sibi de plebe aliena, ut eum ordinet sine conscientia ejus Episcopi de cujus plebe est. Gratus Episcopus dixit: Hæc observantia pacem custodit. Nam & memini in sanctissimo concilio Sardienensi statutum, ut nemo aliterius plebis hominem usurpet. Sed si fortè erit necessarius, petat à collega suo, & per consensum habeat.

Can. 6. Clerici actus secularium non suscipiant.

1. g. 3. *Cedo.* Nicæus Episcopus Culusitanus dixit: Credo placere suggestionem meam sanctitati vestræ & displicere vobis, ut qui serviat Deo, & annexi sunt clero, non accedant ad actus seu administrationem vel procurationem domorum. Gratus Episcopus dixit: Et Apostolorum statuta sunt, quæ dicunt: Nemo militans Deo ingerit se negotiis sæcularibus. Proinde aut clerici sint sine actionibus domorum, aut actores sine officio clericorum. Universi dixerunt: Hoc observemus.

Can. 7. *Ut clerici in Ecclesia aliena non communicent
sive literis sui Episcopi.*

Casarius Uulicenis Episcopus dixit: Statuat gravitas vestra ut unusquisque clericus vel laicus non communicet in aliena plebe sine literis Episcopi sui. Gratus Episcopus dixit: Nisi hoc observatum fuerit, communicatio fiet forte passim. Nam si cum literis receptus fuerit & concordia inter Episcopos seruetur, & nemo subtilis alterius fugiens communicacionem ad alteram latenter accedit. Universi dixerunt: Omnibus provides, & clerico & laico consulis.

Can. 8. *Ne clerici ordinentur implicati negotiis
alienis.*

Magus Episcopus Astiagensis dixit: Quid dilectioni vestrae videretur procuratores & actores, etiam per se tutores pupillorum si debeant ordinari? Gratus Episcopus dixit: Si post deposita universa & reddita ratiocinia actus vitae ipsorum fuerint probati in omnibus, debent & cum laude clerici postulati fuerint, honore munerari. Si eam ante libertatem negotiorum vel officiorum ab aliquo sine consideratione fuerint ordinari, Ecclesia infamatur. Universi dixerunt: Recte omnia statuit sanctitas tua, ideoque ita est & nostra ista quoque sententia.

Can. 9. *Ut laici clericos actores non constituant.*

Mecus Carenensis Episcopus dixit: Recte statutum est ut d. 54. obnoxij alienis negotiis non ordinentur. Tamen dimissi & Magni gratias referre debent, & à clericorum injuria temperare. Et Episcopi ipsi non liceat clericos nostro eligere apothecarios, vel ratiocinatores. Gratus Episcopus dixit. Nulli dubium est quod omnes vel Domini, vel procuratores, vel quicumque praeiungunt, cum audierint saluberrima instituta concilij & sibi esse consultum nec impeditum, propriam debent temperare injuriam in clericis nostris. Quod si injuria constitutionis imperatoris clericos inquietando putaverint, si defensio Ecclesiastica nos non deridet, pudor publicas vindicabitur. Universi dixerunt: Saluberrimae professiones debuerunt à tanto concedi concilio.

Can. 9. *Ne Episcopus alterius Episcopi plebes vel
sines usurpet.*

Felix Episcopus Bajanen. dixit. Nullus debet collegae suo

138 *Summa Carthaginensis Concilij.*

facere injuriam. Multi enim transcendunt sua, & usurpet alienam ipsis invitis. Gratus Episcopus dixit: Avaritiæ cupiditatem radicem omnium malorum esse nemo est qui dubitet. Proinde inhibendum est, ne quis alienos fines usurpet aut transcendat Episcopum collegam suum, aut usurpet aliorum plebes, sine ejus permissu: quia inde cætera mala omnia generantur. Universi dixerunt, Placet, placet.

1. Tim.
6.

Can. 11. De numero judicantium presbyterorum.

11. q. 7.
*Si quis
tumidus.*

Si quis tumidus vel contumeliosus extiterit in majorem natum, vel aliquâ causam habuerit, à tribus vicinis Episcopis si diaconus est, arguatur: si presbyter, à sex; si Episcopus, à duodecim sacerdotibus audiatur. Univerſi dixerunt Episcopi: Contemptus debet contumaciæ & superbiæ in omnibus frangi, causa verò pro personis à statuto numero audatur.

Can. 12. Oprantius Episcopus circuibat & usurpabat populos Antigonii Episcopi vicini, componitur hæc lis per synodum.

Can. 13. Est in secundo Arelat. 14. in primo 11.

In 14. Can. commendatur observatio constitutionum hujus concilij, & subscribunt Episcopi.

Finis Concilij Carthaginensis primi.

Decreta Marci Papæ.

a. d. 336

Marcus Marcus natione Romanus, sedit annos 7. menses 8. dies Pont. 33. 20. temporibus Constantini Junioris. Quæ sub illo acta sunt habes hist. scrip. lib. 4. c. 1. Papa 33 sub Petro.

Hic synodolum Hic misit ad Athanasium & Episcopos Egypti 70. canones Nicæni Concilij, fideliter transcriptos ex exemplaribus quæ Sylvester Papa reliquerat Romæ, nunc non extant nisi

servit. 20. canones, Bona pars horum viginti est in Concilio Arelatensi 2. & alij illorum 70 (quos nunc non habemus) sunt in prædicto Concilio.

a. d. 338.

Julius I. 20. canones, Bona pars horum viginti est in Concilio Arelatensi 2. & alij illorum 70 (quos nunc non habemus) sunt in prædicto Concilio.

Pont. 34.

Decreta Julij Papæ.

Tempore huius Julius primus Papa, natione Romanus, sedit annos quindecim, de quo habes hist. scrip. l. 4. c. 4 & infra. Extat Epistola ejus increpatoria ad Episcopos Orientales pro causa Athanasij Episcopi Alexandamini scctione anno 34. Papa sub Petro.

Arrii hæresis invaluisset.

Sub eodem Iulio celebrata est synodus Romana, in qua contenerunt 116. Episcopi contra Atrium & eius discipulos quem damnarunt cum suis dogmatibus, presidente Iulio, confirmantes acta in synodo Nicæna. De hac synodo nihil præterea habetur.

Sub eodem celebrata est synodus Colonienfis contra Eufratam blasphemum & hæreticum, qui Christum negabat Deum. Damnatus est & privatus episcopatu.

ANTIOCHENUM CONCILIUM.

Regula Antiocheni concilij exposita apud Antiochiam.

Sancta & pacatissima synodus in unum congregata, his qui per singulas provincias sunt unanimes, sacerdotibus & confessoribus in Domino salutem. Gratia & veritas Iesu Christi Domini & Salvatoris nostri, sanctam & Antiochenam Ecclesiam visitans, & in unum cõnectens per concordam pacatissimi spiritus, multa quidem & alia perfecit, in omnibus autem suggerente sancto & pacifico spiritu, etiam hoc perfecit, ut quæ visa sunt recte constitui, cum plurima consideratione, & iudicio una cum omnibus nobis Antiochiam ex diversis provinciis in unum collectis Episcopis, in vestram notitiam deferantur. Crenimus autem gratiæ Domini, & Spiritui sancto pacis quod & ipsi conspirabitis nobis, tanquam in unam fuisseis virtutem, & nobiscum orationis admittentes, magis autem munici, & in Spiritu sancto præsentem, iidem ipsis quæ desinita sunt, consentientes, & ea quæ visa sunt recta roborantes, cum consensu sancti Spiritus confirmabitis. Sunt autem præfati canones Ecclesiastici hi qui infra sunt scripti.

Can. primus.

Non licere Pascha diverso tempore facere, nec cum Iudeis celebrare, sicut in Nicæno concilio statutum est.

Can. 2. *Non licere cum excommunicatis communicare.*

Omnes qui ingrediuntur Ecclesiam Dei, & scripturas Sacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo,

sed pro quadam intemperantia se à perceptione sanctæ communionis avertunt, hi de Ecclesia removeantur, quando diu per confessionem penitentiae fructus ostendant, & precibus indulgentiam consequantur. Cum excommunicatis autem non licere communicare, nec cum his qui per domos conveniunt, devitantes orationes Ecclesie, simul orandum est. Ab alia quoque Ecclesia non suscipiendum, qui in alia minime congregantur. Si quis autem de Episcopo, aut presbyteris, vel diaconis, seu quilibet clerico deprehensus fuerit eum excommunicatis communicare, etiam ille privetur communione tanquam qui regulam confundat Ecclesie.

Annotatio.

Circa verba illa, *quandis per confessionem penitentiae fructus ostendant*, nota, quod cum (qui quòd Deum corporeum, hominique similem esse docerent, pro ea Anchiomorphitæ nuncupati fuere) peccatoribus peccata remitterent, nulla satisfactione sacramentali imposita, Eusebii decreverunt id quod docet Ecclesia Catholica; nimirum quod per simplicem confessionem, peccata non dimittantur, si digna satisfactio præscripta non impleatur.

Can. 3. *Non debere clericum ad aliam Ecclesiam migrantem ibi perseverare.*

7.7.1. Si quis presbyter.

Si quis presbyter, aut diaconus, aut omnino quilibet ex clerico parochiam propriam deserens, ad aliam properaverit, vel omnino demigrans in alia parochia per multa tempora nititur immorari, ulterius ibidem non ministrat, maxime si vocanti suo Episcopo, & regredi ad propriam parochiam commoventi obedire contempserit. Quod si in hac discipline perdat, à ministerio modis omnibus removeatur, ita ut nequaquam locum restitutionis inveniat. Si vero pro hac causa damnatum alter Episcopus suscipiat, hic etiam à communi coërceatur synodo, velut qui Ecclesiastica constituta dissolvat.

Can. 4. *Non licere Episcopo vel clerico si ex auctoritate fuerit, ministrare.*

11.7.4. Si quis Episcopus.

Si quis Episcopus damnatus à synodo, vel presbyter aut diaconus à suo Episcopo, nisi fuerint aliquid de ministerio facto contingere, sive Episcopus juxta præcedentem consuetudinem, sive presbyter aut diaconus, nullo modo liceat ei nec in alia synodo restitutionis spem, aut locum habe-

re satisfactionis, sed communicantes ei omnes abici de Ecclesia, & maxime si posteaquam dediderit adversum memoratos prolatam fuisse sententiam eisdem communicare tentaverit.

Can. 5. Ne clerici contempto Episcopo seorsum se colligant.

Si quis presbyter aut diaconus Episcopum proprium contemnens, se ab Ecclesia sequestravit, & seorsum colligens, altare constituit, & communenti Episcopo non acquiescit, nec consentire vel obedire voluerit semel & iterum convocanti, h. e. damnatur omni modo, nec ultra remedium consequatur, quia suam recipere non potest dignitatem. Quod si Ecclesiam conturbare & sollicitare persistat, tanquam seditiosus per potestates externas opprimatur.

Can. 6. De excommunicatis.

Si quis à proprio Episcopo communione privatus est, non ante suscipiatur ab aliis quam suo reconcilietur Episcopo, aut certe ad synodum quæ congregatur, occurrens pro se satisfaciat & periuadens concilio, sententiam suscipiat alteram. Hæc autem definitio maneat circa laicos & presbyteros & diaconos, omnesque qui sub regula esse monstrantur.

Can. 7. De peregrinis.

Nullus peregrinorum sine pacificis, id est, commendatis suscipiatur. *dist. 91. Et nota*

Can. 8. Ne epistola à solo fiant Chorepiscopo.

Presbyteri qui sunt in agris, canonicas Epistolas dare non possunt, ad solos tantum vicinos Episcopos literas destinabunt. Chorepiscopi autem qui sunt irreprehensibiles dare possunt pacificas, id est, generales Epistolas.

Can. 9. De Metropolitanis Episcopis.

Per singulas regiones Episcopos convenit nosse Metropolitanam Episcopum, sollicitudinem totius provincie gerere, propter quod ad Metropolitim omnes undique qui nequa videntur habere, concurrant. Unde placuit eum & honore excellere, & nihil amplius præter eum ceteros Episcopos agere, secundum antiquam à patribus nostris regulam.

dist. 91. Nullus absque

6. q. 1. Per singulas

constitutam, nisi ea tantum quæ ad suam diocesim perti-
nent, possessionesque subjectas. Unusquisque enim Episco-
pus habeat suæ parochiæ potestatem. Ut regat juxta re-
verentiam singulis competentem, & providenti in gerat
omnis possessionis quæ sub ejus est potestate, ita ut presby-
teros & diaconos ordinet, & singulis suo judicio compro-
hendat. Amplius autem nihil agere tentet præter Anti-
stem Metropolitanum, nec Metropolitanus sine cæterorum
gerat consilio sacerdotum.

Can. 10. De his qui vocantur Chorepiscopi.

139.8.
*Si quis
Episco-
pus.*

Qui in vicis vel possessionibus Chorepiscopi nomen
tur, quamvis manus impositionem Episcoporum percep-
erint, & ut Episcopi consecrati sint, tamen sancta syno-
placuit ut modum proprium recognoscant, ut gubernent
sibi subjectas Ecclesias, earumque moderamine curam
concenti sint. Ordinem etiam lectores & subdiaconos a-
que exorcistas, quibus promotiones istæ sufficiant. Nec
presbyterum vero, nec diaconum audeant ordinare, præter
civitatis Episcopum cui ipse cum possessione subjectus est.
Si quis autem transgredi statuta tentaverit, depositus, qui
urebatur honore, privetur. Chorepiscopum verò civitas
Episcopus ordinet cui ille subjectus est.

*Can. 11. De Episcopis vel clericis advenitibus
Imperatorem.*

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut quilibet regularis
subjectus Ecclesiæ præter concilium & literas Episco-
porum provinciæ, & præcipue Metropolitanæ adjerit Impera-
torem, hunc reprobari, & abjici oportere non solum à con-
suetudine, verum & ab honore, cujus particeps videtur existi-
re, qui venerandi principis auribus molestiam tentavit in-
ferre contra leges Ecclesiæ. Si igitur adite principem ne-
cessaria causa deposcit, hoc agatur cum tractatu & consi-
lio Metropolitanæ, & cæterorum Episcoporum qui in es-
dem provincia commorantur, qui etiam proficiscantem suis
prosequantur epistolis.

Annotatio.

Hic est ille canon, quem adversarij S. Chrysostomo ob-
jecerunt, quemque ille ab Arrianis sancitum, meritoque
per Sardicense concilium plane sublatum esse respon-
derunt.

Can. 12. De damnatis Episcopis aut clericis aduentibus Imperatorem.

Si quis à proprio Episcopo presbyter aut diaconus, aut à synodo fuerit Episcopus forte damnatus, & Imperatoris auribus molestus exiterit, oporteat ad majus Episcoporum converti concilium, & quæ putaverint habere solta, plurimis Episcopis suggerant, eorumque discussiones ac judicia præstolentur. Si verò hæc parvi pendentes molesti fuerint Imperatori, hos nulla venia dignos esse, nec locum satisfactionis habere, nec spem futuræ restitutionis penitus operiri dijudicamus.

Can. 13. Ne Episcopi in aliena provincia ordinationes efficiant.

Nullus Episcopus ex alia provincia audeat ad aliam transgredi, & ad promotionem ministerij aliquos in Ecclesiis ordinare, licet consensum videantur præbere nonnulli, nisi licet tam Metropolitanam quam cæterorum qui cum eo sunt Episcoporum rogatus adventat, & sic ad actionem ordinationis accedat. Si verò nullo vocante inordinato more deproperet super aliquibus ordinationibus & Ecclesiasticis negotiis ad eum non pertinentibus componendis, irrita quidem quæ ab eo geruntur existant, ipse vero incompoti motus sui, & irrationabilis audaciz subeat ultionem, ex hoc jam damnatus à sancto concilio.

Can. 14. De Episcopis accusatis.

Si quis Episcopus de certis criminibus judicetur, & contingat de eo comprovinciales Episcopos dissidere, cum iudicetur ab aliis innocens creditur, reus ab aliis æstimatur: pro totius hujus ambiguitatis absolutione sanctæ synodo placuit ut Metropolitanus Episcopus à vicina provincia iudices alios convocet qui controversiam tollant, ut per eos simul & per comprovinciales Episcopos, quod iustum viderit approbetur.

Can. 15. De quibus ut supra.

Si quis Episcopus de certis criminibus accusatus, condemnatus ab omnibus Episcopis ejusdem provincie, eundemque consonanter eodem, contra eum formam decreti protulerit, hanc spem alios nullo modo iudicari, sed firmam possit.

concordantium Episcoporum provincie manere sententiam.

Can. 16. De Episcopis vacantibus.

*Dist. 91.
Si quis
Episco-
pus.*

Si quis Episcopus vacans in Ecclesiam vacantem instituat, sedemque pervadat absque integro perfectoque concilio, hic abiciatur necesse est, etsi cunctus populus contra diripuit, cum habere delegerit. Perfectum vero concilium illud est, ubi interfuerit Metropolitanus antistes.

Can. 17. De Episcopis qui cum ad Episcopatum convocantur, evitant.

*Dist. 91.
Si quis
Episco-
pus per
manus.*

Si quis Episcopus per manus impositionem Episcopatum acceperit, par esse populo constitutus, ministerium sibi neglexerit, nec acquievit ire ad Ecclesiam sibi commissam, hunc oportet communionem privari donec susceperit coactus officium, aut certe de eo aliquid integra decreverit ejusdem provincie synodus sacerdotum.

Can. 18. De eisdem quibus supra.

*Dist. 91.
Si quis
Episco-
pus or-
dinatus.*

Si quis Episcopus ordinatus ad parochiam minimè cui est electus, accesserit, non suo vitio, sed quòd eum aut populus veter, aut propter aliam causam, non tamen ejus vitio perpetrata, hic & honoris sit & ministerij participandum modo nil molestus Ecclesie rebus existat, ubi ministerate cognoscitur: quem etiam observare convenit quòd quid synodus perfecta provincie, quod visum fuerit, iudicando decreverit.

Can. 19. Non licere Episcopum ordinare sine concilio Metropolitanis.

*Dist.
85. Epi-
scopus
non est.*

Episcopus præter synodum, & præsentiam Metropolitanis nullatenus ordinetur.

Can. 20. Ut bis in anno synodus celebretur.

*Dist. 18.
Propter.*

Propter utilitates Ecclesiasticas, & absolutiones earum rerum quæ dubitationem controversiamque recipiunt, optime placuit, ut, per singulas quasque provincias Episcoporum concilia bis quotannis celebrentur.

Can. 21. Ne Episcopus de una parochia in aliam transeat.

*D. 7. q. 1.
Episco-
pum.*

Episcopus ab alia parochia nequaquam migret ad aliam, nec sponte sua prius insiliens, nec vi coactus à populo

nec ab Episcopis nec auctoritate compellitur, maneat autem in Ecclesia quam primus à Deo sortitus est, nec inde transmigret secundum pristinum de hac re terminum constitutum.

Can. 22. *Episcopum non debere in alienam irruere civitatem.*

Episcopus alienam civitatem quæ non est illi subjecta, ^{9. 2. 2.} non audeat, nec ad possessionem accedat quæ ad eum non ^{Episcopum} pertinet, super ordinatione cujusquam, nec constituat presbyteros aut diaconos alteri subjectos Episcopo, nisi forte cum ^{non li-} concilio, & voluntate regionis Episcopi. Si quis autem tale aliquid facere tentaverit, irrita sit ejus ordinatione & ipse coarceatur. Nam si ordinare non potuerit, nullatenus judicabitur.

Can. 23. *Episcopo non licere successorem sibi constituere.*

Episcopo non licere pro se alterum successorem sibi ^{9. 2. 2.} constituere, licet ad exitum vitæ perveniat. Quod si tale aliquid ^{Episcopum} factum fuerit, irritum esse hujusmodi constitutum, non licet servet autem jus Ecclesiasticum id continens, oportere ^{non li-} non aliter fieri nisi cum synodo & judicio Episcoporum, qui post obitum quiescentis potestatem habet, cum qui dignus extiterit, promovete.

Can. 24. *De rebus ad Ecclesiam pertinentibus.*

Quæ sunt Ecclesiæ, sub omni sollicitudine & conscientia ^{9. 12.} bona, & fide quæ in Deum est, qui cuncta considerat ^{Quæ} carque servantur; quæ etiam dispensanda sunt iudicio, & ^{res.} que res. potestate pontificis cui commensus est populus, & animæ quæ in Ecclesia congregantur. Manifesta vero sunt quæ pertinere videntur ad Ecclesiam cum notitia presbyterorum & diaconorum qui circa ipsum sunt, ita ut agnoscant, nec ignorent quæ sint Ecclesiæ propria, nec eos aliquid lateat: ut contigerit Episcopum in gratia de seculo certis existentibus rebus quæ sunt Ecclesiæ, nec ipsæ collapsæ depereant, nec quæ propria probantur Episcopi sub occasione rerum pervadantur Ecclesiæ. Iustum namque & acceptum est coram Deo & hominibus, ut sua Episcopus quibus voluerit derelinquat: & quæ Ecclesiæ sunt eidem conferantur Ecclesiæ, ut nec Ecclesia aliquid patiatur incommodum, nec Episcopus sub occasione proseribatur Ecclesiæ, & in causas incidant, qui ad eam pertinent, & ipse post obitum maledictionibus ingraveretur.

Can. 15. *Ut Episcopus dispensandi res Ecclesiasticas habeat potestatem.*

11. 9. E.
Episcopus
ecclesie
solicarum
verum.
1. Tim. 6.

Episcopus Ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes qui indigent, cum summa reverentia & timore Dei. Partic. per autem & ipse quibus indiget: si tamen indiget, tam in suis quam in fratrum qui ab eo suscipiantur necessariis usibus profuturis, ita ut in nullo qualibet occasione fraudentur, juxta sanctum Apostolum sic dicentem: Habentes victum & tegumentum, his contenti simus. Quod si contentus istis minimè fuerit, convertat autem res Ecclesie in suos usus domesticos, & eas commoda, vel agrorum fructus, non cum presbyterorum conscientia diaconorumque pertractet, sed horum potestatem domesticis suis aut propinquis, aut fratribus, sibi que committat, ut per hujusmodi personas occultè cetera laudantur Ecclesie, synodo provincie pœnas iste persolvat. Si autem & aliter accusetur Episcopus, aut presbyteri qui cum ipso sunt, quod ea quæ pertinent ad Ecclesiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet Ecclesiastica facultate sibi invurpent, ita ut ex hoc affligantur quidem pauperes, criminationi vero & blasphemis tam sermo prælicat opus, quam hi qui dispensant, taliter exponantur, & hos oportet corrigi, sancta synodo id quod conducet approbante. Et subscripserunt 30. Episcopi qui in eodem concilio conveniunt.

De hac Synodo legitur in decretis, d. 16. c. Sexta synodus.

Finis Concilij Antiocheni.

Probatum est Concilium Antiochenum in sexta synodo generali Constantiensi in Trullo celebrata, ut ex secundo canone editionis Græcæ constat, & per Dionysium Papam, ut patet per Euseb. lib. 7. cap. 24. & 25. in hist. Eccles.

CONCILIUM SARDICENSE SUB JULIO primo Papa, de cujus origine & causa qua congregaretur, habes in historia tripartita, lib. 4. cap. 12.

Congregatum est præcepto Constantij Imperatoris, ut Athanasius ad suam rediret Ecclesiam à qua expulsus fuerat per hæreticos Episcopos Arianos. Convenerunt eo con-

cilio Orientales & Occidentales Epifcopi. Occidentales circiter 300. Orientales vero 76. qui tamen continuo difcedentes à concilio, feorfam fecere concilium aliud, in quo ftatuertunt dogmata Arrij, ut habes in hiftoria prædicta. Causa difceffus fuit, quia dixerunt fe nolle ad verba procedere nifi prius à concilio submoverentur Pauli & Achanafij defensores quod Occidentales paffi non funt. Cui concilio affuit Oñus Epifcopus Cordubenfis, qui & affuit in Concilio Nicæno. Celebratum est anno 11. ab obitu Conftantini Patris duorum Auguftorum Conftantis & Conftantij ut habes l. 4. Ecclefiafticæ hiftoriæ tripart. cap. 23.

Can. 1. De Epifcopis qui civitates mutaverint.

Oñus Epifcopus dixit, Non minus mala confuetudo *d. 8 Mala* quam perniciofa corruptela; funditus eradicanda est, ne cui *la con-* liceat Epifcopo de fua civitate ad aliam transfire civita- *suetudo.* tem. Manifefta est enim caufa qua hoc facere tentant, cum nullus in hac re inventus fit Epifcopus, qui de majori civitate ad minorem tranfiteret. Unde apparet avaritiæ ardore eos inflammari, & ambitioni fervire, & ut damnationem agant. Si omnibus placet, hujusmodi pernicies fævius & aulterius vindicetur, ut nec laicam communionem habeat qui talis est. Reponderunt univerfi, Placet.

Can. 2. De eisdem Epifcopis.

Oñus Epifcopus dixit: Etiam fi talis aliquis extiterit temerarius, ut fortaffis talem excufationem afferens, affereret, quod à populis literas accepit: cum manifeflum fit potuiffe plures præmio & mercede contumpi eos, qui fynceram fidem non habent, ut clamarent in Ecclefiis, & ipfum petere viderentur Epifcopum: Omnino has fraudes damnandas effe arbitror ita ut nec laicam in fine communionem talis accipiat. Si vero omnibus placet, ftatuite. Synodus refpondit, Placet.

Can. 3. De Epifcopo adjudicato.

Oñus Epifcopus dixit: Illud quoque neceffario adjiciendum est, ut Epifcopi de fua provincia ad aliam provinciam in qua non funt Epifcopi, non tranfeant, nifi forte à fratribus fuis invitati, ne videamur januam claudere charitatis. Quod fi in aliqua provincia aliquis Epifcopus contra fratrem fuum Epifcopum litem habuerit, unus fe duobus ex

alia provincie advocet Episcopum cognoscere. Quod si aliquis Episcopus iudicatus fuerit in alia causa, & putat se bonam causam habere, ut iterum concilium renovetur, si vobis placet sancti Petri Apostoli memoriam honoremus, ut scribatur ab his qui causam examinarunt, Julio Romano Episcopo: & si iudicaverit renovandum esse iudicium, renovetur, & leti iudices. Si autem probaverit talem causam esse, ut non referatur ea quae acta sunt: quae decreverit, confirmata erunt. Si hoc omnibus placet? Synodus respondit: Placet.

Can. 4. De Episcopis depositis.

Candidus Episcopus dixit: Addendum si placet, huius sententiae, quam plurimam sanctitate protulisti, ut cum aliquis Episcopus depositus fuerit eorum Episcoporum iudicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma, alter Episcopus in eadem Cathedra, post appellationem eius qui videtur esse depositus omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio Episcopi Romani determinata.

Can. 5. Quando quis debeat à vicinis provincia Episcopis ordinari.

D. 63. In qua. Osius Episcopus dixit: Si contigerit in una provincia in qua plurimi fuerint Episcopi, unum forte remanere Episcopum, ille vero per negligentiam noluerit ordinare Episcopum, & populi convenerint, Episcopi vicinae provinciae debent illum prius convenire Episcopum qui in ea provincia moratur, & ostendere quod populi petant sibi rectorem, & hoc iudicium esse ut & ipse veniat, & cum ipso ordinet Episcopum. Quod si conventus literis tacuerit, & dissimulaverit, nihilque rescripserit, satisfaciendum esse populo, ut veniam ex vicina provincia Episcopi, & ordinetur Episcopum.

Can. 6. De non ordinandis Episcopis per vicos.

Licentia vero danda non est ordinandi Episcopum aut in vico aliquo, aut in modica civitate, cui solum sit unus presbyter, quia non est necesse ibi Episcopum fieri, ne videatur lesae nomen Episcopi & auctoritas. Non debent ibi ex alia

provincia invitati facere Episcopus, nisi aut in his civitatibus quæ Episcopus habuerit, aut si quæ talis aut tam populosa est civitas quæ mereatur habere Episcopum. Si hoc omnibus placet Synodus respondit, Placet.

Annotatio.

Hoc decretum ea de causa sancitum est quod Athanasio Itehytam, ad extruendas Athanasio calumnias, Episcopatus sollicitatione inductum, post emendationem Athanasij in Tyrio conciliabulo Episcopum sui ipsius vici creaverant.

Can. 7. De Episcopis accusatis.

Osus Episcopus dixit. Placuit autem ut si Episcopus accusatus fuerit, & judicaverit congregati Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum dejectum, si appellaverit qui dejectus est, & contulerit ad Episcopum Romæ & Ecclesiæ & voluerit se audiri, si iustum putaverit ut renovetur iudicium vel discussionis examen, scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua provincia sunt ut ipsi diligenter omnino requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod si is qui rogat causam suam secum audiri, deprecatione sua moverit Episcopum Romanum, ut è latere suo presbyterum mitteret: erit in potestate Episcopi, quid velit & quid æstimet. Et si decreverit mittendos esse qui præsentem cum Episcopis judicent, habentes epius auctoritatem à quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si verò crediderit Episcopos sufficere ut negotio terminum imponant, faciat quod sapientissimo consilio judicaverit.

Can. 8. Ut Episcopi passim ad comitatum non pergant.

Osus Episcopus dixit: Impertinentes & nimia frequentia & injuste petitiones fecerunt nos non tantam habere vel gratiam vel fiduciam, dum quidam non cessant ad comitatum ire Episcopi, & maxime Aphri, qui sicuti cognovimus, sancti illius fratris & coepiscopi nostri Grati salutaria consilia aspernunt atque contemnunt, ut non solum ad comitatum multas & diversas Ecclesiæ non profuturas profuerant causas ut fieri solet, aut oportet, ut aut pauperibus, aut viduis, aut pupillis subveniatur, sed & dignitates sæculares & administrationem quibusdam postulant. Hæc itaque

que pravitas olim non solum murmuraciones, sed & scandala excitat. Honestum est autem ut Episcopi intercessionem hu præstent, qui iniqua vi opprimuntur, aut si vidua affligatur aut pupillus expolietur si tamen istæ nomina justam habeant causam aut petitionem. Si vobis ergo, fratres charissimi, placeat, decernite ne Episcopi ad comitatum accedant, nisi forte hi qui religiosi Imperatoris litteris vel invitari vel vocati fuerint. Sed quoniam sæpe contingit, ut ad misericordiam Ecclesie confugiant, quam injuriam patiuntur, aut qui peccantes in exilio vel insulis damnantur, aut certe quamcunque sententiam suscipiant, subveniendum est his & sine dubitatione petenda indulgentia. Hoc ergo decernite, si vobis placeat. Universi dixerunt: Placeat, & constitutur.

Can. 9. De diaconis ad comitatum dirigendis.

Osus Episcopus dixit: Hoc quoque providentia vestra tractare debet, qui decrevistis ne Episcoporum improbitas nitatur, ut ad comitatum pergant. Quicumque ergo quales superius memoravimus, preces habuerint vel acceperint, per diaconum suum mittant, quia persona ministri invidiosa non est, & quæ impetraverit, clericus poterit referre. Et hoc consequens esse videtur, ut de qualibet provincia Episcopi ad eum fratrem & coepiscopum nostrum preces mittant qui in Metropoli consistit, ut ille & diaconum ejus, & supplicationes tribuens commendatitias Epistolas pari ratione ad fratres & coepiscopos nostros in illo tempore in his regionibus & urbibus morantur, in quibus felix & beatus Augustus rempublicam gubernat. Si vero habeat Episcopos amicos in palatio qui cupit aliquid, quod tamen honestum est impetrare, non prohibetur per diaconum suum rogare, ac significare his quos scit benignam intercessionem sibi absenti posse præstare. Si vero Romam venerint (sicut dictum est) sanctissimo fratri & coepiscopo nostro Romanæ Ecclesie preces quas habent tradant, ut & ipse prius examinet si honestæ & justæ sunt, & præstet diligentiam atque sollicitudinem ut ad comitatum perferantur. Universi dixerunt placeat sibi, & honestam esse consilium.

Can. 10. Quod si eundem ad comitatum pro pupillis & viduis.

Alipius Episcopus dixit, Si propter pupillos & viduas, qui laborantes, qui causas non iniquas habent, susceperint pe-

regenerationis incommoda, habebant aliquid rationis. Nunc vero cum ea postulent præcipue quæ sine invidia hominum, & sine reprehensione esse non possunt, non necesse est ire ad comitatum.

Can. 11. Quod Episcopi euntes ad comitatum soliciè discutiantur.

Gaudentius Episcopus dixit: Ea quæ salubriter præmouisset convenientis & æstimatione omnium, & Deo placitura & hominibus tenere hanc firmitatem possunt, si metus huic sententiæ conjugatur. Scimus enim & ipsi, sæpissime propter parvorum impudentiam religiosum sacerdotale nomen fuisse reprehensum. Si igitur aliquis contra omnium sententiam nisi voluerit ambitioni magis placere quam Deo, is debet scire causas redditis, honorem dignitatemque se amissuram. Quod ita demum compleri poterit, si unusquisque nostrum qui in Casali constitutus est, cum progredientem Episcopum viderit, inquireat transitum ejus, causas videat, quod teneat agnoscat, & si quidem eum inuenit ire ad comitatum, requirat, & illud quod superius comprehensum est, ne forte invitatus est, ut ei facultas eundi permittatur. Si vero (ut superius memoravit sanctitas vestra) propter desideria & ambitiones ad comitatum pergat, neque in literis ejus scribatur, neque in concionem recipiatur. Si vobis placet, omnium sententia confirmari debet. Univerſi dixerunt hoc honestam esse, & placere sibi hanc constitutionem.

Annotatio.

Episcopi in Casali constituti dicebantur, qui sedes habebant in cursu publico, via scilicet, qua equi publice per stationes singulas ad iter agendum dispositi erant.

Can. 12.

Osus Episcopus dixit: Sed & moderatio necessaria est, dilectissimi fratres, ne adhuc aliqui nescientes quid decretum sit in synodo, subito veniant ad civitates eas quæ in Casali sunt. Debet ergo Episcopus civitatis ipsius admonere eum & instruere, ut eo loco diaconum suum mittat. Admonitus ipse tamen redeat parochiam suam.

*Can. 13. Ut ne ex laico quolibet Episcopus
ordinetur.*

Disti. 61.
Osius E-
piscopus. Osius Episcopus dixit: Et hoc necessarium arbitrat, ut diligentissime tractetur, si forte aut dives aut scholasticus de foro aut administrator Episcopus fuerit postulatus, ut non prius ordinetur nisi ante lectoris munere, & diaconi aut presbyteri fuerit perfunctus, & ita per singulos gradus (si dignus fuerit) ascendat ad culmen Episcopatus. Potest enim per has promotiones quæ habebant utique prolixam tempus probati qua fide sit, quave modestia, qua gravitate & veracundia, & si dignus fuerit probatus, divino sacerdotio illo turet, quia conveniens non est, nec ratio vel disciplina partitum ut temere & leviter ordinetur aut Episcopus, aut presbyter, aut diaconus qui neophytus est, maxime cum & magister gentium beatus Apostolus se hoc fieret denunciasset & prohibuisse videatur, sed hi quorum per longum tempus examinata sit vita & merita fuerunt comprobata. Univerſi dixerunt placere sibi hæc.

*Can. 14. Ut Episcopus in aliena provincia non
immoretur.*

Osius Episcopus dixit: Et hoc quoque statueri debet, ut Episcopus si ex alia civitate cum venerit ad aliam civitatem, vel ex provincia sua ad aliam provinciam, & ambitioni magis quam devotioni serviens, voluerit in aliena civitate multo tempore residere (forte enim evenit Episcopum loci non esse tam instructum, neque tam doctum) is vero qui advenit: incipiat contemnere eum, & frequenter facere sermonem ut dehoneſtet & deformet illius personam, ita ut ex hac occasione non dubitet relinquere assignatam sibi Ecclesiam, & transeat ad aliam: Desine ergo tempus, quia & non accipi Episcopum inhumanum est & si diutius resideat perniciosum est hoc ergo ne fiat providendum est. Memini, autem superius concilio fratres nostros constituisse, ut si quis laicus in ea qua commoratur civitate, tres dominicos dies, id est per tres septimanas non celebrasset conventum, communionem privaretur. Si ergo hæc circa laicos constituta sunt, multo magis Episcopo nec licet nec decet si nulla sit tam gravis necessitas quæ detineat, ut amplius superscripto tempore absens sit ab Ecclesia sua. Univerſi dixerunt placere sibi,

Can. 15. *Quod non liceat Episcopo à sua Ecclesia plus tribus hebdomadis abesse.*

Obus Episcopus dixit, Quia nihil prætermitti oportet, sunt quidam fratres & coepiscopi nostri qui non eam civitatem possident in qua videntur Episcopi esse constituti, vel certe quod parvam rem illic habeant, alibi autè idonea prædia habere cognoscuntur vel affectionem proximorum quibus indulgeant, hæc tunc permitti eis oportet, ut accedant ad possessiones suas, & disponant vel ordinent fructum laboris sui, ut post tres dominicos, id est, post tres hebdomadas si morari necesse est in suis potius fundis morentur. Aut si est proxima civitas in qua est presbyter, ne sine Ecclesia videatur facere diem dominicum, illuc accedat, ut neque res ejus domesticæ per absentiam ejus detrimentum sustineant & non frequenter veniendo: ad civitatem in qua Episcopus moratur in suspicionem jactantia & ambitionis evadat. Universi dixerunt placere sibi.

Can. 16. *De clericorum excommunicatione.*

Obus Episcopus dixit: Hæc quoque omnibus placeat, ut siue diaconus, siue presbyter, siue quis clericorum ab Episcopo suo communionem fuerit privatus, & ad alterum perrexerit Episcopum, & scierit ille ad quem confugit, eum ab Episcopo suo fuisse abjectum, non oportere ut ei communionem indulgeat. Quod si fecerit, sciat se convocatus Episcopice causa esse dicturum. Universi dixerunt: Hoc statutum & pacem servabit, & concordiam custodiet.

Can. 17. *De excommunicatis apud vicinos Episcopos audiendis.*

Obus Episcopus dixit: Quod me adhuc movet, reticere non debeo. Si Episcopus forte iracundus (quod esse non debet) ei, & aspere commoveatur adversus presbyterum siue diaconum suum, & exterminare eum de Ecclesia voluerit, providendum est ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem is qui abjectus est, ut Episcopos finitimos interpellet, & causa ejus audiantur & diligentius tractetur, quia non oportet ei negare audientiam roganti. Et ille Episcopus qui aut jussu aut injussu eum abjecit, patienter recipiat ut negotium discutatur, ut vel probeatur sententia ejus à plurimis, vel emendetur.

Tamen priusquam omnia diligenter & fideliter examinentur, cum qui fuerit à communionem separatus ante cognitionem nullus alius debet presumere ut eum communioni societ. Hi vero qui conveniunt ad audiendum si viderint clericorum esse fastidium & superbiam, quia iam non deest ut Episcopus injuriam vel contumeliam patiarat, severioribus eos verbis castigent ut obediant honesta precipienti Episcopo, quia sicut ille clericis sincerum exhibere debet amorem charitatis, ita quoque vicissim mittiti infucata debent Episcopo suo exhibere obsequia.

Can. 18. De non sollicitandis clericis alienis.

Ianus Episcopus dixit: Illud quoque statuat sanctas vestra, ut nulli Episcopo liceat alterius Episcopi civitati ministrum Ecclesiasticum sollicitare, & in suis parochiis ordinare. Universi dixerunt, Placet, quia ex his conventionibus solet nasci discordia, & ideo prohibet omnium sententia, ut quis hoc facere audeat.

Can. 19. Non licere Episcopo, alterius clericum in sua Ecclesia ordinare.

Osus Episcopus dixit: Ex hoc universi constitimus, ut quicumque ex alia parochia voluerit alienum ministrum sine consensu Episcopi ipsius & sine voluntate ordinare, non sit rata ordinatio ejus. Quicumque autem hoc usurpaverit à fratribus & coepiscopus nostris & admoneri debet & corrigi.

Can. 20. Ut extranei clerici apud Thessalonicam non tudent.

Aetius Episcopus dixit: Non ignoratis quanta & qualis sit Thessalonicensium civitas. Saepe ad eam veniunt ex aliis regionibus presbyteri & diaconi, & non sunt contenti brevi tempore morari, & aut resident ibi, aut certe vix post longa spacia ad sua redire coguntur. Universi dixerunt. Ea tempora quae constituta sunt circa Episcopos, & circa has personas observari debent.

Can. 21. De suscipiendis qui persecutionem patiuntur.

Osus Episcopus dixit: Suggestente fratre coepiscopo nostro Olympio, etiam hoc placuit, ut si aliquis viderit

perpeſſus eſt, & inique expulſus pro diſciplina & Catholica confeſſione, vel pro defenſione veritatis eſſugiens pericola, innocens & devotus ad aliam venerit civitatem, non prohibeatur immorari, quamdiu aut redire poſſit, aut injuria ejus remedium acceperit: quia durum eſt eum qui perſecutionem patitur, non recipi. Etiam & larga benevolentia & humanitas ei eſt exhibenda. Omnis ſynodus dixit: Univerſa quæ conſtituta ſunt, Catholica Eccleſia in univerſo orbe diſſuſa conſtodiatur. Et ſubſcripſerunt qui convenerunt omnes Epiſcopi diverſarum provinciarum, num. 111.

Eſt generale concilium ex univerſis orbis provinciis, receptum ab univerſali Eccleſia, ut patet d. 16. Quod dicitur, ex Nicolao Papa, & in ſexta ſynodo generali Conſtantinopoli in Trullo celebrata.

HIEROSOLYMITANUM CONCILIIUM
ſub eodem Julio celebratum eſt per Maximum Epiſcopum, cum Athanaſius reverteretur ad Eccleſiam ſuam, literis Conſtantij Imperatoris & Julij Pontificis. In quo hoc tantum actum eſt, ut conſenſu omnium Epiſcoporum reſtitueretur Athanaſius ad communionem & priſtinam dignitatem. Quæ habentur fuſius hiſt. tripar. lib. 4. c. 34.

Paulo poſt juſſit Imperator Conſtantiuſ, in Syrmio congregari concilium in quo tradiderunt regulas fidei orthodoxas contra Arrianuſ, in quibus interpretati ſunt locum illum, Geneſ. 19. Pluit Dominuſ à Domino, ut ſit ſenſuſ. Non quod ipſe patet à ſemetipſo plura dicatur, ſed pluit Dominuſ filiuſ à Domino patre. De hoc concilio habetur hiſt. trip. lib. 3. c. 3 & c. Aſſiſit Oſiuſ Epiſcopuſ Cordubenſiſ, ut referatur in hiſtoria p. adicta.

FIDES SYRMIEN CONC.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, creatorem & factorem univerſorum, ex quo omniſ paternitaſ in celo & in terra nominatur. Et in unigenitum ejuſ filium, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui ante omnia ſæcula ex patre natus eſt, Deum ex Deo, lumen ex lumine,

per quem facta ſunt omnia in cælis & in terra, viſibilia & inviſibilia, verbum exiſtens, & ſapientia, & lumen verum, & vita. Qui noviffimis diebus propter nos humanatus eſt ex ſancta virgine, & crucifixus, & mortuus, & ſepultus. Et reſurrexit à mortuis tertia die, & aſcendit in cælum, & ſedet in dextera patris Et venturus eſt in confirmatione ſæculi judicare vivos & mortuos, & reddere unicuique ſecundum opera ſua; cujus imperium ſine fine exiſtens in ſæcula permanet inſinita. Erit enim ſedens in dextera patris non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. Et in ſpiritum Sanctum paraclitum, id eſt, conſolatorum, quem promittens Apoſtoliſ poſt aſcenſionem ad cælos eſſe mittendum, ut doceret & commemoraret eis univerſia tranſmiſit. Per quem etiam ſanctificatur animæ credentium in eo veraciter Hos autem qui dicunt ex non exiſtentibus filium, aut altera eſſentia. & non ex Dei, & quia erant tempus aut ſæculum quando non erat, alienos novit ſancta Eccleſia. Rurſus igitur dicimus.

Si quis patrem & filium duos Deos dicit, anathema ſit.

Et ſi quis Deum Chriſtum ante ſæcula filium Dei miniſtrantem patri ad creationem univerſorum, non conſiteatur anathema ſit.

Si quis ingenitum, aut partum ejus ex Maria partum dicere præſumit, anathema ſit.

Si quis ſecundum præſentiam ante Mariam dixerit filium eſſe, & non ante ſæcula ex patre natum apud Deum eſſe, & per ipſum omnia facta, anathema ſit.

Si quis ſubſtantiam Dei dilatari aut contrahi dixerit, anathema ſit.

Si quis dilatatam ſubſtantiam Dei filium dixerit facere, aut dilatationem ejus ſubſtantie filium nominaverit, anathema ſit.

Si quis aff. Civum, aut prolativum verbum dixerit Dei filium, anathema ſit.

Si quis hominem ſolum dixerit filium, qui ex Maria eſt, anathema ſit.

Si quis Deum & hominem ex Maria dicens, Deum ingenitum eundem intelligit, anathema ſit.

Si quis illud quod ſcriptum eſt, Ego Deus primus & ego poſtea: præter me non eſt Deus, cum ad deſtructionem idolozum & deozum non exiſtentem d. Civum ſit, ad deſtructionem magis unigeniti ante ſæcula Dei judaice percipit, anathema ſit.

Si quis audiens, Verbum caro factum eſt, verbum in carnem mutatum putaverit, aut conſeſſione facta ſuſcepſiſſe carnem. *Ioan. 1:*
anathema ſit. 11

Si quis unigenitum ſicutum Dei crucifixum audiens, corruptionem, aut paſſionem aut conſeſſionem, aut mutationem, *Genef. 1:*
aut peremptionem ſuſtinuiſſe dicit, anathema ſit. 12

Si quis, quod ſcriptum eſt. Faciamus hominem, non patrem ad filium dicere, ſed ipſum ad ſemetipſum aſſerit di- *Gen. 31:*
xiſſe Deum, anathema ſit. 13

Si quis contra Iacob non filium tanquam hominem lactatum eſſe, ſed ingentum Deum aut patrem eius dixerit, ana- *Gen. 192:*
thema ſit. 14

Si quis illud quod ſcriptum eſt: Pluit Dominus à Domino non de patre & filio perceperit, ſed ipſum à ſemetipſo pater dixerit, anathema ſit. Pluit enim Dominus filius à Domino patre. 15

Si quis audiens Dominum Patrem, aut filium Dominum, & Dominum patrem & filium, & Dominus à Domino, dicens, duos aſſeruerit Deos, anathema ſit. Non enim coaptamus filium patri, ſed ſub litum novimus. Neque enim deſcendit in corpus ſine voluntate patris, neque pluit à ſemetipſo, ſed à Domino, authoritatem videlicet præbente patre. Neque ſed à dextris à ſemetipſo, ſed audit dicentem patrem, *ibidem:*
Sede à dextris meis. 16 *Pſ. 109:*

Si quis patrem & filium & Spiritum ſanctum unam perſonam dicit, anathema ſit. 17

Si quis Spiritum paraclitum, dicens, ingentum aſſerit Deum, anathema ſit. 18

Si quis ſicuti docuit nos, non alium dicit paraclitum præter filium, ait enim, & alium paraclitum mittet vobis pater, quem rogabo ego, anathema ſit. 19

Si quis ſpūm dicit patrem patris, aut filij, anathema ſit. 20

Si quis concilio Dei tanquam unam creaturam factum aſſerit filium Dei, anathema ſit. 21

Si quis Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum tres dicit Deos, anathema ſit. 22

Si quis nolente patre filium dixerit, anathema ſit. Non enim invitus & viſus paſſus pa- ter neceſſitate generali, quaſi nolens, genuit filium, ſed illud ut voluit, etiam ſine tempore, & ſua ex ſemetipſo genuit eum. 23

158 *Summa Syrmienſis Concilii.*

Si quis ingentiam, & ſine principio dicit filium, tanquam duos ſine principio, & duo ingentia dicens, & duos faciens Deos, anathema ſit. Caput enim eſt & principium omnium filius, Caput autem Chriſti, Deus. Si enim ad unum omnium principium quod et. ſine principio, per filium per omnia referuntur.

Rurſus autem ſubtiliter inſpicientes Chriſtianum ſenſum dicimus.

Si quis Chriſtum Deum, filium Dei ante ſæcula, mittentem patri ad omnem creationem non dixerit, ſed ex quo ex Maria natus eſt, ex eo dicit filium, & Chriſtum eſſe vocatum, & initium accepiffe ut Deus eſſet, anathema ſit, ſicut Samofatenus.

Decreta Liberij Papa.

Liberius natione Romanus, temporibus Conſtantij filij Conſtantini magni ſedit annos 6. menſes tres. Deportatus in exilium à Conſtantio, eo quod noluiſſet hæreſi Ariana conſentire, & fuit in exilio annos tres. Sacerdotes congregantes concilium, ordinarunt in locum ejus Episcopum Felicem præbyterum. Et fecit concilium Felix, & invenit duos præbiteros conſentientes Conſtantio Ariano nomine Urfatium & Valentem, & damnavit eos in concilio 48. Episcoporum. Poſt paucos autem dies zelo ducti Urfatius & Valens rogaverunt Conſtantium, ut revocaret Liberium de exilio. Qui rediens habitavit in cæmeterio ſanctæ Agnetis apud Germanam Conſtantij Auguſti. Revocato Liberio, Conſtantius fecit concilium cum hæreticis, & ejecit Felicem de Episcopatu qui erat Catholicus. Qui Felix depositus habitavit in prædiolo ſua via Portuænſi, ubi & requievit in pace. Et revocavit Liberium. Ab eo die facta perſecutio maxima in clero, ita ut intra Eccleſiam præbyteri & clerici plures necerent, & martyrio coronarentur. Ingreſſus autem Liberius in urbem Romam conſenſit Conſtantio hæretico. Propter hoc nonnulli putant hunc Episcopum Romanum fuiſſe hæreticum, ſed hoc leve argumentum eſt, ut tali nota inſuratur Pontifex Chriſti. Primum ea hiſtoria quod ſenſerit cum Ariano, è multis revocatur in dubium.

Secundo, in epistoſa ad Athanaſium & Episcopos Aegypti in Alexandrina ſynodo congregatos, & inſectatur Arianos, & gratulatur quod Episcopos Aegyptiorum permanserint in ſua ſynodi Nicænz.

Tertio, extra alia epistola unice catholica ad universos Episcopos in qua cum eruditione & pietate exhortatur, ne nullus propter persecutiones suam relinquat Ecclesiam, nec quietem magis eligat, quam pro populo sibi commisso laborare intendat. Hæc non cohærent cum priori opinione.

Sub hoc tempore emerfit in Antiochia Syriæ alter hæreticus cognomento Arius, id est sine Deo, vel sine causa. Is enim eadem quæ Arius sapiebat, sed ab Arrianis se segregabat. Is nihil solidæ eruditionis habebat, sed vententes ad se disputationis sophisticis eludebat. Qui tunc Arriani, nunc Eunomiani vocantur, quoniam Eunomius notarius ejus eruditus ab illo editionem ejus hæreticam divulgavit. Habes hæc latus tripas hist. lib. 5. c. 13 & infra.

Hæc tempestate fecerunt concilium hæretici Antiochiæ contra Athanasium & alios catholicos. Fuit concilium prophanum, non catholicum.

Sub eodem Liberio Ursatius & Valens hæretici fecerunt concilium in Nicæa civitate Thraciæ. Vbi statuentes sua dogmata divulgant illam esse fidem quæ ab universalis concilio dictata esset & edita Nicææ: ut similitudine in multis Nicææ utris simpliciores hæc subreptione deciperentur. Putabant tamen in Nicæa Bithyniæ esse dictatam fidem, sed nihil profuit eis tale commentum. Post namque confusi ac derisi sunt.

Extat epistola Arbanasij & Aegyptiorum Episcoporum ad Liberium de oppressionibus Arrianorum, missa ex concilio Alexandino. Valde tunc opprimebantur Episcopi, maxime apud orientem.

Extant decreta ejusdem Liberij. Primum in diebus jejuniorum nullæ lites, nullæ contentiones esse debent, sed in Dei laudibus & opere necessario persistendum. Arguit enim eos qui contentiones & lites quadragesimæ tempore faciunt, & qui debita à debitoribus exigunt, ac Dominus per prophetam Esa. 38. Ecce in diebus jejunij vestri, &c. & debitores vestros expectate, ecce ad lites & contentiones jejunatis.

Secundum, abstinendum est in his 40. diebus sacratissimis à conjugibus, & caste & pie vivendum, ut sanctificato corde & corpore illi dies transigantur, donec perveniant ad vicem sanctam Paschæ, quia pene nihil valet jejunium quod conjugali opere polluitur, & quod orationes, vigiliæ & elemosinæ non commendant.

160 *Summa Decr. Liberij & Felicis 2. PP.*

Tertium, & evocatis fames, inaequalitas aëris, pestilentiae & talis qualiscumque tribulatio, & tunc jejuniis, elemosynis, & obsecrationibus, Domini misericordia deprecetur.

Decreta Felicis secundi Papa.

ad 320.
Felix
Pent. 36. Felix secundus Papa natione Romanus sedit annos 5. menses tres. Hic declaravit Constantium filium Constantini haereticum, & secundo rebaptizatum ab Eusebio Nicomedeni. Et pro hac declaratione ab eodem Constantino martyro coronatur, & capite truncatur. Papa 36. sub Petro.

Exiit epistola ejus una ad Athanasium, & a'ios Episcopos Aegypti in Alexandrina synodo congregatos, distincta per 21. capitula.

CONCILIIUM LAODICENUM IN FINE
Liberij Papæ celebratum. Provinciale, sed confirmatum in sexta synodo generali quæ in Trullo celebrata est præsentè Constantino.

Congregatum est dictum concilium in Laodicea circa annum Domini 364. sub Papæ Liberij finalibus annis. De eodem autem Concilio legitur in decretis d. 16. c. Sexta synodus Laodicea, in qua patres 12. statuerunt can. 9. quorum author maxime Theodosius Episcopus exiit.

Sancta Synodus quæ apud Laodiceam Phrygiæ Parthiae convenit ex diversis provinciis Asiae, regulis exposuit Ecclesiasticas, sicut infra scriptum est.

Can. 1. De bigamis.

De eo quod oportet secundum Ecclesiasticum canonem eos qui liberè & legitime secundis nuptiis juncti sunt, nec occultam permutationem operati sunt, pauco tempore exempto vacare orationibus & jejuniis secundum veniam reddi eis communionem.

Can. 2. De his qui peccatorum lapsus incurrunt.

His qui diversorum peccatorum lapsus incurrunt, & oratione & confessione, ac poenitentia malorum suorum perfectam conversionem demonstrant, pro qualitate peccati poenitentiae tempus attribuendum est, propter misericordiam & bonitatem Dei. Qui ergo hujusmodi sunt revocandi, & ad

communione sunt applicandi.

Can. 4. De neophytis.

Non oportet neophytum promoveti ad ordinem sacerdotalem.

Can. 4. Qui non liceat coram cathecumenis clericis fieri.

Non licere manus impositionem super ordinandos presbiteris & 49. Nō licet.

Can. 5. Vi hi qui in sacrario serviunt, usuras non exigant.

Non licere fœnerare ministris altaris ; vel in sacerdotali ordine constitutis, vel usuras vel lucra quæ fœscupula dicuntur, accipere.

Can. 6. De hæreticis intrantibus in Ecclesias.

Non concedendum hæreticis ingressum in domum Dei in hæresi permanentibus.

Can. 7. De Novatianis & Quarto-decimariis.

Novatianos, vel etiam Quarto-decimarios quos Græci Thessarescæ decatites appellant, id est, qui quarta decima luna primi mensis cum Judæis Pascha celebrant, sed & cathecumenos eorum fideles non recipi priusquam condemnent omnem hæresim in qua derinebantur: Plenissime autem ante omnia, & nunc, quia apud eos fideles dicuntur, symbolum fidei doceantur, atque invidios etiam sancto catismate divino sacramento communicare convenit.

Can. 8. De Cataphrygis ad Ecclesiam venientibus.

Eos qui convertuntur ab hæresi quæ dicitur Cataphrygarum qui se in clezo constitutos existimant, quamvis magni dicantur, hujusmodi cum omni diligentia catechizari oportet, & baptizari ab Ecclesiæ Catholicæ Episcopis & presbyteris.

Annotatio.

Hic Canon neque præcedenti, neque traditioni Apostolicæ est contrarius. Cataphrygarum baptismus iterari jubetur, qui non ea forma, qua Ecclesia

untur, collatus fuerit, reliquorum vero hereticorum qui hanc baptismi formam rite observabant, baptismus eorum ac validum esse, idèque nequaquam iterandum, Ecclesia rectè dijuncta cavit.

Can. 9. De his qui hereticorum speluncas causa orationis accedunt.

Non concedendum in cœmeteria, vel quæ martyria hereticorum, dicuntur catholicos orationis gratia & penitentiarum intrare. Sed & qui jecti, si sunt fideles, incommunicabiles factos ad penitentiam usque ad aliquod tempus redigi. Exaitantes autem eos, & errasse se confidentes suscipi oportere.

Can. 10. De his qui cum hereticis nuptiarum copula junguntur.

Eos qui ad Ecclesiam pertinent, indifferentes filijs proprios hereticorum nuptiis minime sociare debere.

Can. 11. Non congruere presbyteras ordinare.

d. 31.

Mulier
res qua.

Mulieres quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos viduæ seniores univiræ, matris curæ appellantur, in Ecclesia tanquam ordinatas constitui non debere.

Can. 12. De Episcopalibus ordinationibus.

d. 61. E-
piscopu.

Episcopum non oportet per et iudicium metropolitano-
ram & sanctorum Episcoporum constitui ad Ecclesie principatum. Nec eligantur nisi hi quos multo ante nota probabilisque vita commendat, & nihilominus si in sermone dei, & recta operatione per suam conversationem fuerint probati.

Can. 13. Iudicio multitudinis ordinationes fieri non debere.

d. 63.

Non est
permis-
sandum.

De eo quod non sit popularis concedendum electionem facere eorum, qui altaris ministerio sunt applicandi.

Can. 14. Ad alias parochias, eulogias minime destinandas.

Sanctas oblationes ad vicem eulogiarum, per festivitatem Paschalem ad alias parochias nisi minime oportet.

Can. 15. De Psalmistis.

Non licere praeter canonicos psaltes, id est, qui regulariter cantores existunt, quique pulpitem ascendunt, & de codice legunt, abiam quemlibet in Ecclesia psallere.

Can. 16. Ut sanctum Evangelium sabbatis legatur.

Sabbatis Evangelia cum aliis scripturis legenda esse censemus.

Can. 17. Psalmos sparsim non licere confundi.

In processionibus non connectere, id est ex diversis versibus & sensibus libri unum canticum minime conjungere, sed singulorum psalmorum ordinabiliter debere fieri lectionem.

Can. 18. De orationibus quotidianis.

De eo quod semper supplicationes orationum, & ad horam nonam & vesperam oportet celebrari.

Can. 19. De ordine orationum catechumenorum acque fidelium.

Quoniam catechumenos orationem separatim & prius prostratis eis Episcopum oportet celebrare. Quibus egressis orant etiam hi qui in poenitentia sunt constituti. Et post manus impositionem his quoque abscedentibus, tunc fideles orare debent. Quorum tres orationes fiant, una quidem, id est prima, per silentium, secunda vero & tertia per vocis pronunciationem, & tunc deus osculum pacis dari debere. Et postea quam presbyteri Episcopo pacem dedissent, tunc laicos dare, & tunc oblatio offeratur. Solis autem ministris altaris liceat ingredi ad altare, & ibidem communicare.

Can. 20. De disciplina atque modestia clericorum.

Quoniam non oportet diaconum sedere ante presbyterum, sed ex iussione presbyteri sedere. Similiter autem honorificetur & diaconus a ministris inferioribus & omnibus clericis.

D. 99.
Non oportet.

Can. 21. De ministerio subdiaconorum.

D. 21. Non oportet. Quodiam non oportet subdiaconos licentiam habere in sacratium, sive secretarium (quod Graeci diaconi non appellant) ingredi, & contingere vasa dominica.

Can. 22. De ministris ut oratio non utantur.

D. 21. Ministrum. Ministrum non oportet oratio uti, nec ostia derelinquere.

Annotatio.

Orarium idem est in antiquis partibus quod stola, quae est vestis sacra, longa non lata, cujus usus Sacerdotibus ac Diaconis concessus, Subdiaconis interdictus est; significat autem mysticè jugum Christi. Aliquando verò vox Orarium accipitur pro sacerdotali veste honesta & talari: sic in Concilio Moguntino sub Carolo, c. 27.

Can. 23. Non debere lectores cum orationis suae officium agere.

Quod non oportet lectores aut psalmistas orationi uti & sic legere aut psallere.

Can. 24. Quod nullus Ecclesiasticorum in tabernis comedere debeat.

d. 44. Non oportet. Quoniam non oportet clericos servientes à presbyteris usque ad diaconos, & deinceps ordinis Ecclesiastici omnes usque admittitros, aut psalmistas, aut exorcistas, aut ostiarios, aut etiam eos qui in proposito continentiae sunt, tabernas intrare.

Can. 25. Quod non liceat ministris panem dare, aut calicem benedicere.

d. 43. Nō oportet. Non oportet diaconum panem dare, nec calicem benedicere.

Can. 26. De exorcistis.

d. 44. Nō oportet. Non oportet exorcizare eos qui necdum ab Episcopis sunt protracti, neque in Ecclesiis, neque intra domos.

Can. 27. Non debere clericos vel laicos ad Agapam vocatos partes tollere.

Non oportet ministros altaris vel quoslibet clericos aut

lycos ad Agapen vacare, paucos tollere propter invidiam quæ ex hac occasione Ecclesiam commoveri possit depurari.

Can. 18. In Ecclesiis prandia fieri non debent.

Non oportet in basilicis seu Ecclesiis Agapen facere, & d. 41.
iatus manducare, vel accubitus sternere. Non oportet in

Can. 19. Non debere Christianos sabbatizare, *basilicis.*

Non oportet Christianos iudæizare, & in sabbatho vacare, sed operari eos in eadem die, dominicam proponendo eidem diei. Si hoc eis placet, vacent tanquam Christiani. Quod si inventi fuerint iudæizare, anathema sit.

Can. 20. De viris cum mulieribus lavacra celebrantibus.

Quoniam non oportet ministros aliarum, vel etiam clericos quoslibet, aut continentis se, aut omnem omnino Christianum cum mulieribus lavacra habere communia. Est enim apud Gentiles prima reprehensio.

Can. 21. De cavendis hæreticorum connubiis.

Quoniam non oportet cum hæreticis commiscere connubia, vel filios & filias dare, sed potius accipere, si tamen profiteantur Christianos se futuros esse & catholicos.

Can. 22. Ab hæreticis eulogias accipere non debere.

Non oportet hæreticorum benedictiones accipere, quoniam maledictiones magis sunt quam benedictiones.

Can. 23. De schismaticis.

Non oportet cum hæreticis vel schismaticis orare.

Can. 24. De martyribus hæreticorum.

Non oportet omnino Christianum derelictis martyribus Christi abire ad falsos martyres. Hi enim alieni à Deo sunt. Quicumque autem in abire voluerint, anathema sit.

Can. 25. De his qui angulos colunt.

Non oportet Christianos, derelicta Ecclesia abire, & ad angulos idololatricæ abominandæ congregationes facere: quæ omnia interdicta sunt. Quicumque autem inventus fuerit occulte huic idololatricæ vacans, anathema sit, quoniam

derelinquens Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei,
accessit ad idola.

Can. 36. De his qui incantationibus utuntur.

2975.
Nō oper-
tet.

Quoniam non oportet ministros altaris, aut clericos ma-
gos & incantatores esse, aut facere qui dicuntur phylacteria,
quæ sunt magna obligamenta animarum. Hos autem qui talibus
rebus utuntur, projici ab Ecclesia iussimus.

*Can. 37. De his qui ab hæreticis dona feriativa
suscipiunt.*

Quoniam non oportet à Iudæis, vel hæreticis feriativa que
mittuntur accipere, nec cum eis agere feriatos.

*Can. 38. De Christianis qui Iudæorum azyma
comedunt.*

D 18.
Nō
oportet.

Non oportet à Iudæis azyma accipere, aut communicari
impietatibus eorum.

Can. 39. Non licere cum paganis festa celebrare.

Non oportet cum paganis festa celebrare, & impietatis
eorum habere societatem.

*Can. 40. Episcopus ad synodum vocatus non debet
contemnere.*

De conf.
d 5. Non
oportet.

Non oportet vocatus Episcopus ad synodum contem-
nere, sed abire debere & aut docere, aut doceri que sunt ad
Ecclesiam cæterorumque correctionem utilia. Quod si con-
tempserit, seipsum videtur accusasse, nisi forte pro iustitate
ire non possit.

*Can. 41. Non debere clericum sine Episcopis
peregrinari.*

Non oportet ministrum altaris vel etiam laicum sine epis-
copis licetis in forma alicubi proficisci.

*Can. 42. Nullum clericum debere sine Episcopi sui
iussione peregrinari.*

Non oportet ministrum altaris, vel quemlibet clericum
præter iussione[m] Episcopi ad peregrinandum proficisci.

Can. 43. *¶* *Subdiaconi ad ostia perseverent.*

Non oportet ministros, i. ostiarios, vel brevi tempore ab ostiis decesse, & orationi vacare.

Can. 44. *¶* *Ad sacrarium mulieres non introeant.*

Non oportet mulieres ingredi ad altare.

Can. 45. *De his qui circa mediam quadragesimam ad baptismum veniunt.*

Non oportet post duas hebdomadas quadragesimæ quemquam ad baptismum suscipi.

Can. 46. *De redditione fidei baptizandorum.*

Baptizandos oportet fidei symbolum discere & quinta *De con-* feria ultimæ septimanæ vel Episcopo vel presbytero *sed se dist.* dere.

Can. 47. *De his qui in aegritudine baptizantur.* 4 Baptizand.

Qui in aegritudine constituti baptismum perceperant, facti sani, fidei symbolum doceantur, ut noverint qua donatione digni sunt habiti.

Can. 48. *¶* *Post baptismum Chrisma detur.*

Oportet baptizatos post baptismum sacratissimum chrisma percipere, & celestis regni participes fieri.

Can. 49. *Oblationes offerri in quadragesima non oportet.*

Non oportet in quadragesima panem offerri nisi sabbatho & dominica tantum.

Can. 50. *Non licere quinta feria septimana majoris jejunium solvi.*

Non oportet in quadragesimæ quinta feria ultimæ hebdomadæ jejunium dissolvi, & totam quadragesimam in honorem, sed per totos hos dies jejunare, & escis abstinentiæ convenientibus, id est aridioribus uti. *De cons*
2.3. Non
oportet.

Can. 51. *Non debere in diebus jejuniorum commemorationes martyrum fieri.*

Non oportet in quadragesima martyrum natalicia celebrari. 33. 9. 4.
Non sic.

brati; sed eorum in sabbatho & dominica tantum memo-
riam fieri.

Can. 52. *Non licere nuptias fieri in quadragesima.*

11. q. 4.
non o-
portet.

Non oportet in quadragesima aut nuptias, vel quolibet
natalicia celebrare.

Can. 53. *Ut in Christianorum non saltetur nuptiis.*

Non oportet Christianos ad nuptias euntes vel balare, vel
saltare, sed castè cenare, vel prandere, sicut competit Chri-
stianis.

Can. 54. *Non licere clericis ludicris spectaculis
interesse.*

De cons.
d. 1. q. 2.
oportet.

Non oportet ministros altaris, vel quoslibet in clericos
spectaculis aliquibus, quæ in nuptiis aut seccis exhibentur,
interesse, sed antequam Thymelici ingrediantur, surgere eorum
de convivio, & abire debere.

Can. 55. *Non congruere Christianis comessionibus
interesse.*

d. 44.
Non o-
portet.

Non oportet ministros altaris, sed quoslibet clericos vel
etiam laicos Christianos ex symbolis (quæ vulgus commu-
salia appellat) convivia celebrare.

Can. 56. *Non licere presbyteris ante ingressum Episcopi
introire ad altare.*

d. 95.
Non o-
portet.

Non oportet presbyteros ante ingressum Episcopi ingredi
Ecclesiam, & sedere in tribunalibus, sed cum Episcopo ingre-
di: nisi forte aut ægrotet Episcopus, aut in peregrinatione
commodo cum abesse consiverit.

Can. 57. *Qui in agris vel possessionibus debeant
ordinari.*

d. 10.
Non o-
portet.

Non debere in villis & vicis Episcopos ordinari, sed visi-
tatores, i qui circumveant constitui. His autem qui ante hoc
ordinari sunt, nihil agere censemus sine conscientia Episcopi
civitatis. Similiter etiam presbyteri nihil sine præcepto &
consilio Episcopi agant.

Can. 58. Oblationes offerri in domibus non oportere.

Non oportet in domibus oblationes ab Episcopis sine presbyteris fieri.

Can. 59. Quae psallere vel legere in Ecclesia conveniat.

Non oportet ab idiotis Psalmos compositos & vulgares in Ecclesiis dici, neque libros qui sunt extra canonem legere, nisi solos canonicos novi & veteris testamenti. Quae autem oporteat legi, & in auctoritatem recipi, haec sunt. Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium, Iesaya, Iudicum, Ruth, Regnorum lib. 4. Paralipomenon lib. 2. Eldae Liber Psalmorum, n. 150. Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica canticorum, Iob, Esther, 12. Prophetarum, lib. 1. Osee, & Amos, Iohel, Abdias, Ionas, Michaeas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachia, Esaias, Hieremias, Ezechiel; Daniel, Novi testamenti, Evangelium secundum Matth. secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Ioannem, Actus Apostolorum, Canonice Epistolae 7. Iacobi una, Petri 2. Ioannis 3. Iudae una, Epistolae Pauli Apostoli n. 14. ad Roma. ad Cor. 2. ad Galatas, ad Ephes. ad Philipp. una, ad Colos. una, ad Thessalonicenses duae, ad Timoth. duae, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebraeos.

Decreta Damasi I. Papa.

Damasus natione Hispanus, sedit annos 18. menses 3. dies 11. temporibus Iuliani. Hic constituit ut Psalmi die noctumque canerentur per omnes Ecclesias. Hoc praecipit Episcopis, presbyteris & monasteriis. Habes de eo hist. Eccl. lib. 11. cap. 10. & de seditione facta contra illum per Ursinum eiusdem & Ecclesiae diaconum, qui voluit fieri Episcopus, collecta, turbulentorum & seditiosorum hominum manu. Ex quo facta tanta bella sunt contra alterutrum, defendentibus populis, ut replerentur humano sanguine orationum loca, sed post ejectus est Ursinus ab urbe.

a. d. 178.
Damas.
pont. 37.
Hic chororum instituit.

Damasus vitas pontificum qui ante se fuere conscripsit. Primus etiam Hieronymi scriptis auctoritatem dedit, cum prius 70. interpretum scripta tantummodo in pretio essent.

Extat Epistola Damasi ad Paulinum Antiochenum Episcopum: per quam instruit illum in duobus. Primum quod integrum hominem susceperit Christus sine peccato. Secundum, quod unus ut Christus ante sæcula ex patre natus, & in tempore ex virgine editus.

Extat ejusdem professio quædam fidei Catholice ad eundem Paulinum sub hac forma.

Anathematizamus omnes qui non tota libertate proclamant Spiritum Sanctum cum patre & unius potestatis esse atque substantiæ. Anathematizamus quoque eos qui Sabellij sequuntur errorem: eundem dicentes patrem esse quem & filium. Anathematizamus Arium, atque Eunomiam, qui patri impieate (sicut sermone dissimili) filium & Spiritum Sanctum asserunt esse creaturas. Anathematizamus Macedonianos, qui de Arii stirpe venientes non perfidiam mutaverunt sed nomen. Anathematizamus Photinum, qui Hebionis hæresin instaurat, qui Dominum Iesum Christum tantum ex Maria virgine confiteretur. Anathematizamus eos qui duos filios asserunt, unum ante sæcula, & alterum post assumptionem carnis ex virgine. Anathematizamus eos qui pro homini anima rationali & intelligibili, dicunt Dei verbum in humana carne versatum, cum ipse filius sit verbum Dei, & non pro anima rationali & intelligibili in suo corpore fuerit, sed nostram, irracionabilem & intelligibilem sine peccato animam susceperit, atque salvaverit. Anathematizamus eos qui verbum Dei filium extensione aut collectione, & à patre separatim insubstantivum, & finem habiturum esse contendunt. Extat Epistola ejusdem ad Stephanum Archiepiscopum, & ad tria concilia Africæ, quod Episcoporum iudicia & majores causæ non nisi auctoritate sedis Apostolice sunt terminandæ.

In Conc. Neocæs. c. 13. & in conc. Antioe. c. 10.

Extat Epistola Damasi, qua interrogatus de Chorepiscopo aliquid esset in Ecclesia, vel nihil, & quam haberent in Ecclesia auctoritatem, respondit, eos nihil esse in Ecclesia, nec aliquam habere auctoritatem, sed eorum institutionem improbam, & nimis pravam, atque sacris canonibus contrariam, atque ad totius Ecclesie perturbationem. Ideo dicitur vanum esse & inane quicquid in prædicto sacerdotii summi egetunt ministerio, hæcque de causis prohibita esse & à sacra sede, & à totius orbis Episcopis.

Fuerunt in Ecclesia primitiva quidam vocati Chorepiscopi tunc necessarii propter studium quod erga pauperes

exigebant, qui cum ex consecratione sua iam essent quam presbyteri, teorantur exercere ministeria Episcopalia, consecrate subdiaconos & diaconos, & virgines, erigere altaria, unguere & sacrate, & Ecclesias dedicare, quæ sunt propria ministeria Episcoporum. Hos damnavit Ecclesia, & rejecit ab eo gradu ad quem ambitione sua ascenderant tantum concessit eis ut inter sacerdotes locum haberent & ministerio presbyterorum essent contenti: quoniam Ecclesia non novit inter discipulos Domini, nisi discipulos duos ordines, scilicet duodecim Apostolorum & 70. discipulorum, unde iste tertius processerit, funditus ignoramus. De his d. 78. Chorepisc. tam ab hac, &c.

In eadem Epist. contra Episcopos qui propter suam quietem Chorepiscopis plebes suas committere non formidabant: quos in hunc modum damnat. Primum quod curam sibi à Deo commissam negligent, cum Dominus dicat: Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis mercenarius autem videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit, &c. Secundò illi Episcopi qui talia præsumunt, videntur (ait) mihi esse meretricibus similes, quæ statim ut pariunt, infantes suos aliis nutricibus tradunt educandos, ut suam citius libidinem explere valeant. Sic & isti infantes suos, id est populos sibi commissos aliis educandos tradunt, ut suas libidines expleant, & pro suo libitu secularibus curis inhiant, & quod unicuique visum fuerit, liberius agant. Pro talibus n. animæ negligentur, oves pereunt, morbi crescunt, hæreses & schismata prædeunt, Ecclesiæ destruantur, sacerdotes vitiantur, & reliqua mala proveniunt. Non taliter Dominus docuit, nec Apostoli instituerunt, sed, ipsi qui curam suscipiunt, ipsi peragant, & ipsi proprios manipulos Domino repræsentent. Nam ipse ovem perditam diligenter quaesivit, ipse invenit, ipse propriis hameris reportavit, nolque idipsum facere perdidit. Si ipse ovibus tantam curam habuit, quid nos miseri dicturi sumus, qui etiam pro ovibus nobis commissis, curam impendere negligimus, & aliis eas educandas tradimus? Corriganter hæ. (fratres) nec esse est, qui plus laborat, majorem mercedem accipiet.

Tertio audiant quid beatus Jacob, qui pro uxoribus diu servierat dixerit socio suo. Viginti annis fui tecum, oves tuæ & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum à bestia ostendi tibi, ego damnum omne reddebam, & quicquid furto perierat, à me exigebas. Gen. 31.

die noctûque xitu urgebat & gela, & fugiebat somnus ab oculis meis. Si ergo sic laborat & vigilat qui pascit oves Laban, quanto labori, quantisque vigiliis debet intendere qui pascit oves Dei? Sed in his omnibus ipse nos instruat qui pro suis ovibus dedit animam, &c.

Idem Damasus in Epistola quinta notat quod in concilio Romano per Episcopos 90. ex Italia & Gallia congregatos celebrato, professi sunt eandem fidem quam tradiderant patres in concilio Nicæno: & damnant quod in concilio quodam Ariminensi tradiderunt Episcopi quidam hæretici non congregati.

CONCILIIUM CONSTANTINOPOLITANUM

centum quinquaginta patrum contra Macedonium Episcopum Constantinopolitanum, qui negabat Spiritum sanctum Deum esse. Celebratum temporibus Gratiani & Theodosij Principum, Damasi Papæ & Cyrilli Hierosolymitani. Est unum ex quatuor principalibus Conciliis, & quidem proximum post Nicænum. Statuerunt aliquos canones. Editum est & symbolum fidei in nullo diversum ab eo quod nunc publicè cantatur in Ecclesia, nisi quod tantum dixerint Spiritum sanctum ex patre procedentem, suppressa persona filij. Subscripserunt 130. Episcopi, qui in eodem concilio convenerunt.

Can. 1. Ut ea quæ apud Nicæam statuta sunt, immota permaneant.

Custodiendam esse fidem 318. patrum qui apud Nicæam Bithyniæ convenerunt ad anathematizandum omnem hæresim, specialiter Eusebianorum & Ariænanorum & Macedonianorum & Phocinianorum, & Appollinarianorum.

Can. 2. Ut Episcopi suam diocesim gubernent, nec ad alias accedant.

Episcopi qui extra diocesim sunt, ad Ecclesias, quæ extra terminos earum sunt non accedant, neque confun-

dant & permiserant Ecclesias secundum regulas constitutas. Alexandriæ quidem Episcopi solius Orientis curam gerant, servatis honoribus primatus Ecclesiæ Antiochenæ qui in regulis Nicenæ synodi continentur. Sed & Asianæ diocesis Episcopis ea quæ sunt in Asia & quæ ad Asianam tantummodo diocesim pertinent, gubernent. Pontici autem Episcopi Ponticæ tantum diocesis habeant curam, Thraciæ vero, ipsius tantummodo Thraciæ.

Can. 3. Non invitatos Episcopos ultra diocesim propriam accedere non debere.

Non invitari Episcopi, ultra diocesim accedere non debent super ordinandis aliquibus, vel quibuscuque disponere. Non in-
dis Ecclesiasticis causis, servata regula quæ superscripta est de *virati*
unaquaque diocesi. Manifestum namque est quod per *lit. ep. N.*
regulas quasque provincias, provincialis synodus administrare *(syn. c. 9.)*
& gubernare omnia debeat secundum ea quæ sunt in Nicæa
deh. 2.

Can. 4. De Ecclesiis apud Barbaros positis.

Ecclesiis autem Dei quæ sunt in Barbaricis gentibus constituta, regere atque administrare oportet secundum consuetudinem quam à patribus obinuisse dignoscitur.

Annotatio.

Hunc canonem ab Ecclesia Romana minimè acceptum fuisse constat ex Gregorij Epist. 113. lib. 6. pacis tamen & tranquillitatis causa tempore Iustiniani Imperatoris ita permissum est, ut nemo amplius contradixerit. Id declarat Innocentius 3. cap. antiqua de privil.

Can. 5. De honore Constantinopolitani Episcopi.

Constantinopolitanæ civitatis Episcopum habere oportet primatus honorem post Romanum Episcopum propter quod *lit. novi Romæ.*
Constanti- civitat.

Can. 6. De Maximo Cynico philosopho.

De Maximo Cynico & ejus inordinata constitutione quæ Constantinopoli facta est, placuit neque Maximum Episcopum esse, nec eos qui ab ipso in quolibet gradu clerici sunt ordinati, cum omnia quæ ab eodem perceptata sunt, irritam deducta esse videantur.

174. *Summa Constantinop. Concilii.*

*Can. 7. De fide symboli apud Constantinopolin
constituti.*

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, visibilibus omnium & invisibilibus conditorem. Et in unum Dominum Iesum Christum filium Dei unigenitum, ex patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, inmen ex lumine, Deum verum ex Deo vero. Natum non factum, Homoussion patri, hoc est ejusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cœlis & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Homo factus passus est sub Pontio Pilato ac sepultus, & tertia die resurrexit. Ascendit in cœlos, sedet ad dexteram patris, inde venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Credimus in Spiritum sanctum Dominum & vivificantem, ex patre procedentem, cum patre & filio adorandum & conglorificandum, qui locutus est per prophetas. Et unam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unam baptismam in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum & vitam futuri sæculi. Amen.

Hæc in synodo Constantinop. generali.

CONCILIUM VALENTINUM

Provinciale sub Damaso I. Papa celebratum. Convenerunt 30. Episcopi. Era. 413. sub Gaetano & Valentiniano Imperatoribus Ediderunt canones 4. ex quibus subtrahimus primam, & subjecimus tres sequentes, quorum tenor est.

Can. 1. De puellis quæ se Deo voverunt.

De puellis vero quæ se Deo voverunt & præclari nominis decore floruerunt si ad terreneas nuptias spontè transierint, id custodiendum esse decrevimus, ut poenitentia his non statim detur, & cum data fuerit, nisi plene satisfecerint Deo, in quantum ratio poposcerit, eisdem communio differatur.

*Can. 3. De his qui post sanctum lavacrum sacrificiis
dæmonum se polluerunt.*

Circa eorum vero personas quæ se post unum & sanctum

lavacrum vel prophanis sacrificiis dæmonum, vel incesta lavatione polluerant, eam centuræ formam diximus esse servandam, ut his juxta synodum Nicenam, satisfactionis *Nicæ.* quidem aditus non negetur, ac infelicibus lachrymis vel *synod.* solacii janua desperatione claudatur, acturi vero pœnitentiam usque in diem mortis non sine spe tamen remissionis quam ab eo plenè sperare debebit qui ejus largitatem & solus obrinet, & tam dives misericordia est, ut nemo despe- tet. Deus enim mortem non fecit nec lætatur in perditione vivorum.

Can. 4. Ut sacerdos deponatur si de crimine confiteatur.

Nec illud fratres scribere alienum ab Ecclesiæ utilitate censuimus ut sciretis, quicumque sub ordinatione vel diaconatus, vel presbyterii, vel Episcopatus mortali crimine dixerint se pollutos, à supradictis ordinationibus hinc movendos reos, sive veri confessione, vel mendacio falsitatis. Neque enim absolvi potest is qui in seipsum dixerit, quod dictum in alios puniretur, cum omnis qui sibi fuerit mortis causa, major homicida est. Divina pietas vos in hæc usum custodiat dilectissimi fratres.

Explicet Concilium Valentinum Galliarum.

Decreta Siricij Papa.

Siricius natione Romanus, sedit annos 19, menses 11, *ad 389.* dies 19. fuit temporibus Valentini & Valeris Augusto- *Siricij* rum. Hujus temporibus fuit Hilarus Pictavorum Episco- *Pont. 38.* pus qui contra Arianos duodecim libros scripsit. Hæc tunc in pretio erat.

Extat Epistola Siricij Papæ, prima ad Himerium Tarracensem Episcopum, quæ sic incipit: Siricius Himerio Tarracensem Episcopo salutem, &c. Estque distributa in 19. capita, quorum argumenta placuit hoc loco referre.

- De Arianis non rebaptizandis. 1
- Ut præterquam in Pascha & Pentecoste, baptismus non celebretur. 2
- De Apostatis ab Ecclesia separandis. 3
- Quod non liceat alterius sponsam, in matrimonij jura sortiri. 4
- De his qui acceptam pœnitentiam minime servaverunt. 5

De Monachis & virginibus propositura non servantibus.	6
De clericis vel ministris incontinentibus.	7
Quales debeant ad clericatus officium pervenire.	8
De clericorum conversatione.	9
De his qui grandævi ad sacram militiam convertuntur.	10
De clericis qui ad secundas nuptias transeunt, ut depo- nantur.	11
Quæ feminæ cum clericis debeant habitare.	12
De Monachorum promotione ad clerum.	13
Quod pœnitens non sit clericus.	14
De pœnitentibus vel bigamis, vel viduarum maritis, ut non permittantur ad ordinem clericatus admitti.	15
Item ejusdem secunda ad Ecclesiam Mediolanensem, qua damenat Iovinianum hæreticum, & præcipit illum & socios ejus ab Ecclesiæ unitate removendos. Contra hunc scripsit divus Hieronymus. Extat Epistola ejusdem tertia ad universos orthodoxos in qua tria servanda docet, & mandat. Primum, ut nullus indignus efficiatur Episcopus. Secundum, ut ignotis sacerdotium non detur. Tertium, ut neophyti vel laici sacerdotes non fiant.	

CONCILIUM TELENSE PROVINCIALE,
sub Siricio Papa contra Iovinianum & socios
ejus. Lectæ & recensitæ sunt literæ Siricij Pa-
pæ, & concilium rescripsit ad Siricium Papam.
Hæc tantum acta sunt in hac synodo.

Epistola Siricij quartam, & rescriptum Episcoporum ad
eundem (veluti lectione dignam) his subjecimus, etiam à
compendij legem transisse videamus.

Epistola Siricij Papæ quarta.

Dilectissimis fratribus, & coepiscopis per Affricam, Siri-
cius. Cum in unum plurimi fratres convenissemus ad sancti
Apostoli Petri reliquias per quem & apostolatus & Episco-
patus in Christo cœpit exordium, placueritque propter e-
mergentes plurimas causas quæ in aliquantibus non erant cau-
sæ, sed crimina, ut de cætero sollicitudo esset unicuique sacer-
doti in Ecclesia sua curam hujusmodi habere (sicuti Aposto-
lus prædicat Paulus) talem Deo Ecclesiam exhibendam non
habentem maculam aut rugam, ne per alicujus morbida oris

afflatum coniectura nostra contaminata videretur, hac de re meliore concilio id cedit, propter eos maxime qui in presenti valetudine corporis, aut felix ætatis causa, adesse minime poterunt, quo perpetuo istiusmodi forma seruetur, litteras tales dare placuit, non quod nova præcepta aliqua impenderent, sed ea quæ per ignaviam desidiamque aliquorum neglecta sunt, observari cupiamus, quæ tamen Apostolica & patrum constitutione sunt constituta. Scriptum est: Scite, & tenete traditiones nostras sive per verbum, sive per Epistolam: Illud certe vestram debet mentem, dilectissimi fratres, vehementius excitare, ut ab omni labe sæculi istius immunes ante Dei conspectum securique veniamus. Non enim erimus immunes, qui præsumus piebibus, cum scriptum sit: Cui multum creditum fuerit, plus ab eodem requiratur. Ergo quoniam non pro nobis tantum, sed pro populo credito cogimur præstare rationem, populum in disciplina deifica & humili erudire debemus. Existerunt enim nonnulli qui statuta majorum contemneres, castitatem Ecclesiæ præsumptione sua violant, voluptatem populi sequentes, Dei iudicium non timentes. Ergo nec pari silentio connivere atque adhibere consensum talibus videamur, unde gehennæ poenas possimus incurere, dicente Domino: Furtem videbas, & curabas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Hæc sunt quæ deinceps intuitu divini iudicis omnes catholicos Episc. expedit custodire.

2 Thess.

Luc. 12.

psal. 79.

Primum, ut extra conscientiam sedis Apostolicæ, hoc est primatis nemo audeat ordinare. Integram enim iudicium est, quod plurimorum sententia confirmatur.

Ne unus Episcopus Episcopum ordinare præsumat propter arrogantiam, ne factivum beneficium præsumptum videatur. Hoc enim in synodo Nicæna constat esse definitum.

Item si quis post remissionem peccatorum cingulum militiæ secularis habuerit, ad clerum admitti non debet. *Nicæna 3 synod. c. 21.*

Ut mulierem, id est, viduam, clericus non ducat uxorem. 4

Ut is qui laicus viduam duxerit, non admittatur ad clerum. 5

Ut de aliena Ecclesia ordinare clericum nullus usurperet. 6

Ut abjectum clericum alia Eccl. non admittat. 7

Ut venientes à Navatianis, & Montensibus, per manus impositionem suscipiantur, præter eos quos rebaptizant.

Præterea quod dignum & pudicum & honestum est suademus, ut Sacerdotes & Levitæ cum uxoribus suis non coeant, quia in ministerio divino quotidianis necessitatibus

1. Cor. 7. occupantur. Ad Corinthios namque sic Paulus scribit, dicens: Abstinetes vos ut vacetis orationi. Si ergo laici abstinence imperatur ut possint deprecantes audiri, quanto magis sacerdos utique omni momento paratus esse debet

Ad Tit. munditiæ puritate securus, ne aut sacrificium efficiat, aut baptizare cogari? Qui si contaminatus est carnali concupiscentia, quid faciet? Excusabitur. Quo pudore, qua mente

1. Tim. 3. usurabitur? Qua conscientia, quo merito hic exaudiri se credit? cum dictum sit: Omnia munda mundis, concupiscitis autem & infidelibus nihil mundum. Qua de re, hortor,

1. Cor. 7. **Rom. 8.** moneo; rogo tollatur hoc opprobrium, quod potest iure etiam gentilitas accusare. Foete creditur, quia scriptum est: Unius uxoris virum. Non permanenti in concupiscentia generandi dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros non admisit qui ait: veilem autem omnes homines sic esse sicuti & ego. Et apertius declarat dicens: Quo autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non jam estis in carne sed in spiritu.

Hæc itaque (fratres) si plena vigilantia fuerint ab omnibus observata, cessabit ambitio, dissensio conquiescet, hæreses & schismata non emergent, locum non accipiet dyabolus sævienti, manebit unanimitas, iniquitas superata calcabitur, charitas spirituali fervore flagrabit, pax prædicabitur, cum voluntate concordabit. Pax utique Dei nostri salvatoris quam proximus passioni servandam esse præcepit &

Jon. 4. hereditario eam nobis iure dereliquit, dicens: Pacem do

Phil. 2. vobis pacem relinquo vobis. Et dictum Apostoli, ut unanimes unum sentientes, peramanemus in Christo, nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicantes, sed Deo nostro salvatori placentes. His præceptis, quoniam si fideliter voluerimus obedire, custodite Dominus corpora nostra & animas nostras in die qua redditurus est unicuique juxta opera sua. Si quis sanæ mentis mente carnis suæ, ab hac canonis ratione voluerit evagari, letat se & à nostra communione seclusum, & gehennæ penas habiturum. Præterea misericordia cum iudicio esse debet, tribus oportet labentibus manum porrigere, qui sic curantur

Rom. 2.

non pertrahant in ruinam. Data Romæ in concilio Episcoporum octoginta, sub die octavo idus Ianuarij, post consulatum Arcadij Augusti & Bautois, viris clarissimis consulibus.

Rescriptum Episcoporum ad Siricium Papam, dilectissimo Domino fratri Siricio Ambrosius, Sabinus, Bassianus, & ceteri. Recognovimus literis sanctitatis tuæ boni pastoris excubias, qui diligenter commissam tibi januam serves, & pia sollicitudine Christi ovile custodias, dignus quæ oves Domini audiant & sequantur. Et ideo, quia nostri oviculas Christi, lupos facile deprehendis, & occuris (quasi providus pastor) ne isti moribus perfidix lux feræque ululatu dominicam ovile dispergant. Laudamus hoc domine frater nobis dilectissime, & toto concelebramus affectu. Nec miramur si luporum rabiem grex Domini perhorruerit, in quibus Christi vocem non recognovit. Agrestis enim ululatus est, nullam virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem referre, promiscuè omnia velle confundere, diversorum gradus abrogare meritotum, & paupertatem quondam celestium remunerationum inducere, quasi Christo una sit palma quam tribuit, ac non plurimi abundant tituli premiorum. Simulant se isti condonare conjugio. Sed quæ potest laus esse conjugij si nulla virginitatis est gloria? Neque veto nos negamus sanctificatum à Christo esse conjugium, divina voce dicente, Erant ambo in una carne & in uno spiritu, sed *Gen. 25* prius est quod nati sumus, quam quod effecti, multoque præstantius divini operis mysterium, quam humane fragilitatis remedium. Iure laudatur bona uxor, sed melius pia virgo præfertur, dicente Apostolo. Qui matrimonio jungit, *2. Cor. 7.* benefacit, & qui non jungit, melius facit. Hæc enim cogitat *Ibid.* quæ Dei sunt, illa conjugalibus vinculis colligata est, hæc libera vinculorum. Illa sub lege, ista sub gratia. Bonum conjugium, quo est inventa posteritas successionis humane, sed melior virginitas, per quam regni celestis hæreditas acquisita, & celestium meritorum reperta successio. Per mulierem cura successit, per virginem salus evenit. Denique speciale sibi domum virginitatis Christus elegit, & integritatis munus exhibuit, atque in se representavit, quod elegit in matre: Quanta amentia fœliciorum lassarum, ut iidem dicerent Christum ex virgine non potuisse generari, qui asserant, ex muliere, editis humanorum pignorum partibus virgines permanere, Aliis præstat ergo Christus, quod

- sibi, ut dicunt, præstare non potuit; ille vero ea nem sic suscepit, & homo factus est, ut hominem redimeret, atque a morte revocaret; iustificato tamen quasi Deus in se veni in terras, ut quemadmodum dixerat, Ecce facio omnia nova, partu immaculate virginis nasceretur, & sicut scriptum est, crederetur nobiscum Deus. Sed de via perversitatis produitur dicere, Virgo concepit, sed non virgo genuit. Potuit ergo virgo concipere, non potuit virgo generare, cum semper conceptus precedat, partus sequatur? Sed si doctrinis non creditur sacerdotum, credatur oraculis Christi; credatur moniis Angelorum dicentium, Quia non est impossibile apud Deum omne verbum. Credatur symbolo Apostolorum quod Ecclesia Romana intermetatum semper custodit & servat. Audivit Maria vocem Angeli, & quæ dixerat ante, Quomodo fiet istud: non de fide generationis interrogans; Respondit postea: Ecce ancilla Domini, contingat tibi secundum verbum tuum. Hæc virgo quæ in utero concepit, virgoque peperit filium. Sic enim scriptum est: Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium. Non enim concepturam tantummodo virginem, sed parituram virginem dixit. Quæ autem est sanctuarij illa porta, porta illa exterior ad Orientem, quæ manet clausa, & nemo, inquit, pertransibit per eam, sed solus Deus Israël transibit per eam? Notine hæc porta Maria est, per quam in hunc mundum redemptor intravit? Hæc est porta justitiæ sicut ipse dixit: Sine nos implere omnem justitiam. Hæc porta est Maria, de qua scriptum est: Quia Dominus pertransibit per eam, & erit clausa post partum, quia & virgo concepit & genuit. Quid astens incredibile, si contra usum originis naturalis peperit Maria, & virgo permanet quando contra usum naturæ mare vidit & fugit, atque in fontem suum Jordanis flucta remeant? Non ergo excedit fidem quod virgo peperit, quando legimus quod Petra vomuit aquas & in muri speciem maris unda solidata est. Non excedit fidem quod homo exiit de virgine, quando petra fontem proflavit scaturivit, ferrum super aquas natavit, ambulavit homo super aquas. Ergo si hominem unda portavit, non potuit hominem virgo generare, atque hominem de quo legimus: Et nunciet illis Dominus hominem qui salvos faciet eos, & vocis erit Dominus Ægyptis? In veteri itaque testamento virgo Exo. 19. Hebræorum, per mare dixit exercitum: in novo testamento Exo. 14. 10, virgo regis, aula cælestis electa est ad saucem. Quid

antem, Etiam viduatis adtexamus præconiâ, cum in Evan-
 gelio, oſt virginis celeberrimum parum Anna vidua ſubtro-
 geret, quæ vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate
 ſua, & hæc vidua erat annorum 84, quæ non diſcedebat de
 templo jejuniis & obſecrationibus ſerviens die ac nocte. Me-
 mto ab illis viduitas deſpiciat quæ ſolei obſervare jejunia,
 quibus ſe dolent iſti aliquo tempore eſſe maceratos, & pro-
 priam ulciſcuntur injuriam, quotidianis quoque conviviiſ
 utique luxuræ laborem abſtinentiæ propullare deſiderant.
 Qui nihil rectius faciunt, quàm quod ipſi ſe ſuo ore condem-
 nent. Sed & metuant ne in iſtis illud jejunium reputaretur. E-
 ligant quod volunt. Si aliquando jejunave-
 rint, gerant ergo boni facti ſui poenitentiam. Si nunquam, ſuam ergo ipſi in-
 temperantiam & luxuriam conſtituantur. Et ideo dicunt Pau-
 lum luxuræ magiſtrum fuiſſe. At quis erit ſobrietatis ma-
 giſter, ſi ſint illi luxuriæ, qui caſtigavit corpus ſuum, & in
 ſervitutem redegit, atque jejunia multis ſe debitam Chriſto
 obſervantiam detuliſſe memoravit, non ut ſe ſuaque laudaret,
 ſed ut nos quid ſequeremur, doceret. Ille ergo luxuriam do-
 cuit, qui ait: Quid adhuc velut viventes in hoc mundo decer-
 nitis: Ne tetigeritis, ne attaminaveritis, ne guſtavertis? quæ
 ſunt omnia in corruptelam: qui ait: Non in indulgentia cor-
 potis, non in honore aliquo ad ſaturitatem & diligentiam
 carnis, non in deſideriis erroris, ſed in ſpiritu quo renovamur
 eſſe vivendum. Si parum eſt quod Apoſtolus dixit, audiant
 Prophetam dicentem: Et operui in jejunio animam meam.
 Ergo qui non jejunat, inſectus & nudus eſt pater vulnere De-
 nique ſi Adam ſe tenuerit in jejunio, non fuiſſet nudus effe-
 ctus. Nivæ ſe à morte jejunio liberavit. Et ipſe Dominus ait:
 Non eſciet hoc genus niſi per orationem & jejunium. Sed
 quid plura apud magiſtrum atque doctorem? cum jam dig-
 num pretium retulerint illi peritæ ſuæ, qui ideo huc vene-
 runt, ne ſuperſeſſet locus in quo non daturarentur, qui verè ſe
 Manichæos probaverint, non credentes quia ex virgine utique
 genuiſſe creditur. Quænam hæc eſt novorum Iudeorum a-
 nacotia? Si veniſſe non creditur, nec carnem creditur ſuſce-
 piſſe, ergo in phantaſmate viſus, cum in phantaſmate cruci-
 fixus eſt? Sed nobis in veritate crucifixus eſt. In veritate
 redemptor eſt noſter. Manichæus eſt qui ahnegat verita-
 tem, qui carnem Chriſti negat, & ideo non eſt in illis remiſ-
 ſio peccatorum, ſed impietas Manichæorum quam & clemen-
 tiſſimas execratus eſt Imperator, & omnes qui illos viderunt.

1. Cor. 9.

Col. 2.

Ibid.

Eph. 4.

Pſal. 68.

Gen. 3.

Matth.

17 &

Matth. 9.

derunt, quasi quædam contagia refugerunt, sicut testes sunt fratres & compresbyteri nostri, Crescent, Leopardus & Alexander, sancto ferventes spiritu, qui eos omnium execratione damnatos, Meliolanensi ex urbe profugos reliquerunt, Itaque Iovinianum, Germinatorem, Felicem, Photinum, Genilem, Martialem, Ianuarium, & Ingeniosum, quos sanctitas tua damnavit, scias apud nos quoque secundum iudicium tuum esse damnatos, Incolamem te & florentissimum Deus noster tueatur omnipotens, Domine di castissime frater. Item subscriptio, Ego Eventus Episcopus saluto sanctitatem tuam in Domino, & huic Epistolæ subscripsi. Maximus Episcopus, Felix Episcopus, Bassianus Episcopus, Theodosius Episcopus: ex iussu Domini Episcopi Geminiani ipso præsentem, Aprus presbyter, Eutadius Episcopus, Constantinus, Episcopus, Eustadius Episcopus, eo omnes ordine subscripserunt.

CONCILIUM CARTHAGIN. SECUNDUM,
habitum Era. 428. circa tempora Siricij Pape
Provinciale, sed confirmatum in 6. Synodo ge-
nerali in Trullo celebrata.

Can. primus.

Ut Trinitas & credatur & prædicetur.

Can. 2. *Ut castitas à sacerdotibus custodiamur.*

Ita placuit & conceder sacrosanctos Antistites & Dei sacerdotes nec non & Levitas, qui sacramentis divini inserviunt, continentem esse in omnibus quo possint simpliciter quod à Deo postulant impetrare, ut apud Apostoli docuerunt & ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab universis Episcopis dictum est. Omnibus placet ut Episcopi, presbyteri, & diaconi, & qui sacramenta continent, pudicitiam custodiam etiam ab uxoribus se abstineant.

D. 84. Cum in præterito & d. 31. Episcopos.

Can. 3. *Ut chrisma à presbyteris non fiat.*

Ut chrisma & consecratio puellarum, & reconciliatio poenitentiam à presbyteris non fiant. Causa 6. q. 6. Si iuxta sanctitas.

Can. 4. *Ut presbyter iussus ab Episcopo poenitentem reconciliat.*

Placuit universis Episcopis ut presbyter periclitantem poenitentem, de praecepto Episcopi absentis reconciliat. *Causa 27. q. 6. Aurelius Episcopus.*

Can. 5. *De diocessibus.*

Placet ut dioceses, quae nunquam Episcopos acceperant non habeant, & illa diocesis quae aliquando habuit, habeat proprium Episcopum. *Causa 16. q. 1. Felix.*

Can. 6. *De his qui non debent clericos accusare.*

Placet ut qui aliquibus sceleribus interitus est, vocem adversus majores natu non habeat accusandi.

Can. 7. *Ut nemo excommunicatum aliter suscipiat.*

Placet ut qui merito facinorum suorum ab Ecclesia pulsus est, si ab aliquo Episcopo vel presbytero vel clerico fuerint in communionem suscepti, etiam ipse parum cum eis erimine teneant obnoxius. *Causa 22. q. 3. Qui merito.*

Can. 8. *Ut si presbyter excommunicatus sacrificaverit anathematizetur.*

Placet ut si presbyter excommunicatus, aut correctus à suo Episcopo sacrificare praesumpserit, anathematizetur.

Can. 9. *Ne presbyter inconsulto Episcopo celebret.*

Quisquis presbyter praesente & inconsulto Episcopo agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo coartatus existit.

Can. 10. *Quot debeant judicare sacerdotem.*

Placet ut causa criminalis Episcopi à 12. Episcopis audiat, causa presbyteri à sex, causa vero diaconi à tribus cum proprio Episcopo. *Causa 15. q. 7. Felix & 3. q. 9. Suggesto secundum statuta.*

Can. 11. *Ut nullus parochiam alienam presumat invadere.*

Placet secundum divinam legis & sancti Evangelij auctori-

*Can. 12. Vt nullus ordinetur Episcopus, sine consensu
Metropolitani.*

Placet omnibus ut inconsulto primare cujuslibet provin-
ciae nemo præsumat, licet cum multis Episcopis in quo-
cunque loco, sine ejus præcepto Episcopum ordinare. Si
autem necessitas fuerit, tres Episcopi in quocunque loco
sint, cum primatis præcepto ordinare debeant Episcopum.

Can. 20. Vt nemo contra subscriptionem veniat.

Genadius Episcopus præses concilij dixit: Omnia ergo
quæ à vestro coetu statuta sunt, placet ab omnibus custodi-
ri. Et qui contra suam professionem vel subscriptionem ve-
nit, ipse se ab hoc coetu separabit. Et subscripserunt om-
nes, Explicit Concilium Carthagin. 2.

CONCILIUM CARTHAGIN. TERTIUM
Provinciale, confirmatum in 6. Synodo generali
in Trullo celebrata.

*Can. 1. Vt Episcopi provinciales de Pascha consulam
primatem suam,*

Placuit ergo in principio propter errorem qui sæpè so-
les obortui, ut omnes Africanæ provincie Episcopi ob-
servantionem Paschalem ab Ecclesia Carthaginensi curiæ
accipere.

Can. 2. Vbi per singulos annos concilium fiat.

Similiter placuit, ut propter causas Ecclesiasticas quæ ad
perniciem p. ebis sæpè veterascant, singulis quibusque annis
concilium convocetur. Ad quod omnes provincie quæ pri-
mas sedes habent, de conciliis suis binos, aut quantos ele-
gerint, Episcopos mitterent, ut & minus invidiosi, minusque
hospitiis sumptuosi existant, ut congregato convento ole-
na possit esse auctoritas. De Tripoli propter inopiam Epis-
coporum unus Episcopus veniat.

Can. 3. Vbi Episcopus Canones agnoscat.

Item placuit ut ordiandis Episcopis vel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta concilij fecisse poeniteat.

Annotatio.

Hanc canonem ex suggestione S. Augustini editum fuisse testatur Possidius in vita eiusdem cap. 7. idque ideo sollicite curasse videtur, ne accideret aliis, quod sibi contra Nicarnum canonem ignoranter ordinato accidisse dolerat.

Can. 4. Ut diaconi ante 25. annos non consecrentur.

Item placuit ut ante annos 25. nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, & ut lectores populorum non saluent.

Dist. 77.
Placuit.
c. 10. q.
1. Placuit.

Can. 5. Ut sacramentum catechumenis non prebeat.

Item placuit ut per solemnissimos Paschales dies sacramentum catechumenis non detur, nisi per solitum scilicet, quia si fideles per illos dies sacramenta non mutant, nec catechumenis oportet mutari.

Annotatio.

Per sacramentum hoc loco non Eucharistia sacra, sed quicquid mysticum est, & sacrum signum, accipi debet.

Can. 6. Non liceat mortuis baptismum nec Eucharistiam dare.

Item placuit ut corporibus defunctorum Eucharistia non detur. Dictum est enim à Domino, Accipite & edite. Cadavera autem nec accipere possunt nec edere. Cavendum est etiam ne mortuos baptizari posse firmitas credat, quibus nec Eucharistiam dari licitum est.

Can. 7.

Episcopus accusatus, quo loco & quo tempore sit examinandus.

Can. 8.

Qui sunt qui debent audire accusationes diaconorum, 25. q. Si autem presbyteri vel diaconi.

Can. 9.

Ut clerici publica iudicia non appellent 12. q. 1. Placuit, quis.

4. q. 5.
Quis.

Can. 10.

Quomodo provocandum clericis ab inferioribus iudicibus ad superiores, 2 q. 6. Placuit.

Can. 11. *Vt filij cleric. a spectacula non accedant.*

Ut filij sacerdotum vel clericorum spectacula secularia non exhibeant, sed nec spectent: quoniam quidem ab spectaculo & nemo laici prohibeantur. Semper enim Christianis omnibus hoc interdictum est, ut ubi blasphemii sunt: non accedant.

Can. 12. *Vt clericorum matrimoniis infideles non faciantur.*

Item placuit ut filij vel filiae Episcoporum, vel quorumbet clericorum Gentilib. vel hæreticis aut schismaticis matrimonio non jungantur.

Can. 13. *Vt clerici de rebus suis nihil infidelibus conferant.*

Ut Episcopi vel clerici in eos qui catholici Christiani non sunt, etiam si consanguinei fuerint, nec per donationes rerum suarum aliquid conferant.

Can. 14. *Vt clerici filios suos à sua potestate exire sinant, nisi, &c.*

Ut Episcopi vel clerici filios suos à sua potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint & aetate securi, ut possint ad eos jam propria pertinere peccata.

Can. 15. *Vt clerici non sint negotiatores.*

21 q. 3. Item placuit ut Episcopi & presbyteri & diaconi vel clerici non sint conductores neque procuratores: neque ulli turpi vel inhonesto negotio victum querant: quia respicere debent scriptum esse, Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.

Can. 16. *Vt clerici non sint usurarii.*

4. q. 4. Nullus. Ut nullus clericorum amplius recipiat quam cuique commodaverit. Si pecuniam accipit, speciem eandem quantam dederit, accipere, & quicquid aliud tantum quantum dederit accipiat.

Can. 17. *Ut extranea femina cum clericis non cohabitent,*

Ut cum omnibus omnino clericis extraneæ feminae non cohabitent, sed solum matres, avia, matertetæ, amita, sorores, & filia fratrum aut sororum & quæcunque ex familia, domestica necessitate etiam antequam ordinentur, jam cum eis habitabant, vel si filij eorum jam ordinati parentibus, uxores acceperunt, ut servis non habitantibus in domos quas ducant, aliunde ducere necessitas fuit.

Can. 18. *Ut clerici non ordinentur nisi qui cum eis sunt fideles existant.*

Ut Episcopi, presbyteri & diaconi, non ordinentur, prius quam omnes qui sunt in domo eorum, Christianos Catholicos fecerint.

Can. 19. *De clericis cum ad pubertatem veniunt.*

Placuit ut lectores cum ad annos pubertatis venerint, *d. 23. l. 2.* cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri. *Horat.*

Can. 20. *Ut plebes alienas alienus Episcopus non usurpet.*

Placuit ut à nullo Episcopo usurpentur plebes alienæ, nec *7. q. 1.* aliquis Episcoporum supergrediantur in diocesi suam colle- *Placuit*
gam

Can. 21. *Ut nullus Episcopus alienum clericum ordinet.*

Ut clericum alienum nisi concedente ejus Episcopo, ne- *d. 75.*
mo audeat vel retinere, vel promovere in Ecclesia sibi credi- *C. cri-*
ta. Clericorum autem nomen etiam lectores, & psalmistæ, & *cum.*
osiarj retineant.

Can. 22. *De clericis non ordinandis nisi probabiles fuerint.*

Ut nullos ordinetur clericus, non probatus vel Episcoporum examine, vel populi testimonio.

Can. 23. *De precibus & orationibus.*

Ut nemo & in precibus, vel patrem pro filio, vel filium

lium pro parte nominet. Et cum ad altare assistit, semper ad patrem dirigatur oratio. Et quascunque sibi peccata aliquis describit, non eis utatur, nisi prius eas cum instructoribus fratribus conulerit.

Can. 24. Quid in sacrificio offeratur.

De cons. d. 1. In sacramento. Ut in sacramentis corporis & sanguinis Domini, nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est panis & vinum aqua mistum. Nec amplius in sacrificio offeratur quam de uvis & framentis.

Can. 25. Ne clerici soli accessum habeant ad viduas vel virgines.

D. 11. Clerici. Ut clerici vel continentis, ad viduas vel virgines nisi iussu vel permisso Episcoporum & presbyterorum non accedant. Et hoc non soli faciant, sed cum clericis, vel cum quibus Episcopus iussit vel presbyter. Nec Episcopi aut presbyteri soli habeant accessum ad huiusmodi feminas, nisi aut clerici presentes sint, aut graves aliqui Christiani.

Can. 26. Quomodo Episcopus primæ sedis debeat appellari.

D. 99. Primæ sedis. Ut primæ sedis Episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primæ sedis Episcopus.

Annotatio.

Cum hoc concilium nationale fuerit, non universæ sed tantum Africae Ecclesiæ leges tulisse potuit. Itaque hic Canon non prohibuit, neque potuit prohibere ne Romanus pontifex diceretur sacerdotum princeps, vel summus sacerdos, sed tantum ne ita appellaretur ullus Metropolitanus Africae: Africae Ecclesiæ inferiori, superiori Romanæ leges præscribere nec potuit, nec debuit.

Can. 27. Ne clerici tabernas non ingrediantur.

D. 44. Clerici. Ut clerici ebriandi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

Can. 28. Quod Episcopus sine licentia non debet peregrinari.

Item placuit ut Episcopis trans mare non proficiscantur

nisi consilio primæ sedis Episcopo, sive cuiusque provin-
ciæ primatæ, ut ab Episcopo præcipuo possit lumine for-
matam vel commendationem.

Can. 29. *Ut missa à jejuniis celebretur.*

Ut sacramenta altaris non nisi jejuniis hominibus cele-
brentur, excepto uno die anniversario, quo cæna Domini
celebratur. Nam si aliquotum pomeridiano tempore de-
functorum sive Episcoporum, sive cæterorum commenda-
tio faciendâ est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt,
jam præsenti inventantur.

*De cons.
d. l. sa-
cramenta
altaris.*

Can. 30. *Nullus in Ecclesia convivetur.*

Ut nulli Episcopi vel clerici in Ecclesia conviventur, nisi
forte transientes hospitiorum necessitate illi necessentur.
Populi etiam ab huiusmodi convivis quotum fieri po-
test prohibeantur.

*Dist. 42.
Nulli E-
piscopi.*

**Can. 31. *De pœnitentia quomodo danda sit.
pœnitentibus.***

Ut pœnitentibus secundum peccatorum differentiam, 16. q. 7.
Episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora discernantur. *Pœnitē-*

Can. 32. *De modo reconciliandi pœnitentes.*

Ut presbyter inconsulto Episcopo non recog-
nitentem, nisi absente Episcopo, & necessitate cogente. Cu-
iuscunque pœnitentis publicum & fulgatissimum crimen
est, quod universam Ecclesiam commoverit, ante absdam
iuratum Ecclesiæ manus ei imponantur.

*tibus.
26. q. 75.
Pœnitē-
tibus.*

Can. 33. *De custodia sacrarum virginum.*

Ut virgines sacræ, si parentibus à quibus custodiebantur, 26. q. 6.
privatæ fuerint, Episcopi providentiâ, vel presbyteri ubi E-
piscopus absens est, in monasterio virginum vel graviori-
bus feminis commendentur, ut simul habitantes invicem
se custodiant, ne possint vagantes Ecclesiæ ædant opinio-
nem.

Can. 34. *De baptizandis agrotis.*

Ut agrotantes si pro se respondere non possunt, cum vo-
luntas eorum testimonium sui dixerit, baptizentur: simili-
ter de pœnitentibus agendum.

*De cons.
Ec. d. 4.
Agro-
tantes.*

Can. 35. Ne histrionibus conversis penitentia negetur.

de conf. d. 2. Sceniciis. De scenicis atque histrionibus, ceterisque hujusmodi peccatis, vel apostaticis conversis, vel revertis ad Dominum, gratia vel reconciliatio non negetur.

Can. 36. Ut presbyter chrisma non conficiat.

16. q. 6. Presbyter in consulto Episcopo. Vel presbyter inconsulto Episcopo virgines non consecret, Chrisma vero nunquam conficiat.

Can. 37. Ne clerici in aliena civitate immorentur.

16. q. 6. Presbyter in consulto Episcopo. Ut clerici in aliena civitate non immorentur, nisi causae eorum justas Episcopi loci vel presbyteri locorum perviderint.

Can. 38. Ut non liceat fieri translationes Episcoporum.

Placuit (quod etiam in Capuarum plenaria synodo videtur statutum) quod non liceat fieri rebaptizationes & recordationes, vel translationes Episcoporum. De consecrat. D. 4. non licet fieri.

Can. 39. Ut non praesumant duo Episcopi ordinare pontificem.

Ut non minus quam tres Episcopi qui fuerint à metropolitano directi, sufficiant ad Episcopum ordinandum.

Can. 40. De electione Episcopi si contradictores habeat.

Dum Episcopus eligitur, si contradictores habeat, quaeque sacerdotes conveniant, D. 33. Illud statuendum est.

Can. 41. De Episcopis convenientibus ad concilium.

Ut per si quos annos convenientes Episcopi ad concilium etiam de Paschali solemnitate à primatu suo informetur.

Can. 42.

Ut non accipiat alienum Episcopum plebs quae in districtu tenet subiacuit 16. q. 1. Multis conciliis.

Can. 43.

Ut qui plebe sua contempta ad concilium venire de-
stant, & plebem & honorem amittant.

Can. 44.

Ut clericum alienum nullus sibi percipiat Episcopus præ-
ter ejus arbitrium, cujus facit clericus.

Can. 45.

Ut Episcopus qui plures habet clericos, ei qui eget, ad or-
dinandam postalatus largiatur.

Can. 46.

Ut Episcopus in diocesi factus, solum eam plebem teneat,
in qua creatus ordinatus.

Can. 47. *Ut præter scripturas canonicas nihil in
Ecclesia legatur.*

Item placuit ut præter scripturas canonicas nihil in Ec-
clesia legatur sub nomine divinarum scripturarum. Sane au-
tem canonicæ scripturæ Genesis, Exodus, Levitica, Numeri,
Deuteronomium, Iesus nave, Iudicum, Ruth, Regum lib. 4.
Paralipomenon lib. 2. Job unus, Psal. etiam Davidicam, Sa-
lomonis libri quinque, libri duodecim Prophetarum, Esaias,
Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Esther, Esdræ
libri duo, Machabæorum libri duo. Novi autem testamenti,
viginti septem, Evangeliorum libri quatuor, Actuum Apo-
stolorum liber unus, Pauli Epistolæ tredecim, ejusdem ad He-
bræos una, Petri Apostoli duæ, Joannis Apostoli tres, Lucæ
Apostoli una, & Jacobi una, Apocalypsis Joannis liber unus,
qui sunt viginti septem. Hoc etiam fratri & confacerdoti
nostro Bonifacio, vel aliis eorum partium Episcopis, pro
confirmando illo canone innotescat quia à patribus ista ac-
cepimus in Ecclesia legenda. Liceat etiam legi passionis mar-
tyrum cum anniversarij dies eorum celebrantur.

Can. 48.

De baptizatis à Donatillis.

**Can. 49. De his qui positi in Ecclesiastico gradu
aliquid acquirunt.**

1. q. 4.
Placuit
ut de in-
fatis.
12. q. 3.
Placuit
ut Epi.

Placuit ut Episcopi, presbyteri, diaconi, vel quicumque clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore Episcopatus vel clericatus sui agros vel quaecunque pradia nomine suo comparant, tanquam rerum divinarum invalidationis crimine teneantur obnoxij, nisi admoniti Ecclesie eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis proprie aliquid liberalitate alicujus vel successione cognationis venerit, faciant inde quod eorum proposito congruit. Quod si a suo proposito retrorsum exorbitaverint, honore Ecclesiastico indigni, tanquam reprobi judicentur.

Can. 50. Ut gesta concilij confirmantur.

Aurelius Episcopus dixit: Quoniam igitur universa arbitror fuisse tractata, si omnia cum animo vestro convenerunt. sermone vestro cuncta roborate. Universi Episcopi dixerunt, Omnibus hæc placuerunt, & hac nostra subscriptione firmamus. Et subscriperunt. Aurelius Episcopus Ecclesie Carthaginensis huic decreto consensit, & relicto subscripsi. Epigonius Episcopus Bullen. Region. subscripsi. Augustus Episcopus plebis Hipponæ subscripsi. Similiter & omnes Episcopi quadraginta quatuor num. subscriperunt.

Concilij tertij Carthaginensis finis.

Hæc tria decreta pertinent ad concilium Carthaginense tertium.

Can. 1.

Presbyter si fornicationem fecerit, &c. Vide in decretis & 82. Presbyter, si fornicat.

Can. 2.

Non est aliquid exigendum ab his qui infantes suos ad baptisandum adducunt. Fufius apud Gratianum q. 1. Placuit ut unusquisque,

Can. 3. De clericis scurrilibus.

Si quis clericus, aut monachus verba scurrilia jocularitiam, risumque moventia loquitur, acerrime corripatur.

CONCILIUM CARTHAGIN. QUARTUM,
cui adfuerant Episcopi 214. Era. 436. Dicitur à
Gratiano, quod interfuit Zosimus Papa per vi-
carios suos, quod tamen intelligendum est de
Concilio Carthag. non de 4.

Can. 1. Qualiter debeant Episcopi ordinari.

Qui Episcopus ordinandus est, antea examinatur. Si na-
tura sit prudens, si docilis, si moribus temperatus, si vita ca-
stus, si sobrius, si semper suis negotiis cavens, si humilis, si
affabilis, si misericors, si literatus, si in leg: Domini instru-
ctus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus
exercitatus, & ante omnia si fidei documenta verbis sim-
plicibus asserat, in patrem & filium & spiritum sanctum,
&c. Querendum etiam ab eo si novi & veteris testamenti,
id est, legis & Prophetarum, & Apostolorum, unum eun-
demque credat auctorem & Deum. Si diabolus non per
conditionem, sed per arbitrium factus sit malus.

Can. 2. Qualiter consecrentur Episcopi.

Episcopus cum ordinatur duo Episcopi ponant & te-
neant Evangelium codicem super caput & cervicem
ejus, & uno super eum fundente benedictionem, reliqui
omnes Episcopi qui adfunt, manibus suis caput ejus tan-
gant.

Can. 3. Qualiter presbyteri ordinentur.

Presbyter cum ordinatur Episcopo eum ben-
dicente, manus super caput ejus tenent, etiam omnes presbyteri,
qui presentes sunt, manus suas juxta manus Episcopi super
caput illius teneant.

Can. 4. Quomodo diaconi constituentur.

Diaconus cum ordinatur, solus Episcopus qui eum bene-
dicat, manum super caput illius ponat, quis non ad sacer-
dotium, sed ad ministerium consecratur.

Can. 5. Quomodo subdiaconi ordinentur.

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem

non accipit, patenam de Episcopi manū accipiat vacuam & canicem vacuum. De manu vero Archidiaconi urecolum cum aqua, & mantile, & manutergiam.

Can. 6. Qualiter Acolythi ordinentur.

Ibid. Acolyth. Acolythus cum ordinatur, ab Episcopo quidem doceatur qualiter in officio suo agere debeat. Sed ab Archidiacono accipiat ceterofarium cum cetero, ut sciat se ad accendenda Ecclesie luminaria mancipari. Accipiat & urecolum vacuum, ad suggerendum vinum in Eucharistiam sanguinis Christi.

Can. 7. Qualiter exorcista constuantur.

Ibid. Exorcista. Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi Episcopus: Accipe & commenda memorie, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum sive baptizatum, sive catholicum.

Can. 8. Qualiter lectores fiant.

Ibid. Lector. Lector cum ordinatur, faciat de illo verbum Episcopus ad plebem, indicans ejus fidem ac vitam atque ingenium. Post hæc spectante plebe tradat ei codicem de quo lecturus est, dicens ad eum: Accipe & esto lector verbi Dei, habiturus si fideliter & utiliter impleveris officium, partem cum eis qui verbum Dei ministraverunt.

Can. 9. Qualiter Officarij ordinentur.

Ibid. Officarius. Officarius cum ordinatur, postquam ab Archidiacono instructus fuerit qualiter in domo Dei debeat conversari, ad suggestionem Archidiaconi tradat ei Episcopus claves Ecclesie de altario, dicens: Sic age quasi reddituros Deo rationem pro his rebus quæ his clavibus recludantur.

Can. 10. Qualiter psalmista.

Ibid. Psal. mista. Psalmista id est cantor potest absque scientia Episcopi, sola jussione presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: Vide ut quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobas.

Can. 11. *Qualiter virgines sanctimoniales.*

Sanctimonialis virgo cum ad consecrationem suo Episcopo offeratur, in talibus vestibus applicetur, quales semper *Ibid. S. 8.*
 usura est professioni & sanctimoniali aptis. *Sanctimonialis.*

Can. 12. *Qualiter viduæ ad baptisterium ordinentur.*

Viduæ, vel sanctimonialis quæ ad ministerium baptizandarum mulierum eliguntur, tam instructæ sint ad officium, ut possint apud & sano sermone docere imperitas & rusticas mulieres tempore quo baptizandæ sunt, & qualiter baptizatori interrogatæ respondeant, & qualiter accepto baptisate vivant.

Can. 13. *Qualiter sponsi & sponsa benedicuntur.*

Sponsus & sponsa cum benedicendi sunt à sacerdote, à parentibus suis vel paranymphis offerantur. Qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant. *D. 23. & 30. 95. Sponsus.*

Annotatio.

Quod inquit Apostolus 1. Cor. 7. *cui vult nubat, tantum in Domino*: hoc idem hac sanctione constituitur: in Domino enim nubere nihil aliud est, quam secundum leges & ritus Ecclesie ab ipsè Apostolis tradites matrimonium contrahere. Ritus autem ab Apostolis instituti ab universa Ecclesia recepti, hi sunt potissimi, primus ut contrahatur in presentia sacerdotis: secundus, ut per sacerdotes in Ecclesia proclametur: 3. ut in confederatione matrimonij sacrificium missæ offeratur: 4. ut à paranymphis ad Ecclesiam decantentur: 5. ut contrahentes matrimonium, Eucharistiam percipiant eorundemque manus, interventu osculi & relationis conjungantur, de quibus Evaristus in Epistola loquitur.

Can. 14. *De cellula sacerdotis.*

Ut Episcopus non longe ab Eccl. hospitium habeat.

Can. 15. *De victu & habitu Episcopi.*

Ut Episcopus vilem supellectilem, & mensam ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ auctoritatem fide & virtutis mentis querat. *D. 41. Episcopus vilem.*

Can. 16. Ut Episcopus, libros gentilium non legat.

d. 37. E- Ut Episcopus gentilium libros non legat, hæreticorum
Episcopus autem pro necessitate & tempore.

genti- *Can. 17. Ut Episcopus indigentium curam per*
lium. *presbyteros agat.*

d. 88. Ut Episcopus gubernationem, viduatum & pupillarum
Episcopus ac peregrinorum non per seipsum, sed per archipresbyterum
aut archidiaconum agat.

Can. 18.

14. q. 1. Ut Episcopus iurisdictionem testamentorum non suscipiat.

Episcopus. *Can. 19. Ut Episcopus pro rebus secularibus*
non litiget.

d. 88. E- Ut Episcopus provocatus pro rebus transitoriis non
Episcopus litiget.

nullam *Can. 20. Ut Episcopus tantum divinis vacet.*
res.

Ut Episcopus nullam rei familiaris curam ad se revo-
cet, sed ut lectioni & orationi, & verbi Dei prædicationi
tantummodo vacet.

Can. 21. Ut Episcopus aegrotans pro se legatum ad
synodum mittat.

d. 18. E- Ut Episcopus ad synodum ire non tarder, si non sine la-
Episcopus tis gravi nec infirmitate inhibeatur, sic tamen ut in sua perso-
ad syno- na legatum mittat, suscepturus salva fidei veritate quic-
dum. quid synodus statuerit.

Can. 22. Ne Episcopus clericos in suis sine testi-
monio plebis.

d. 24. E- Ut Episcopus sine consilio clericorum suorum clericos
Episcopus sine non ordinet, ita ut civium assensum, & convenientiam, &
testimonium quaerat.

Can. 23. Ut Episcopus causas audiat presentibus
clericis.

15. q. 7. Ut Episcopus nullius causam audiat absque præsentia
Nullus clericorum suorum, alioquin irrita erit sententia Episcopi
causam. nisi clericorum præsentia confirmetur.

Can. 24. *Ut nemo discedat, quando Episcopus
verbum facit.*

Sacerdote verbum faciente in Ecclesia qui egressus de *3a con-*
sistorio suum, excommunicetur. *dates.*

Can. 25. *De discordantibus Episcopis.*

Dissidentes Episcopos, si non timor Dei, synodus recon- *Dist. 99.*
ciliet. *dissi-*

Can. 26. *Ut Episcopus dissidentes concordare
compellat.*

Studendum est Episcopis, ut dissidentes fratres sive cle- *Ibid.*
ricos sive laicos ad pacem magis quam ad iudicium co- *Studen-*
hæreatur. *dum est.*

Can. 27. *De Episcopo non transferendo.*

Ut Episcopus de loco ignobili ad nobiliem per ambitio- *79. 1. E-*
nem non transeat, nec quisquam inferioris ordinis cleri- *piscopus*
cus. Sane, si id utilitas Ecclesie faciendum popoierit, de *de loco.*
certo pro eo clericorum & laicorum Episcopis patrecto
in presentia synodi transferatur, nihilominus in loco ejus
Episcopo subrogato. Inferioris vero gradus sacerdotes, vel
alii clerici, concessione suorum Episcoporum possunt ad
alias Ecclesias transigrare.

Can. 28. *De damnatione Episcoporum.*

Irritam esse injustam Episcoporum damnationem, & *11. 9. 3.*
idecirco à synodo retractandam. *Irritam*

Can. 29. *De Episcopo qui alicui crimen
objecerit.*

Episcopus si clerico vel laico crimen imposuerit, du- *6. 9. 2.*
catur ad probationem in synodum. *Episc.*

Can. 30. *Quod irrita sit sententia Episcopi in
absentem.*

Caveant iudices Ecclesie ne absente eo cujus causa ven- *11. 9. 2.*
tilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, imo & causam *Sine ex-*
in synodo pro facto dabunt. *ceptio-*

Can. 31. *Qualiter res Ecclesie ab Episcopo
habeantur.*

Ut Episcopus rebus Ecclesie tanquam commodatis, non
tanquam propriis utatur.

Can. 32. De irritis distractionibus Episcoporum.

12. q. 2. *Sine ex-*
capio-
no. Irrita erit donatio Episcoporum, vel venditio, vel com-
mutatio rei Ecclesiasticæ absque conniventia & subscriptio-
ne clericorum.

Can. 33. De receptione Episcoporum.

7. q. 1. E-
piscop Episcopi vel presbyteri si causa visendæ Ecclesiæ alterius
Episcopi ad Ecclesiam venerint, & in gradu suo suscipiantur,
& tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem conse-
crandum invitentur.

*Can. 34. De primatu confessus presbyterorum cum
Episcopis.*

2. 95. E-
piscopus. Ut Episcopus in quolibet loco sedet, stare presbyterum
non patiatur.

Can. 35. De 'confessu presbyterorum in Ecclesia.

2. 95. E-
piscopus. Ut Episcopus in Ecclesia in confesso presbyterorum subli-
mius sedeat. Intra domum veteris collegam se presbyterorum
esse cognoscat.

Can. 36. Ut presbyteri ab Episcopo chrisma petant.

2. 95.
Presbyt. Presbyteri qui per dioceses Ecclesias regunt, non à qu-
libet Episcopis suis, nec per juniorem clericum, sed omnino
anno aut per seipfos, aut per illum qui sacratium tenet ante
paschæ solemnitatem chrisma petant.

Can. 37. De obedientia diaconorum.

Diaconus ita se presbyteris, ut Episcopi ministrum esse co-
gnoscat.

Can. 38.

Ibi. Ut diaconus presente presbytero Eucharistiam corporis
Presbyt. Christi populo, si necessitas cogat, jussu erogat.

Can. 39. Quando debeat diaconus sedere.

Ibi. dia-
conus. Diaconus quolibet loco jubente presbytero sedeat.

Can 40.

Ut diaconus in conventu presbyterorum interrogatus, lo- *ibidem*
quatur. *diaconus*

Can. 41. *Quando diaconus alia uti debet.*

ut uti

Ut diaconus tempore oblationis tantum vel lectionis alba
induatur.

Can. 42. *De clericis qui pro fide tentati sunt.*

Clericum inter tentationes officio suo incumbentem, gra-
dibus sublimandum.

Can. 43. *De his qui pro fide persecutiones
passi sunt.*

Christianum catholicum, qui pro catholica fide & pro
Ecclesiastica re & Christiana religione tribulationes patitur
honore omni a sacerdotibus honorandum etiam, & per dia-
conum ei victus administretur.

Can. 44. *De tonsura clericorum.*

Clericus nec comam astringat, nec barbam.

Annotatio.

d. 42.

*Cleri-
cus.*

Hic cano cum quibusdam aliis sequentibus a sancta sy-
podo editis esse videtur, propter Eucharistiam, & Massaba-
notum hæreticorum sectarios. Hi enim manibus operandum
esse negantes, in tonsi prolixam comam ac barbam habebant:
multebrem comam circumferentes vagari consueverunt, testatur
Epiphanius hæresi 20.

Can. 45. *De habitu clericorum.*

Clericos professionem suam & in habita & in incessu,
probet, & ideo nec vestibus, nec calcamentis decorem
querat.

Can. 46. *De continentia clericorum.*

Clericus cum extraneis mulieribus non habeat.

Can. 47. *De incessu clericorum.*

Clericus per plateas & andronas nisi certa & maxima of-
fij sui necessitate, non ambulet.

Can. 48. *Ne clerici ad nundinas vadant.*

D. 9. Clericus qui non pro emendo aliquid in nundinis vel foro deambulat, ab officio suo degradetur.

Can. 49. *De vigiliis clericorum.*

Ibi. Clericus qui abique corpusculi sui inaequalitate vigiliis deest, stipendiis privatus excommunicetur.

Can. 50. *De clericis ab officio declinantibus.*

Clericum inter tentationes ab officio suo declinantem, vel negligentius agentem ab officio suo removendum.

Can. 51. *Ut clerici artificio victum quarant.*

Clericus, quantumlibet verbo Dei eruditus, artificio victum quarat.

Can. 52. *Quomodo clerici debeant victum quarere.*

Clericus victum & vestimentum sibi artificiose vel agricultura, absque officij sui dumtaxat detrimento, praepraer.

Can. 53. *Ut legant clerici qui orare possunt.*

Omnes clerici qui ad operandum validi sunt, & artificiose & literas discant.

Can. 54. *De clericis invidis.*

D. 11. Clericus invidens fratrum profectibus, donec in vicio est, non promoveatur.

Can. 55. *De clericis accusatoribus.*

Ibidem Accusatores. Ut Episcopus accusatores fratrum excommunicet. Et si emendaverint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum.

Can. 56. *De clericis adulatoribus.*

Ibidem Clericus qui. Clericus qui adulationi & proditiionibus vacare deprehenditur, ab officio degradetur.

Can. 57. De clericis maledicis.

Clericus maledicus, maximè in sacerdotibus cogatur ad postulandum veniam. Si noluerit, degradetur, nec unquam ad officium absque satisfactione revocetur.

Can. 58. De clericis frequenter litigantibus.

Clericum qui frequenter litigat, & ad causandum facilis est, ad testimonium nemo absque grandi examine recipiat.

Can. 59. De clericis discordantibus.

Discordantes clericos Episcopus vel ratione vel potestate ad concordiam trahat, inobedientes synodus per audientiam damnet.

Discor-
dantes.

Can. 60. De clericis turpiloquis.

Clericum seueritatem, & verbis turpibus ioculatorem, ab officio retrahendum.

Can. 61. De clericis jurantibus.

Clericum per creaturas jurantem, acerrime objurgandum. Si persistit in vitio, excommunicandum.

Can. 62. De clericis inter epulas cantantibus.

Clericum inter epulas cantantem, supradictæ sententiæ severitate coercendum.

Can. 63. De clericis jejunia polluentibus.

Clericum qui tempore indicti jejunii absque inevitabili necessitate jejunium tempit, minorem habendum.

22. q. 7
Cleric.

Can. 64. De his qui dominico die jejunant.

Qui dominico die studiose jejunat, non credatur Catholicus.

76. q. 7.
Sacer-

Can. 65. De pascha suo tempore celebrando.

dos.

Paschæ solemnitas uno die & tempore celebranda.

Can. 66. Quando clericus recurrere debet ad synodum.

Clericus qui Episcopi circa se distinctionem injustam

Can. 67. De seditionariis ne clerici fiant.

d. 40. Seditionarios. Seditionarios nunquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios, nec iniuriatum suarum viros.

Can. 68. Ut ex poenitentibus ordinatus clericus deponatur.

Ex poenitentibus (quaravis sit bonus clericus) non ordinetur. Si per ignorantiam Episcopi factum fuerit, deponatur à cleto, quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse poenitentem. Scierit autem scierit Episcopus, ordinaverit eum, etiam ipse ab Episcopatus sui ordinandi dumtaxat potestate privetur.

Can. 69. Ut Episcopus vidua maritum ad clerum promovens deponatur.

Simili sententiæ subjacebit Episcopus, si scierit ordinaverit clericum cum qui viduam aut repudiatam uxorem habuit, aut secundam.

Can. 70. Ut clericus hæreticorum convivia fugiat.

d. 1. 9. 3. Cleric. Clericus hæreticorum aut schismaticorum tam convivia quam sodalitates evitet æqualiter.

Can. 71. De hæreticorum cætu.

Quod hæreticorum cætus non Ecclesia, sed conciliabulum sit.

Can. 72. Quod nihil fiat cum hæreticis.

Cum hæreticis nec orandum, nec psallendum.

Can. 73. De communicantibus cum excommunicatis.

d. 1. 9. 5. Qui cõmuni- Qui communicaverit vel oraverit cum excommunicato, sive clericus, sive laicus, excommunicetur.

Can. 74. De poenitentium lege.

d. 1. 9. 7. Sacer- Ut sacerdos poenitentiam imploranti, abique personæ acceptione poenitentiam leges imponat.

Can. 75. De negligentioribus poenitentibus.

Ut negligentiores poenitentes tardius reconcilietur.

Can. 76. De poscentibus poenitentiam si postea obmutescant.

Hic qui poenitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum sacerdos invitatus venit, oppellus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesico versus fuerit, detur testimonium qui eum audierunt, & accipiat poenitentiam. Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori ejus Eucharistia. Si supervixerit, admonetur à supradictis rebus petito suæ satisfactum, & subdatur statutis poenitentiae legibus, quândiu sacerdos qui poenitentiam dederit probaverit.

Can. 77. De poenitentibus infirmis.

26. q. 6.

Poenitentes qui in infirmitate sunt, viaticum accipiant.

Is qui.

Can. 78. De eisdem si post viaticum si pervivant.

Poenitentes qui in infirmitate viaticum Eucharistiae acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione si super vixerint.

Can. 79. De poenitentibus si casu aliquo moriantur.

Poenitentes qui attentè leges poenitentiae exequuntur, si casu in itinere vel in mari mortui fuerint, ubi eis subveniri non possit, memoria eorum & orationibus & oblationibus commendentur.

26. q. 7. sacerdos.

Can. 80. De manu impositione super poenitentes.

Omnino tempore jejuniij, manus poenitentibus à sacerdotibus imponantur.

Ibidem.

Can. 81. Ut poenitentes mortuos sepeliant.

Mortuos poenitentes Ecclesiae afferant & sepeliant.

Can. 82. Ut poenitentes genua flectant.

Poenitentes etiam diebus remissionis genua flectant.

Can. 83. De senibus honorandis.

Fauperes & senes Ecclesiae plus ceteris honorandi sunt.

Can. 84. *Vsq̄ue ad missam cathecumenorum nullus
Ecclesiam ingredi prohibeatur.*

Ut Episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam, & audire verbum Dei, sive gentilem, sive hæreticum, huc Judæum, ulque ad missam cathecumenorum,

Can. 85. *De baptizandis.*

Baptizandi nomen suam dent & diu sub abstinentiæ vini & carniū, ac manus impositione crebra examinatione baptismum percipiant.

Can. 86. *Ut nuper baptizati caste vivant.*

Neophyti aliquandiu à lautioribus epulis & spectaculis vel conjugibus abstinant.

Can. 87. *De Catholicis qui apud infideles causam
proponunt.*

Catholicus qui causam suam, justam sive injustam ad prædium alterius fidei judicis provocat, excommunicetur.

Can. 88. *De his qui missam prætermittunt.*

Qui die solemnī, prætermisso solemnī Ecclesiæ conventu, ad spectacula vadit, excommunicetur.

Can. 89. *De his qui Judæicis superstitionibus
serviunt.*

Auguriis vel incantationibus ferventem, à conventu Ecclesiæ separandum. Similiter & superstitionibus Judæicis vel feris intractentem.

Can. 90. *De energumenis.*

Omni die exorcistæ energumensis manus imponant.

Can. 91. *De eisdem.*

Pavimenta domorum Dei energumeni vertant.

Can. 92. *De victu energumenorum.*

Energumensis in domo Dei assidentibus, victus quotidianus per exorcistas opportuno tempore ministratur.

Can. 93. De oblationibus discordantium.

Oblationes dissidentium fratrum neque in sacratio neque in gazophylacio recipiantur.

**Can. 94. De oblationibus opprimentium
pauperes.**

Forum qui pauperes opprimunt, dona à sacerdotibus refutanda.

**Can. 95. De his qui oblationes defunctorum
defraudant.**

Qui oblationes defunctorum aut negant Ecclesiis, aut eum difficultate reddunt, tanquam egentium recatores excommunicentur.

Can. 96. De accusat. re & accusato.

Quæritur in iudicio cujus sit conversationis & fidelis qui accusat, & is qui accusatur.

**Can. 97. De eo qui religiosis feminis
prædicatur.**

Qui religiosis feminis præponendus est, ab Episcopo loci probetur.

**Can. 98. Ut laicus presentibus clericis non
 doceat.**

Laicus presentibus clericis, nisi ipsis rogantibus docere non audeat.

**Can. 99. Ut mulieres publicè non
 doceant.**

Mulier quavis docta & sancta, viros in conventu docere non præsumat.

Annotatio.

Intellige, sacerdotibus aut clericis presentibus, ut patet canone præcedenti, vel extra casum necessitatis.

Can. 100. Ut mulieres non baptizent.

Mulier baptizare non præsumat.

Can. 101. De viduis infirmis.

Viduarum adolescentes que corpore debiles sunt, sumptibus Ecclesie cujus viduarum sunt, sustententur.

Can. 102. Ne clerici viduarum familiaritati associentur.

d. 91. Ad reorum Episcopi pertinet, vel presbyteri qui parochie
Adre- præcell. si sustentandæ viduæ præteritis causâ adolescentiores
cum. viduæ vel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subji-
 ciantur.

Can. 103. De viduis qua Ecclesia stipendiis sustentantur.

Ibid. Viduæ quæ stipendio Ecclesiæ sustentantur, tam assidue in
Vidua. Dei opere esse debent, ut meritis & orationibus suis Eccle-
 siam adjuvent.

Can. 104. De viduis professis continentiam prevaricantibus.

Sicut bonum est castitatis præmium, ita & majori obser-
 vantia & præceptione custodiendum est: ut si quæ viduæ
 quantumlibet adhuc in minoribus annis posuæ, & mariti re-
 tate à viro relicte se deberent Domino, & veste laicali ab-
 jectâ, sub testimonio Episcopi & Ecclesiæ religiosa habitu
 apparuerint, postea verò ad nuptias sæculares transierint, se-
 cundum Apostolum damnationem habebunt, quoniam silent
 castitatis quam Domino reverunt, irritam facere voluerunt.
 Tales ergo personæ sine Christianorum communione ma-
 neant, quæ etiam nec in convivio cum Christianis commu-
 nicent. Nam si adulteræ conjuges reatu suo sunt viris suis
 obnoxie, quanto magis viduæ quæ religiositatem manve-
 runt, crimine adulterij notabuntur, si devotionem, quam
 Deo sponte, non coactè obtulerunt, libidinosa coru-
 ptione voluptate, atque ad secundas nuptias transitum se-
 cerint? Quæ & si violentia irritante ab aliquo parte
 fuerint, ac postea delectatione carnis atque libidinis perma-
 nere in conjugio rapti vel violento viro consentierint, dam-
 nationi superius comprehensæ tenebuntur obnoxie. De talibus
 ait Apostolus: Cum luxuriosæ fuerint nubere voluerint,
 habentes damnationem, qua primam fidem irritam fecerunt.
 Aurelius Episcopus Carthagin. Ecclesiæ subscriptus Do-
 natus Talabriceus præteritis viduæ subscriptus Augustinus
 Hippone Region. subscriptus. Similiter omnes Episcopi sub-
 scripserunt.

Finit Concilium Carthaginen.

Provinciale concilium, confirmatum tamen in 6. synodi generali in Trullo celebrata, ubi recepta sunt universa concilia Carthagine habita.

CONCILIUM TAURINAT. PROVINCIALE
celebratum tempore Siricij Papæ & beati Ambrosij Episcopi Mediolan. Nihil habet annotatione dignum, totum consumitur in compositione causarum quarundam civilium quæ inter Episcopos quosdam & ceteros presbyteros tractabantur.

Decreta Anastasij Papæ.

Anastasius Papa natione Romanus, sedit annos 3. dies decem, Papa 39. sub Petro.

Sub Anastasio flo. vernat apud Orientem Gregorius Nazianzenus, & Basilus.

Erat Epistola decretalis ejus ad Episcopos Germaniæ & Burgundiæ, in qua constituit ut dum sancta Evangelia in Ecclesia recitantur, sacerdotes, & ceteri omnes præsentibus non sedentes, sed venerabiliter curvi in conspectu sancti Evangelij stantes dominica verba attentè audiant, & fideliter adorent.

*d. d. 404.
Anastasia
suis pp.
39. sub
hoc pro
per scri
pta Ori
geni in
Alexā
dria ce
lebrata
est synod
dus.*

Secundò significat eisdem ne Manichæos quos in urbe Roma in veni recipiant, neque cum eis aliquam participationem habeant præquam ad rectam convertantur fidem, quorum ille aliquos Romæ convertit. Quos autem ad fidem trahere non vult, secundum Christianorum principum constituta ne sanctum gregem suæ contagione polluerent, per publicos iudices perpetuo exilio relegavit.

CONCILIUM CARTHAGIN.

quintum celebratum, Era. 438. præsentibus 73. Episcopis.

Can. primus.

De clericis ad testimonium non jussandis. 2. q. 6. Statutum est.

Can. 2.

De clericis pro crimine suo damnatis, ut à quolibet non defendantur, 21. q. 3. Si quis cup. libet.

Can. 3.

De sacerdotibus & Levitis; ut ab uxoribus se contineant d. 24. Can. de quorumdam.

Can. 4.

De rebus Ecclesiæ, sine Concilio Metropolitanæ Episcopi non alienandis.

Can. 5. *Vi nullus Episcopus relicta cathedra principali in diœcesi resident.*

7. q. 1.
Placuit.

Placuit ut nemini sit facultas relicta principali Cathedra ad aliquam Ecclesiam in diœcesi constitutam se conferre, vel in re propria diutius quam oportet constitutum, curam vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.

Can. 6. *De his qui nullo testimonio se baptizatos noverunt.*

De cons.
d. 4. Pla.
cuit de.

Placuit de infantibus quoribus non inveniuntur certissimi testes qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, necque ipsi sunt per ætatem idonei de traditis sibi Sacramentis respondere, absque ullo scupulo eos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione privari. Hinc enim Legati Maurorum fratres nostri consuluerunt, qui multos tales à Barbaris redimunt. Similiter & de Ecclesiis, quoribus super eorum consecratione hæsitatur, agendum est, id est, ut sine ul'a trepidatione consecrentur.

Can. 7.

De tempore Paschali, & Concilij.

Can. 8.

7. q. 1.
Consti-
tutum est.

De intercessoribus ne Cachetram morientis Episcopi diuturneant, sed intra annum sacerdotem provideant.

Can. 9. De defensore Ecclesiarum.

Ab Imperatoribus uniuersis uisum est postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestia sine iurum Imperatorum fatigatur Ecclesia, ut defensores eis aduersus potentia-
ditum cum Episcoporum provisione delegentur.

Can. 10.

Ut Episcopi ad diem Concilij occurrant. d. 18. Placuit, ut.

Can. 11.

Ut lapsis sacerdotibus manus sicut laicis non imponatur. d. 50. Confirmandum est.

Can. 12.

De clericis excommunicatis, quandiu eis asserere liceat innocentiam suam. q. 3. Rursus constitutum est.

Can. 13.

De clericis vel monachis ab alio Episcopo ordinatis. In decretis. d. 3. Si quis alterius.

Can. 14. De basilicis qua sine martyrum reliquiis deditata sunt.

Item placuit ut altaria quae passim per agros aut uias tanquam memoriae martyrum construuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiae martyrum conditae probantur, ab Episcopis qui eisdem locis praesunt (si fieri potest) euerantur. Si autem hoc propter tumultus populares non sinunt, plebes tamen admonerentur, ne illa loca frequentent, ut qui recte sapient, nulla ibi superstitione delectati, teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum qui probabiliter acceptatur, nisi aut ibi corpus, aut aliqua certa reliquiae sint, aut ubi origo alicuius habitationis vel possessionis vel possessionis fidelissima origine traditur. Nam quae per somnia & per uanes quasi reuelationes quorumlibet hominum ubique constituantur altaria, omnino reprobentur.

Can. 15. De idololatriis destruendis.

Item placuit ab Imperatoribus gloriosissimis peti

110 *Summa Carthagin. Concilij V.*

ut reliquæ non solum in sinu achris, sed in quibuscunque locis vel lætis vel arboribus omnimodo deleantur.

Aurelius Episcopus Ecclesiæ Carthaginensis supra comprehensis in nostro concilio statutis subscripsi. Similiter 71. Episcopi subscripserunt.

Finit Concilium Carthaginen. V.

CONCILIUM TOLETANUM PRIMUM

19. Episcoporum Patrono Episcopo presidente.
Est provinciale, sed confirmatum auctoritate Leonis Papæ.

Considentibus presbyteris, astantibus diaconis, & ceteris qui intererat concilio congregato. Patronus Episcopus dixit. Quoniam singuli cepimus in Ecclesiis nostris tacere diversa, & inde tanta scandala sunt quæ usque ad schisma perveniunt, si placet communi concilio decernamus quid ab omnibus Episcopis in ordinandis clericis sit sequendum. Mihi autem placet constituta primitus Nicæni concilij perpetuo esse servanda, nec ab his esse recedendum. Univerſi Episcopi dixerunt: Hoc nobis placet, ut si quis cognatis gestis Nicæni concilij, aliud quam statutum est, facere præsumpserit, & non in eo perseverandum putaverit, hic excommunicatus habeatur, nisi per correctionem fratrum emendaverit errorem.

Can. primus.

De presbyteris & diaconis, si post ordinationem filios genuerint, ad altiorem gradum non ascendant.

Can. 2. *Vi penitens si necessitas cogat, lector aut estiarus fiat.*

Item placuit ut penitentes non admittantur ad clerum nisi tantum si necessitas exegerit, & tunc inter ostiarios deputentur, vel inter lectores, ita ut Evangelia aut Epistolam non legant. Si quis autem ante ordinati sunt diaconi, inter subdiaconos habeantur, ita ut manum non imponant, nec sacra contingant. Eum vero penitentem dicimus qui post baptismum, aut pro homicidio, aut pro diversis criminibus, gravissimisque peccatis, publicam penitentiam gerens, sub illicio divino fuerit conciliatus altario.

Can. 3. *De his qui vianas acceperint, ne diaconi fiant.*

Item constituit sancta synodus, ut lector fidelis si viduam alterius uxorem acceperit, amplius nihil sit, sed semper lector habeatur, aut forte subdiaconus.

Can. 4. *Ve subdiaconus si defuncta uxore aliam duxerit, ostiarius fiat.*

Subdiaconus autem defuncta uxore, si uxorem aliam duxerit, ab officio in quo ordinatus fuerat removeatur, & habeatur inter ostiarios vel lectores, ita ut Evangelium & Epistolam non legat, propterea ne qui Ecclesie seruiunt publicis officiis seruire videantur. Qui vero tertiam (quod nec dicendum est) acceperit, abstinens biennio, postea inter laicos reconciliatus per penitentiam, communicet.

Can. 5. *De clericis ad Ecclesiam non venientibus.*

Presbyter vel diaconus, vel subdiaconus, vel quilibet Ecclesie deputatus clericus, si intra civitatem fuerit, vel in loco in quo Ecclesia est, aut castella, aut vici sunt, aut villa, si ad Ecclesiam aut ad sacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur, si castigatus per satisfactionem veniam ad Episcopo obtulit pronecti.

Can. 6. *Ne religiosa puella virorum familiaritatem habeat.*

Itemque puella Dei nec familiaritatem habeat cum confessore, aut cum quolibet laico sanguinis alieni, aut convivium sola adeat, nisi ubi sit seniorum honestorum, aut viduarum honestarum frequentia, ubi honeste confessor quilibet cum plurimorum testimonio testium convivio interesse possit. Cum lectoribus autem in ipsorum domibus non admittendas penitus, nec videndas nisi forte consanguinea soror sit, vel uterina.

Can. 7. *De clerico cuius uxor peccaverit.*

Placuit ut si quorumque clericorum uxores peccaverint ne forte licentiam peccandi plus habeant accipiant maritarum hanc potestatem (præter necem) custodiendi ligandi in

domo sua, ad jejunia salutaria, non mortifera eas cogentes: ita ut invicem sibi clerici pauperes auxilium ferant, si servitia forte non habeant. Cum uxoribus autem ipsis quæ peccaverint, nec cibos sumant, nisi forte ad timorem Dei acta poenitentia revertantur.

Can. 8. De his qui post baptismum militaverint.

21. Si quis post.

Si quis post baptismum militaverit, & chlamydem sumserit aut cingulum ad necandos fideles, etiam si gravia non admisit, si ac clericum admissus fuerit, diaconi non accipiat dignitatem.

Can. 9. De professa vel viduis absente sacerdote.

Nulla professa vel vidua absente Episcopo vel presbytero in domo sua antiphonas cum confessore vel seruo suo faciat. Lucernarium vero nisi in Ecclesia non legatur, aut si legatur in villa, presente Episcopo, vel presbytero, vel diacono legatur.

Animatio.

Lucernarium antiquis dicebatur pars prima Vespertini officij, qui nunc vespere dicitur. Lucernarium autem dicitur à lucernis accensis, nam vespertinum officium eo tempore antiquitus fieri consuevit, ut esset divini officij finis & diei. Quia igitur post Lucernarium statim scripturæ interpretatio subiungi solita sit id, & munus Episcopos in primis, atque presbytero, vel iis deficientibus, diacono incumbat, merito à patribus cautum est, non nisi aliquo eorum presente Lucernarium fieri oportere.

Can. 10. Ne clericus fiat sine consensu domini aut patroni.

Clericos, si quidem obligati sint, vel pro æquatione, vel de genere alicujus domus, non ordinandos nisi probari factum & patroni consensus accesserit.

Can. 11. De potentibus qui pauperem expollant.

24. Si quis.

Si quis de potentibus clericum aut quemlibet pauperem, aut religiosum expoliaverit, & mandaverit eum ad se venire Episcopus, ut audiatur, & his contempserit, invicem mox scripta perecurrant per omnes provincie Episcopos, & quoscunque adire poterint, ut excommunicatus habeatur ipse, donec obediat, & reddat aliena.

Can. 12. *Ne clericus ad Episcopo recedat.*

Item et liberum nulli clerico sit discedere de Episcopo suo, & alteri Episcopo communicare, nisi forte ei quem Episcopus alius libenter habeat de hæreticorum schismate discedentem, & ad fidem Catholicam revertentem. Si qui autem de Catholicis discesserint, & in communione eorum vel palam vel occulte cum eis qui vel excommunicati sunt, vel per sententiam jam notati fuerint inventi, habeant illorum ad quos ite voluerint, etiam in damnatione consortium.

Can. 13. *De his qui Ecclesiam intrant.*

De his qui intrant in Ecclesiam, & apprehenduntur non quam communicare, admonentur. Quod si non communi- *De cons. d. 2. Hi* cant, ad penitentiam accedant. Si communicant, non tempus *qui in-* abstineantur. Si non fecerint, abstineantur. *trant.*

Can. 14. *De non accipientibus Eucharistiam.*

Si quis autem acceptam à sacerdote Eucharistiam non sumpsit, velut sacrilegus propellatur.

Can. 15. *De excommunicatis à sacerdote.*

Si quis laicus abstinetur, ad hunc vel ad domum ejus, vel clericorum vel religiosorum nullos accedat. Similiter & clericos si abstinetur, à clericis devitetur. Si quis cum illo colloqui aut convivari fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur. Sed hoc pertineat ad eos clericos qui ejus sunt Episcopi, & ad omnes qui commotum fuerint de eo qui abstinetur, sive laico quolibet, sive clerico.

Can. 16. *De penitentia devota, si adultera fuerit.*

Devotam peccantem non recipiendam in Ecclesiam nisi *27. q. 1.* peccate desierit: & si d. sineg egerit apertam penitentiam decem annis, recipiat communionem. Priusquam autem in Ecclesiam admittatur ad orationem, ad nullius convivium Christianæ mulieris accedat. Quod si admissa fuerit, etiam hæc que eam receperit, habeatur absenta. Corruptorem etiam per poena constingat. Quæ autem matrem acceperit, non admittatur ad penitentiam, nisi adhuc ipso vivente matrico caste vivere ceperit, aut postquam ipse decesserit.

Can. 17. De uxorato concubinam habente.

ad 34. Si
 94. Si
 Si quis habens uxorem fidelis concubinam habeat, non communicet. Ceterum is qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, à communione non repellatur: autem ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubine, ut ei placebit, sic conjugatione contentus. Alias vero vivens abiciatur, donec desinat, & ad poenitentiam revertatur.

Annotatio.

Per concubinam hic intellige uxorem sine dote, & extra solemnitatem interventus consensus mutui perpetuo contrahendi ductam. Hoc modo Gen. 25. Agar & Cetura dicuntur concubine Abraham, quæ tamen veræ uxores fuerunt, ut patet Gen. 16.

Can. 18. De vidua Episcopi, si maritum acceperit.

Si qua vidua Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi maritum acceperit: nullus clericus, nulla religiosa cum ea convivium sumat, nunquam communicet, morticini tantum ei sacramentum subveniat.

Can. 19. Si filia sacerdotis religiosa peccaverit.

Episcopi, sive presbyteri, sive diaconi filia, si devota fuerit & peccaverit, & maritum duxerit, si eam prater vel mater in affectum receperint, à communione habeantur alieni, prater vero causas in concilio noverit se præstaturum. Mulier autem non admittatur ad communionem: nisi marito defuncto egerit poenitentiam. Si vivente eo secesserit & poenituerit, nullo modo nisi vitæ deficiens accipiat communionem.

Can. 20. Ut nullus prater Episcopum chrisma conficiat.

Quamvis pene ubique custodiat, ut absque Episcopo chrisma non conficiat, tamen quia in aliquibus locis vel provinciis presbyteri dicuntur chrisma conficere, placuit ea hac die nullum aliato nisi Episcopum chrisma conficere, & per diocesim destituere, ita ut de singulis Ecclesiis ad Episcopum ante diem Paschæ diaconi destinentur, aut sublati

copi, ut contest in chrisma ab Episcopo destinatum ad diem Pascha possint ad tempus deferre. Episcopo sane certum est quod omni tempore licet chrisma conficere, sine conscientia autem Episcopi nihil penitus presbyteri agere præsumant. Statutum vero est diaconum non chrismatæ, sed presbyterum absente Episcopo, præsentem vero non, nisi ab ipso fuerit præceptum. Huiusmodi constitutionem memorabit semper Archidiaconus vel præsentibus vel absentibus Episcopis suggerendam, ut eam & Episcopi custodiant, & presbyteri non relinquant.

Annotatio.

Hæc ultima verba canonis intelligenda sunt, non de Sacramenti Unctione Chrismatæ in fronte, sed de Unctione matrimoniali, quæ in solemnibus baptisimo in vertice baptizandi adhibetur.

Cap. 22. De regulis fidei catholica.

Regule fidei contra omnes hæreses, maxime contra Priscillianistas: quas Episcopi Tarraconenses, Carthagenenses, Lusitani & Bethici fecerunt, & ex præcepto Papæ Leonis ad Balconium Episcopum Gallicie trans miserunt. Ipsi etiam superscripta viginti canonum capitula statuerunt in concilio Toletano.

Affectio fidei ejusdem concilii contra Priscillianistas.

Credimus in unum verum Deum Patrem omnipotentem & Filium & Spiritum Sanctum, visibilia & invisibilia factorem, per quem omnia facta sunt in celo & in terra, unum Deum & unam esse divinæ substantiæ Trinitatem. Patrem autem non esse filium ipsum, sed habere filium qui pater non sit. Filium non esse patrem, sed filium Dei de patris esse natura. Spiritum quoque esse paraclitum qui nec pater sit ipse, nec filius, sed à patre filioque procedens. Est ergo ingenuus pater, genitus filius, non genitus paraclitus, sed à patre filioque procedens. Pater est, cujus vox hæc audita est de coelis: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, ipsum audire. Filius est, qui ait: Ego à patre exivi, & à Deo veni in hanc mundum, Paraclitus est spiritus de quo filius ait: Nisi ego abiero ad patrem, pa-

Matth. 1.
Luc. 3.
Joan. 16.

raeleros non veniet. Hanc Trinitatem personis distinctam
 substantia unitatem, virtute & potestate & maiestate indivi-
 sibilem, indifferentem. Præter hanc nullam credimus divisoam
 esse naturam vel Angelis, vel spiritibus, vel virtutis alicujus quæ
 Deus credatur. Hunc ergo filium Dei, Deum natum à Pa-
 tre ante omne principium sanctificasse uterum Virginis Ma-
 riæ, atque ex eo verum hominem sine viri generatorem se-
 mone suscepisse, duabus dumtaxat naturis, id est, deitatis
 & carnis in unam convenientibus omnino personam id est,
 Donnum nostrum Jesum Christum. Nec imaginatum cor-
 pus, aut phantasmatis alicujus in eo fuisse, sed solidam at-
 que verum. Hunc & esurisse, & doluisse & flevisse & om-
 nes corporis injurias pertulisse. Postremo à Judæis crucifi-
 xum & sepultum, & tertia die resurrexisse. Conversatum
 postmodum cum discipulis suis, & quadragesima post re-
 surrectionem die ad cælum ascendisse. Hunc filium homi-
 nis etiam filium Dei & hominis filium appellamus. Resurre-
 ctionem vero futuram humanæ credimus carnis, animam ho-
 minis non divinæ esse substantiæ, aut Dei patris, sed
 creaturam dicimus Dei voluntate creatam. Si quis autem di-
 xerit aut crediderit à Deo omnipotentè, mundum hunc fa-
 ctum non fuisse, atque omnia ejus instrumenta, anathema
 sit. Si quis dixerit atque crediderit filium eundem esse pa-
 trem, vel paracletum, anathema sit. Si quis dixerit vel cre-
 diderit carnem tantum sine anima à filio Dei fuisse suscep-
 tam, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit Christum
 innascibilem esse, anathema sit. Si quis dixerit vel credide-
 rit deitatem nascibilem, anathema sit. Si quis dixerit vel cre-
 diderit deitatem Christi convertibilem fuisse vel passibi-
 lem, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit alterum
 Deum esse præter Legis, alterum Evangeliorum, anathema
 sit. Si quis dixerit vel crediderit ab altero Deo mundum
 factum fuisse, & non ab eo, de quo scriptum est, In princi-
 pio fecit Deus cælum & terram anathema sit. Si quis dixerit
 vel crediderit corpora humana non resurgere post mortem,
 anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit animam humanam
 Dei portionem, vel Dei esse substantiam anathema sit. Si quis
 dixerit vel crediderit alias scripturas præter quas Ecclesia Ca-
 tholica recipit, in authoritate habendas vel esse venerandas,
 anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit deitatis & carnis
 unam in Christo esse naturam, anathema sit. Si quis dixerit vel
 crediderit

crediderit esse aliquid quod se ex tra divinam Trinitatem possit ex tendere, anathema sit. Si quis Astrologiæ vel Mathematicæ existimat esse credendum, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit conjugia hominum quæ secundum legem divinam licet habere, execrabilia esse, anathema sit. Si quis dixerit vel crediderit carnes avium seu pecudum quæ ad escam dantur sunt, non tantum pro castigatione hominum abstinentias, sed execrandas esse, anathema sit. Si quis in errore Priscilliani sectam sequitur vel profiteretur, ut aliud in salubri baptismo contra sedem sancti Petri faciat, anathema sit.

Explicit regula fidei Catholice adversus Priscillianistas. Patronus Episcopus subscripsi. Marcellus Episcopus subscripsi. Afrodissus Episcopus subscripsi. Subscripserunt & alij Episcopi qui interfuerunt Concilio.

Decreta Innocentij Papa.

Innocentius primus Papa natione Albanensis, sedit annis 15. mensibus 1. Hic constituit ut qui natus fuerit de Christiana, denuo nasci debeat per baptismum, quod Pelagius damnavit. Eo tempore florebat Hieronymus presbyter in Bethleem. Pelagium & Cælestium invenit, quos tanquam hæreticos damnavit.

Exat Epistola ejus decretalis ad Decentium Episcopum in qua paucis admonet antiquas Patrum traditiones servandas, nec novitates aliquas inducendas in sua Ecclesia, nec alterius Eccles. quam Rom. in consecrandis mysteriis, vel in cæteris agendis consuetudinem esse servandam.

Can. 1. De pacis osculo dando post confecta mysteria.

Pacis osculum dandum est post confecta mysteria, ut confecti populum ad omnia quæ in mysteriis aguntur atque in Ecclesia celebrantur præbuisse consensum, ac finita esse pacis conclusendæ signacula demonstrantur.

Can. 2. De non recitandis nominibus ante precem sacerdotis.

De nominibus vero recitandis antequam preces sacerdos faciat, atque eorum oblationes quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendet, quam superfluum sit, & ipse per suam prudentiam recognoscis, ut ejus hostiam nec dum Deo offeras, ejus ante nomina insinges, quamvis illi igitur

a. d. 400.

Innocentius Pon.

43. Sub hoc capit hæreses

Deu coram habere asserens.

Et Prædestinatorum

Cataphygarum & Pelagij.

Et Romæ à Got-

his ca-

pta est De consi-

d. 1. pacem

incognitum sit nihil. Prius ergo oblationes sunt comedenda, ac tunc eorum nomina, quorum sunt oblationes, edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur, non inter alia que ante præmittimus, ut ipsis mysteriis viam futuris precibus aperiamus.

Can. 3. Ut infantes baptizati à solo Episcopo consignentur.

De consignandis vero infantibus manifestum est non ab alio quam ab Episcopo fieri licere. Nam presbyteri licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habeant. Hæc autem pontificibus solis deberi ut vel consignent, vel Paracletum Spiritum tradant non solum consuetudo Ecclesiastica demonstrat, verum & illa lectio Actuum Apostolorum, quæ asserit Petrum & Ioan. esse directos, qui iam baptizatis traderent Spiritum Sanctum. Nam presbyteri seu extra Episcopum, seu præseate Episcopo, cum baptizant in chrismate baptizatos unguere licet: sed quid ab Episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur Episcopis cum tradant Spiritum sanctum Paracletum. Verba vero dicere non possum, ne magis prodere videar, quam ad consultationem respondere.

Can. 4. De jejunio sabbathi.

D. cons. d. 4. Presbyteris. Quo ritu omni sabbatho jejunetur, qui feria sexta & sabbathum ambo dies tristitiam Apostolis vel his qui Christum secuti sunt, indixerunt qui die dominico exhiberati, non solum ipsam festivissimum esse voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum esse dixerunt.

Can. 5.

De fermento, id est, sacramento quod civitatis tantum presbyteris dicitur.

Can. 6.

De energumens baptizatis, ut eis à presbytero vel exetis clericis absente Episcopo manus imponatur.

Can. 7. De penitentibus.

De penitentibus vero qui siue ex grauioribus commis- *De conf.*
 sis, siue ex leuioribus penitentiam gerunt, si nulla inter- *d. 3. de*
 veniat ægrotudo, qua feris, ante Pascha eis remittendum *peni-*
 Rom. Eccles. consuetudo demonstrat. Cæterum de pondere *centi-*
 æstimando delictorum sacerdotis est iudicare, ut attendat *bus.*
 ad confessionem penitentis, & ad sletus atque lachrymas *Jacob. 5.*
 torquentis, ac tum jubere dimitti, cum viderit congruam
 satisfactionem. Sane si quis in ægrotudinem inciderit, at-
 que usque ad desperationem devenierit, ei est ante tempus
 Paschæ relaxandum, ne de sæculo absque communione de-
 cedat.

Can. 8. Quod orandum sit pro infirmis.

Sane quoniam de hoc, sicuti de cæteris consulere voluit
 dilectio tua, adiecit etiam filius meus Cælestinus diaconus
 in Epistola sua esse à tua dilectione positum illud quod in
 beati Apost. Iacobi Epistola conscriptum est: Infirmatur
 quis in vobis? Inducat presbyteros, & orent super eum,
 ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei sal-
 vabit infirmum, & suscitabit illum Dominus; & si in pec-
 catis fuerit, remittentur ei. Quod non est dubium de fide-
 libus ægrotantibus accipi vel intelligi debere, qui sancto
 oleo chrismatis perungi possunt, quo ab Episcopo confe-
 cto non solum sacerdotibus sed omnibus uti Christianis, li-
 cet, in sua aut suorum in necessitate inuogendo. Cæterum *dist. 95.*
 illud superfluum videmus adjectum, ut de Episcopo am- *Illud*
 bigatur, quod presbyteris licere non dubium est. Nam *super-*
 idcirco de presbyteris dictum est, quia Episcopi occupa- *fluum.*
 tionibus aliis impediti ad omnes languidos ire non pos-
 sunt. Cæterum si Episcopus aut potest, aut dignum du-
 cit aliquem à se visitandum, & benedicere & tangere
 chrismate sine cunctatione potest, cujus est ipsum chris-
 ma conficere. Nam non penitentibus istud sancti non po-
 test, quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacra-
 menta negantur, quomodo unum genus putatur posse con-
 cedi? His ergo frater charissime, omnibus quæ tua dilectio
 voluit à nobis exponi, prout potuimus respondere curavi-
 mus, ut Ecclesia tua Rom. consuetudinem, à qua originem
 ducit, servare valeat atque custodire. Reliqua vero quæ
 scribi fas non erat, quam adfueris interrogati poterimus
 edicere. Est autem Domini potentia etiam id procurare,

ut tuam Ecclesiam & clericos nostros, qui sub tuo pontificio divinis famulantur officiis, bene instituas, & aliis formam tribuas, quam debeant imitari.

Extat Epistola secunda ejusdem Innocent. Papæ ad Victoricium Rhothomagensem Episcopum, in qua cum instruit de Romanæ Eccles. norma atque auctoritate, digestas vitæ & morum probabilium disciplinas annexens, per quas populum doceat quibus rebus & regulis Christianorum vita in tua cujusque professione debeat contineri, & quæ deinceps instituta divini judicii omnem Catholicum Episcopum expedit custodire. Parva est in 13. capita quæ in Epist. 4. Sixcij Papæ superius descripta sunt.

Sequitur ejusdem Epist. 3. ad Exuperium Tholosanum Episcopum.

Innocentius Exuperio Episc. Tholosano salutem. Confidenter tibi frater charissime, quid de proposita specie unquam sentirem, pro capta intelligentiæ mæ quæ suat visa respondere, quid sequendum vel quid vitandum docilis ratio persuaderet, vel auctoritas lectionis ostenderet, vel custodita series temporum demonstraret. Et quidem dilectio tua institutum sequora prudentium ad sedem Apostol. referre maluit, quid de rebus dubiis custodire deberet potius, quam usurpatione præsumpta quæ sibi viderentur de singulis obtinere. Cur enim magis pudendum puterous discere aliquid quam omnino nescire? Mihi quoque ipsi de collatione docuit accedere, dum perferutatis rationibus ad proposita respondere compellor, eoque fit ut semper aliquid addiscat, qui postularat ut doceat. Proponam igitur singula, subjiciamque responsum.

Can. 1. De incontinentia sacerdotum vel levitarum.

Dist. 23.
Propo-
suisi.
Luc. 1.
Par. 24.

Proposuisi quid de his observari debeat quos in diaconij ministerio, aut in officio presbyterij positos incontinentes esse aut fuisse generati filij prodiderunt. De his & divinarum legum manifesta est disciplina, & beatæ recordationis viti Sixcij Episcop. monita evidentia commearunt, ut incontinentes in officiis talibus positi, omni Ecclesiastico honore privarentur, nec admittantur ad tale ministerium quod sola continentia oportet impleri. Est enim vetus admodum sacre legis auctoritas jam inde ab initio custodita, quod in templo anno vicis suæ habitare præceptum sunt sacerdotes,

ut servientes sacris oblationibus, puri & ab omni labe mac- *Levi III.*
 daci sibi vindicent divina mysteria, neque eos ad sacrificia fas *Numb. 18.*
 sit admitti qui exercent vel cum uxore carnale consortium,
 quia scriptum est: Sancti estote, quia & ego sanctus sum
 Dominus Deus vester. Quibus utique propter seculis suc-
 cessionem uxoris usus faciat relaxatus, quia ex alia tribu &
 præterquam ex semine Aaron ad sacerdotium nullas fuerat
 præceptus accedere: quanto magis hi sacerdotes vel Levi-
 tæ, pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debent, quibus
 vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec
 præterit dies qua vel à sacrificiis divinis, vel à baptismatis
 officio vacent? Nam si beatus Paulus, Apost. ad Corinth. scri- *1. Cor. 7.*
 bit dicens: Abstinete vos ad tempus, ut vacetis orationi, &
 hoc utique laicis præcepit, multo magis sacerdotes quibus &
 orandi & sacrificandi iuge officium est; semper debebant ab
 huiusmodi consortio abstinere. Quod si contemneris fuerit
 carnali concupiscentia, quo pudore vel sacrificare usorparis,
 aut qua conscientia, quove merito exaudiri se credit, cum
 dicitur sit, Omnia munda mundis, coinquasatis autem &
 infidelibus nihil mandum? Sed fortasse hoc licere credit, *Tit. 2.*
 quia scriptum est: Unius uxoris virum. Non ut permoneat
 in concupiscentia generandi, hoc dixit, sed propter conti-
 nentiam futuram. Neque enim integros corpore non admi-
 sit qui ait: Vellem omnes sic esse licui & ego. *1. Tim. 3.*

Quod & apertius declarat dicens. Quos autem in carne sunt,
 Deo placere non possunt. Vos autem jam non estis in carne
 sed in spiritu, & habentem filios, non generantem dixit; Sed *1. Cor. 7.*
 ea plane dispar & diversa sententia est. Nam si ad aliquos for- *Rom. 8.*
 ma illa Ecclesiasticæ vitæ pariter & disciplinæ quæ ab Episc. *Idem id.*
 Sincio ad provincias commineavit, non probabitur pervenisse, *concl.*
 his ignorantibus venia remittitur; ita ut de cætero penitus *Agat.*
 incipiant abstinere. Et ita gradus suos in quibus inventi fue- *c. 196*
 rint, sic retinent; ut eis non liceat ad potentiam conscendere,
 Quibus in beneficio esse debet, quod hunc ipsam locum
 quem retinent, non amittunt. Si quis autem in sciisse formam
 rivendi, missam à Sincio detegatur, neque statim cupid-
 itates libidinis abiecit, illi hoc modis omnibus submoven-
 di, quia post admonitionem cognitam præponentiam arbitri-
 tati sunt voluptatem.

Can. 2. *De his qui post baptismum omni tempore incontinentia voluptatibus sunt dediti, & in ultimis penitentiam pascunt.*

Et hoc quæsitum est quid de his observari oporteat qui post baptismum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo sine vitæ suæ Penitentiam simul & reconciliationem communionis exposcunt. De his observatio prior, durior, posterior, interveniente misericordia, inclinatio est. Nam consuetudo prior, tenuit, ut concederetur penitentia, sed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ persequutiones essent, ne communionis concessa facilitas homines de reconciliatione securos non revocaret à lapsu, negata merito communio est concessa penitentia, ne totum penitus negaretur: & duriores esse remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam Dominus nossem pacem Ecclesiis suis reddidit, jam depulso terrore communionem dari obeuntibus placuit, & propter Domini misericordiam, quasi viaticum profecturis, & ne Novariani hæreticis negantis veniam, asperitatem & duritiam subsequi videamus. Tribuitur ergo cum penitentia extrema communicatio, ut homines hujusmodi vel in supremis suis, permissitate salvatore nostro à perpetuo exitio vindicentur.

Can. 3. *De administratoribus vel iudicibus secularibus.*

Quæsitum etiam est super his qui post baptismum administraverunt, & aut tormenta sæva excrucierunt, aut etiam capitalem protulerunt sententiam. Nihil de his legibus à majoribus definitum esse. Meminerant n. à Deo potestates hæc fuisse concessis aut propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, & Dei ministrum esse datum in hujusmodi vindicem. Quomodo ergo reprehenderent factum, quod auctore Deo viderent esse concessum? De his ergo ita ut hætenus servatum est, sic habemus, ne aut disciplinam evertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. A plis autem in ratione reddenda, getta sua omnia servabuntur.

Can. 4. *Quod viri cum adulteris uxoribus non conveniant.*

Et illud desideratum est sciri, cur communicantes viri cum adulteris in uxoribus non conveniant, cum è contra

uxores in consortio adulterorum virorum manere videantur. Super hoc Christiana religio adulterum in utroque sexu pari ratione condemnat, sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem libentius uxores adulteras apud sacerdotes deferre consueverunt, & idcirco mulieribus, pro ditorum crimine communicatio denegatur. Virorum autem latente commisso non facile quisquam ex suspitionibus abstinetur. Qui utique submovebitur, si eas flagitium detegat. Cum ergo par causa sit, interdum probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit.

32 q. 81
Christiana
religio.

Can. 5. *Quod qui preces vel crimina dicunt, habeantur immunes.*

Illud etiam sciscitari voluisti, an preces dicentibus liberum concedatur, utique post baptismi regenerationem à principibus poscere mortem alicujus, vel sanguinem de reatu, quam rem principes nunquam sine causæ cognitione concedunt, sed ad iudices commissa ipsa, vel crimina semper remittunt, ut causa cognita vindicentur quæ cum quaesito fuerint delegata, aut absolutio aut damnatio pro negotij qualitate profertur. Et dum legum autoritas in improbos exercetur, erit dicentor immunis.

Can. 6. *Quod hi qui intercedente repudio divortium pertulerunt si se nuptiis aliis junxerint, adulteri esse monstrantur.*

De his etiam requisivit dilectio tua, qui interveniente repudio alij se matrimonio copularunt, quos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui vero vel uxore vivente (quamvis dissociatum videatur esse conjugium) ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri in tantum, ut etiam hæ personæ quibus tales conjuncti sunt etiam ipsæ adulterium commisisse videantur, secundum illud quod legimus in Evangelio: Qui dimiserit uxorem suam & duxerit aliam, mox hatur. Similiter & qui dimissam duxerit mox hatur. Et ideo tales etiam à communione fidelium abstinendos. De parentibus autem aut de propinquis eorum nihil tale statui potest, nisi inventores illiciti consortij fuisse delegantur.

Can. 7. *Qui libri in canone recipiantur.*

Qui vero libri recipiantur in canone sanctarum Scripturarum, brevis annexus ostendit. Hæc sunt ergo quæ delectata moneri voce voluisti. Moysi libri quinque, id est, Genesis, Exodus, Leviticus, &c. Cætera autem quæ, vel sub nomine Matthiæ sive Iacobi minoris, vel sub nomine Petri & Iohannis, quæ à quodam Legtio scripta sunt, vel sub nomine Andree, quæ à Netrocharide & Leonide philosophis, & sub nomine Thomæ, & si qua sunt alia, non solum repudianda, verum etiam noveris esse damnanda. Datum decimo Calend. Martij, Scilicet cone. 1. Antemio viris clarissimis consulibus.

Sequitur ejusdem Epistola quarta, ad Felicem.

Nucerianum Episcopum.

Innocentius Felici Episcopo Nuceriano. Mirari non possumus dilectionem tuam sequi instituta majorum, omniumque quæ possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos quasi ad caput atque ad apicem Episcopatus referre, ut consulta videlicet sedes Apostolica ex ipsis rebus dubiis certum aliquid faciendum pronunciet. Quod & nos libenter accipimus, & dilectionem tuam memorem canonem approbamus. Scripsisti ergo quod fervore fidei quo polles & amore sanctæ plebis vel reparaveris Ecclesias Dei, vel novas quasque construxeris, sed in his clericos constituas non habere: aliquos vero mutilos, aliquos bigamos esse. Ad quod studuimus prudentem virum de his noluisse consulere quæ omnibus sunt certa ratione comperta. Ergo non quasi ignorantem dicimus, sed in aliis forsitan occupatos, istud oblitos vos esse dicimus.

Can. 1. *Si quis volens partem sui corporis ampuverit, clericus esse non potest: nolens autem potest.*

Qui igitur partem cujuslibet digiti sibi ipse volens abscidit, hunc ad clerum canones non admittant. Cui vero casu aliquo contigit, dum aut operi rustico curam impendit, aut aliquid faciens, non sponte percussit, hos canones præcipiant & clericos fieri, & si in clerico fuerint reperti, non abjici. In illis a. voluntas judicata est, quæ sibi ausa fuerit

ferrum injicere, quod scilicet & alij id facere dubitari non possit, in istis vero casibus veniam meruit.

Can. 2. *Quod bigami ad clerum admitti non possunt.*

De bigamis autem nec consuli debuit, quod manifesta le- 1. Tim. 3.
tio sit Apostoli, unius uxoris virum ad sacerdotium sive ad *Tit. 1.*
clericatum admitti debere, & hanc ipsam tamen si virginem
accepit. Nam ea quæ habuerit ante virum, licet defunctus sit,
tamen si clerico postea fuerit copulata, clericus qui eam ac-
cepit, esse non poterit, quia in lege cautum est. Non *Levit. 20*
duam, non abjectam habere posse conjugem sacerdotem.

Can. 3. *Qui de laicis ad clerum non debeant promoveri.*

De laicis vero religio tua consulit, quos canones ordina. d. 31. de
re prohibeant. Certum est quidem hos regulas Ecclesiasticas *signata*
continere, sed non ita definitum est, ut de omnibus sit laicis *sunt*
constitutum. Neque enim clerici nasci, & non fieri possunt,
sed designata sunt genera de quibus ad clericatum perveni-
re non possunt: id est, si quis fidelis militaverit, si quis fidelis
causas egerit, hoc est postulaverit: si quis fidelis administra-
verit. De ceteris autem manifesta ratio est, quoniam & si
inveniantur hujusmodi viri, qui debeant clerici fieri, tamen
quoniam sæpius ad curiam repetantur, cavendum ab his est
propter tribulationem quæ sæpe de his Ecclesiæ provenit.

Can. 4. *Qui de laicis possunt clerici fieri. Hic aperte concubina prohibetur.*

Laici vero qui habentes uxores baptizati sunt ac sic se in- d. 33.
stituerunt, ut opinio eorum in nullo vacillet, ut aut clericis *Laici*
juncti sint, aut monasteriis ex quo baptizati sunt hæserint &
si non concubinam, non pellicem noverint, si in bonis operi-
bus vigilaverint non prohibentur hujusmodi ad clericatus
sortem assumi.

Can. 5. *De temporibus in clero immorandis.*

Ita sane ut in eis tempora à majoribus constituta serven-
tur. Nec cito qualibet lector, cito acolytus, cito diaco-
nus cito sacerdos fiat, quia in minoribus officiis si diu per-
darent, & vita eorum pariter & obsequia comprobantur, ut
ad sacerdotium post hæc entatis stipendiorum meritis ve-

vesiant, nec præsumant quod vita probata mereretur accipere. Quoniam ergo certa definitione monstratum est qui debeant admitti, quive reprobari, ex his omnibus quos vides dignatio tua non posse reprobari, eligere debebis quos clericos facias. Si enim nullam gratiam hominibus aut beneficium præstare velimas, tales invenire possumus, de quorum assumptione nec incurrere scandalum, nec erubescere valeamus.

Sequitur ejusdem Epistola 24. ad synodum in Toletana civitate constitutam.

Can. 1. De Hispanorum reprehensione, qui inordinato constituunt clericos.

Innocentius universis Episcopis in Toletana synodo constitutis, dulcissimis scæribus in Domino salutem. Sæpe me & nimium cura teneret cum sollicitum super dissensionis schismate Ecclesiarum, quod malum per Hispanias, latius in dies separationis gradu incedere, fama proloquitur, necessarium tempus emerit quo non possit emendatio tanta differri, & deberet congrua medicina provideri. Nam de ordinationibus, quæ prævæ consuetudinis vitio Hispanienses Episcopos celebrare cognoscimus, fuerat aliquid secundum majorum traditionem statuendum, nisi perpenderemus, ne perturbaciones quamplurimas Ecclesiis moveremus. Quorum factum ita reprehendimus ut propter numerum corrigendorum ea quæ quoquo modo facta sunt, non in dubium vocemus, sed Dei potius dimittamus iudicio.

Can. 2. Ne caufidici, vel curiales, vel seculari malicia dediti ad clerum non admittantur.

D. 57. *Aliquos*
205 ex. Quantos enim ex eis qui post acceptam baptismi gratiam in forensi exercitatione versati sunt, & obtinendi peritiam susceperunt, accitos ad sacerdotium esse compertimus, è quorum numero Rufinus & Gregorius perhibentur; quantos ex malicia qui cum potestatibus obediunt, severa necessariò præcepta sunt executi? quantos ex curialibus, qui dum parent potestatibus, quæ sibi sunt imperata fecerunt? quantos qui voluptates & seditiones populo celebrarunt, ad honorem summi sacerdotii pervenisse, quorum omnium neminem ne ad societatem quidem ordinis clericorum oportuerat pervenisse? Quæ si singula discutienda mandemus, non modicos motus aut scandala

Hispaniensibus provinciis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducimus. Ideo remittenda potius hæc putamus. Sed ne deinceps similia committantur, dilectionis vestræ maturitas providere debet, ut tantæ usitationi saltem nunc finis necessarius imponatur, eo videlicet constituto, ut quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.

Can. 3. Ut quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.

Post hæc, si quis ad versus formas canonum, vel ad Ecclesiasticum ordinem, vel ad ipsum sacerdotium venire tentaverit, unâ cum ordinatoribus suis ipso in quo inventi fuerint, ordine & honore priventur. Et quamvis dilectioni vestræ, fratres charissimi, regulæ Nicænæ sint cognitæ, secundum quas ordines esse faciendos per sententiam decretis, tamen aliquam partem, quæ de ordinationibus provisâ, inferendam putavi, ut secundum eam ordinationes in posterum celebrandas esse sciamus, ne cui interpretandi aliter liberum arbitrium relinquantur. Ac primum quæ sunt prohibita, digerantur.

Can. 2. De commemoratione Nicani concilij in quo supradicta prohibentur.

Ne quispiam qui post baptismum militaverit ad ordinem debeat clericatus admitti, neque qui causas post acceptum baptismum egerint, aut qui post acceptam Dei gratiam administraverint, neque de curialibus aliquem ad Ecclesiasticum ordinem venire posse, qui post baptismum vel coronati fuerint, vel sacerdotium (quod dicitur) sustinuerint, & ediciones publicas celebraverint. Nam & hoc de curialibus est cavendum, ne iidem qui ex curialibus fuerint, aliquando à suis curiis, quod frequentet videmus accidere possint. Quæ omnia rationabiliter prohibita, oportet modis omnibus custodiri.

Can. 5. Quales eligendi sunt in ordine clericorum.

Quales vero eligendi sunt in ordine clericorum evidens forma declarat, id est qui ab incunte ætate baptizati fuerint & lectorum officio sociati, vel si majores sunt, cum fuerint Dei gratiam consecuti, statim se Ecclesiasticis ordinibus mancipaverint. Et si uxores habuerint, quæ eundem

*In dec:
Sirci
ad Hi-
merium.*

Levit. si uxorem virginem habuerit, quia scriptum est in veteri
 91. testamento. Uxorem virginem accipiat sacerdos. Et alibi, Sa-
 1 *Tim.* 3. sacerdotes mei semel nubant. Neque qui duas uxores habuerit
 & *Tit.* 1. quia Paulus Apostolus ait. Unius uxoris virum.

Can. 6. De eo qui ante baptismum uxorem habuit,
 & post baptismum aliam, ut clericus
 non fiat.

In epist. Nec illud debere admitti quod aliquanti pro defensione
Innoc. pravi erroris opponunt, & asserunt quod ante baptismum
ad Ruf. omnia dimittuntur, nos intelligentes huiusmodi quod sola
cap. 1. in baptismo peccata dimittuntur, non uxoribus numerus abo-
Prov. 9. leretur. Nam si à Deo, ut scriptum est, preparatur viro uxor, &
Matth. quod Deus iunxit homo non sepatet, & ipsi auctores gene-
 9. & nis humani in origine à Deo benedicuntur, quomodo inter
Marc. peccata ista creduntur posse dimitti? Quod si secundum illos
 12. qui tanta credunt, verum est, ergo omni iniustitia, quæ à ca-
 techumenis ante baptismum fuerit operata, per baptismum
 aufertur. Nullus ergo contra Apostolum tale aliquid sentiat,
 nec admittat, sed fideliter intelligat natus uxoris virum sive
 ante baptismum esse nominatum, sive post baptismum. Si
 enim uxor ante baptismum accepta non ducitur in nume-
 rum, nec filij ex eadem suscepti inter filios poterunt nomi-
 nari. Quod quam absurdum sit atque alienum prudentia vestra
 melius æstimabit. Unde neminem liceat interpretari aliter di-
 vinas scripturas, nisi quod recta ratio permittit: ne dum
 quidam remedia sibi iniqua ad excusationem præparant, ex
 eo rupisse legem, & regulas evernisse judicentur, sed ea re-
 nenda sunt quæ divinarum scripturarum series continet, & à
 sacerdotibus utili ratione sunt constituta. Bene valeatis fra-
 tres charissimi.

Extat Epistola Concilij Carthag. ad Innoc. Papam, in qua
 sequentes damnantur errores Pelagij & Cælestij.

Error 1.

*Lege in
 volum.
 concilio.*

Quod naturaliter possit implere legem qui vult, & quod
 Deus legem ad adiutorium dedit.

Error 2.

7mo.

Ad perficiendam iustitiam & Dei mandata complenda sola
 humana sufficere potest natura.

Error. 3.

1. Parvuli propter salutem quæ per salvatorem Christum datur baptizandi non sunt.

Ad hæc rescripsit Innocentius in Epist. 25. in qua gratulatur Episc. Carth. Eccl. de sollicitudine sua. Deinde damnat propositos errores, & authores eorum Pelagium & Cælestium, & quia nihil addit ad Epistolam Concilij Carth. ideo non censuimus subjiciendam hoc loco.

Epistola Conc. Milevit. ad Innoc. Pap. quæ incipit: Domino beatissimo, meritoque venerabili Papæ Innocentio, &c. in qua sequentes damnantur errores.

Primus, Potesse homo in hac vita, præceptis Dei cogitis, ad tantam perfectionem justitiæ sine adjutorio gratiæ salutis per solam liberæ voluntatis arbitrium pervenire, ut etiam non sit necessarium dicere, dimitte nobis debita nostra.

Secundus, Illud ne nos inferas in tentationem, non ita intelligendum, tanquam divinum adjutorium potere debemus ne in peccatum tentari dicamus quoniam, hoc in nostra positum est hæc potestate, & ad hoc implendum sola sufficit hominis voluntas.

Tertius, Non est orandus Deus ut contra peccati malum & ad operandum justitiam sit noster adjutor.

Quartus, Non opitulatur parvulis ad consequendam vitam æternam, Christianæ gratiæ sacramentum.

Rescripsit Innocentius Papa ad Milevitanum Concilium. Est inter Epistolas illius 6. in qua primum gratulatur de sollicitudine sua, & quod in rebus arduis consulant Eccl. Rom. deinde damnat propositos errores, & quia nihil addidit ad Conc. Milevitan., censuimus eam non esse subjiciendam hoc loco.

Hæc eadem explicatius in Concilio Milevitano definita sunt.

CONCILIIUM MILEVITANUM. SUB INNOCENTIO PRIMO PAPA, à quo confirmata sunt in eo definita.

Gloriosissimis Imperatoribus Archadio & Honorio Augustis, viris clarissimis consulibus 6. Kal. Septembris, in Civitate Milevitana, in secretario Basilicæ, cum Aurelius legatus.

Huius concilij inter-
fuit Anselmus
Ro. Eccl.
legatus.

Episcopus Ecclesie Carthaginiensis in Concilio universali confederasset, adstantibus diaconis. Aurelius Episcopus dixit: Quoniam Ecclesie sancte unum est corpus omniumque membrorum caput est unum, factum est volente Domino, ac nostram infirmitatem iuvante, ut hanc Ecclesiam conveniremus, dilectionis & fraternitatis gratia invitati. Unde quæso charitatem vestram quia ita credendum est, quod noster accessus ad vos nec superfluous, nec insuavis est cunctis, ideoque pariter quædam de causis fidei, unde nunc quæstio Pelagianorum imminet, in hoc cœtu sanctissimo primitus tractentur, deinde subsequantur & aliqua quæ disciplinæ Ecclesiasticæ necessaria existunt.

Can. 1. Contra Pelagianos qui dicunt etiam sine peccato, mori potuisse Adam.

Placuit ergo omnibus Episcopis qui fuerunt in hac sancta synodo, constituere hæc quæ in præsentis Concilio definita sunt. Ut quicumque dicit Adam primum hominem mortalem factum, ita ut sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in corpore, hoc est de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit.

Can. 2. Quod omnes in peccatorum remissione veraciter baptizentur.

De co. s. d. 4. pl. cuit. Item placuit ut quicumque parvulos recentes ab utero matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quæ non, peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati quod regenerationis lavacro expietur, unde sit consequens ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum, non vera sed falsa intelligatur anathema sit, quoniam non aliter intelligendum est quod ait Apostolus, Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt, nisi quemadmodum Ecclesia Catholica ubique diffusa sæpe intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam parvuli qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur quod generatione traxerunt.

Can. 3. *Quod gratia Dei non solum peccata dimittit, sed etiam adjuvat ne committantur.*

Item placuit ut quicumque dixerit gratiam Dei in qua *De conf.* justificamur per Iesum Christum Dominum nostrum ad lo- *d 4. P. a-* lam remissionem peccatorum valere, quæ jam commissa *enit ut.* sunt, non etiam ad adiutorium ut non committantur, anathema sit.

Can. 4. *Quod per gratiam Dei sciamus quid facere debeamus, & diligere ut faciamus.*

Item quisquis dixerit eandem gratiam Dei per Iesum *De conf.* Christum Dominum nostrum, propter hoc tantum nos *diff. 4.* adjuvare ad non peccandum, quia per ipsam nobis revela- *Quis-* tur & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid *quis di-* appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam nobis *xerit.* præstari, ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere *1. Cor 2.* diligamus atque valeamus, anathema sit. Cum enim dicat *1. Cor 2.* Apostolus Scientia inflat, charitas vero ædificat valde im- *diff. 4.* pium est ut credamus ad eam quæ inflat nos habere gra- *Quis-* tiam Christi, ad eam quæ ædificat, non habere, cum sit *quis di-* utrumque donum Dei, & scire quid facere debeamus & d- *xerit.* ligere ut faciamus: ut ædificante charitate scientia non *1. Cor 2.* possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est. Qui docet *Psal 63.* hominem scientiam, ita etiam scriptum est, Charitas ex *Ioan. 4.* Deo est.

Can. 5. *Quod gratia Dei præstet ut lex impleatur non (sicut ait Pelagius) facile, quasi sine gratia Dei difficilius possit impleri.*

Item placuit ut quicumque dixerit ideo nobis gratiam *De conf.* justificationis dari, ut quod facere per liberum jubeamur *d 5. Pla-* arbitrium, & facilius possimus implere per gratiam, tan- *cuit ut.* quam & si gratia non daretur, non quidem facile, sed ta- *1. Cor 2.* men possimus etiam sine illa implere divina mandata, an- *diff. 4.* thema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus lo- *Quis-* quebatur, ubi non ait: sine me difficilius potestis facere, *quis di-* sed ait, sine me nihil potestis facere. *xerit.* *Ioan. 15.*

Can.6. *Quod juxta sententiam Ioannis Evangeliste nemo sit qui esse possit sine peccato.*

1. Ioh. 11. Item placuit quod ait sanctus Ioannes Apostolus, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Quisquis sic accipiendum putaverit dicat propter humilitatem non oportet dici nos non habere peccatum, non quia veritas est, anathema sit. Sequitur enim Apostolus & adjungit: Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & justus qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Ubi satis apparet hoc non tantum humiliter, sed etiam veraciter dici. Poterat enim Apostolus dicere. Si dixerimus, quia non habemus peccatum, nos ipsos extollimus, & humilitas in nobis non est. Sed cum ait. Ne ipsos decipimus, & veritas in nobis non est: satis ostendit eum qui se dixerit non habere peccatum, non verum loqui, sed fallum.

Can.7. *Quod unicuique etiam iusto dicere oporteat, Dimitte nobis debita nostra.*

Matt. 6. Item placuit ut quicumque dixerit in oratione Dominica ideo dicere sanctus, Dimitte nobis debita nostra, ut non pro seipsis hoc dicant, quia non est eis jam necessaria ista petitio, sed pro aliis qui sunt in suo populo peccatores, & ideo non dicere unumquemque sanctorum Dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra, ut hoc pro aliis potius quam pro se iustus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim & justus erat Apostolus Iacobus dum dicebat: In multis enim offendimus omnes. Nam quare additum est, omnes, nisi, ut illa sententia conveniret, & Psalmo ubi legitur. Non intres in iudicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Et in oratione sapientissimi Salomonis: Non est homo qui non peccet. Et in libro Iob: in manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam. Unde etiam Daniel sanctus & justus cum in oratione pluraliter diceret: Peccavimus, iniquitatem fecimus, &c. quae ibi veraciter & humiliter confiteretur, se putaretur quemadmodum quidam sentiunt, hæc non de suis sed de populi sui potius dixisse peccatis, postea dixit: Cum orarem & confiteretur peccata mea, & peccata populi mei Domino Deo nostro, noluit dicere peccata nostra, sed populi sui dixit, & sua, quia futuros istos qui tam male intelligunt, tanquam propheta prævidit.

Can. 8. *Quod à sanctis veraciter dicitur, Dimitte nobis debita nostra.*

Item placuit ut quicumque verba ipsa dominicæ orationis, *Matth.* ubi dicimus, *Dimitte nobis debita nostra*, ista volunt à sanctis dici, ut humiliter non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus sed ipsi Domino mentientem, qui labiis sibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur debita non habere? Huc usque de fide contra Pelag. nunc regulæ tractentur Ecclesiasticæ.

Can. 9. *Quod ad communes causas Ecclesie, generale concilium congregari oporteat; in privatis vero causis speciale uniuscujusque provincie.*

Placuit ut non sit ultra fatigandis fratribus anniversaria necessitas, sed quoties exegerit causa communis id est, totius Africæ, undecumque ad hanc sedem pro concilio datæ literæ fuerint, congregandam esse synodum, in ea provincia ubi opportunitas persuaserit. Causæ autem quæ communes non sunt, in suis provinciis judicentur.

Can. 10. *Ut Epistolas ad concilium evocandum metropolitanus subscribat, & dirigat.*

Placuit etiam pati, ut omnium Episcoporum Epistolis omnibus de concilio dandis, *fas et ras tua sola* subscribat.

Can. 11. *Ut de hereticis & infidelibus quicquid in concilio constituitur, à principe impetretur.*

Placuit & illud adversus hereticos, vel paganos, vel eorum superstitiones, ut legati missi de hoc glorioso concilio, quicquid utile providerint, à gloriosissimis principibus impetrent.

Can. 12. *Ut preces & orationes compositæ, nisi probatæ fuerint in Concilio, non dicantur.*

Placuit etiam & illud, ut preces vel orationes, seu missæ quæ probatæ fuerint in concilio, sive præfationes, sive commendationes, seu manus impositiones, ab omnibus celebrentur. Nec aliz omnino dicantur in Ecclesia, nisi quæ à prudentioribus tractatæ vel comprobatæ in synodo fuerint,

ne forte aliquid contra fidem vel per ignorantiam, vel per minus studium sit compositum.

Can. 13. Ut posteriores anterioribus Episcopis non p̄sfrantur.

Valentinus Episcopus dixit: Si permittit bonam patientiæ vestræ, prosequar ea quæ necessaria sunt Ecclesiasticæ disciplinæ. Scimus enim sic inviolatè permansisse Ecclesiasticam disciplinam, ut ita nullus fratrum prioribus suis se aliquando auderet antepone, sed officiis legitimis id semper exhibitum est prioribus, quod ab insequentibus rationabiliter semper acciperetur. Hunc ordinem jubeat sanctitas vestra melius vestris interlocutionibus roborare. Aurelius Episcopus dixit: Non docuerat quidem, ut hæc repeteremus, nisi fortè existerent inconsideratæ mentes quorundam quæ ad hæc statuenda nostros acuerunt sensus. Sed & communis hæc causa est quam insinuavit frater & coepiscopus noster, ut unusquisque nostrum ordinem sibi decretum à Deo cognoscat, & posteriores anterioribus deferant, nec in eis inconsultis aliquid agere præsumant. Quæ de te oportet eos qui putaverint scriptis majoribus aliquid præsumendum competenter esse ab omni concilio cogitandos. Universi Episcopi dixerunt: Hic ordo & à patribus & à majoribus est servandus, & à nobis Deo propitio servabitur, salvo etiam jure primatus Numidicæ & Mauritanicæ.

Can. 14. Ut Episcopi pro tempore consecrationis suas literas ab ordinatoribus habeant.

Deinde placuit ut quicumque deinceps ab Episcopis ordinantur, literas accipiant ab ordinatoribus suis, manu eorum subscriptas, continentibus consulem & diem, ut nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

Can. 15. Vbi primum qui legerit, ibi permaneat clericus.

Item placuit ut quicumque in Ecclesia vel semel legerit ab alia Ecclesia ad clericatum non teneatur.

Can. 16. Ut pro causis Ecclesiarum exequutores vel advocati à principe postulentur.

Placuit præterea ut exequutoribus in omnibus justis desideriis impendatur. Placuit etiam ut peratur à gloriosissimis

Imperatoribus ut jubeant iudicibus dare petitos sibi defensores scholasticos qui in actu sint vel in officio defensionum causarum Ecclesiasticarum more sacerdotum, ut provincie iidem ipsi qui defensionem Ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotiis Ecclesiarum (quoties necessitas flagitaverit) vel ad obstandum callide decipientibus, vel obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi iudicum secretaria.

Can. 17. Ut neque, dimissus, neque dimissa alteri conjungantur.

Placuit ut secundum Evangelicam & Apostolicam discipli- 37 q 7.
nam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa à marito alteri *Placuit*
conjungatur, sed ita maneat, aut sibi met reconcilietur. *ut.*
Quod si contempserint, ad penitentiam redigantur. In qua *1. Cor. 7.*
causa legem Imperialem petendam promulgari.

Annotatio.

Patres hujus concilij legem Imperialem desiderarunt, non qua declararetur novum conjugum post divortium utroque adhuc conjuge vivente illicitum esse (id enim ex Evangelio & Apostolo constare ipsimet patres hic affirmant sed qua à potestate temporali severe etiam punterent, qui crimen illud admitterent.

Can. 18. De his qui in sua provincia non communicant ut alibi communicent.

Placuit ut quicumque non communicat in provincia propria & in aliis provinciis vel transmarinis partibus ad communicandum obrepserit, iacturam communionis vel clericatus excipiat. *11. q 1. ut qui- cumque.*

Can. 19. De clericis qui apud principem seculare iudicium aut synodale imploraverint.

Placuit ut quicumque ab Imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petierit, honore proprio privetur: si autem Episcopale iudicium ab Imperatore postulaverit, nihil ei oblit.

Can. 20. Ut sine formatis nemo ad comitatum proficiatur, & qualiter formatæ fiant.

Placuit ut quicumque clericus propter necessitatem suam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam ab Episc.

copo suo accipiat. Quod si sine formata voluerit pergere, à communionem removeatur. Quod si alicubi ei repentina necessitas orta fuerit ad comitatum pergendi, aileget apud Episcopum loci eius ipsam necessitatem, & de hoc scripta ejusdem Episcopi deferat: formatæ autem quæ à primatibus vel à quibuscunque Episcopis clericis propolis dantur, habeant diem Paschæ. Quod si adhuc ejusdem anni, Paschæ dies incerta est, ille precedens adjungatur, quomodo solet post consularum in publicis actis ascribi.

Can. 21. De Episcopis qui quod repetere poterant prætermissa synodo invaserunt.

467.8.
Placuit
ut pres-
byteri.

Item placuit ut quicumque Episcopi quascunque Ecclesias vel plebes quas ad suam Cathedram æstimant pertinere, non ita repetere, ut causas suas Episcopis judicantibus agant, sed alio retinente irruerint, sive volentibus, sive nolentibus plebibus, causæ suæ detrimendum patiantur. Et quicumque jam hoc fecerint, si nondum est inter Episcopos finita contentio, sed adhuc inde contendunt, ille descedat quem contulerit prætermissis judiciis Ecclesiasticis irruisse. Nec sibi quicquam bandiat, si à primatibus ut retineat literas impetravit, sed sive habeat literas sive non habeat, conveniat eum qui tenet, & ejus literas accipiat, ut cum appareat pacifice tenuisse Ecclesiam ad se pertinentem: si autem ille aliquam questionem retulerit, per Episcopos judices causa finatur. sive quos eis primates dederint, sive quos ipsi vicinis ex consensu primatum delegerint.

Can. 22. De clericis qui de judicio Episcoporum suorum conqueruntur.

496.
Placuit
ut pres-
byteri.

Item placuit ut presbyteri diaconi vel ceteri inferiores clerici in causis quas fuerint, si de judicis Episcoporum suorum questi fecerint, vicini Episcopi eos audiant & nec eos quicquid est finiant adhibiti ab eis ex consensu Episcoporum suorum. Quod si & ab eis provocandum putaverint, non provocent nisi ad Africana concilia vel ad primates provinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putaverit appellandum à nullo intra Africam in communionem suscipiatur.

Annotatio.

Hic Canon non obstat quod referunt Africani Patres in Epistola ad Bonifacium & Cælestinum, Romanos

Pontifices Apiariam presbyterum ex Africa appellatam suscepisse, & in gradum suam fecisse constitui: Nam Romani Pontifices appellationem Apiarij non tam admiserunt ut ejus causam diligenter cognoscerent, & fideliter judicarent.

Can. 23. *De his qui apud hereticos penitentiam acceperunt.*

Placuit ut quicumque conversus ab hereticis dixerit se apud eos penitentiam accipere, unusquisque Catholicus Episcopus requiratur ubi & ob quam causam apud eosdem hereticos penitentiam susceperit: ut cum documentis certis hoc ipsum approbaverit, sibi pro qualitate peccati, sicut eisdem Episcopo Catholico usum fuerit, tempus penitentiae vel reconciliationis decernat.

Can. 24. *De Episcopis negligentibus adversus hereticos.*

Item placuit ut quicumque negligunt loca ad suam Cathedralam pertinentia in Catholicam unitatem lucrari convenciantur à diligentibus vicinis Episcopis, ut id agere non morerentur. Quod si intra sex menses à die conventionis non hoc fecerint qui potuerit ea lucrari ad ipsam pertineant, ita scilicet ut si ille ad quem pertinuisse videbant, probare potuerit magis illius electam negligentiam ab hereticis, ut impune ibi sint, & suam diligentiam fuisse praeventam, ut eo modo ejus cura solertior vitaretur, cum hoc iudices Episcopi cognoverint, suae Cathedrae loca restituant. Scilicet si Episcopi inter quos causa versatur, diversarum sunt provinciarum, ille Primas decem iudices in cujus provincia est locus de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint, aut duo eligantur aut tres. Quod si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur, aut duorum: A iudicibus autem quos communis consensus elegerit, non liceat provocari. Et quisquis probatus fuerit pro contumacia nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primae sedis Episcopo fuerit probatum, det literas ut nullus ei communicet Episcoporum donec obtemperet.

Can. 25. *Vnde supra.*

Si matricibus Cathedralis Episcopus negligens fuisse

foerit aduersus hæreticos, conveniatur à vicinis Episcopis diligentibus, & ei sua negligentia demonstretur, ut se excusare non possit. Quod si ex die quo convenitur, intra sex menses si in eas provincia executio fuerit, non eos ad unitatem Catholicam convertendos curavit, non ei communicetur donec impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non ascribatur Episcopo. Si autem probatum fuerit cum de communione illorum fuisse mentitum, dicendo eos communicasse, quos eo sciente non communicasse contulerit, etiam Episcopatum amittat.

Can. 26. De virginibus qua intra viginti quinque annos necessitate cogente velantur.

Item placuit, ut quicumque Episcoporum necessitate periclitantis pudicitie virginalis, cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel si aliquo etiam mortis scrupulo periculosa compuncta fuerit, ac non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet, velaverit virginem, seu velavit intra viginti quinque annos ætatis, non ei obicit Concilium quod de isto annorum numero constitutum est.

Can. 27. De Episcopis qui post acta Carthaginensis synodi retenti sunt ad reliqua peragenda.

Item placuit ne diutius universi Episc. qui ad Concil. congregati sunt tenerentur ab universo Concilio, ternos iudices de singulis provinciis eligi. Et electi sunt de provincia Carthag. Vincentius, Fortunatianus & Cletos. De provincia Numidie, Alypius, Aug. & Restitutus. De provincia Byzacena, cum sancto Iene, Donatiano primare, Cresconius, Iocundus & Amilianus. De Mauritania Sirifensi, Severianus, Asiaricus & Donatus. De provincia Tripolitana, Plautius, qui (ex more) legatus unus est missus: qui omnes cum sancto (scilicet Aurelio) universa cognoscant. A quo petit universum Concilium, ut cunctis sive gestis quæ confecta jam sunt, sive Epistolis ipse subscribat. Et subscripserunt Aurelius Episcopus Ecclesie Carthag. huic decreto consenti, & perlecto subscripsit Donatianus Telepiensis primæ sedis subscripsit Aug. Hippone Regienensis subscripsit. Similiter & omnes Ep. subscripserunt.

Finit Concilium Milevitanum.

Decreta Zosimi Papa.

Zosimus Papa natione Græcus, sedit annum 1. mens. 2. dies 11. sub Honorio & Theod. juniore. Hic Paschale ce-
 reum sacravit. Servis sacerdotio, sacerdotibus verò tabernis
 interdixit. Ex ejus decretis hoc extat ex Gratiano desumptum,
 Contra statuta Patrum concedere aliquid vel mutare, nec hu-
 jus quidem sedis potest auctoritas, apud nos enim inconvul-
 sis radicibus vivit antiquitas, cui decreta Patrum saux re-
 verentiam.

Extant etiam ejusdem dunt decretales Epistolæ, altera ad
 Ilychium Salonitanum Episcopum, altera ad Cictum Ra-
 venatium.

Decreta Bonifacij primi Papa.

Bonifacius primus, Romanus, sedit ann. 3. mens. 8. Hic Eu-
 lalio schismatico superato, statuit ne mulier sacra attingeret,
 nec incensum adoleret. Prohibuitque ne obnoxius, aut errans,
 ant. annis 30. minor ad sacerdotium admittetur. Hujus Pon-
 tificatum insignem reddidit D. Hieronymus presbyter. Mor-
 tur in Bethleem ætatis suæ anno 91. Quantum hic vita &
 doctrina joverit Ecclesiam Dei, aliis janicandum relinquo. Si
 quidem clavit miraculis, & ejus scripta omnibus sunt in
 precio. Decretum ejusdem Bonifacij: De ætate presby-
 tatum, ne ante 30. ano. ordinentur, præternotissimus, quia hoc idem
 extatum est in statutis Fabiani.

CONCILIUM CARTHAGIN. SEXTUM,
 ab Episcopis 217. celebratum.

In hoc Concilio quæ statuta sunt breviter declarat annexus.
 Primum interfuit Legatio Eccles. Rom. Faustinus Episcopus
 Philippus & Alelus presbyteri. Deinde actum est, ut ab Epi-
 scopis Orientalibus peteretur Nicænum Concilium. Ubi in
 præsentia omnium, exemplaria Nicæne synodi, (sicut à Patribus
 constituta fuere) in medium prolata sunt. Postremo re-
 citata sunt professio fidei Nicæni Concilij, quam superius post
 canones suo loco inseruimus.

Explicit Concilium Carthag. provinciale.

CONCILIUM CARTHAGIN. SEPTIMUM,
 sub eodem Bonif. I. per 38. Episcopos celebra-
 tum est, nihil habens quod ad nostra hæc tem-

pora pertineat. In hac synodo fuerunt recitati canones conciliorum diversorum universæ provinciæ Aphricæ, n. 105. Quos non recensemus, quia quæ ibi decreta sunt, superioribus probantur inserta.

Hoc in loco adjecta sunt etiam capita Nicæni Concilij à Græco in Latinum conversa, missa ab Episcopis Orientalibus ad Concilium Aphricanum, sicut in Conc. Carthag. 5. latius explicantur in vol. Concil.

Decreta Cælestini primi Papæ.

Cælestinus I. Rom. sedit ann. 8. mens. 10. dies 17. Hic Psalmos Antiphonis interstinxit, Introitus, Gradus, Tractus, Offertoria, Communiones & Orationes inseruit Missæ. Clericos canonicatum institutionum doctos esse voluit. Scotos atque Britannos in viam Christi reduxit.

Cælestinus I.
Pont. 23.
Sub hoc
Pont. mo-
vitur B.
August.
et Na-
storij
Mariam
matrem
Dei bla-
sphema-
vit.

Exstat Epistola ejus ad Episcopos Gallie in qua damnat errores Pelagij, quos jam damnaverat Innocentius primus in Epist. ad Carthaginense Concilium, cujus initium est. Inquirendo de his rebus quas omni, &c. Quos etiam damnavit Concilium Milevitanum. Ideo supervacaneum duximus hic omnia illa transcribere per capita, nisi titulis damnavat in hac serie expressis.

Primum notat, quod nisi gratia Dei juvemur, insidias diaboli evitare non possumus.

Secundò, quòd Adam omnes homines læserit, nec quempiam per liberam arbitrium posse consurgere, nisi eam gratia Dei erexerit.

Tertiò, quòd nemo sit bonus suis viribus, nisi participatione ejus qui solus est bonus.

Quartò, quòd per Christum libero bene utamur arbitrio.

Quintò, quòd omnia sanctorum merita dona sunt Dei.

Sextò, quòd omnis sancta cogitatio, & motus pie voluntatis ex Deo sunt.

Septimò, quòd gratia Dei non solum peccata dimittat, sed etiam adjuvet ne committantur, & præstetur lex impleatur, non sicut Pelagius ait, facillè, quasi sine gratia Dei difficillius possit impleri.

Octavò, quòd præter statuta sedis Apostolicæ omnes

orationes Ecclesiæ gratiam Christi resonant, quæ genus humanum reparatur, & ab æterna damnatione reducitur.

Nonò, quòd gratiam Dei etiam baptizantium restatur instituta purgatio, cum exorcismis & insufflationibus spiritus ab eis expelluntur immondi.

Exrat altera Epistola ejusdem Cælestini ad eisdem Episcopos Galliarum, quos corrigit in nonnullis superstitionibus, ut sequitur.

Can. 1. Quod non debeant sacerdotes amici pallio in Ecclesia ministrare.

Didicimus quosdam Domini sacerdotes supersticioso potius cultui inservire quam mentis vel fidei puritati: qui amici pallio & lumbos præcincti credunt se sanctæ Scripturæ fidem non per spiritum, sed per litteram complexuros. Nam si ad hoc illa præcepta sunt ut taliter servarentur, cur non sunt pariter quæ sequuntur, ut lucernæ ardentes in manibus una cum baculo teneantur? Habeat autem summa ista mysterium, & intelligentibus ita clara sunt, ut ea magis qua decet significatione serventur. Nam in lumborum præcinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis indicatur, de quo dicitur: Sic luceant opera vestra. Discernentis à plebe vel cæteris sumus doctrina non veste, conversatione non habitu, mentis puritate non cultu. Nam si studere incipiamus novitati, traditum nobis à patribus ordinem calcabimus, ut locum supervacuis superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere. Docendi enim potius sunt quam illudendi. Nec imponendum est eorum oculis, sed mentibus infundenda præcepta sint.

Can. 2. Quod nulli sit ultima penitentia neganda.

Agnovimus penitentiam morientibus deuegari, nec illorum desideris annui qui obitus sui tempore hoc animæ suæ cupiunt remedio subueniri. Horretis fateor tantæ impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate desperet, quasi non possit ad se quovis tempore concurrenti succurrere & periclitantem sub onere peccatorum hominem redimere quo se ille expediri desiderat & liberari. Quis hoc rogo aliud est quam morienti mortem addere, eju que animam sua credulitate ne absqvi possit, occidere? Cum Deus ad

subveniendum sit paratissimus, & invitans ad penitentiam, sic promittat peccatori, inquit. Quacunque die conversus fuerit, peccata ejus non imputabuntur ei. Et iterum: Nolo mortem peccatoris, sed tantum ut convertatur & vivat. Salutem ergo homini adimit quisquis mortis tempore penitentiam denegaverit. Et desperat de clementia Dei, qui eum ad subveniendum morienti sufficere vel in momento posse non credit. Perdiderat latro in cruce præmium ad Christi dexteram pendens, si illum unius horæ penitentia non juvisset. Vera ergo ad Deum conversio in ultimis positorem, mente potius est æstimanda quam tempore. Propheta hoc taliter asserente: Cum conversus ingemueris tunc salvus eris. Quum ergo Dominus sit cordis inspector, quovis tempore non est deneganda penitentia postulanti, quum ille se obliget judici, cui occulta omnia noverit revelari.

CANONES DUCENORUM SANCTORUM
 & beatorum Patrum, qui in Epheso conven-
 runt sub Theodosio Imperatore & Cælestino
 Papa. Luciano Mantuano Monacho Cassinensi
 interprete.

De hac synodo habes supra.

*Can. I. Ut qui cum Cælestio aut complicitibus sentiant,
 deponantur.*

Quoniam autem oportebat & absentes à sancta synodo morantesque in urbibus & provinciis ob aliquid impedimentum, sive Ecclesiasticum, sive corporale, non ignorare, quæ de ipsis sunt constituta, significamus sanctitati vestræ ac dilectioni: ut si quidam Metropolita provincie derelictæ sanctæ & œcumenicæ synodæ, aut accessit ad illorum defensionis concessum, aut accedet in posterum, sive cum Cælestio sensit aut sentiet, ipse nihil amplius poterit agere adversus provincie Episcopos, ut qui jam inde è synodo tutius Ecclesiasticæ communionis experti sit factus & prorsus inutilis, sed & ipsis Episcopis illius provincie circumque vicinis Metropolitanis recta sententiis subiaceret, ut omnino defectus sit à sede Episcopatus.

A synodo Ephesina recesserunt quidam numero circiter 30. qui deprehensi sunt Nestorij atque Celestij sensa tenere. Fugerunt autem nolentes una cum partibus Nestorium condemnare, quos sancta synodus enim Ecclesiastica communionem privavit, & sacerdotij omne munus ademit. Hic est scopus hujus canonis.

Can. 2. Qui deficientibus à synodo adhaeserunt sacerdotio priventur.

Si qui autem provinciales Episcopi à sancta synodo defecerunt, vel deficientibus adhaeserunt, aut adherere tentarunt, vel etiam postquam subscripserunt Nestorij depositioni, rursus ad defectionis coalescentiam nihilominus recurrerunt: istos placuit sanctae synodo penitus alienos esse à sacerdotio, graduque cecidisse.

Can. 3. Restituuntur qui à Nestorio sunt sacerdotio prohibiti.

Si qui vero ex clericis singulis urbibus aut regionibus à Regionibus Nestorio & conspirantibus sacerdotio prohibiti sunt, quod nos inrecte sentirent, justum putavimus hos quoque proptium intelligi gradum accipere. In summa autem clericos orthodoxa & pagos oecumenicae synodo consentientes, jubemus eis qui defecerunt aut viderant aut defesturi sunt Episcopis nullo pacto aut ratione eos, subiectos esse debere.

Can. 4. Qui cum Nestorio aut Celestio sentiunt, deponantur à synodo.

Si qui autem clericorum defecerant, & ausi fuerint vel privatim vel publice quae sunt Nestorij aut Celestij sapere, sanctum est à sancta synodo istos quoque depositos esse.

Can. 5. Quos sancta synodus condemnavit, restituere non debere.

Quicumque autem ob turpia gesta sunt à sancta synodo condemnati, vel à propriis eorum Episcopis, quibus praeter canones Nestorius qui nullum rerum discrimen habebat, & qui cum illo eadem sentiunt, restituere conati sunt gra-

dum vel communionem, aut coarctatus, istos censuimus inu-
tiles esse, & manere nihilominus depositos.

Can. 6. Contra turbatores gestorum in synodo.

Similiter autem & si qui velint ea quæ de singulis per sanctam synodum gesta sunt Ephesinam quocumque modo movere, sancta synodus ipsa decrevit, si quidem Episcopi aut clerici fuerint, eos omnino à proprio cadere gradu. Sin vero laici, aut alij, sine communionem permanent.

Collocatis ejusdem sanctæ synodi edita postquam lecta fuit expositio sanctorum aut beatorum Patrum trecentorum decem & octo apud Nicæam, & impium symbolum à Theodoro Mopsuestensi confictum, & à Carilio presbytero Philadelphie portectum sanctæ synodo Ephesinæ.

Can. 7.

His igitur lectis, decrevit sancta hæc synodus alteram fidem nemini licere proferre aut scribere aut componere, præter eam quæ definita fuit à sanctis Patribus apud Nicæam urbem in Spiritu Sancto congregatis.

Eos autem qui fuerint auctorem fidem componere sive portigere aut proferre, his qui volunt ad cogitationem veritatis converti vel ex Genibus, vel ex Judæis, vel etiam ex qualibet hæresi, istos si quidem Episcopi fuerint aut clerici alienos esse Episcopos quidem ab Episcopatu, clericos autem à clericatu. Si vero laici fuerint, a anathematizari. Pari modo si deprehensi fuerint aliqui sive Episcopi sive clerici seu laici sentientes aut docentes ea quæ continentur in expositione per Carilium aliara presbyterum de incarnatione unigeniti filij Dei, seu scelerata atque perversa Nestorij dogmata, quæ & subjecta sunt, subjaceant sententiæ sanctæ hujus & concumeniæ synodi. Unde liquet Episcopum quidem alienum ab Episcopatu, atque depositum esse, clericumque similiter cecidisse à clero, & si laicus fuerit, anathemati subjacere, quemadmodum dictum est.

*Edictum ejusdem sanctæ synodi ex adventu Cypriani
in Episcoporum constitutum atque vulgatum.*

Can. 8.

Legem novam, ac præter Ecclesiæ suas leges & canones

sanctorum Apostolorum, quæ & libertatem omnium laugit, Deo dilectus coepi copus Reginus annunciavit, una cum Deo dilectis Episcopis provincie Cyprî Zenone & In sexta Evagrio. Nempe Episcopum Antiochenum in Cypro fa *synodo.* cere ordinationes, quemadmodum per libellos & proprias *Gen. cap.* voces fidem fecere religiosissimî viri, qui ad sanctâ *confir-* *dam* huc accesserunt. Habebunt jus suum intactum & in- *mat libe* violatum qui sanctis Cyprîorum Ecclesiis præstant secun- *octr. vii* dum canones sanctorum Patrum, & antiquam consuetudi- *canon. 10* nem per seiplos religiosissimorum Episcoporum facientes *ut Cypr.* ordinationes. Idem autem & in aliis dioccesibus omnibus *Eccles.* que ubique provinciis erit servandum, ut nullus videlicet *fit prin-* Deo dilectorum Episcoporum alienam invadat provinciam *cipalis* quæ non prius atque ab initio sub illius, seu antecessorum *et pri-* suorum fuerit potestate. Sed & si quis occupaverit, vel vi *ma.* sibi subegerit, idem ipse restituat, ne Patrum statuta fran- gantur, neve sub specie sacre functionis potentie timor ir- repat, sicque incogitantes & paulatim libertatem perdamus, quam Iesus Christus Dominus noster redemptor hominum omnium proprio sanguine nobis quaesivit & con- donavit. Placuit igitur sanctæ œcumenicæ synodo ut singulis provinciis pura & intacta, quæ jam inde ab initio ha- bent, sua jura serventur, ut unusquisque Metropolita secun- dum præscitum & solitum morem rerum faciendarum æqua- liter facultatem obtineat, propriamque jus firmum possi- deat. Quod si quis superbia contumaci definitis obviam jert, hunc obrogatum in placuit tori sanctæ & œcumeni- cæ synodo.

Expliciant canones synodi Ephesinæ generalis.

CONCILIUM EPHESINUM UNUM

ex quatuor principalibus, sub Cœlestino primo *Secundâ* *veterem* *transla-* *tionem.* *Cœciliû* *Ephesin.* *contra* *Nesto-* *rium.*
Papa.

Habitu est adversus Nestorium Constantinopolita- *tionem.* *Cœciliû* *Ephesin.* *contra* *Nesto-* *rium.* num Episcopum, qui purum hominem ex sancta Virgine *Cœciliû* *Ephesin.* *contra* *Nesto-* *rium.* Maria natam asseruit, ut aliam personam carnis, aliam *contra* *Nesto-* *rium.* faceret deitatis, nec unum Christum in verbo Dei & carnis *contra* *Nesto-* *rium.* sentiret, sed separatim atque sejunctim alterum filium Dei, *Nesto-* *rium.* alterum hominis prædicaret. Convenit autem hæc synodus *rium.*

sub Theodosio juniore, Era. 468. Cui synodo vice sancti Caesertini Papæ (cujus anno penultimo celebrata est) præcedit beatissimus quidam Cyrillus Alexandria Episcopus qui cum universo Concilio ad eundem Nestorium synodalia decreta transmisit, ut haberetur in Epistola Concilij Ephesini ad ipsum Nestorium. In qua symbolum fidei, quod à magno illo Concilio apud Nicæam congregato traditum est, proluxe interpretantur, ut jure optimo possint dici summa quædam totius doctrinæ Christianæ.

Sequantur ea quæ ac. 200. Episcopis in synodo Ephesina congregatis cum anathemate definita sunt.

Can. primus.

Si quis non confitetur Deum esse veraciter Emmanuel, & propterea Dei genitricem sanctam virginem: peperit enim secundum carnem, carnem factum Dei verbum, secundum quod scriptum est, Verbum caro factum est, anathema sit.

Can. 2.

Si quis non confitetur carni secundam substantiam unitum Dei patris verbum, unumque esse Christum cum propria carne, eundem scilicet Deum simul & hominem, anathema sit.

Can. 3.

Si quis in nro Christo dividit substantias post unitatem, sola eas connexion conjungens, carnisque quæ secundum carnis dignitatem sit, vel etiam auctoritatem & potestatem, ac non potius conventu, qui per unitatem factus est naturalem, anathema sit.

Can. 4.

Si quis in personis duabus vel subsistentiis eas voces quæ in Apostolicis scriptis continentur & Evangelicis dividit vel quæ de Christo dicuntur à sanctis, vel ab ipso, & aliquas quidem ex his veluti homini qui præter Dei verbum specialiter intelligatur, aptaverit, illis autem tanquam dignas Deo, soli Dei patris verbo deputaverit, anathema sit.

Can. 5.

Si quis audeat dicere hominem Christum, Theophoros

id est, Deum fecerit, non potius Deum esse veraciter dixerit, tanquam filium per naturam secundam quod verbum factum est caro, & communicavit similiter ut nos carni & sanguini, anathema sit.

Can. 6.

Si quis dicit Deum esse vel Dominam Christi Dei Patris *Ioh. 1.* verbum, & non magis eundem ipsum confitetur Deum simul & hominem, propterea quod verbum caro factum est, secundum scripturas, anathema sit.

Can. 7.

Si quis velut hominem Iesum, operante Deo verbo dici adiungit, & unigeniti gloriam tanquam alteri præter ipsum existenti tribuit, anathema sit.

Can. 8.

Si quis audet dicere assumptum hominem coadorandum Deo verbo, & conglorificandum & nuncupandum Deum, tanquam alterum cum altero (nam consyllaba supradicta hæc cogit intelligi) ac non potius una supplicatione veneratur Emmanuel, unamque ei glorificationem dependit, juxta *Ioh. 1.* quod verbum caro factum est, anathema sit.

Can. 9.

Si quis unum Dominum Iesum Christum glorificatum dicit à Spiritu sancto, tanquam qui aliena virtute per eum usus fuerit, & ab eo acceperit efficaciam contra immundos spiritus, posse & coram hominibus divina signa perficere, ac non potius fateretur, ejus proprium spiritum per quem divina signa explevit, anathema sit.

Can. 10.

Pontificem Apostolum confessionis nostræ factum esse *Hebr.* Christum, divina scriptura commemorat. Obluit enim *Ephes. 5.* semetipsum pro nobis in odorem suavitatis Deo & Patri. Si quis ergo Pontificem & Apostolum nostrum dicit factum, non ipsum Dei verbum quando caro factum est, & homo juxta nos homines, sed velut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere, aut quid dicit quod pro se obtulisset semetipsum oblationem, & non potius pro nobis

solus (non enim egit oblatione qui peccatum omnino des-
civit) anathema sit.

CAN. 11.

psl. 53. Si quis non confiteatur carnem Domini vivificantem
esse, & propriam ipsius verbi Dei Patris, sed velut alterius
præter ipsum, conjuncti eidem per dignitatem, aut quasi di-
vinam habentis habitationem, ac non potius vivificantem
esse quia facta est propria verbi cuncta vivificare valentis,
anathema sit.

CAN. 12.

Cor. 5. Si quis non confiteatur Dei verbum passum carne, & cru-
cifixum carne, & mortem carne gustasse, factumque primo-
genitum ex mortuis secundum quod vita est, & vivificator
ut Deus, anathema sit.

CAN. 13.

Idem habetur in concilio Chalced. Ait igitur magna sancta synodus, ipsum qui est ex Deo
Patre naturaliter natus Filium unigenitum, Deum verum
de Deo vero, lumen de lumine, per quem & cum quo om-
nia fecerit pater, huc descendisse, incarnatum esse, & ho-
minem factum, passum esse, & resurrexisse tertia die, ascen-
dissse rursus in caelos. Hæc nos sequi verba debemus: his
nos convenit obtemperare dogmatibus, considerantes quid
sit incarnatum esse, & hominem factum Dei verbum. Non
enim dicimus quod Dei natura conversa vel immutata fa-
cta sit caro, nec quod in totum hominem qui est ex anima
& corpore, transformata sit, sed magis quod carnem ani-
matam anima rationali sibi copulaverit, verbumque substan-
tialiter, ineffabiliter & incomprehensibiliter factus sit ho-
mo, & nuncupatus sit etiam filius hominis, non nuda tan-
tummodo voluntate, sed nec assumptione sola personæ
sed quod diversæ quidem naturæ in unum convenierint,
unus tamen ex ambabus Christus; & filius non evacuata,
vel sublata diversitate naturarum per conjunctionem, sed
quia simul nobis effecerunt unum Deum, & Christum &
filium, id est, divinitas & humanitas per arcanam illam
ineffabilemque copulationis ajunctionem. Itaque is qui
ante sæcula omnia est natus eo Patre, etiam ex muliere car-
nalisiter est procreatus in tempore. Non quia divina ipsius
natura

natura de sacra virgine sumpsit exordium, nec propter seipsum opus habuit secundo nasci post illam nativitatem quam habebat ex patre (est enim ineptum & stultum hoc dicere, quod is qui ante omnia secula est, & contemptivus patri, secundæ generationis eguerit, ut esse inciperet) sed quia propter nostram salutem naturam sibi copulavit humanam, & processit ex muliere, ideo dicitur esse natus carnaliter. Nec enim primum natus est homo communis de sancta virgine; & tunc demum inhabitavit in eo verbum, sed in ipsa vulva utroque virginali secum carnem conjunxit, & sustinuit generationem carnalem, carnis suæ nativitatem suam faciens. Sic illum dicimus & passum esse & resurrexisse, non quia Deus verbum in sua natura passus sit aut plagas, aut clavorum transfixiones aut alia vulnera susceperit (Deus namque incorporealis extra passionem non est) sed quia corpus illud quod ipsius proprium factum est, hoc sustinuit, ideo hæc omnia pro nobis ipse dicitur passus. Inerat enim in eo corpore quod patiebatur, Deus qui pati non poterat. Simili modo & mortem ipsius intelligimus. Immortale enim & incorruptibile est naturaliter, & vita & vivificans Deus verbum, sed quia corpus ipsius proprium, gratia Dei juxta Pauli vocem pro omnibus mortem gustavit, ideo ipse dicitur mortem passus pro nobis: non quod ipse mortem esset expertus quantum ad ipsius naturam pertinet (insania enim est hoc vel sentire, vel dicere) sed quod (ut diximus) vera caro ipsius mortem gustavit. Ita & resurgente carne ipsius, cuius resurrectionem dicimus, non quia in corruptionem ceciderit, quod absit, sed quia ejus resurrexit corpus. Ita Christum unum & Dominum confitemur, non tanquam hominem cum verbo coadorantes, ne divisionis quædam species inducatur, sed unum jam & eundem adorantes, quia non est alienum à verbo corpus suum, cum quo ipse etiam ait, patri. Nec hoc ita dicimus quasi duobus filiis assidentibus, sed uno cum carne per unitatem, quia si talem copulationem factam per substantiam, aut quasi præsubilem, aut quasi parum decoram voluerimus accipere, in id incidemus, ut duos filios esse dicamus. Necessè enim discernere & dicere hominem separatim fuisse sola filij appellatione honoratum, & rursus verbum quod est ex Deo in homine, in veritate filium Dei. Sed discernere in duos filios non debemus usum Dominum Jesum Christum.

Hebr. 1.

Neque enim adjuvat rectam fidei rationem, licet nonnulli copulationem, nescio quam perhibeant personatum. Non enim dicit scriptura Verbum Dei personam sibi hominis assumpsisse, sed carnem factum esse. Id autem est ostendere Dei verbum similiter ac nos principium habuisse carnis & sanguinis, & corpus nostrum proprie suum fecisse, & hominem ex muliere processisse, non abjecta vel deposita deitate, aut generatione illa quam habet ex patre, sed mansisse etiam in Assumptione carnis Deum, quod erat. Hoc itaque rectæ fidei ratio protestatur. In tali sensu sanctos patres fuisse comperimus. Ideoque illi non dubitarunt sanctam Virginem dicere Theotocon: non quia verborum deitatisque in sancta Virgine sumpsit exordium, sed quod ex ea natum sit factum illud corpus animatum anima rationali cui substantialiter adunatum Dei verbum carnaliter natum esse dicitur. Hæc igitur pro charitate in Christo scribo tibi quærens tanquam frater & contestans coram Deo & electis ejus Angelis, ut hæc nobiscum sentias simul & doceas, ut Ecclesiarum pax salva servetur, & concordie charitatique vinculum indissolubile maneat sacerdotibus Dei.

Annotatio.

Hic autem sciendam quod patres ipsius concilij, Cælestino Pontifici, tanquam prostratæ hæresis Nestorianæ auctori per legationem deputatam plurimum gratulari fuerunt, & tunc salutatio Angelica hoc additamentum, *sanctæ Mariæ mater Dei ora pro nobis &c* accepisse creditur. Pulcherrima vero Augusta templum insigne ad littus maris in honorem Dei genitricis extulit. Nicephorus l. 15. c. 9. Sicque Augustissima illa virgo cui draco terribilissimus laudes debitas invidet, amplioribus postmodum vocibus celebrata fuit. Postmodum vero Nestorij in exilio degentis, jussu Imperatoris linguam à vermibus fuisse exelam scribit Evagrius.

Finis Concilij Ephesini.

Decreta Sixti tertij Pape.

n. d. 436 Sixtus tertius, natione Romanus, cedit ann. 8 diebus 19.
Sixtus 3. Hic post annum unum & menses octo accusatur Romæ a
Pont. 4. pud Augustam & plebem, ita ut Augustus & multus populus ab ejus communionem se segregaret. Accusatur autem à quodam Basilio. Sixtus autem volens se purgare, fecit ut

Valentinianus Augustus iam etiam synodum congregare in basilica beati Petri Apostoli. Et facto conventu cum magna examinatione per iudicium synodicum purgatur à 36. *Epist. de hoc 2.* scopis, & condemnatur Bassus à synodo, ita tamen ut ult. q. 7. *Can.* mo die viaticum ei non negaretur propter humanitatem *Sixtus.* pietatis Ecclesie. Hoc audiens Valentinianus Augustus, cum matre sua Placida futore sancto communi proscrizione Bassum condemnaverunt & omnia præsidia facultatum ejus Ecclesie catholice sociavit. Qui Bassus nutu divino intra tres menses defunctus moritur. Cujus corpus Sixtus Episcopus cum linteaminibus & aromatibus manibus suis tractans recondidit & sepelivit apud beatam Petram Apostolum in cubiculo parentum ejus.

Extat Epistola Sixti tertia à Episcopos Orientales elegans & lectione digna, gratia referens quod suis literis illum visitaverint in tribulatione & persecutione sua. In qua hanc tradit regulam qua persecuti nos consolari debeamus.

Fratres propter insidiantium vituperationes aut accusationes, vel propter laudantium opiniones nec ad dexteram, nec ad sinistram declinare debemus, sed inter verba laudantium sive vituperantium ad mentem semper recurrendum est. Et si in ea non invenitur bonum quod de nobis dicitur, magnam tristitiam generate debet. Et rursus si in ea non invenitur malum quod de nobis homines loquuntur, in magna debemus lætiam proficere. Quid enim si omnes laudent, & conscientia nos accuset, aut si omnes accusent, & conscientia nos liberos demonstrat? Habemus Paulum dicentem: Gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostrae. Iob quoque dicit, Ecce in cælis testis meus. Si ergo est nobis testis in cælo, testis in corde, dimittamus stultos fortis loqui quod volunt. Quid enim aliud detrahentes faciunt nisi in pulverem sufflant, atque in oculos suos terram excitant? ut unde plus detractionis perfiant, inde magis nihil veritatis videant. Vocandi tamen sunt etiam ipsi & tranquille admonendi, eisque satisfieri modis omnibus debet, scientes quod de Iudæis veritas ait: Ne forte scandalizemus eos. Si autem satisfieri sibi ex veritatis noluerit, habes consolationem quam in Evangelio aspicias: quia cum Domino dictum fuisset, Scis quod Pharisei audito verbo hoc scandalizati sunt, respondit, Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum.

11. q. 4.
Inter
verba.

Nota.

2 Cor. 1.
Iob. 16.

Matth.
17.

Matth.
15.

In capite secundo ejusdem Epistolæ Sixtus decrevit

ut hi qui non sunt bonæ conversationis, & quorum vita est accusabilis, vel quorum fides, vita & libertas nescitur, non possint Domini sacerdotes accusare, nec viles personæ ad accusatorem eorum admittantur.

Supra in decretis

Fabian.

In tertio agit de peregrinis sive de provincialibus iudiciis. Et si quis sibi iudicem senserit adversum, appellationis utatur remedio.

In quarto, ut qui crimen objicit, scribat se probaturum, & qui non probaverit, similem poenam sustineat.

Ibidem.

In quinto, De Episcopis accusatis. Ubi placuit, ut si Episcopus accusatus appellaverit Apostolicam sedem, id statuentium, quod ejusdem sedis Pontifex censuerit.

CONCILIUM PROVINCIALE RHEGIEN. sub Sixto 3. Papa, ab Episcopis 13. Era. 472. Canones concilij Rhegien.

Ut perversi ordinatores nullis de novo ordinationibus intersint. 1

De remotione ejus quem ordinate peperam duo presumpserunt. 2

De hæreticis & schismaticis Episcopis, si ad Catholicam fidem venerint, quid observari debeat. 3

Ut Episcopus benedicat & confirmet neophytum. 4

Ut Episcopus cum sepelierit Episcopum, curam habeat Ecclesie ipsius. 5

Ut absque Metropolitanis liris & consensu nullus accedat ad Ecclesiam destitutam Episcopo. 6

Finis concilij Rhegenensis.

CONCILIUM AGATHENSE PROVINCIALE in civitate Agatha in Gallia habitum, ab Episcopis 35.

Quam, in Dei nomine ex permisso regis Alarici in Agathensem civitatem sancta synodus convenisset, & in sancti Andreæ basilica contedissent, ibique flexis genibus in terra, pro regno ejus, pro longævitate populi Dominum deprecarentur ut qui nobis congregationis permiserat potestatem, regnum ejus Dominus felicitate extendere, justitia gubernaret, virtute protegeret, de disciplina & ordinationibus clericorum * atque Pontificum * vel de Ecclesiarum

utilitatibus tractari in primis, id placuit ut canones & statuta Patrum per ordinem legerentur.

Can. 1. De contumacibus clericis, & ad officium tardis.

Contumaces vero clerici, prout dignitatis ordo permiserit ab Episcopis corrigantur, & si qui prioris gradus clari superbia communionem fortasse contempserint, aut Ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint, peregrinationis communio tribuatur, ita ut cum eos penitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum dignitatemque recipiant.

Can. 2. De Episcopis qui pro minimis causis aliquos excommunicant.

Episcopi vero si sacerdotali moderatione postposita innocentis, aut nimis causis culpabiles excommunicare presumpserint, aut ad gratiam baptismatis festinantes fortasse recipere noluerint, à vicinis Episcopis ejusdem provincie literis moneantur. Et si parere noluerint, communio illis usque ad tempus synodi à reliquis Episcopis denegeretur, ne forte per excommunicationis peccatum excommunicati longo tempore, morte præveniantur.

Can. 3. De his qui oblatione Ecclesie defraudant.

Clerici etiam vel seculares qui oblationes parentum, aut donatas, aut testamento relictas retinere persisterint, aut id quod ipsi donaverint Ecclesis vel monasteris, crediderint auferendum sicut sancta synodus constituit, velut necatores pauperum, quousque redcant, ab Ecclesiis excludantur.

Can. 4. Si clericus furtum Ecclesie fecerit.

Si quis clericus furtum Ecclesiam fecerit, peregrina ei communio tribuatur.

Can. 5. Si quicumque fuerit Episcopo derelictum.

Pontifices quibus in summo sacerdotio constitutis ab extraneis aliquid, aut cum Ecclesia aut sequestratum dimittitur aut doceatur, quia hoc ille qui donat, pro redemptione anime suæ, non pro commodo sacerdotis probatur offerre, non quasi suum proprium, sed quasi dimissum

Ecclesie inter facultates Ecclesie computabunt, quia iustum est ut sicut sacerdos habet quod Ecclesie dimissum est, ita & Ecclesia habeat quod relinquitur sacerdoti. Sane quicquid per fidei commissum aut sacerdoti Ecclesie fortasse dimittitur, cuiuscumque alij postmodum profuturum, id inter facultates suas Ecclesia computare aut retinere non poterit.

Can. 6. De rebus Ecclesie quomodo ab Episcopo habeantur.

10. q. 1. Casellas Casellas vero vel mancipiola Ecclesie Episcopi, sicut *vel mancipiola.* piscalia sanctorum canonum precipit auctoritas, vel vasa ministerij, quasi commendata fidei proposito, integro Ecclesie jure possideant, id est, ut Episcopi neque vendere, neque per quoscunque contractus res unde pauperes vivunt, alienate presument. Quod si necessitas compulerit ut pro Ecclesie necessitate aut utilitate, vel in usufructu, vel in directa venditione aliquid distrahatur, apud duos vel tres comprovinciales vel vicinos Episcopos causa qua necesse sit vendi, primitus comprobetur, ut habita discussione sacerdotali, eorum subscriptione quae facta fuerit venditio corroboretur. Aliter facta venditio vel traditio vel transactio non valebit. Sane si quos de servis Ecclesie bene meritos sibi Episcopus libertate donaverit collatam a successoribus libertatem placuit custodiri, cum hoc quod eis manumissor iam libertatem contulerit, quottajubemus viginti solidorum numerum & modum in terrula vel vineola vel hospicio tenere. Quod amplius datum fuerit, post manumissoris mortem Ecclesie revocetur. Minusculas vero res, aut Ecclesie minus utiles peregrinis, vel clericis, salvo jure Ecclesie in alium prestari permittimus.

10. q. 1. in enim.

12. q. 1. Si quis daser- vis.

Can. 7. De clericis qui ad seculares judices confugiunt.

Id etiam placuit, ut si clericus relicto officio suo propter distractionem ad secularem judicem fortasse confugerit, & is ad quem recurrit, solatium ei defensionis impenderit, cum eodem de Ecclesie communione pellatur.

Can. 8. Ut in quadragesima non solvatur jejunium.

Placuit etiam ut omnes Ecclesie filij exceptis diebus dominicis, in quadragesima, etiam in die sabbati sacerdotali oratione, & discretionis communione jejulent.

Can. 9. De prädicatione symboli.

Symbolum etiam placuit ab omnibus Ecclesiis una die idest, ante octo dies dominicæ resurrectionis, publice in Ecclesia competentibus prædicari.

Can. 10. De benedictione & unctiōe altaris.

Altaria placuit non solum unctiōe chrisimatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacriari.

Can. 11. Qualiter majores & minores pœnitentiam accipiant.

Pœnitentes tempore quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum, & cilicium super caput à sacerdote, sicut ubique constitutum est, consequantur. Si autem comas non deposuerint, aut vestimenta non mutaverint abjiciantur. Et nisi digne pœnituerint non recipiantur. Juvenibus etiam pœnitentia non facile commutanda est propter ætatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in morte positis non est negandum.

Can. 12. Qua aetate diaconi ordinentur.

Episcopus benedictionem diaconatus minoribus viginti *Dist. 77.* quinque annorum penitus non committat. Sane si conjugati *Episco-* juvenes consenserint ordinari, et cum uxore voluntas ita *pus be-* requirenda est, ut sequestratio mansuetudinis cubiculo religioe *nedict.* promissa, posteaquam pariter conversi fuerint, ordinentur.

Can. 13. De sanctimonialibus qua aetate velentur.

Sanctimoniales quantumlibet vita earum & mores probati sint, ante annum ætatis suæ quadragesimum non velentur. *20. q. 1. Sancti-*

Can. 14. Ut solemnitates majores in civitatibus celebrentur.

Si quis extra parochias in quibus legitimus est ordinariusque conventus, oratorium habere voluerit, reliquis festivitatibus ut ibi missam audiat, propter fatigationem fatigis *De conf.* milie, justa ordinatione permittimus. Pascha vero, Natali *d. 1. Si* domini, Epiphania, Ascensione Domini, Pentecoste, & Idem *quis* natali sancti Joannis Baptiste, & si qui maximi dies in *eriam.* festivitatibus habentur, non nisi in civitatibus aut in *Aug.* *Januari.*

parochiis audiant. Clerici vero si in his festivitatibus quas supra diximus, nisi jubente aut permittente Episcopo, ibi Missa celebrate voluerint, communionem priventur.

Can. 15. Vt non liceat presbyterorum rem Ecclesia vendere.

12. q. 2.
Statui-
mus
quod E-
piscop.

Statuimus (quod omnes canones jubent) ut civitatenles sive diocesani presbyteri, vel electi salvo jure Ecclesie (sicut permiserint Episcopi) teneant: vendere autem aut donare penitus non presumant. Quod si fecerint, & facta venditio non valebit, & de facultatibus si quas habent proprias, indemnam Ecclesiam reddant, & communionem priventur.

Can. 16. Vt clericus minor seniori non prapponatur.

dist. 74.
Ep etia,
idē Gre-
gorius
Ioanni-
Episcop.
Syracus.

Episcoporum etiam quorum vita non reprehenditur, posteriori priori nullus prapponatur, nisi forte elatus superbia, quod pro necessitate Ecclesie Episcopus jussit implere, contempnat. Sane si officium Archidiaconus aut propter simpliciorum naturam implere aut expedire nequiverit, ille loci sui nomen teneat, & ad ordinationem Ecclesie, quem elegit Episcopus prapponendum.

Can. 17. De secularibus qui uxores suas derelinquunt.

339 2.
Secula-
res qui
idē Am-
brasi. su-
per Lu-
cam 48.
De mo-
nachis.

Si vero seculares qui conjugale consortium nulla culpa graviori dimittunt, vel etiam dimiserunt, & nullas causas diffidij probabiliter proponentes, propterea matrimonia sua dimittunt, ut aut illicita aut aliena presumant, si antequam apud Episcopos comprovinciales diffidij causas dixerint, & priusquam in judicio damnentur, uxores abjecerint, à communionem sancte Ecclesie, & populi cetera (pro eo quod fidem & conjugia & maculam) excludantur.

Can. 18. Vt monasterium novum inconsulto Episcopo nullus constituat de monachis.

Monasterium novum, nisi Episcopo aut permittente, aut probante, nullus incipere aut fundare prapumat. Monachi etiam vagantes ad officium clericatus, nisi eis testimonium Abbas suus dederit, nec in civitatibus, nec in parochiis ordinentur. Monachi nisi Abbatis sui permittu aut volun-

tate ad alterum Monasterium commigrantem nullus Abbas 18. q. 5.
fascipere aut retinere præsumat, sed ubicunque fuerit Abbati *Monachi nisi.*
suo, autoritate canonum revocetur.

*Can. 19. Vt Monasteria puellarum sint procul
à Monachis.*

Monasteria puellarum longius à Monasteriis Monacho- 18. q. 2.
rum, aut propter insidias diaboli, aut propter oblocutiones *Monasteria*
hominum collocentur. *puellarum.*

*Can. 20. De libertis ut in necessitate ab Ecclesia
tueantur.*

Libertos legitime à Dominis suis factos, Ecclesia (si ne- D. 87.
cessitas exegerit) tueatur: quos si quis ante audientiam aut *Liberto*
pervadere aut expoliare præsumpserit, ab Ecclesia repella- *legiti-*
tur. *mè.*

Can. 21. Vt post Antiphona orationes dicantur. De cons. d. 5. Cō-

venit.

Et quia convenit ordinem Ecclesie ab omnibus equaliter
custodiri, statuendum est (sicut ubique fit) ut post anti-
phonas collationes ab Episcopis vel presbyteris dicantur; &
hymni matutini vel vespertini decantentur diebus omnibus
& in conclusione matutinarum vel vespertinarum & missa-
rum post hymnos capitula de psalmis dicantur, & plebi col-
lecta oratione ad vesperam ab Episcopo cum benedictione
dimittatur.

*Can. 22. De his qui propter odium ad pacem
non revertuntur.*

Placuit etiam ut (sicut plerumque fit) quicumque odio,
aut longinqua inter se lite dissenferint, & ad pacem revocati
diuturna obstinatione nequiverint, à sacerdotibus civitatis
primitus arguantur. Qui si inimicitias deponere perniciosa
tentione noluerint, de Ecclesie cetera iustissima excommuni-
catione pellantur.

*Can. 23. Quod clericus inconsulto Episcopo apud
iudicem secularem pulsari non debet.*

Clericum nullus præsumat apud secularem iudicem Epis-
copo non permittente pulsare. Sed si pulsatus fuerit, non
respondeat vel proponat, nec audeat criminale negotium in
iudicio seculari proponere.

Can. 24. De Episcopis quando heredes non habent.

Episcopus qui filios aut nepotes non habuerit, aliam quam Ecclesiam non relinquant heredem: si quid de Ecclesia non in Ecclesie causa aut necessitate prælumpserit, quod distraxit aut donavit, irritum habeatur. Qui vero si hos habet de bonis quæ relinquit, ab hæredibus ejus in dominatibus ejus consulatur.

Can. 25. De Judæis qui converti cupiunt.

De com. d. 4. In dai quorum. Judæi (quorum perfidia frequenter ad vomitum redit) si ad legem catholicam venire voluerint, octo menses inter catechumenos Ecclesie lumen introeant: Et si pura fide noscuntur venire, tunc demum baptismatis gratiam mereantur. Quod si casu aliquo periculum infirmitatis intra præscriptum tempus incurserint, & desperati fuerint, baptizentur.

Can. 26. De stipendiis clericorum.

2 q. 2. Clerici. Clerici etiam omnes qui Ecclesie fideliter vigilanterque deserviant, stipendia sanctis laboribus debita secundum servitij sui meritum, per ordinationem canonum à sacerdotibus consequantur.

Can. 27. De homicidis & falsis testibus.

24. dist. Itaque. Itaque censuramus homicidas & falsos testes à communione Ecclesiastica esse submovendos, nisi penitentia satisfactioe crimina admissa diluerint.

Can. 28. Ut clerici nuptialis vicent convivio.

dist. 34. presbyteri. Presbyteri, diaconi, subdiaconi, vel deinceps quibus ducendi uxores licentia modo non est, etiam aliarum nuptiarum evitent convivio. Nec his cœtibus misceantur ubi etiam tota cantantur & turpia, aut obscœni motus corporum choreis & saltationibus efferrantur, ne auditus & obtutus factis mysteriis deputatis, turpium spectaculorum atque verborum contagione polluantur.

Can. 29. Ne de pœnitentibus clericus ordinetur.

26. q. Minif. trave Deo. De pœnitentibus id placuit observare, quod sancti patres nostri synodali sententia censuerunt, ut nullus de his clericus ordinetur & qui jam sunt per ignorantiam ordinati

aut sicut bigami, aut inter nuptiarum mariti locum teneant. Mutrare diaconus aut consecrare altare presbyter non presumat.

Can. 30. Ne presbyter benedictionem populo dare presumat.

Benedictionem super plebem in Ecclesia fundere, aut penitentem in Ecclesia benedicere presbytero penitus non licebit. *Ibid.*

Can. 31. Ut ante Missam expletam egredi populus non presumat.

Missas die dominico secularibus totas audire speciali ordine precipimus, ita ut ante benedictionem sacerdotis egredi populus non presumat. Quod si fecerint ab Episcopo publice confundantur. *De cons. d. 1. Mis. fas.*

Annotatio.

Traditione Apostolica 1 diem Dominicum colendum esse eodemque die Missas audiendas, tradit S. August. scilicet de tempore. *Dominicum ergo diem, inquit, Apostoli & Apostolici viri ideo religiosa solemnitate habendum esse sanxerunt, quia in eodem redemptor noster à mortuis resurrexit, quique ideo Dominica appellatur, ut in eo terrenis operibus vel mundi illecebris abstinentes tantum divinis cultibus serviamus.*

Can. 32. De non alienandis ab aliquo rebus Ecclesie.

Diaconi vel presbyteri in parochia constituti de rebus Ecclesie sibi creditis, nihil audeant commutare, vendere vel donare, quia res Ecclesie sacratae Deo esse noscuntur. Similiter & sacerdotes nihil de rebus Ecclesie sibi commissa (ut superius comprehensum est) alienare presumant. Quod si fecerint, convicti in concilio, & ab honore depositi, de suo proprio aliud tantum restituant quantum visi fuerint presumpsisse. Sanè si quis qualibet conditione de rebus Ecclesie aliquid alienare presumpserit, si de suo proprio tantum Ecclesie contulerit, quantum visus est abstulisse, tunc demum illud stare licebit. *l. 1. q. diaconos.*

Can. 33. De clericis capitale crimen incurrentibus.

Si Episcopus aut presbyter aut diaconus capitale crimen commiserit, aut cathara fallaverit, aut falsum testimonium dixerit, *dist. 50. Si Episcopus.*

nium dixerit, ab officij honore depositus in monasterium detrudatur, & ibi quoadiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat.

Can. 34. De testamento Episcopi.

Si Episcopi condito testamento aliquid de Ecclesiastici juris proprietate legaverit, aliter non valebit, nisi tantundem de juris proprii facultate suppieverit.

Can. 35. Ne sacerdotes canonibus ad venandum non utantur.

2. 34 E. Episcopum, presbyterum, aut diaconum, canes ad venandum, aut accipitres, aut hujusmodi res habere non liceat. Quod si quis talium persequarum in hac voluptate superius decensus fuerit, si Episcopus est, tribus mensibus a communione suspendatur, presbyter duobus mensibus se abstinere, diaconus vero ab omni officio vel communione suspendatur.

Can. 36. De venditionibus quas Abbates facere praesumunt.

27. 9. 4. In venditionibus quas Abbates facere praesumunt, haec forma servetur, ut quicquid sine Episcopi licentia venditum fuerit ad potestatem Episcopi revocetur. Mancipia vero monachis donata, ab Abbate non liceat manumitti. Injustum enim putamus ut monachis quotidianum rurale opus facientibus, servi eorum libertatis otio potiantur.

Can. 37. De lapsis qui de catholica fide in haeresim transeunt.

Lapsi, qui in catholica fide baptizati sunt, si pravicatione damnabili post in haeresim transeverint, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas. Quibus nos annotata multitudine abbreviata, poenitentiam biennij conditione infra scriptae observationis imponimus, ut praescripto biennio tertio sine relaxatione jejurent & Ecclesiam studeant frequentare. In poenitentium loco standi, & orandi humilitatem ita noverint observandam, ut etiam ipsi quam catholici egredi commoventur abscedant. Hoc si observare voluerint, constituto tempore admittendis ad altarium observatio relaxetur. Quod si ardua vel dura forte putaverint, statuta praecceptorum canonum implere debebunt.

Can. 38. *De laicis qui in solemnitatibus majoribus ad civitatem non occurrunt.*

Cives qui superiorum solemnitatum, i. Paschæ ac Natalis Domini, vel Pentecostes festivitatibus cum Episcopis interesse neglexerint, quum in civitatibus communionis vel benedictionis accipiendæ causa positos se nosse debeant, triennio communione priventur Ecclesiæ.

Can. 39. *De clericis qui ab Ecclesia officio diebus solemnibus defunt.*

Si quis in clero constitutus ab Ecclesia sua diebus solemnibus defuerit. Nativitate Domini, Epiphania, Pascha vel Pentecoste, dum potius singularibus lucris studet, quam servitio Dei parere, convenit ut triennio à communione suspendatur. Similiter diaconus vel presbyter si per tres hebdomadas ab Ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat.

Can. 40. *De synodo annis singulis congreganda.*

Synodum etiam secundum constituta Patrum, annis singulis placuit congregari. Et quia in nomine Domini omnibus salubriter constitutis, synodus cum pace dimittitur, gratias Deo primitus & Domino nostro regi agamus, orantes divinam clementiam, ut hæc eadem facere & docere per multos annos in honore Domini possimus.

Explicit concilium Agathense.

*Item
Hila-
rius
Papa*

CONCILIUM AQUILENSE SUB DAMASO
primo celebratum tempore quoque beati Ambrosij Mediolanensi Episcopi, contra Palladium & Secundianum Arrianae hæresis defensores, quos damnarunt in prædicto concilio provinciali, disputante Ambrosio cum Palladio. Sententia vero damnationis sub hac forma pronunciata est ab Episcopo Constantio.

Palladium Arrij discipulum cujus impietates jam olim damnatæ sunt à patribus nostri in concilio Nicæno, & nunc hodie probatæ cum recensentur à Palladio singulari, quia non confusus est, dum Dei filium à Deo patre esse alie-

num, cum creaturam confiteretur, cum tempore dicit, Dominicum & Deum verum negat, solum patrem esse sempiternum & immortalem, in sempiternum cenfeo esse damnandum & ulterius sacerdotem dici non posse, nec inter Episcopos deputari.

In hoc concilio pro provinciis Occidentalibus, quia propter prolixitatem itineris Episcopi venire non poterunt, adfuerunt Legati provinciarum, ut legati Aphyrorum, & legati Gallorum.

Decreta Leonis Papa.

a. d. 44.
Leo 1.
Pont. 45.
hic Acc.
phal. cō.
futavit
Attil
retro-
vertit
Et Gen.
sericum
mitiga-
vit.

Leo primus Papa natione Tuscus sedit annos 21. mensem unum, dies 31. Hic & doctrinæ & vitæ præstantia magnus Homiliarum declamator insignis in Chalcedonensi 4. principali 630. Episcoporum synodo, Martiano principe, contra Euthychem Abbatem, de Christi natura perperam sentientem (ut infra dicitur) celebrata omnium consensus sanctus acclamatus est. Hic Ecclesiam ab hæreticis pene disceptam reparavit. Sanctorum statuis reverentiam sobana hematis nota decrevit. Secretæ Missæ Sanctum sacrificium, Immaculatam hostiam addidit. Monialibus ante 40. probatæ castitatis annum velum negavit, Ecclesias condidit, & Cubicularios instituit.

CONCILIIUM ARAUSICANUM
Provinciale; sub Leone primo Papa, tempore Theodosij junioris.

Can. 1. Vt nullus minister sine chrismate nusquam proficiatur.

Nullus ministrorum qui baptizandi recipit officium, sine chrismate usquam debet progredi, quia inter nos placuit semel in baptismo, chrismani; de eo autem qui in baptismo quacunque necessitate faciente chrismatus non fuerit, in confirmatione sacerdos commonebitur. Nam inter nos chrismatis ipseus non nisi una benedictio est. Non præjudicantes cuiquam hoc dicimus, sed ut necessaria habeatur chrismatio.

Can. 2. De hæreticis si in mortis discrimine convertantur.

Hæreticos in mortis discrimine positos, si catholici esse

desiderent, si desit Episcopus, a presbyteris cum chrismate & benedictione consignari placeat.

Can. 3. De pœnitentibus qui de corpore exeunt.

Qui redierunt de corpore pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eis communicare, quod morientis sufficit reconciliatori secundum definitiones Patrum, qui huiusmodi communionem congruentes viaticum nominaverunt. Quod si supervixerint, stent in ordine pœnitentium, ut ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione recipiant.

Can. 4. De his qui ad Ecclesiam confugiunt, ne tradantur.

Eos qui ad Ecclesiam confugiunt, tradi non oportet, sed *Matth.* loci sancti reverentia & intercessione defendendi. 26.

Annotatio.

De hac Ecclesiæ immunitate loquuntur D. Ambr. Orat. in Auxentium Arrianum, de basilicis non tradendis quæ ponitur lib. 5. Epistolatum post Epist. 3. & S. Augustinus ser. 5. De dedicatione Ecclesiæ, idem in Epist. 229. ad Cresconium, & alij non pauci quos prætereo.

Can. 5. Quod nullus clericorum mancipia occupet.

Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipiis ad Ecclesiam confugientibus crediderit occupanda, per omnes Ecclesias districtissima damnatione feriatur.

Can. 6. De liberis qui in Ecclesia commendati sunt ne opprimantur.

In Ecclesia manumissos, & per testamentum Ecclesiæ commendatos, si quis in servitatem vel obsequium, vel ad colonariam conditionem revocare tentaverit, animadversione Ecclesiastica coercetur.

Can. 7. De his qui clericum alienum ordinare præsumunt.

Si quis alibi consistentem clericum ordinandum putaverit prius definiat ut cum ipso habitet. Nec eum sine consultatione ejus Episcopi cum quo ante habitavit ordinare præsumat, quia non sine causa diu ab alio non ordinatus remansit.

Can. 8. De his qui cives alienos ordinaverint.

Si quis autem alienos cives, aut alibi consistentes ordinaverit, nec ordinari in ullo accusantur, aut ad se eos revocent, aut ipsi eis impetent, cum quibus habitent.

Can. 9. De Episcopis qui in aliena civitate Ecclesiam aedificant.

Si quis Episcoporum in aliena civitatis territorio Ecclesiam aedificant disponit, non praesumat dedicationem, quae illi omnimodè reservatur, in cujus territorio Ecclesia assurgit. Reservata vero aedificatori Episcopo haec gratia, ut quos desiderat clericos in se sua videre, ipsos ordinet in cuius civitatis territorio est; vel si ordinati jam sunt, ipsos habere acquiescat.

Can. 10. De Episcopis qui excommunicatum alterius suscipiant.

Placuit in reatum venire Episcopum qui admonitus de excommunicatione ejusque, sine reconciliatione ejus qui eum excommunicavit, ei communicare praesumpserit, ut integra omnia (si reconciliatio intercesserit) de injustitia vel iniquitate excommunicationis proximae synodo referatur.

Can. 11. De his qui subito obmutescunt.

Subito obmutescens (prout statutum est) baptizari, aut poenitentiam accipere potest, si voluntatis praeteritae testimonium aliorum verbis habet praesentibus in suo iure.

Can. 12. *Vi* Evangelia catechumeni non audiant.

Placuit Catechumenis non legi Evangelium in Ecclesia.

Can. 13. De eisdem ne ad baptisteria accedant.

Catechumeni nonnunquam admittendi sunt etiam inter domesticas orationes, ad baptisteria nequaquam.

Can. 14. De eisdem ne cum fidelibus benedictionem accipiant.

Segregandi informandique sunt catechumeni, ut se revocent, & signandos vel benedicendos semotim offerant eos fideles.

Can. 15. De fornicis que viduitatem professæ sunt.

Viduitatis servandæ professionem coram Episcopo in secretario habitam, imposita a presbytero velle vidualitatis non esse violandam. Ejus vero repudiatorem, vel ipsam talis professionis deserticem, merito esse damnandam decernimus.

17. q. 1.
viduitatis.

Ego Hilarius Episcopus subscripsi. Ego Superventor pro patre & meo Episcopo Claudio subscripsi, & recognovi.

Explicit Concilium Arausicanum.

CANONES CONCILII ARAUSICANI
circa tempora Leonis primi Papæ, De libero arbitrio, & de rebus necessariis per capitula requirendis.

Hi vero Canones omnes ferè ad unum sunt sententiæ & verba S. Augustini ex ipsius scriptis diversis desumpta.

Can. 1. De gratia & libero arbitrio.

Si quis per offensam prævaricationis Adæ non totum, sed secundum corpus, & animam, in detestus dicit hominem commutatam, sed animæ libertate illiæsa, durante, corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagij errore deceptor adversatur scripturæ dicenti Anima que peccaverit ipsa morietur. Et vultis, quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis? Et à quo quis speratur, ejus & servus efficitur?

Ezech.
12.
Rom. 6.
2.
Pet. 2.

Can. 2. Quod prævaricatio Adæ omnes infecerit.

Si quis soli Adæ prævaricationem suam, non & eius propagini asserit nocuisse, aut certè mortem tantum corporis (quæ pœna peccati est, non autem & peccatum quod mors est animæ) per unum hominem in omne genus humanum transisse testatur, injustitiam Deo debet, contradicens Apostolo dicenti: Per unum hominem peccatum intravit in mundum & per peccatum mors in omnes homines peccavit, in quo omnes peccaverunt.

Rom. 1.

Can. 3. De gratia Dei.

Esa. 63. Si quis per invocationem humanam gratiam Dei dicit
Rom. 10. posse conferri, non autem ipsam gratiam facere ut invoce-
 retur à nobis, contradicit *Esaie* Prophete, vel *Apostolo*
 idem dicenti: Inventus sum à non querentibus me, palam
 apparui his qui me non interrogabant.

Can. 4. De purgatione peccati.

Philip. Si quis ut à peccato purgemur, voluntatem nostram
 2. Deum expectare contendit, non autem ut etiam purgari
 velimus, per sancti Spiritus infusionem & operationem in
 nos fieri conficetur, resistit ipsi Spiritu sancto, per *Salomonem*
 dicenti: Preparatur voluntas à Domino, & *Apostolo*
 salubriter predicanti: Deus est qui operatur in nobis &
 velle & perficere pro bona voluntate.

Can. 5. Quod ad fidem & regenerationem baptismatis per gratia donum perveniamus.

Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei ipsum
 credulitatis affectum, quo in eum credimus qui justificat
 impium, & ad regenerationem baptismatis pervenimus,
 non per gratia donum, i. per inspirationem Spiritus sancti
 corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem,
 ab impietate ad pietatem, & naturaliter nobis inesse dicit,
 Apostolicis dogmatibus adversarius approbatur, Beato
 Paulo dicente: Confidimus quia qui coepit in vobis bo-
 num opus, perficiet usque in diem Domini nostri Iesu
 Christi. Et illud: Vobis datum pro Christo non solum ut
 in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Et gratia
 salvi facti estis per fidem, non ex vobis, Dei enim donum
 est. Qui n. fidem qua in Deum credimus, dicunt esse natura-
 lem: omnes eos qui ab Ecclesia Christi alieni sunt, quodam-
 modo sicut esse desinunt.

Philip.

2.

*Ibid**Ephes. 2.**Can. 6. Quod gratia Dei sumus id quod sumus.*

Si quis sine gratia Dei credentibus, volentibus, deside-
 rantibus & pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri,
 non autem divinitus, ut credamus, velimus, vel hæc omnia
 sicut oportet agere valeamus, per infusionem & inspira-
 tionem sancti Spiritus in nobis fieri conficetur, aut humili-
 tati, aut obedientie humanæ subjungit gratia adiutorium,

nec ut obediens & humillimus ipsius gratia unquam esse 1. Cor. 2.
 consentit, existit Apostolo dicente: Quod habes quod non Ibid. 15.
 accepisti? & Gratia Dei sum ad quod sum.

Can. 7. Quod non sumus idonei cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis.

Si quis per naturæ vigorem bonum aliquod quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare, sicut exedit, aut eligere sive salvari, id est e angelorum prædicatōnis confortibus posse confirmari, ac ut illuminatione & inspiratione Spiritus Sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo, & cretendo veritati, hæretico fallitur spiritu, non intelligens vocem Dei in Evangelio dicentis: Sine me nihil potestis facere. Et illud Apostoli: Non quod idonei sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

Recentiores quidam Theologi interpretantur hæc duo loca de auxilio Dei generali, sine quo nihil omnino valemus facere, nec opus aliquod naturæ. Magis legitimum est quod hic sentitur à Concilio & Pontifice, ut hic non negentur opera naturæ, sed quæ pertineat ad salutem æternæ vitæ.

Ioan. 17.
1. Cor.

Censura
authoris.

Can. 8. Nemo per semetipsum salutis æternæ mysterium potest conquirere.

Si quis alius misericordia, aliu. vero per liberum arbitrium (quod in omnibus qui de prævaricatione primi hominis nati sunt) constanti sententia hominem in gratiam baptismi posse venire contendit, à recta fide probatur alienus. Is enim non omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis asserit infirmatum, aut certe ita lætū putat, ut tamen quidam valeant sine revelatione Dei mysterium salutis æternæ per iemedios possit conquirere. Quod quantum sit contrarium, ipse Dominus probat, qui non aliquos sed neminem ad se posse venire testatur, nisi quem Pater attraxerit sicut & Petro dicit: Beatus es Simon Barlona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cælis est. Et Apostolus: Nemo potest dicere Dominum Iesum Christum nisi in Spiritu sancto.

Ioan. 16.
Matth.

16.
1. Cor.
12.
Philipp.
2.

Can. 9. De adiutorio Dei.

Divini est muneris cum rectè cogitamus, & pedes no-

stro: à falsitate & iniquitate tenemus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum, ut operemur, operatur.

Can. 10. De eodem.

Adjutorium Dei etiam renatis ac sanctis semper est implorandum ut ad finem bonum pervenire, vel in bono per se opere perdurare.

Can. 11. De obligatione votorum.

• Nemo quicquam Domino rectè voverit, nisi ab ipso acceperit, sicut legitur: Quæ de manu tua accepimus, damus tibi.

Can. 12. Quales nos diligit Deus.

Tales nos amat Deus quales futuri sumus ipsius dono, non quales iamus nostro merito.

Can. 13. De reparatione liberi arbitrij.

Eccl. 8. Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam baptismi non potest reparari. Quod amissum, nisi à quo petuit dari, non potest reddi. Unde ipsa veritas dicit: Si vos filius liberaverit, tunc verè liberi eritis.

Can. 14. De misericordia Dei.

Psal. 118. Nullus miser de quantacunque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia prevenitur, licet dicit Psalmista: Cito anticipet nos misericordia tua Domine. Et illud: Deus meus, misericordia ejus preveniet me.

Can. 15. De mutatione pravagationis Adæ.

Psal. 78. Ab eo quod formavit Deus, mutatur Adam, sed in pejus per iniquitatem suam. Ab eo quod operata est iniquitas, mutatur fidelis, sed in melius per gratiam Dei, illa ergo mutatio fuit pravagationis primi, hæc secundam Psalmistam, mutatio.

1. Cor. 4.

Galat. 1.

Ephes. 4.

Psal. 57.

Matth. 22.

Can. 16. Quod nemo gloriatur de substantia sua.

Nemo ex eo quod videtur habere, gloriatur, tanquam non acceperit: aut ideo se putet accepisse, quia litera extrinsecus velut legitur, apparuit, vel ut auditur, sonat.

Nam sicut Apostolus dicit: Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Inde habet, quicumque habet. Quisquis autem inde se habere negat, aut velle non habet, aut id quod habet, auferetur ab eo.

Can. 17. De fortitudine Christiana.

Fortitudinem Gentilium mundana cupiditas, fortitudinem Christianorum Dei charitas facit, quae diffusa est in cordibus nostris non per voluntatis arbitrium, sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, nullis meritis gratiam *Rom. 12* praeveniantibus. *Rom. 4*

Can. 18. De mercede boni operis.

Debetur merces bonis operibus si fiant: sed gratia quae non debetur, praecedat ut fiant. Neminem, nisi Deo miserante, salvati.

Can. 19. De natura humana.

Natura humana etiamsi in illa integritate in qua est condita permaneret, nullo modo seipsam creatorem suo non adjuvante, servaret. Unde cum sine gratia Dei salutem non possit custodire quam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare quod perdidit.

Can. 20. Nihil boni hominem posse sine Deo.

Multa in homine bona sunt quae non facit homo: Nullis vero facit homo bona quae non Deus praestet ut faciat homo.

Can. 21. De natura & gratia.

Sicut eis qui volentes in lege justificari, & gratia exci- *Esa. 96*
derunt, verissime dicit Apostolus: Si ex lege iustitia est, ergo *Gal. 3.*
Christus gratis mortuus est, iam hic eam erat lex, & non
iustificabat, iam hic erat & natura, & non iustificabat: deo
Christus non gratis mortuus est, ut & lex per illum imple- *Matth. 23.*
retur, qui dixit: Non veni legem solvere, sed ad implere, ut
natura per Adam perditam, per illum repararetur, qui dixit *Luce. 91*
venisse se quae & salvare quod perierat. *Psal. 135*

Can. 22. De his qua hominum propria sunt.

Isa. 10. Nemo habet de suo nisi mendacium & peccatum. Si quis autem homo habet veritatem æque iusticiam, ab illo fonte est quem debemus sitire in hac nemo, ut ex eo quasi guttis quibusdam irroratis non deficiamus in via.

Can. 23. De voluntate Dei & hominis.

Suam voluntatem homines faciunt, non Dei, quando id agunt quod Deo displicet. Quando autem ita faciunt, quod volunt, ut divinæ serviant voluntari, quamvis volentes agant quod agunt, illorum tamen voluntas est, à quo præparatur, & obitur quod volunt.

Can. 24. De palmetibus vitis.

Ioan. 15. Ita sunt in vite palmites, ut vici nihil conferant, sed in de accipiant unde vivant. Sic quippe vitis est in palmitibus, ut vitale subministret eis, non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo discipulis prodest, & non Christo. Nam præciso palmiti, potest de viva radice alius pullulare. Qui autem præcisus est, non potest de viva radice vivere.

Can. 25. De dilectione qua diligimus Deum.

Nota. Proxius donum Dei est diligere Deum. Diffundit enim charitatem in cordibus nostris spiritus patris & filij, quem cum patre amamus & filio. Ac sic secundum supra scriptas sanctarum scripturarum sententias, vel antiquorum patrum definitiones, hoc Deo propitiante & prædicare debemus, & credere: quod per peccatum primi hominis ita inclinatum & attenuatum fuerit liberum arbitrium, ut nullus postea aut diligere Deum sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum, quod bonum est, possit, nisi gratia eam & misericordia divina prævenierit. Unde Abel iustus, & *Hebr. 11.* Noë, Abraham & Isaac & Iacob, & omni antiquorum san-
*per totū.*ctorum multitudini, illam præclaram fidem quam in ipsorum laudem prædicat Apostolus, non per bonum naturæ, quod prius in Adam datum fuerat, sed per gratiam Dei credimus fuisse collatam: quia gratiam etiam post adventum Domini omnibus qui baptizari desiderant, non in libero arbitrio haberi, sed in Christo novimus simul & credimus largitate conferri, secundum illud quod jam supra dictum est, & prædicat Paulus Apostolus: Vobis donatum

est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Et illud: Deus qui cepit in vobis bonum opus, perficiet usque in diem Domini nostri. Et illud: *Jacob. 1.* Gratia salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis Dei n. donum est. Et quod de seipso ait Apostolus: Misericordiam consequutus sum, ut fideli essem. Non dixit quia eram, sed ut essem: Et illud: Quid habes quod non accepisti? Et illud: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à parte luminum. Innumerabilia sunt sanctorum scripturarum testimonia, quæ possint ad probandam gratiam profecti, sed brevitati studio prætermissa sunt, quia & revera, cui pauca non sufficiant, plura non proderunt. Hoc etiam secundum fidem Catholicam credimus, quod accepta per baptismum gratia, omnes baptizati (Christo auxiliante & cooperante) quæ ad salutem pertinent, possint & debeant (si fideliter laborare voluerint) adimplere. Aliquos vero ad malum divina potestate prædestinatos esse non solum non credimus, sed etiam si sunt qui tantum malum crescere velint, cum omni detestatione in illis anathema dicimus. Hoc etiam salubriter profiteamur & credimus, quod in omni opere bono nos non incipimus, & postea per Dei misericordiam adjuvamus, sed ipse nobis nullis præcedentibus bonis meritis & fidem & amorem sibi prius inspirat, ut & baptismi sacramenta fideliter requiramus, & post baptismum (cum ipsius adjutorio) ea quæ sibi sunt placita, implere possimus. Unde manifestissimè credendum est, quod & illius latronis quem Dominus ad Paradisi portam re vocavit, & Cornelij Centurionis, ad quem Angelus Domini missus est, & Zachari, qui ipsum Dominum suscipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuit de natura, sed divinæ largitatis donum.

Hanc definitionem antiquorum Patrum non solum Episcopi, sed laici etiam illustres & magnifici viri subscripserunt.

CONCILIUM VASENSE.

Sub Leone primo Papa, & Theodosio juniore celebratum est. In quo nonnullæ constitutiones factæ sunt per 18. Episcopos, ibi congregatos

ex quibus aliquas tanquam præcipuas subiecto placuit.

Can. 1. *Ut alterius Episcopi chrisma nullus accipiat, sed proprij.*

Per singula territoria presbyteri vel ministri ab Episcopis non prouehibitum fuerit a vicinis vicibus sed à suis proprijs per annos singulos petant chrisma appropinquante solemnitate Paschali, nec per quemcumque Ecclesiasticum, sed si qua necessitas, aut ministrorum occupatio est, per subdiaconum, quia inhonoratum est inferioribus summa committi.

Can. 2. *Ut qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur.*

13. q. 1. *Quid* Qui oblationes defunctorum retinent, & Ecclesijs tradere demorantur, ut infideles ab Ecclesia sunt abijcendi, quia usque ad exinanitionem fidei peruenire certum est hanc pietatis diuinx exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes, votorum plenitudine & pauperes consolatu alimonix, necessaria sustentatione fraudantur. Hi ergo tales quasi egentium necitatores, nec credentes iudicium Dei habendi sunt. Unde & quidam * patrum hoc scriptis suis inseruit congruente sententia, quæ ait: Amico quiequam rapere furtum est, Ecclesiam verò fraudare sacrilegium est.

Can. 3. *De sepulturis quomodo non est accipiendum pretium.*

13. q. 2. *Præcipiendum* Præcipiendum est secundum canonum auctoritatem ut de sepulchris & hominibus sepeliendis nihil muneris exigant, nisi forte qui sepelitur, vivens iusserit Ecclesix, in cuius terro sepelitur, aliquid de rebus suis tribuere, aut etiam post mortem ipsius, illis quibus commissam est eius elemosynam facere de rebus illius, aliquid sponte dare volunt. Et tamen nullatenus à presbyteris Ecclesix illius aliquid exigatur sine illis qui locis & villis præsent.

Can. 4. *Ut presbyteris predicandi potestas suis plebibus concedatur.*

Hoc etiam pro reedificatione omnium Ecclesiarum, &

pro utilitate totius populi nobis placuit, ut non solum in civitatibus, sed etiam in omnibus parochiis verbum facendi daremus presbyteris potestatem, ita ut si presbyter, aliqua infirmitate prohibeatur, per seipsum non potuerit predicare, sanctorum Patrum homilia à diaconis recitentur. Si enim digni sunt diaconi, quæ Christus in Evangelio loquutus est legere, quare indigni judicentur sanctorum Patrum expositiones publicè recitare?

Can. 5. Vt Kyrie eleison in omnibus Ecclesiis dicatur.

Et quia tam in sede Apostolica quam etiam per totas Orientis, atque Italix provincias dulcis & nimis salubris consuetudo intronmissa est, ut Kyrie eleison frequentius cum grandi affectu ac compunctione dicatur, placuit etiam vobis ut in omnibus Ecclesiis nostris ista consuetudo sancta & ad Matutinum & ad Missas, & ad Vesperam, Deo propitiante, intronmittatur.

Can. 6. Vt in omnibus Missis semper Sanctus, Sanctus, Sanctus, dicatur.

In omnibus Missis sive Matutinis, sive in quadragesimalibus, sive in illis quæ pro defunctorum commemorationibus fiunt, semper, Sanctus, Sanctus, Sanctus, eo ordine quo ad Missas publicas, dici debeant quia tam dulcis & desiderabilis vox etiam si die nocteque possit dici, fastidium non poterit generare. Et hoc nobis iustum est ut nomen Domini Pape, qui nunquam sedi Apostolicæ præfuerit, in nostris Ecclesiis reciteretur.

Can. 7. Vt propter hereticorum incredulitatem; post Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c. semper dicatur.

Quia non solum in sede Apostolica, sed etiam per totum Orientem & totam Africam vel Italiam propter hereticorum astutiam, qua Dei filium non semper eum Patre fuisse, sed à tempore cepisse, blasphemant in omnibus clausulis post Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c. dicatur etiam, & nos in universis Ecclesiis nostris hoc ita dicendum esse decrevimus.

CONCILIUM CARPENTO.

Sub Leone 1. Papa celebratum est, in quo hæc

constitutio à Patribus est definita.

Constitutio sanctorum Episcoporum in civitate
Carpentoracensi.

Licet omnia quæ Ecclesiastica regula præcipit observari in multis canonibus contineantur inserta, nascuntur tamen causæ pro quibus necesse habent sacerdotes Domini quod ad iusticiam pertinet, secundum disciplinam Ecclesiasticam ordinare. Et ideo quia Carpentoracite convenientes huiusmodi ad nos querela pervenit, quod ea quæ à quibusdam fidelibus parochiis conferuntur, ita ab aliquibus Episcopis præsumantur, ut aut parum aut prope nihil Ecclesiis quibus collata fuerant, relinquatur: hoc nobis iustum & rationabile visum est, ut si Ecclesia civitatis eius cui præest Episcopus, ita est idonea, ut ipsa nullius indigeat, quicquid parochiis fuerit derelictum, clericis qui in ipsis parochiis deserviunt, vel reparationibus Ecclesiarum rationabiliter dispensentur. Si vero Episcopum multas expensas, & minorem substantiam habere conspicerit: parochiis, quibus largior fuerit collata substantia, hoc tantum quod clericis vel architectis rationabiliter sufficiat reseruetur. Et subscripserunt hæc constitutionem Episcopi, quorum nomina in Concilio habentur.

CONCILIUM ARELATENSE
tertium sub Leone 1. Papa, celebratum est à
34. Episcopis, Era. 641. Mariano Augusto,
Opilione & Vincomalo Consulibus 8. Idus Iulij. Quum in Basilica S. Mariæ in Arelat. civitate sacerdotes Domini convenissent, congruum eis & rationabile visum est, ut primum de observandis Canonibus attentissima sollicitudine pertractantes, qualiter ab Episcopis Ecclesiasticæ regulæ servarentur, salubri Concilio definirent.

Primum, ut diaconus ante 25. annos, & sacerdos ante 30. non ordinetur.

Ut bigami vel pœnitentes, vel repudiatatum mariti ad sacerdotium non provehantur. 2

Ut hæc ante annum conversionis non ordinetur. 3

Qui clericum alienam defendere nititur, communione privetur.

Ut læci qui exubias funeris observant, cum timore & terrore & reverentia hoc faciant. Nullus ibi diabolica carmina præsumat cantare, nec jocos, nec salrationes facere, quæ Paganis, docente diabolo adinvenerunt. Quis enim nesciat diabolicum esse, & non solum à religione Christiana alienum, sed etiam humanæ contrarium. Ibi lætari, cantare, inebriari, & cachinnis ora dissolvi, & omni pietate & affectu charitatis postposito quasi de fraterna morte exultare, ubi luctus & plangtus sibilibus verbis debuerunt resonare pro amissione chari fratris? Patres siquidem veteris & novi testamenti mortes sanctorum virorum legimus multis in locis cum fletu deplorasse, in nullo autem loco de illis qui à seculo discesserant exultasse. Nam & Jacob Patriarcham tota flevit Ægyptus 70 diebus. Et Joseph & fratres ejus cum patrem deferrent in terram Chanam ad sepeliendum, celebrantes exequias, plangtu magno atque vehementi impleverunt septem dies. Tantus autem fuit plangtus, ut luctus nomen inde accepit. Et de beato Stephano legimus quod sepelierunt eum viri timorati, & fecerunt plangtum magnum super eum, & ideo tali incepta lætitiæ & pestifera cantica, ex autoritate interdiciendæ sunt. Si quis autem cantare desiderat. Kyrie eleison canat, si autem aliter, omnino taceat. Si autem tacere non vult, in crastino à presbytero taliter cœnceatur ut alij timeant.

CHALCEDONENSE CONCILIUM
unum ex quatuor celeberrimis, celebratum est presentibus 630. Patribus, temporibus Leonis 1. Papæ. & Marciani Imperatoris, contra Eutychem Constantinop. Abbatem qui asserbat Christum post humanam, assumptionem non ex duabus naturis existere, sed solam in eo divinam naturam permanere, & contra Dioscorum ejusdem defensorem. Qui condemnata præseri-

pta hæresi, statuerunt hos canones, quorum auctoritas maxime sanctus Anatolius Constantinopolitani Episcopus fuit.

Can. 1. De servandis canonibus synodorum.

25.9.1. A sanctis Patribus in unaquaque synodo usque antea
A sanctis Patribus. prolatas regulas tenere statuimus.

His Patribus. *Can. 2. In quo damnatur Episcopus qui per pecuniam ordinationem facit.*

1.9.1. Si quis Episcopus per pecuniam ordinationem fecerit, & pretio telexerit Spiritus sancti gratiam quæ vendi non potest, ordinaveritque per pecuniam presbyterum aut diaconum, vel quemlibet de his qui cognominantur in clero promoverit, & disceptatorem, aut defensorem, vel quemlibet qui subjectus est regulæ, pro sui turpissimi lucri commodis: qui hoc attentare probatus fuerit, proprii gradus periculo subiacebit, & qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione vel promotione quæ est pro negotiatione facta, proficiat, sed sit alienus à dignitate vel sollicitudine quam pecuniis acquisivit. Si quis vero mediator tam turpibus, & nefandis datis vel acceptis extiterit, si quidem clericus fuerit, à proprio gradu decidat: si vero laicus, anathematizetur.

Item ex octava synodo

Can. 3. Ut hi qui connumerantur in clero, turpibus lucris non inserviant.

Dist. 16. Peruenit ad sanctam synodum, quia de his qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam aliorum possessionum conductiones, & causas secularium negotiorum suscipiunt, & à sacris officiis, se per desidiam separant, & ad domos etiam secularium concurrunt, & substantiarum eorum gubernationes avaritiæ causa suscipiunt. Decrevit igitur sancta & universalis & magna synodus, nomen harum acinceps, hoc est, Episcopum, sive clericum, aut monachum conducere possessiones, aut misceri secularibus possessionibus posse, nisi forte qui legibus ad minorum gratis tutelam sive curationem inexcusabiles attrahuntur, ut ipsius civitatis Episcopus Ecclesiasticarum rerum commisit gubernacula, & orphanorum ac viduarum quæ indefensæ sunt, aut earum personarum maxime quæ Ecclesiastico indigent adminiculo, propter Dei timorem,

Si quis verò transgressus fuerit hæc præcepta, Ecclesiasticæ subiaceat correctioni.

Can. 4. *Quod monachi in civitatibus Episcopo debeant esse subiecti.*

Qui verè & purè solitariam eligant vitam, digni sunt con-
venienti honore. Quidam tamen monachorum habitu uter-
tes insidènter, per civitates incedunt, nec non & mona-
stèria & seipsos propria præsumptione condemnant. Placuit
igitur neminem aut ædificare aut construere monaste-
riam, aut oratori domum sine conscientia ipsius civitatis Episcopi.
Eos verò qui per singulas civitates seu possessiones in mona-
stèriis sunt, placet nobis Episcopo subiectis esse debere, &
quieti operam dare, atque observare jejunia & orationes in
locis in quibus semel se Deo voverint, permanentes: & ne-
que communicare Ecclesiasticas, neque seculares aliquas at-
trectare actiones, relinquentes propria monasteria, nisi forte
jubeantur propter urgentes necessitates ab ipsius civitatis
Episcopo, Et neminem servorum suscipi in manastetium, ut
sit cum eis monachus, nisi cum Domini proprii licentia.
Prætereuntem verò hæc decernimus extra communionem
esse, ne nomen Domini blasphemetur. Convenit ergo civita-
tis Episcopo, curam sollicitudinemque necessariam monaste-
riis exhibere.

16. q. 1.
Qui vo-
re & pu-
re & 18.
q. 2.
Quidã
mona-
chorum
habitu.

Can. 5. *Non licet Episcopo Ecclesiam suam relin-
quere, & ad aliam transire.*

Propter eos Episcopos & clericos qui de civitate ad
civitatem transunt, definitiones datas a sanctis Patribus ha-
bere propriam firmitatem.

7. q. 1.
Propter
eos.

Can. 6. *Nemo ordinetur absolute.*

Neminem absolute * ordinari jubemus presbyterum, ne-
que diaconum, nec quemlibet in Ecclesiastica ordinatione
constitutum, nisi manifestè in Ecclesia suæ civitatis, siue pos-
sessionis aut in martyrio aut in monasterio, hic qui ordina-
tur, mereatur ordinationis publicæ vocabulum. Eos autem
qui absolute ordinantur, decrevit sancta synodus vacuum
habere manus impositionem, & nullam tale factam valere
ad injuriam ipsius, qui eos ordinavit.

Nican.
concil. c.
15. dist.
70 ne-
minem *
id est, si-
ne titu-
lo.

Can. 7. *Quod semel in clero taxati, vel monasteriis deputati ad militiam non redeant.*

20. 9. 1.
Eos qui
semel.

Eos qui semel in clero taxati fuerint, sive in monasterio deputati, decrevimus neque ad militiam, neque ad honores seculares venire. Eos autem qui hoc ausi fuerint facere, & non ejus rei poenitente maluerint, ut ad hoc idem revertantur, quod ante obtentu Dei sibi proposuerunt, convenit anathematizari.

Can. 8. *Dispensatores pauperum Episcopo suo obediant.*

22. 9. 1.
Etiam
mona-
chorum.

Clerici in parochiis, monasteriis, aut martyriis constituti, sub potestate sint ejus qui in ea civitate est Episcopus, secundum traditionem sanctorum Patrum, neque per presumptionem recedant à suo Episcopo. Eos vero qui a se fuerint rescindere hujuscemodi institutionem quocumque modo, vel si noluerint subiacere proprio Episcopo: si quidem fuerint clerici secundum personarum ordinationem subiacent condemnationibus canonum. Si vero monachi, sive laici fuerint, communionem priventur.

Can. 9. *Si clericus contra aliam causam habeat, ante Episcopum suum examinetur.*

23. 9. Si
clericus
adversus
clericum.

Si clericus adversum clericum habet negotium, non relinquat suum Episcopum, ad secularia judicia non concurrat, sed prius negotium agatur apud proprium Episcopum. Vel certe si fuerit negotium ipsius Episcopi, apud arbitros ex utraque parte electos audiat negotium. Si quis vero contra hoc fecerit, canonum correctionibus subiacet. Et si clericus adversus suum vel alium Episcopum habeat causam apud audientiam synodi provincie congregatae: Si vero contra ipsius provincie Metropolitanum Episcopus sive clericus habeat controversiam, pergant ad ipsius diocesis primatem, aut certe ad Constantinopolitanæ regie civitatis sedem ut eorum ibi negotium terminetur.

Annotatio.

Ubi dicit, *Pergant ad ipsius diocesis primatem*, intelligatur Episcopus Romanus: Nam Græcæ vox *Επαρχος* non proprie primatem, sed principem significat: solus vero Romanus Pontifex est princeps Christianæ diocesis. His verò

bis igitur constituitur, ut si quis cum Metropolitano aliquo controversiam habeat, non alibi cum conveire possit aut debeat, quam apud principem diocesis Romanum Pontificem.

Can. 10. *Ut non liceat de alia civitate in aliam transfugare.*

Non liceat clericum in Ecclesiis duarum civitatum ordinari, sed in ea in qua ab initio ordinatus est, & cujus ex-
24. clericum in ananiam.
 petitio erat ante profugium. Et si propter vanam gloriæ desiderium contingerit ut post ad maiorem Ecclesiam transferatur, eam indubitanter revocari decet ad eam Ecclesiam, in qua ab exordio ordinatus est, & ibi consuetudo ministrare. Si quis verò iam translatus sit ab una Ecclesia in aliam, nihil habeat commune cum prioribus, sive sub Ecclesia constitutis martyribus, sive in parochiis vel xenodochiis, aut eorum negotiis. Eos verò qui ausi fuerint post ordinationem huius maxime & univ. salis synodi agere, que prohibita sunt, statuit sancta synodus cadere de proprio gradu.
Ibid. 2. Si quis.

Can. 11. *Ut provincia in duos metropolitanos Episcopos non dividatur.*

Pervenit ad nos quòd quidam prater Ecclesiasticas ordina-
D. 101.
 tiones, affectantes potentiam, per pragmaticum factum herve-
 unam provinciam in duas dividant, & ex hoc inveniantur nie ad
 duo Metropolitanos Episcopi in una eademque provincia nos.
 esse. Statuit ergo sancta synodus deinceps nihil tale attentari à quolibet Episcopo. Eos vero qui tale attentaverint, cadere de proprio gradu.

Can. 12. *Ut sine literis commendatitiis clericus extra suam Ecclesiam non ministret.*

Extraneis clericis & lectoribus, extra suam civitatem sine d. 17. ex-
 commendatitiis literis proprii Episcopi nusquam penitus traneo
 liceat ministrare. clericis.

Can. 13. *Quod non liceat clericis alterius scilicet uxorem accipere.*
d. 29.

Quoniam in quibusdam provinciis concessum est Presb. Quonia
 mistis & lectoribus uxores ducere, constituit sancta syno- in qui-
 busdam.

duſ proſus cuiquam ex his non licere altius lectæ accipere uxorem. Si quis vero præveit, & habet jam de tali concubio filios, ſi forte prævenit eos jam apud hæreticos baptizati, debet eos offerre ſanctæ Eccleſiæ Catholice, ut ibi communicent. Qui vero adhuc baptizati non ſunt, omnimodo non poſſe eos in hæretica Eccleſia baptizari, nec in matrimonio jungi hæretico, Iudæo, vel Pagano, niſi forte ſpouderit ſe venire ad orthodoxam fidem, dum conjungitur perſonæ orthodoxæ. Si quis vero hanc definitionem ſanctæ ſynodi præterierit, regularibus condemnationibus ſubjaceat.

Can. 14. Diaconiſſa quæ poſt ordinationem nuber, anathema ſit.

15. q. 1.
Diaconiſſam
non.

Diaconiſſam non debere ante annos 47. ordinari ſtatui-
mus, & hoc cum diligenti probatione. Si vero ordinationem
ſuſceperit, ut quocumque tempore obſervaverit miſtere-
num, & poſtea ſe nuptiis tradiderit injuriam faciens gratiæ
Dei, hæc anathema ſit, cum eo qui in nuptiis illius convenerit.

Can. 15. Ut nec Deo dedicata virgo, nec monachus nuptiis jungi poſſint.

47. q. 1.
Si qua
1. 120.

Si qua virgo ſe dedicaverit Deo ſimiliter monachus, non
licet eis nuptiis jungi. Si vero inventi fuerint hoc facientes,
maneat excommunicati. Statuimus vero poſſe eis fieri hu-
manitatem, ſi ita probaverit Episcopuſ loci.

Can. 16. De ruſticanis parochiis.

16. q. 3.
Per ſin-
gulas
etiam
Eccleſias.

Per ſingulas Eccleſias parochias ruſticanas permanere im-
mobiles apud eos qui eas tenet Episcopos decrevimus, &
maximè ſi eas ſine violentia per triginta annos gubernave-
runt. Si vero intra triginta annos facta fuerit de his dubita-
rio, liceat eis qui ſe dixerint læſos, propterea movere apud
ſynodum provinciæ certamen. Si quis vero putaverit ſe à pro-
prio metropolitano gravari, apud primum dicceſis, aut
apud Conſtantinopolitanæ civitatis ſedem agat negotium,
ſicut dictum eſt. Si vero quælibet civitas per aſthoritatem
imperialeſ renovata eſt aut ſi renovetur, in poſterum civili-
bus & publicis ordinationibus etiam Eccleſiarum parochia-
rum ſequatur ordinationeſ.

Can. 17. De his qui conjurationem aut calumniam contra Episcopum faciunt

Conjurationum & conspirationum crimen (quod apud Græcos dicitur phratria) publicis etiam legibus certum est peccatum inhiberi, hoc multo magis in sancta Dei Ecclesia (sic fiat) convenit abdicari. Si qui vero clerici vel monachi inventi fuerint conjuratores aut conspiratores, aut phratrias vel factiones componentes aliquas suis Episcopis, aut aliis, omnino cadant de proprio gradu.

11. q. 1. Conjuratio.

Can. 18. Quod corripiantur Episcopi qui ad concilium vocati venire recusant.

Pervenit ad nostras aures quod in provinciis constituta Episcoporum concilia minime celebrentur, hoc ex eo probatur quod multæ quæ correctione opus habent Ecclesiæ res negligantur. Statuit ergo hæc sancta synodus secundum regulas patrum bis in anno unum convenire per singulas provincias Episcopos, ubi singula quæ emerierint, corrigantur. Qui vero noluerint convenire Episcopi constituti in suis civitatibus, & hoc maxime cum sui corporis sanitate sunt consistentes, cum etiam ab omnibus aliis, urgentibus necessitatibus & inexcusabilibus argutiis sint liberi, licet eos fraternæ charitatis communitioibus corripit.

18. Pervenit ad nostras.

Can. 19. Quod clericus unius Ecclesie in aliena non ordinetur.

Clericos in singulis Ecclesiis constitutos sicut jam definitum est, non liceat in alterius civitatis Ecclesiis ordinari, sed quiescant in ea in qua ab initio ministrare inciperunt, exceptis illis qui proprias civitates perdiderunt, & ex necessitate ad alias Ecclesias migraverunt. Si vero quicumque Episcopus post definitionem istam ad alium Episcopum pertinentem clericum susceperit, placuit sanctæ synodo & hunc qui suscipit, & eum qui susceptus est, tandiu excommunicatos manente, quoad ipse clericus ad propriam revertatur Ecclesiam.

1. Clericos in singulis item. Greg. Forti nata Episcopo.

Can. 20. De his qui accusant Ecclesiam.

Clericos aut laicos passim accusantes & sine probatione Episcopos aut clericos, ad accusationem non reci-

picndos decrevimus, nisi prius discutiatur eorum existimationis opinio.

*Can. 21. Clericis non licere diripere bona
Episcopi.*

12. q. 2. Non licet clericis post mortem Episcopi sui rapere res
pertinentes ad eam, sicuti præcedentibus regulis constitutum
habetur. Si verò hæc fecerint, periclitari se noverint à pro-
prio gradu.

*Can. 22. Ut monachi qui sine licentia Episcopi va-
gantur, ad propria loca redire cogantur.*

61. q. 2. Quidam Monachi nihil habentes sibi iniunctum à proprio
Episcopo, interdum verò etiam illi qui ab eo factant excom-
municati, veniunt ad civitatem Constantinopolitanam, &
in ea perturbaciones tranquillitati Ecclesiasticæ inferunt, &
diversorum domos corrumpunt. Statuit igitur sancta syno-
dus hoc primum commoneo, ut exeant à regia civitate, de-
mum eos invitos deiciat, ac inde per defensorem compelli ut
ad sua loca redeant.

*Can. 23. Ut quæ Deo semel dedicata sunt monasteria
cenacula secularium non fiant.*

19. q. 3. Quæ semel sunt dedicata monasteria Concilio Episcopo-
rum, maneant perpetuo monasteria, & res quæ ad ea pertinent
monasteriis reservari oportet, nec posse ea ultra fieri secula-
ria habitacula. Qui verò permiserint hoc fieri, subjaccant iis
condemnationibus quæ per canones constitutæ sunt.

*Can. 24. Quæ intra tres menses Episcoporum ordi-
nationes fiant.*

Dist. 57. Quoniam quidam Metropolitānorum (sicut ad nos perla-
tum est) negligent greges sibi creditos, & differunt ordina-
tiones facere Episcoporum, placuit sanctæ synodo intra tres
menses, fieri ordinationes Episcoporum, nisi forte inexcu-
sabilis necessitas coegerit ordinationis tempus amplius pro-
gari. Si autem quis Episcoporum hoc non observaverit, ipsum
debere Ecclesiasticæ condemnationi subjacere. Redditus vero
ejusdem viduæ Ecclesiæ integros reservari apud concen-
tum ejusdem Ecclesiæ censemus.

Can. 25. *Ut Episcopi dispensatores habeant.*

Quia in quibusdam Ecclesiis (ut rumore comperimus) D 89.
 Episcopi præter cœconomos facultates Ecclesiæ tractant, pla- *Quia*
 ceat omnem Ecclesiam habentem Episcopum habere cœco- *in qui-*
 nomum de clero proprio qui gubernet Ecclesiæ res cum ar- *busdam*
 bitrio sui Episcopi, ut non sine testimonio sit gubernatio ip- *16. q.*
 satum rerum Ecclesiasticarum, & ex hoc eveniat dispergi- *7. quo-*
 ejusdem res Ecclesiæ, & sacerdotali dignitati obretractatio *nam in*
 generetur. Si vero quis non observaverit hoc, divinis subja- *quibus-*
 ceat regulis. *dam.*

Can. 26. *De his qui mulieres accipiunt.*

Eos qui sibi rapiunt uxores, vel eos qui eis auxilium *3. q. 2.*
 præstiterint, statuit sancta synodus, si quidem clerici fuerint, *Eos qui*
 decidere à proprio gradu. Si vero laici fuerint, anathema *rapiunt*
 zeantur.

Canonnes sancti Concilij Chalced. fininnt.

Bonifacius presbyter S. R. E. statui & subscripti, & ceteri
 Episcopi diversarum civitatum vel provinciarum subscrip-
 serunt.

Fides Romanorum ex Concil. Chalced.

Credimus in unum Deum omnipotentem, & in unige *Fides*
 nitum filium ejus Jesum Christum, & Dominum salvato- *Roma-*
 rem nostram, & Spiritum Sanctum Deum; non tres Deos, *norum.*
 sed patrem & filium, & spiritum sanctum unum Deum esse
 confitemur. Non sic unum Deum quasi solitium, nec eun-
 dem qui ipse sibi pater sit, ipse filius, sed patrem verum qui
 genuit filium verum. 1. Deum de Deo, lumen de lumine, vi-
 tam ex vita, perfectam de perfecto, totum, à toto plenum à
 pleno, non creatum, sed genitum, non ex nihilo sed ex patre,
 unius substantiæ cum patre. Spiritum vero sanctum Deum
 non ingenicum, neque genitum, non creatum, sed nec factum,
 sed patris & filij semper in patre & filio æternam venera-
 mur, unum tamen Deum, qui ex uno.

Subscriperant universi Episcopi Eusebius & Constantius
 presbyteri, agentes vicem Anastasij Episcopi Nicææ, & Aristo
 presbyter habens vicem Eunomij Episcopi Nicomedæ.

Finis Concilij Chalcedon.

SYNODUS CHALCEDONENS.

360. Episcoporum habita contra omnes hæreses maxime contra Eutychem, & Dioscorum Alexandrinum Episcopum. Era. 488. sub Valentiniano & Martiano Imperatorib.

Actio prima.

Es ad- In civitate Chalced. Metropoli provincie Bythinie facta
scribi est synodus ex decreto piissimorum Imperatorum Valenti-
ur hoc niani & Martiani sub die 8. Idus Octob. Indi. 4. in Ecclesia
Conci- sacrae martyris Euphemie. Congregatis & consentientibus
lium ob Paschasino & Lucentio reverendis Episcop. & Bonifacio re-
versione ligiosis presbytero tenentibus locum sanctis, & reverendis, &
diversa. Archiepiscopi urbis Romæ Leonis, & Anatolio reverend. Epis-
Et hac copo inclyræ urbis Constantinop. cæterisque reverend. Epis-
est nova. copis & gloriosis. iudicib. Ecce advenientibus omnibus ante
cancellus sancti altaris cum magnificentis & eximio Senatu,
adveniente etiam piissimo Imperatore Martiano in supradic-
ta sancta. Basilica, sanctam synodum allocutus est, animum
Christianum declarans, qualiter inter tantas publicas utilita-
tes nullum magis cum constriogeret negotium quam rectam
& veram fidem Christianorum, quæ sancta & vera consistit,
indubitatam omnibus declarare: ob idque sanctam convenisse
ostendit synodum, quam non semel hortatur, ut pro viribus
invigilent patres, omneque adhibeant studium, ut hæresibus
omnibusque pravis sublatis institutionibus fides nostra pura
& sancta in omnium ingrediens animas, propriæ veritatis ef-
fulgeret luce Deinde subdidit dicens: De cætero audeat nemo
de Nativitate Domini & salvari nostri Iesu Christi aliud dis-
putare præter quod Apostolicum procerium 318. sanctorum
Patrum tradidisse noscitur, sicut sanctis. Papæ Leonis, qui A-
postolicum gubernat thronum, ad sanctæ memoriæ Flaviani
urbis Constantinop. Episcopum testantur literæ Et post
regis hæc verba Paschasinus reverendiss. Episc. & vicarius se-
dis Apostolicæ cum in medio una cum collegis suis steterit
dixit: Beatis. atque Apostolici viri Papæ urbis Romæ (quæ est
caput omnium Ecclesiarum) præcepta habemus præ manibus
quibus præcipere dignatus est ut Dioscorus Alexand. Epis-
copus non sedeat in Concilio, sed audiendus intromittatur,

quod nos servare necesse est. Si ergo precipit vestra magnificencia, aut ille egrediatur, aut nos exibimus: Quibus in Greco interpretatis per Berovincium virum devotissimum & secretarium sacri Consistorij, gloriosissimi judices, & ampliss. Senatus dixerunt. Quid enim specialiter ingeritur Dioscoro Episcopo? Paschasius verò Episcop. & vicarius sedis Apostolicæ dixit: Cum intromissus fuerit, necesse est ut illi objiciatur. Judices & Senatus dixerunt, ut jam incertati sumus: causa quæ objicitur, specialiter manifestetur. Lucentius Episcopus & Vicarius Sedis Apostolicæ dixit: judicij sui necesse est cum dare rationem, quia cum nec personam judicandi jus haberet surrepsit, & synodum ausus est facere sine auctoritate sedis Apostolicæ, quod nunquam tunc factum est, nec fieri licuit. Paschasius verò vicarius sedis Apostolicæ dixit. Itra sic est: Nos contra præcepta beatissimi atque apostolici Papæ gubernatoris sedis Apostolicæ venire non possumus, nec contra Ecclesiasticas regulas, vel contra patrum instituta. Judices & senatus dixerunt: convenit vos specialiter quid erraverit, exponere: Lucentius episcop. & vicarius sedis Apostolicæ: & ita sic est. Non patimur tantam injuriam nec vobis fieri, nec nobis, ut iste edeat qui judicandus advenit. Judices & senatus dixerunt: Si iudicis obrues personam, non ut accusator debes prosequi. Et Dioscoro episcopo Alexandriæ secundum jussionem iudicum & senatus residente in medio, & residentibus Romanis episcop in propriis locis & tacentibus. Euseb. episcop. Doryletanz civitatis, transiens in medium, dixit: Per sanctam Trinitatem vos adjuro, quæ custos est principum, quamque colitis, & in qua baptizati estis, cujus quoque invocatione salvamini. Iubete preces meas relegi Clementissimi judices miseremini, & adesse fidei quæ violata est à Dioscoro. Clementissimi, judices per salutem vos adjuro Imperatorum. Flavianus sanctus episcopus inique occisus est. Lachrymis implet: simul mecum injustè à Dioscoro damnatus est. Iubete preces meas perlegi. Et lectæ sunt publicè preces & querelæ Eusebii Doryletanz civitatis contra Dioscorum, quibus ascendit ipsum Dioscorum in concil. Ephes. secundo, malis perturbacionibus, atque seditionibus, mundum replevisse, consensisse quoque Eusebii vaniloquo hæretico in destructionem religionis, fideique Catholicæ. Insuper quod injustè damnaverit occideritque Flavianum Archiepiscopum Constantinopol.

Ad quæ omnia petiit iudices ut præcipiant Dioscorum respondere. Quibus perlectis, petentibus Dioscoro & Eusebio, iussu iudicum atque senatus recitata sunt quæ in concilio Ephesino gesta fuerant, ut Dioscori causa innotesceret. Namque nitentur ipse probare prædictum concilium legitime congregatum, fuisseque catholicum & quod robur & auctoritatem habuerit, ut ex hoc tam ipse, quam juvenalis Hierosolymorum archiepiscopus, & Thalassius Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopus, qui præfati concilij fuerant iudices, evaderent quam iuste merebantur damnationem, vel si secus ut successit (incidere in foveam quam fecit. Quam ob causam, & Pro manifestanda etiam Flaviani innocentia, fecerunt patres ut legerentur in ista prima actione acta tam synodi universalis i. Constantinop. quàm & i. Ephesinæ: & quædam epistolæ Cyrilli ad Nestorium hæreticum, & ad Ioannem Antiochiæ Episcopum de pace & de partu divinæ generitricis virginis, & unigeniti filij Dei humanitatis assumptione. Hac de causa nonnulla etiam recitantur acta in concilio Nicæno. Et cum legerentur acta in secunda Ephesina synodo, & Dioscorus in sui defensionem allegaret, quod tota illis congregata synodus secum tam in depositionem & damnationem Flaviani, quam in omnibus aliis quæ ibidem decreta sunt consensisset, & propriis vocibus eadem confessus fuerit atque subscripserit: Orientales, & qui cum ipsis erant omnes Episcopi dixerunt illud esse falsum, & quod nullus voluntarie consenserit, & addiderunt: Violenta facta est vis cum plagis, in pura charta subscripsimus, minabatur nobis damnatio; mixta exilij vendebantur, milites cum fustibus & gladiis instabant. Timebamus & fustes & gladios. Ubi gladij & fustes, qualis synodus est? Milites propter hoc accepit Dioscorus, ut nos terretet. Unde quicquid egimus, terrore compulsi fecimus. Peccavimus tamen omnes veniam postulamus, etiam si per vim & necessitatem in pura charta coacti fuerimus tunc subscribere.

Et cum ex actis in præfata synodo legeretur quod fuerit congregata ex præceptione Imperatorum residentibus sanctis Episcopis Dioscoro Alexandriæ, & Juliano Episcopo agente vices & tenente locum sanctissimi Episc. Ro. Ec. Leonis, cuius lectæ & susceptæ fuerint epistolæ ad dictam synodum directæ insuper quod patres omnes illic convenientes receperint libellum confessionis Eurychetis tanquam catholicum, convictus est Dioscorus in multis, ipsa etiam

synodus reprobatæ, & ut acephala damnata Nam cum ista legerentur: Orientales, & qui cum ipsis erant reverendis. Episc. clamaverunt: Ejectus est: nullus illic suscepit nomen Leonis Papæ, nec ejus Epistolæ receptæ nec permissæ sunt à Dioscoto legi, & quod nec consenserint partes confessioni Eutycheis; eo quod similis fuerit Apollinari. Valentiniano, atque Macedoniano, qui verbum illud à patribus de Christo in symbolo additum, scilicet. Qui conceptus est de spiritu sancto ex Maria virgine nusquam susceperint, Deinde cum inter cætera alia multa ex actis Ephesinæ secundæ synodi legerentur sic: Consensimus & confitemur ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem, post verò adunationem unam naturam confitemur. Quæ verba in concil. Constantin. pronuntiaret Eutyches in sua confessione, recepta tamen à Dioscoto in secunda synodo Ephesina, & hic recitata Quæ cum legerentur, Orientales & qui cum ipsis erant Episcopi dixerunt. Ista nemo dixit. Anathema ei qui dixit ista. Homicida dixit Aegyptij dixerunt ista Pharaonis sunt. Anathema qui ista dixerunt. Hæc Dioscoto sunt, &c. Perlectis quæ in Ephesina secunda synodo acta sunt, judices & senatus dixerunt.

Quoniam vero Flavianus religiosæ, memoriæ & Eusebius Episcopus ex gestorum & cognitionum scrutatione, & ipsa voce quorundam qui tunc synodo præfuerunt, confitentium se errasse, & frustra eos damnasse, quia nihil circa fidem monstrantur errasse, ostenduntur injuste depositi. viderat nobis justum esse eidem poenæ Dioscorum Episcopum Alexandriæ & Iuvenalem Episcopum Hierosolymorum, & Thalassium Episcopum Cæsareæ Cappadociæ, & Eusebium Episcopum Ancyræ, & Eustachium Episcopum Beryti, & Basilium Episcopum Sciencæ Isauriæ, qui principatum tunc synodi tenuerunt, subjacere, & ab Episcopali dignitate fieri alienos. Quam sententiam ut justam cuncti omnes Episcopi approbarunt: gratias deinde Imperatori iudicibus, atque senatui referentes. Et sic absoluta est actio prima.

Actio secunda.

Conveniente sancto & universali concilio secundum sacram actionem in Chalcedonensi civitate congregato. t. Paschalino & Lucentio reverendis. Episcopis. & Bonifacio reverend. presbytero, agentib. vicis sanctiss. & Deo

amantif. Archiepifc. ſenioris Rom. ſancti Leonis, & Anathemæ ſancti I. Archiep. Conſtantin. civitatis novæ Romæ, & cætero ſancto concilio, &c.

Præceptum eſt à legatis & ſenatu, ut in præſentia concilij legeretur ſymbolum 318. patrum in Nicæa congregatorum. Et lecta eſt per Epifcopum Nicomedie expoſitio fidei conc. Nicæni. De quo vide ſupra fol. 98.

Rurſus præceperunt ut recitaretur ſymbolum 150. patrum qui in Conſtantinopolitana ſynodo prima conveniant, quod cum epiftoſis etiam Leonis Papæ ad Flavianum Epifcopum de hæreſi Eutycheſis Aetius Archidiaconus Eccleſiæ Conſtantinopolitane recitavit.

Iterum etiam leguntur epiftole Cyrilli ad Neſtorium quæ habentur in prima actione hujus ſynodi, quarum etiam mentionem fecimus in eadem actione.

Hæc acta ſunt, ut per hæc examinaretur Dioſcorus diſcipulus Eutycheſis, ſi ſequeretur fidem prædictorum patrum, aliam, vel quam docuerat Eutycheſis.

Post lectionem vero epiftole Leonis (quæ eſt 10. in numero) Epifcopi clamaverunt: Hæc patrum fides, Hæc apoſtolorum fides. Omnes ita credimus. Anathema qui ita non credit. Petrus per Leonem locutus eſt. Apoſtoli ita docuerunt, &c.

Et cum legeretur prædicta epiftoſa, in qua & iſta verba continebantur. I. Et ad reſolvendum conditionis noſtræ debitum, natura inviolabilis naturæ eſt unica paſſibili, ut quod noſtris remediis congruebat, mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus, & mori poſſet ex uno, & mori non poſſet ex altero: dubitantibus Hlyriſianis & Palæſtinis epifcopis, quidam epifcoporum ſurrexerunt ut eos in his quæ fidei ſunt, inſtruerent. Et hæc de cauſa, etiam & ut pertinencia ad fidem commodius tractarentur, inducias nonnulli petierunt, quas etiam iudices conceſſerunt, differentes ad ditionam uſque ad quinque tantum dies. Et ſic reſoluta eſt actio 2.

In actione videre licet quanta reverentia proſequantur, & titulis efferant Romanum Epifcopum. Dominum enim noſtrum vocant, ipſumque adornantem apoſtolicam ſedem ſateantur, ejus doctrinam ut ter beatiffimi Petri amplectantur, nempe ut in priam Eccleſiæ ſucceſſor, in doctrinæ ſoliditate, in paſcendo ſibi commiſſo grege eſſet & petri hæres.

Actio tertia.

Conveniente sacro & universali concilio, &c.

Accusatur Dioscor. ab Eusebio, Doryleti Episc. sicut in actione prima, & supplicat sanctam synodum, ut sceleratum dogma Dioscori anathematizare dignaretur, ipsum etiam compellere, ut coram concilio compareat. Dioscorus enim concluderat se domi, nolens coram synodo comparere.

Rursus accusatur absens à Theodoro diacono Ecclesie Alexandrie. Primum de homicidio. Secundum de blasphemia in sanctam Trinitatem: Deinde quod cum Origene confiteretur, quod incendiarius fuerit. Postremo quod excommunicationem contra sanctissimum apostolicæ sedis magnæ Rom. Episcopum Leonem fecerit: necnon etiam quod comoratus exiit contra gestum in Metropoli Nicæna concilium. Et dato libello accusationis subscripsit dicens: Paratus sum adveniente Dioscoto in hoc factum vestrum concilium, meis adesse accusationibus.

Post, productus est alius libellus accusationis per Isehyonem diaconum, qui libellus sic incipit.

Sanctissimo & beatissimo universali Archiepiscopo, & Patriarchæ magnæ Romæ Leoni, & sanctæ & universali Chalcedonensi synodo, &c. Ubi de multis aliis criminibus prædictam accusat Dioscorum.

Quartò productus & lectus est alius libellus accusationis adversus eundem Dioscorum per Athanasium presbyterum de similibus sceleribus.

Quintò productus & lectus est alius libellus contra Dioscorum per Sophronium laicum, in quo præter alia accusavit illum de adulterio: & quod iniquo desiderio captus suam rapuerat uxorem. Insuper quod ipsam Sophronium viribus totis Dioscorus de rebus humanis juraverat facere alium.

Sextò vocatus est Dioscorus ad concilium per notarium concilii, ut responderet ad prædictas accusationes. Ille tamen simulatas ægritudinem, noluit venire.

Vocatus est secundo directis literis à concilio ad illum & missis tribus Episcopis, qui commune facerent illum ut veniret, & satisfaceret de illis quæ in concilio illi ingererentur. Quo adhuc remanente, directæ sunt literæ à sacro concilio ad illum quibus jam tertio vocatus est, ut ad sacrum illud concilium dignaretur venire ad satisfaciendum

& reverentissimo Eulcbio Episcopo, & iis quæ illi tunc in-
geriebantur: similiter responsurus & illis qui illic adversus
illum alios accusatorios dederant libellos: alias si post ter-
tiam (dicunt patres) hanc regularem vocationem ad venter-
dam distulerit, præiens sancta Synodus ad illum veniet mo-
dum quem contra pertinaces & contemptores synodalis
vocationis servare solet, &c.

Et cum adhuc in sua permaneret pertinacia, Paschasius
Episcopus, & cum ipso Lucentius Episcopus, & Bonifacius
presbyter tenentes locum sanctissimi, & beatissimi Archiepi-
scopi apostolicæ sedis senioris Romæ Leonis Papæ pronun-
ciaverunt.

Manifesta facta sunt, quæ à Dioscoro quondam Alexan-
dræ Episcopo commissa sunt adversus sanctarum regula-
rum ordinem, & Ecclesiasticam disciplinam, tam ex iis
quæ dudum examinata, sunt in priore concessu, quam ex iis
quæ hodie acta sunt. Hic enim, ut plura intermitamus,
Eutychem similia sibi sapientem, & regulariter à proprio
damnatum Episcopo, id est sanctissimo Flaviano, præsu-
mens sibi primatum irregulariter in communio ne suscepit,
priusquam consideret in Epheso cum Deo amantiss. Episcopis.
Sed & illis quidem Apostolica sedes veniam præsti-
tit de his quæ ibi non voluntariè ab eis gesta sunt qui hæ-
ctenus permanserunt obedientes sanctissimo Archiepiscop.
Leoni, & omni sancto, & universali concilio. Hic autem
& hæctenus permansit glorians in eis, pro quibus eum oport-
rebat gemere, & se terræ prosternere. Super hæc nos Episto-
lam beatiss. Leonis Papæ ad sanctæ memoriæ Flavianum
scriptam legi permisit, etsi cum juramento fieri lectio-
nem promiserit. Sed quoniam secundis excess. priorem
iniquitatem valde transcendit, præsumpsit enim & ex-
communicationem dicere adversus sanctiss. Archiepisc.
magis Romæ Leonem: insuper etiam & multi libelli mul-
tis ejus pleni iniquitatibus contra eum in sancto & magno
concilio oblatis sunt, & semel & 2. & 3. regulariter vocatus
minimè voluit obedire, & hos qui à diversis conciliis regu-
lariter damnati sunt, contra divinas leges suscepit: ideo
ipse contra se elicuit sententiam, sæpius Ecclesiasticos con-
culcans canones. Vnde sanctissimus Archiepisc. magis Ro-
mæ Leo per nos, & per præsentem sanctam synodum unè
cum ter beatiss. & omni laude digno beato Petro Apосто-
lo qui est petra & crepido catholice Ecclesiæ & ille qui est

rectæ fidei fundamentum, nudavit cum tam Episcopatus dignitate, quam etiam & ab omni ſacerdotali alienavit ministerio.

Tunc Anatolius Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus dixit: Hæc eadem apoſtolicæ ſedis per omnia ſapiens, conſorts ſententiæ efficior. Similiter & omnes dixerunt conſentientes ſententiæ legatorum Apoſtolicæ ſedis.

Post hæc ſacrum concilium Epistolam ad Valentinianum & Martianum Imperatores miſit, rationem reddens omnium quæ in his tribus actionibus geſta ſunt in deſignationem Dioſcorig, hujus cauſas in eadem Epistola breviter complectens, ut Dioſcorig malitiam, & in eum prolatae juſtæ ſententiæ ſyaceritatem conſiderarent.

Miſerunt patres & aliam Epistolam ad ſanctæ memoriæ Pulcheriæ Auguſtar, quæ idem quod in præcedenti continet argumentum.

Deinde ſubjectum eſt edictum, ſive leges Martiani Imperatoris ad Conſtantinopolitanos cives, quo interdicitur & prohibentur diſputationes Chriſtianorum cum Paganis & Judæis. Quas leges beatiſſimus Papa Leo in ſuis confirmavit Epistolis, & confirmantur Chalcedonenſis concilij edicta atque ſtatura.

Extat in hæc actione etiam relatio ſanctæ ſynodi Chalcedonenſis ad Leonem, Papam de omnibus geſtis generaliter in ſynodo. Quæ univerſa poſtulant confirmari auctoritate Apoſtolica, ut latè ponitur in Epistola quæ incipit: Repletum eſt gaudio os noſtrum, &c. Et inter alia hæc ſubſcribuntur. Hæc ſunt quæ tecum, qui ſpiritu præſens eras, & placere tanquam fratribus deliberavi, & qui pene per tuorum viciorum ſapientiam videbaris nobis, effecimus.

Indicamus verò quia & alia quedam pro rerum ipſarum ordinata quiete, & propter Eccleſiaſticorum ſtatutorum deſinitam firmitatem, ſcientes quia & veſtra ſanctitas addiſcens & probatura & confirmatura eſt eadem. Rogamus igitur, & tuis decretis noſtrum honora judicium, &c.

Ad quam Epistolam reſpondet Leo: & confirmat actus hujus ſynodi, excepto decreto primatus Conſtantinopol. Eccleſiæ ſupra Alexandrinam & Antiochenam: & eſt inter Epistolam Leonis Epistol. 59. quæ incipit: Omnem quidem fraternitatem veſtram, &c.

Actio quarta.

Congregato sancto & universali concilio, &c.

Primo, iudicium & senatus jussu lecta sunt coram synodo quæ in præcedentibus actionibus acta fuerant. Deinde iudices & senatus dixerunt, Singuli reverend. Episcopi qui huc convenerunt, doceant, si exposito 318. Patrum qui olim in Nicæa collecti sunt, & post hæc 150. qui Constantinopoli congregati sunt consonat Epistolæ reverendissimi Patris Leonis, Anatolici Archiepiscopi, Constantinopoli dicit: Non solum illis consonat Epistola sanctissimi Leonis Patris, sed & illis quæ in Epheso sub beatissimo Cyrillo gesta sunt ab universali & sancto concilio. Hæc idem vicarij sedis Apostolicæ cum omnibus alijs Episcopis dixerunt.

Illyricani & palæstini Episcopi qui in 2. actione cum legeretur epist. Leonis Patris (ut diximus) dubitare coeperant super verbis illis jam recitatis, consequenter dixerunt: Nos sanctorum patrum 318. qui in Nicæa convenerant, fidem semper servavimus, & servamus. Sequimur & 150. patrum nullo modo dissonantem. Consentimus etiam actis & constitutis in prima synodo Ephesina. Sed & lecta est nobis epist. beatissimi Archiepiscopi Romani Leonis in plurimis rellis habens & prædictis consonans, & consentimus. Aliqua autem nobis ex ipsa apparuerunt verba, ut partitionem & separationem aliquam à divinitate carnis Domini & salvatoris nostri Jesu Christi quam sibi adunavit de sancta Virgine Maria demonstrantia; de quibus paulò ante dubitabamus. Sed cum jam à sanctissimis vicarijs locum tenentibus ejusdem sanctissimi Leonis edocti simus quia talia verba nullam partitionem in Domino & salvatore nostro Jesu Christo, sed unum eundemque Dominum filium Dei indicant, consentimus.

Deinde surrexerunt aliqui Episcopi Ægyptiæ regionis pro tota illa provincia, & suam confessionem scriptis dederunt, in qua secundum fidem & à sanctis prædictis Concilijs expressam fatebantur se credere: Epistolæ autem Leonis Patris volebant subscribere. Ob idque, magna est orta contentio & tumultus in synodo, ut compellerent illos Leonis Patris Epistolæ subscribere, aut regularem damnationem ut excommunicati susciperent: indigè fuerunt partes ut decem homines præjudicium facerent synodo sexcentorum patrum & catholicæ fidei. Illi verò instanter clamabant

misericordiam petentes, ut concederetur illis à sancta synodo, à tali subscriptione ut supersedere possent quoad usque esset electus Archiepiscopus pro Ecclesia Alexandrina, cujus consentum (ut mos in Ægypto erat) Episcopi debebant expectare, ut tale quid possent deliberare. Sin autem, quod in Concilio fieret Archiepiscopus Alexandrinus & tunc subscriberent & consentirent. Tandem datus inde iussoribus quod non erent de civitate, quoad usque acciperet Episcopus Alexandria, quando non ut repugnarent Catholicæ fidei, peccati non obtemperarent synodo, subscribere in præsentia dixerunt, eorum petitioni facta annoit synodus.

Extat in fine hujus actionis epistola Pseudo-Asi mandritarum hæreticorum quam protulerunt in Concilio pro restitutione Dioscori. Quæ cum legeretur, omnes Episcopi clamarent: Anathema Dioscoro. Dioscorum Christus deposuit. Istos foras mite. Petitiones istas synodum audire non licet. Qui damnatus ab omni synodo, Episcopum nominare non licet, &c. Et sic absoluta est actio quarta.

Actio quinta.

In ista actione committitur quibusdam Episcopis cum vicariis Apostolicæ sedis, & Anatolio Archiepiscopo Constantinop. ut definitionem de fide inter se ordinarent, cui omnes postea assentiri deberent, in quo decreto quæ à 318. patribus in Nicea, & quæ à 150 in synodo à Constantinopolitana prima statuta sunt, similiter & gesta in synodo Ephesina prima congregata sub Cælestino Papa, & Cyrillo Archiepiscopo Alexandria, revocentur & recipiantur. Similiter & epistola Leonis Papæ ad Flavianum pro expugnanda pravitate Euythi perfidia, missa, recipitur à sancta synodo: & nihil præterea.

Actio sexta.

Conveniente sancta & universali synodos &c. Ad hanc actionem venit Imperator Marianus, qui Græcè & Latine sanctam allocutus est synodum, cuius orationis eisdem ferè sunt, quæ in prima actione (ut annotavimus) ad synodum verba fecit. Post verò allocutionem, lecta est Imperatoris definitio fidei quæ in actione quinta fuerat prælata.

Et post lectam definitionem extant subscriptiones Episc. & multi pro absentibus Episcopis subscripserunt Paschali. Episc. vice Domini mei beatissimi atque Apost. viti universa-

lis Ecclesie Papæ ubi Rom. Leonis, synodo præsidens statui, consensu, & subscripti. Similiter & alij duo vicarij beatissimi Leonis Papæ dixerunt & subscripserunt: consequenter & alij Episcopi subscripserunt.

Post hæc idem piissimas Imperator ad sanctam synodum dixit: Pia & Catholica fide à sancta & universali synodo secundum patrum expositionem declarata, jultum simul & expediens esse nostra tranquillitas approbavit, omnem de cetero contentionis occasionem de sanctæ fidei religione penitus amputari. Si quis igitur idiota, vel militaris, vel clericus publicè de fide turbam congregans sub obreitu disputationis tumultum fecerit, sciat quia siquidem idiota sit, ab urbe regia expelletur: militaris vero & clericus gradus sui periculum sustinebunt, & pœnis aliis subjacebant. Tunc omnes clamaverunt: Multos annos Imperatori. Multos annos Augusto Pio & Christiano, Augustæ orthodoxæ multi anni, &c. Dioscuro anathema, &c.

Imperator ad sanctam Synodum dixit: Quædam capitula sunt quæ ad honorem vestræ reverentiæ vobis servavimus, decorum esse judicantes à vobis hæc regulariter potius formari per Synodum, quàm nostra lege sanciri. Et jubente piissimo principe lecta sunt capitula quæ superfluum judicavimus recenseri, utpote quod primum caput sit can. 4. & 2. c. sit 3. can. & 3. c. sit 6. 5. hujus concilij, & in aliis sæpe a repetitis sunt.

Actio Septima.

In ista actione agitur de concordia duorum Episcoporum jam inter se composita super quibusdam parochiis, quam postulant à sancto concilio, ut permaneat, confirmari, quod & factum est: & nihil præterea.

Actio Octava.

Residente sancto concilio ante cancellos sanctissimi altaris, reverendissimi Episcopi clamaverunt: Theodoretus modo anathematizet Nestorium. Theodoretus dixit: Ego preces meas obtuli piissimo Imperatori, & libellos obtuli reverend. Episcopis agentibus locum Archiepiscopi Leonis, & si vobis placet, legantur coram vobis, ut sicut sapio cognoscatis. Episcopi clamaverunt: nihil relegi volumus, modo anathematiza Nestorium. Theodoretus dixit: Ego ab orthodoxis nutritus sum, orthodoxè prædicavi & docui

& non solum Nestorium, & Eutychem sed & omnem hominem qui recte non sapit averlor. Episcopi dixerunt: Clare dic anathema Nestorio, & dogmatibus ejus anathema. Tandem compulsus est ut expresse & clare Nestorium & Eutychem, omnem hæreticum, & omnem hominem dicentem vel opinantem duos filios, & eos qui non dicerent Dei genitricem Virginem Mariam anathematizaret. Quod cum dixisset, omnes Episcopi clamaverunt: Theodoretus dignus est sede Ecclesie Orthodoxorum Ecclesia pastorem se ipsam orthodoxam doctorem Ecclesia recipiat Archiepiscopo Leoni multos annos Post Deum Leo judicavit. Et sic decretum est à sancta synodo ut Theodor. Ecclesia sua restitueretur, à qua fuerat & ejectus, & Episc. exclusus.

Theodoretus iste fuerat suspectus de Ariana hæresi, qua de causa apparet fuisse depositus. Et ob hoc, (ut est videtur supra in actione prima hujus concilii) cum accusaretur Dioscorus ab Eusebio & Theodoro; ille conquestravit quod permissus fuerit à iudicibus & senatu Theodoretus Concilium intrare, qui Episcopus erat, insinuans illum fuisse jam depositum quia hæreticus. Hoc idem magis apparet ex sententia Theodosij junioris lata in Concilio Ephesino, profano, ubi exclusit illum ab Episcopatu, & pari modo prohibuit scripta Theodoro legi sicut & Nestorij Ariani: & ob hanc causam patres in ista actione tanto clamore surrexerunt in prædictam Theodoretum, quo ad usque fidem suam palam & manifestam faceret, quod & fecit, addens etiam quod ille subscribebat Epistolæ Leonis Papæ, unde per omnia orthodoxus à Synodo receptus est.

*Iudex
immediatus
post Deum
Episc.
Roman.
Auctor.*

Actio 9. & 10.

Conveniente sancta & universali synodo, &c. Ibas reverendus Episcopus, qui fuit Edessenæ civitatis Episcopus, dixit: Injustitiam ab Eutychem & falsa signata perpeclus absens à quadraginta mansionibus & condemnatus, huc adventi impetrare clementiam, &c.

Deprecor igitur vos, ut cognoscatis quàm falsam accusationem petuli & calumniam à quibusdam clericis Iubete omnia quæ per absentiam meam in Epheso sub Dioscoto gesta sunt evacuari; & justitiam mihi servari, qui sum in nullo culpabilis: & reddi mihi Episcopatum pariter & Ecclesiam, &c.

Accusabatur Ibas quod publicè coram cleto & populo

dixit: Non invidio Christo facto Deo. Et etiam quod Cyrilum vocasset hæreticum.

Examinatus tamen Ibas presentibus & instantibus accusatoribus suis, talem audivit sententiam.

Paschasius & Lucentius Episcopi, & Bonifacius presbyteri tenentes locum sedis Apostolicæ. Quia in illi Apostoli semper in synodis prius loqui & confirmari soliti sunt, per Paschasium dixerunt: Relectis chartis agnavimus ex sententia reverendiss. Episcoporum Ibas reverendum innocuum approbari. Relecta enim ejus Epistola cognovimus eum orthodoxum, & ob hoc decernimus ei honorem Episcopatus restituendum, & Ecclesiam à qua injustè & absens expulsus est, reparandam. De sanctissimo igitur Episcopo Norno, qui pro eo paulò antè factus est, exultationis erit venerabilis Episcopi Antiochenæ Ecclesiæ quid oporteat de eo statui, &c. Omnes Episcopi clamaverunt: Omnes eadem diximus. Nestorium modo anathematizet. Eutychem & ejus dogma modo anathematizet: Ibas reverendus Episcopus dixit: Et jam in scripto anathematizavi Nestorium, ejusque dogma, & nunc anathematizo eum decies millies. Anathema Nestorio & Eutychi Et omnem eum qui non sapit sicut hæc sancti synodus, anathematizo. Gloriosissimi judices dixerunt: quæ iudicata sunt à sancta synodo de Iba Rever. Episcopo, propriam fortitudinem retinebunt. Et sic absoluta est actio decima.

Actio undecima & duodecima.

In istis duabus actionibus agitur causa inter Basilianum & Stephanum contendentes de Episcopatu Ecclesiæ Ephesinæ, & definitum est ambos esse removendos, quia præter regulas Episcopi acti fuerant: & alterum Episcopum ordinari: prædictos verò habere Episcopi dignitatem, & à sancti. Ephesina Ecclesia nutriendos.

In 13. 14. & 15. actionibus tractatur de compositione quorundam Episc. & præterea nihil.

Actio decima sexta.

Conveniente sancto & universalis concilio, residentibus omnibus ante altaris cancellos sanctæ marie Euphemie, vicarij sedis Apostolicæ ad iudices dixerunt: Hæretica de postquam potestas vestra surrexit, & humilitas vestra vestigia vestra secuta est, quædam gesta facta dicuntur: q. x

nos & præter canones Ecclesiasticos, & disciplinam æstima-
mus electa. Poscimus ergo ut vestra magnificentia reledi
hæc præcipiat, ut omnis fraternitas incipiat utrum iusta,
an iniusta sint ea quæ gesta sunt. Iudices dixerunt, Rele-
gantur, Beronicianus vir devotus, secretarius divini consilio-
rii, legit sic.

Definitiones sanctorum patrum sequentes ubique & ro-
gulam, & quæ nunc electa sunt 150. Deo amantiss. Episco-
porum, qui congregati sunt sub pia memoria Imperatoris
majore Theodosio in regia civitate Constantinop. cognos-
centes, & nos eadem definivimus de privilegiis ejusdem Co-
stantinop. Eccles. novæ Romæ. Etenim sedis senioris Romæ,
propter imperium civitatis illius partes consequentes privi-
legia reddiderunt. Eadem intentione permoti centum quin-
quaginta Deo amantissimi Episcopi æqua sedis novæ Romæ
privilegia tribuerunt, rationabiliter judicantes imperio &
senatu urbem ornatam æquis senioris Romæ privilegiis frui,
& in Ecclesiasticis, sicut illa, majestatem habere negotiis, &
secundam post illam existere: & uti his qui de Ponto sunt,
& de Asia, & de Thracia diocesisibus Metropolitanos solos:
rursus autem, & qui inter Barbaros Episcopi sunt præfa-
tarum diocesium ordinati à prædictæ Constantinop. sedis
Ecclesia, quippe ut unusquisque Metropolita præfatarum
diocesium cum Episcopis suæ provinciæ ordinet suæ regio-
nis Episcopos, sicut divinis canonibus est præceptum. Or-
dinari autem (sicut dictum est) Metropolitanas præfatarum
diocesium à Constantinop. Archiepiscopo, decretis con-
sonis secundum morem factis, & ad eum relatis. Anatolius
Episcopus Constantinopolis definiens subscripsi. Maximus
Episcopus Antiochiæ definiens subscripsi, &c. Lucentius
Episcopus Apostolicæ sedis vicarius dixit.

Primo gloria vestra prependat, qua circumventione
cum Episcopis sanctis gestum sit, ut non conscriptis cano-
nibus quorum mentionem fecerunt, subscribere sunt coacti.
Episcopi clamaverunt: Nemo coactus est. Lucentius Ep-
iscopus sedis Apostolicæ dixit: Accedit ad cumulum, quod
trecentorum decem & octo constitutionibus postpositis,
centum quinquaginta quæ in synodicalibus canonibus non ha-
beantur, mentionem tantum fecisse voluerunt, quæ dicunt
ante octoginta propè annos constituta fuisse. Si ergo his
temporibus hoc beneficio usi sunt, quid nunc requirunt? Si
nunquam usi sunt, quare requirunt? Arius Archidiaconus

Ecclesie Constantinensis dixit. Si in hoc capitulo aliquod mandatum acceperunt, proferant. Bonifacius presbyteri sedis Apostolicæ vicarius dixit: Beatissimus & Apostolicus vicarius Papa inter cetera hoc nobis mandavit, & ex chartula recitavit: Sanctorum quoque patrum constitutionem prolatam, nulla pariamini temeritate violari, servantes omnimodo personæ nostræ in vobis, quos vice nostra tractamus, dignitatem. Ac si qui forte civitatum suarum splendore confisi, aliquid sibi tentaverint usurpare: hoc quæ dignum est constantia, terundatis. Iudices dixerunt: Utraque pars canones proponant. Paschasius vicarius sedis Apostolicæ recitavit canonem sextum concilij Nicæni, & secundum canonem Constantinopolitani concilij, & alios recitaverunt canones vicarij sedis Apostolicæ, ubi decernitur sedem Romanam esse in omnibus & per omnia primam, & post illam secundam habere gradum Constantinop. Quæ quæstio valde inter vicarios sedis Apostolicæ ceterosque Episcopos controversa. Tandem iudices dixerunt: Ex his quæ gesta sunt, vel ab unoquoque deposita, perpendimus, omnem quidem primatum & honorem præcipuum secundum canones antiquæ romæ Deo amantissimo Archiepiscopo conservari. Opponere autem Archiepiscopum Constantin. eidem primatibus honoris & ipsum dignum esse, & potestatem habere ordinare Metropolitans in Asiatica & Pontica & Thracia diocesis hoc modo, ut electi a clericis cujuscunque Metropolis Episcopi referantur ab eligentibus Archiepiscopo Constantinop. ut penes eum sit (si velit) hunc qui electus est consiliare, repudiareve, &c. Episcopi dixerunt: Hæc omnes dicimus. Hæc omnibus placent. Lucentius Episcopus sedis Apostolicæ vicarius dixit, Sedes Apostolica nobis præsentibus humiliari non debet. Et ideo quæcunque in præjudicium canonum vel regularum hesterna die gesta sunt nobis absentibus, sublimitatem vestram petimus ut circumduci jubeatis: sin aliàs, contradictio nostra his gesti inhæreat, ut roverimas quid Apostolico viro universalis Ecclesie Papæ deferre debeamus, ut ipse aut de suæ sedis iniuria, aut de canonum eversione possit ferre sententiam. Episcopus Sabazie dixit: Omnes in sententia vestrae magnificentie permanemus.

CONCILIUM VENETICUM.

Provinciale sub Leone Papa, ni quo pauci Episcopi convenerunt, qui statuerunt 16. Canones.

Summa Chalced. Conc Ex nova edit. 277
in quibus agitur de regula Ecclesiast. quæ sacerdotibus (donante Domino) credita est, & de distinctione, cujus cura non sine eorum culpa vitata torpescit. Et ea quæ in priorum patrum statutis ab eis visa sunt omissa, & procedente tempore ex nimia licentia prælabente seculari libertate præsumpta, statutis saluberrimis in hac synodo sancita sunt. Quæ omnia, quia abunde in superioribus adscripta sunt, ex industria subticemus.

Finis Concilij Venerici.

CONCILIVM TVRONEN. PROVINCIALE,
interfuerunt octo Episcopi, continet 13. canones, quorum summa est.

Primum hortatur clericos ad castitatem, nam si hæc ab-
stinentia imperatur, ut possit orationi vacans exaudiri,
quanto magis sacerdotibus qui omni momento parati esse
debent sacrificium offerre pro populo cum omni mundicia
& puritate?

Secundò hortatur eos ad abstinentiam. Alij continent
regularem institutioem clericorum.

In ultimo clericis prohibet usuras.

Decreta Hilarij Papa.

Hilarius, natione Sardus, ex patre Chrispino, sedit ann-
sex, menses tres, dies 10. Hic Pontificibus successoris substit- *a. d. 485*
tuendi, & laicis investiendi potestatem abrogavit, & Epi- *Hila-*
stolas de fide catholica per universum Orientem sparsit. *rius.*
confirmans tres alias universales synodos, Nicænam, Eph- *Pont. 46*
sinam, & Chalcedonensem, & damnavit Eutychem & Ne-
storium, & eorum sequaces. Approbavitque dominationem
& principatum sanctæ Eccles. Catholice & Apostolicæ.

Sub hac celebratum est concilium Romanum 50. scilicet
Episcopis ibidem congregatis, & statuerunt aliquot canones.

Primo, ut canones Nicæni concilij, & Apostolicæ sedis
decreta custodiantur.

Nulli *D.* Secundò ut bigami aut viduz aut corruptæ mariti ad gradus Ecclesiasticos non accedant.

43. *Cu- randum est. D.* Tertid, ut peccitentes, aut infelij literarum, sive defectu membrorum, aut decisione aliquid minus habentes, ad superiorem ordinem non accedant.

35. *Peccitentes vel infelij. q.* Quindò, ut nullus Episcopus sibi eligat successorem, ad petitionem Episcoporum Tarraconensium. Nam Episcopus Barchionensis post mortem suam velut jure hæreditario voluit Irenæum successorem in Ecclesia derelinquere. *Qui- que.* 2. Pleribus Hilarius respondit ex sententia Episcoporum qui in ipso concilio sunt congregati, per subjecta capita.

Primum quod nullus ordinetur Episcopus sine consensu Metropolitanæ Episcopi.

Secundum, ut nullus Episcoporum relicta una Ecclesia ad aliam transeat.

De cons. d. Vbi pars est. Exod. 26. Scripsit duas Epistolas ad quosdam Episcopos, aliqua errata eorum emendare volens, nihil tamen continent notatione dignum.

Decretum Hilarij juxta Gravianum.

Vbi pars est corporis, est & totum. Eadem ratio est in corpore Domini, quæ in Manna quod in ejus figura præcessit de quo dicitur, Qui plus collegerat, non habuit amplius: neque qui minus paraverat, habuit minus. Non enim est quantitas visibilis in hoc æstimmado mysterio, sed virtus sacramenti spiritualis.

Decreta Simplicij Papa.

a. d. 371. Simplicij Po. 47. Simplicius, natione Tiburtinus, ex patre Castino, sedit annos 15. mensem unum, dies 7. Hic urbem Romam in quinque Ecclesias distribuit, quarum prima Petri, secunda Pauli, tertia Laurentij, quarta Joannis Laterani nunc in urbe prima, quinta Mariæ Majori. Tum Constantino Episcopo damnato, Ecclesiarum omnium primam Romanam esse declaravit. A laicis Ecclesiasticum beneficium recognosci noluit. Hic scripsit aliquot Epist. ad quosdam Episcopos.

Privilegium. 11. q. 1. In quarum secunda ad Joannem Ravennanensem Episcopum habetur illa regula juris.

De ved. potestate. dicitur. Privilegium meretur amittere, qui permessa sibi abutitur potestate.

In tertia ad Florenum & Severum Episcopos scribit, quodd de re dicitur Ecclesiæ, vel oblatione fidelium, sola Episcopis ex his una portio remittatur, dux Ecclesiæ

fabricis & erogationi pauperum profaturæ, a presbytero sub periculo sui ordinis ministrantur. Ultima clericis pro singulorum meritis dividatur.

Finis decretorum Simplicii Papæ.

Decreta Felicis tertij Papæ.

Felix Romanus ex patre Felice presbytero sedit annos octo, menses undecim, dies septemdecim. Fuit temporibus Odoacris regis usque tempore Theodotici Regis.

Hic cum intellexisset Petrum Eutylianum ob hæresim ante in exiliam pulsam, ab Achatio Constant. Episcopo revocatum, fraudem subesse veritus, autoritate sed Apost. ac concilio bene sententiarum approbata, Petrum & Achatium damnat. Post annos vero tres cum & Zeno Imperator fidem faceret, hos homines poenitere: Felix eò misit Episcopos duos Messenam & Vitalem, qui re cognita damnatos absolventur. Hi itaque Heracleam civitatem ingressi pecunia corrupti nihil ex sententia Felicis egere. Unde Pontifex indignatus habita de more synodo, hos ut peccatores & simulationarios à communione deiecit, Messeno tamen poenitentiae tempus adscriptum est, quia errorem suum confitebatur.

Hic congregavit Synodum multorum Episcoporum & presbyterorum, eò quòd in Africa rebaptizarentur Episcopi & presbyteri, & diaconi. In quo primum statuit, rebaptizatos Episcopos, diaconos, presbyteros, in poenitentia manere usque ad diem obitus sui, & non communicare orationi fidelium, & catechumenorum, & communicatio laica tantum in morte illis est reddenda.

Alii vero per tres annos sint inter audientes & septem annis poeniteant, & duobus annis, non suantur oblationes offerre.

Scriptit Epistolam Achatio, in qua eum deposuit & damnavit propter Eutylianorum communionem.

Scriptit & aliam ad Zenonem Episcopum Italiae.

CONCILIUM TARRACONENSE HUIUS

etiam tempore celebratum est, provincia, decem Episcopis congregatis. Fuit concilium anno sexto Theodotici regis. In quo,

Primo, caveatur conversatio inter feminas & Clericos &

Item
Gra
Maxi-
miano
Episc.

a. d. 34
Felix.
3. Ponti
18.

De conf.
d. 4. Ec
quot. In
c. Ni-
cano 1.
41. & 41.
q 7. Quæ
in qua-
lis.

14. q. 4. monachos, etiam si eorum curam pati ne parentela perant.
Canon Secundò, ut quicumque in clero esse voluerit, emendat visitaturis l'is, & vendendi carius, studio non utat it.
14. q. 6. Tertio, ut quantum clericus prestiterit, tantum recipiat.
Si quis Quarto, quod nullus clericus unquam iudicet criminalia, clericus diebus vero dominicis, nec etiam civilia, sed ut tantum Deo
15. q. 4. statuta solemnia peragat.
Nulius Quintò, ut qui in Metropolitana civitate Episcopus non Episcop. fuerit ordinatus, post duos menses se Metropolitano præ-D. 65. Si sentet.
- quis.* Sextò, ut Episcopus contemnens venire ad synodum me-D. 18. Si tropolitani vocatus, excommunicetur.
- quis E-* Septimò, ut Episcopi annuatim diocesim visitent, & ba-
piscop. silicas destitutas restituant, & non nisi tertiam partem de
 10. q. 1. parochiis accipiant.
- Decre-* Octavò, quod clericus nullus accipiat munera pro judi-
vimus. ciis.
15. q. 3. Nonò, quod monachus nullus alicubi ministerium cleri-
Ob se- catus agere non præsumat, nisi cum Abbatis imperio, nec
culum. negotiator existat. 16. q. 1. Monachi.
11. q. 5. Decimò, ut si Episcopus intestatus decesserit, inventarium
hicubi. de rebus ejus fiat, & nullus exinde aliquid auferat.
- De cons-* Citat & Gratianus ex hoc Pontifice, quod nullus con-
dist. 5. firmetur bis aut ter sicut nec baptizatur.
- Dictum.*

Explicit Concilium Tarraconense.

Decreta Gelasij Papa.

- a d. 404. Gelasius natione Apher, ex patre Valerio, sedit annos qua-
Gelasius tuor, menses octo, dies 18 temporib. Theodorici regis &
pons. 48. Zenonis Augusti. Hic sanctitate, doctrina, & pauperum dile-
 ctione clarus. Manichæos libris eorum combustis proscrip-
 sit: Utriusque Testamenti libros ac doctorum scripta, ab
 ambiguis authentica separavit. Ordinum sacrorum admini-
 strationem à mense Decembri, quatuor temporum sabbatis
 attribuit: Episcopo 67. creavit. Canonem & Præfationes
 Missæ, Profas & Hymnos canticis miscuit. Imperatore ex-
 communicato, eundem excommunicari posse probavit. Sub
 eo Honorius Sævus Vandalorum Africæ Rex Arrianorum
 favore infideles gladio flammaque taxigando fatigatus
 4695 relegatis, Ecclesias & bona Arrianis tradidit.
- In con-* Scripsit Epistolam ad Episcopos per Lucaniam & Bru-
ci. iis
 522.

ties, & S. Iliciam constituto, in qua 30. decreta continentur, quæ omnia longum esset recensere, præsertim cum superioribus sparsim adscripta sint.

Scriptæ & aliam Epistolam ad Episcopos S. Cilix, in qua ita habetur.

Præsulum nostrorum auctoritas emanavit, ut facultates Ecclesiæ Episcopi ad regendum habeant potestatem, ita tamen, ut viduarum & pupillorum atque pauperum nec non & clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc etiam eis statuimus dari, quod hætenus decretum est, reliquum sibi Episcopi vindicent, ut (sicut antea diximus) peregrinorum acque captivorum largitores esse possint.

In quodam Tomo quem Gelasius fecit de vinculo anathematis super acta Concilij Chalcedonensis, sunt aliqua annotatione digna.

Primum Chalcedonen. Synodum admittendam, excepto decreto illo de privilegio Ecclesiæ Constantinopolitanz, cui repugnarent vicarii Apostolicæ sedis in ea præsidentes.

Secundò, videtur favere sententiæ quam Hieronymus, habet de observantia legalium quam Petrus simulavit, inquit enim sic: Sanctus Petrus primus Apostolorum, sic existimans novi testamenti gratiam prædicandam ut à legis veteris non recederet institutis, quædam per simulationem legitur inter Iudæos Gentileisque g. sisse.

Tertio, exponit illud Mat. hæc de peccato in Spiritum Sanctum, & illud Ioan. f. Est peccatum ad mortem, &c. de eo peccato quod usque ad mortem durat. Nam nullum, inquit, est peccatum pro quo aut non oriet Ecclesiæ remittendum, aut quod data sibi divinitus potestate delincentibus ab eodem non possit absolvi, vel poenitentibus relaxare, cui dicitur: Quæcumque ligaveris, &c. Loquens etiam de vinculo anathematis dicit, quod Ecclesiastica sententia reos tantum & prævaricatores obligat.

Quartò, habet quod quæcumque cujuscunque synodi acta nisi per Ro. Pont. confirmetur, nullum habeant robur. Totum, inquit, in sedis Apostolicæ positum est potestate. Ita quod firmavit in synodo sedes Apostolica, hoc robur obtinuit. Quod recusavit habere non potuit firmitatem, & soltescitavit quod præter ordinem congregatio synodica paraverat usurpandum.

Quintò, dicit quod comminationes quæ sunt in sacris

licetis, sunt intelligendæ, quamdiu permanserit in statu rationis quo sunt. Sic, inquit, Tyrus & Gaza Berytos & Ægyptus pronunciatæ sunt peritæ, quas postea per Evangelium novimus esse salvatas. Perierunt itaque duplici modo, aut permanentes in eo quod talem sententiam susceperunt, aut deficientes ab eo quo tales fuerant, & incipientes esse quo non tales fuerant.

Sexto & super illud Esa. Claude oculos eorum, ut videntes non videant &c. Sic etiam inquit, de gente Iudæorum prophetarum est. Claude oculos, &c. Ne nunquam convertantur, & sanem illos, &c. Hæc etiam correctio & emendatio interdicta monstratur, & resipiscendi quoque spes prorsus abscinditur, de quo tamen populo Apostolos & Eccl. primitivam novimus processisse, & tot milia hominum una die baptisate fuisse salvata.

Dicit quod fuerunt hæc ante adventum Christi, ut quidam figuratiter adhuc tamen in carnalibus actibus constructi pariter reges existrent, & pariter sacerdotes. Quod sanctam Melchisedech fuisse sacra prodit historia Quod in suis quoque diabolus est imitatus, ut pote qui semper quæ divino cultui convenirent, sibi met tyrannico spiritu vindicare contendit, ut Pagani Imperatores iidem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum est regem eandem atque Pontificem, ultra sibi nec Imperator Pontificis nomen imposuit, nec Pontifex regale fastigium vendicavit. Quamvis enim membra ipsius, id est veri regis atque Pontificis, secundum participationem naturæ magnificè utrumque in sacra generositate sumpsisse dicantur, ut simul regale genus & sacerdotale subsistant quoniam Christus memor fragilitatis humanæ, quod suorum saluti congrueret, dispensatione magnifica temperavit, sic actionibus propriis dignitatibusque distinctis officia potestatis utriusque discrevit, suos volens medicinali humilitate salvati, non humana superbia tursus intercepti, ut & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontific. indigerent, & Pontifices pro temporalium cursu rerum Imperialibus dispositionibus uterentur, quatenus spiritalis actio à carnalibus distaret incurtus, & ideo militans Deo, minime se negotiis secularibus implicaret: ac vicissim non ille rebus divinis præsidere videretur, qui esset negotiis secularibus implicatus: ut & modestia utriusque ordinis curaretur, nec extolleretur utroque suffultus, & competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur. Ex quibus, inquit, aptet-

Gen. 14. 1. Pet. 2.

Tit. 2.

re colligitur à seculari potestate nec ligari proflus nec absolui posse Pontificem.

Misit etiam Epistolam eloquentem & elegantem ad Faustum magistrum, fungentem legationis officio Constanti-^{Epist.} nopoli in qua docet nullum absolui posse ab errore præterito, nisi respicitur. Remitti culpa de præterito potest, correptione sine dubio subsequenter: Nam si deinceps finitur mansura perversitas, non est benignitas temerentis, sed consentientis assensio. ^{3. 24. q. 2. Lego.}

Docet enim solum Pontificem posse hæreticos damnare ^{24. q. A. sine aliorum consensu, imo & quemlibet Episcopum hoc charitas.} posse. Et quod non opus est nova damnatione ei qui in errorem jam alias condemnatum incidit, sicut iste Acharius.

Appellationes etiam omnes Ecclesiam Rom. licere de- ^{9. q. 3.} ferre, ab ipsa vero nunquam appellare facti canonis sanxerunt. ^{Ipsi sunt Ep. 4. D.}

Aliam etiam misit Epistolam ad Anastasium Augustum, in ^{26. duo} qua fidei zelum & charitatem erga proximos arguit demon- ^{quippe.} strare, sic dicens: Duo sunt, Imperator Auguste, quibus principaliter hic regitur mundus, auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas. In quibus tanto gravior est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus vel legibus hominum in divino sunt examine rationem reddaturi. Licet enim præfideas humano generi dignitate, rerum tamen præfideas divinorum devotus colla submittis, atque ab eis causas tuæ salutis expectas, inque sumendis celestibus Sacramentis, eis- ^{Epist. 7.} que (ut competit) disponendis, subdite debere cognoscis religionis ordi- ne, potius quam præesse.

Extat alia ejusdem Epistola ad Episcopos Dardaniæ de ejusdem Petri, & Achatii iusta damnatione per sedem Apostolicam facta. Ex hac Epistola citat Gratianus duo decreta.

Primum, quod repeti non possunt quæ 30. annis quiete possidentur.

Secundum, quod non oportet ab eorum elemosinis abstinere post mortem, quibus in vita communicare non desistimus.

Aliam etiam scripsit Epistolam ad Euphemianam, in qua sanctissime & doctissime illum cohortatur ad unitatem fidei catholice, & ut Petrum & Achatium hæreticos habeat.

Ordo veteris & novi testamenti, quem sancta & Catholica & Romana suscipit & veneratur Ecclesia, digestus à Gelasio Papa cum 70. Episcopis in superioribus jam bis relatus est.

CONCILIUM EPAUNENSE
tempore Gelasij primi Papæ, est provinciale; tempore Sigismundi Regis celebratum. Fuerunt vero 70. Episcopi in hoc Concilio, in quo ediderunt 40. decreta, quæ omnia ferè ad institutionem clericorum & Episcoporum & Ecclesiarum pertinent. Sed ea cum jam superius relata sint, maximè in Concilio Agathensi, hoc loco recensere non duximus necessarium. Ex præcipuis tamen hæc summa est.

Ut Episcopi venatores non sint, nec accipitres habeant.

Ut clerici vagi ad communionem non admittantur.

Ut alterius Episcopi clericus in alia civitate non constitutur.

Ut unus monasterij sit unus Abbas.

De correctione Abbatis peccantis.

Quod clericus publicum iudicium non inter possit.

Ne illicitis horis clericus ambulet.

De penitentia homicidarum.

De confirmatione canonum.

Finis Concilij Epauunen.

Decreta Anastasij Papa.

Anastasius secundus, natione Romanus, ex patre Fortunato, sedit annum unum, m. c. lxx. dies 24. Hic fuit temporibus Theodorici regis & Anastasij Imperatoris, cujus tempore multi clerici ab ejus communionem se subtraxerunt quod communicasset Photino Thessalonicensi diacono, sine Concilio Episcoporum & clericorum, qui communis erat Achatij & quia occultè voluit revocare Achatium, & non potuit. Quia nutu divino subita morte percussus est.

Hunc recensent aliqui inter hæreticos propter communionem Achatij & Photini diaconi. Sed de hoc diximus in controversia 4. supra.

a. d. 484
Anast.
2. pont.
50. De
quo D.
19. c. A-
nastas.
Hic à
Nasto-
rianis
corrup-
tus vis-
corum e-
gestis
panas
inis.

Scriptis Epistolam ad Anastasium Augustum, in qua hæc continentur.

Primum, quod non sit temere judicandum de his qui ad Dominum migrauerunt. D. 19.
Secundus

Secundum, quod magnopere sit contentio vitanda. Eccles.

Tertium, ut Imperator quocumque potuerit, ad veram fidem pertrahat.

Quartum, ut ipse monitis Apostolicis pareat.

Quintum, quod mali ministrando sibi tantummodo nocent, non Ecclesie sacramenta conimaculent, nec eos qui per hæreticos sunt aut baptizati aut ordinati, portio læsionis attingat.

Decretum ejusdem ex Gratiano.

Qui potest obviare & perturbare peruersos & non fecit, nihil est aliud quam favere impietati eorum: nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare. 13. 9. 3.
Qui po-
test.

Decreta Symmachi Papa.

Symmachus natione Sardinus, ex patre Fortunato, sedit annos 15, menses septem, dies 28. Hic fuit temporibus Theodoricæ Regis, & Anastasij Augusti. Fuit verò ordinatus sub contentione una cum Laurentio. Symmachus in Basilica Constantiniana & Laurentius in Basilica Beate Marie: ex qua causa separatus est clerus, & diuisus est Senatus. Sed Schismaticis superatis. Symmachus pauperum & clericorum amator & sustentor fuit. Eugenium fidelem Carthaginensem Episcopum cum 210. Episcopis à Transmundo Vandalorum Rege in Sardiniam proscriptum pie fovit. Hic decrevit, ut vivente Pontifice, de futuri subrogatione præsumitur nemo. Hic invenit Manichæos in urbe, quorum si nulachra & codices cremans, ipsos in exilium relegavit. Innumeras ferè Basilicas sanctorum construxit & reparavit, & infinito auro & argento eas donavit.

Hic constituit, ut omni die dominico, & natalitijs martyrum hymnus, Gloria in excelsis diceretur. Multos captivos redemit, fecit ordinationes quatuor in urbe presbyteros 92, diaconos 16. Ephes. 177. Sepelitur in Basilica beati Petri. 14. Cal. Aug. & cessavit Episcopatus die 7.

Hic statuit bona Ecclesie non alienari, nisi magna & pia causa exigente.

16. q. 1. *Poff- fiones.* Ut raptotes viduarum vel virginum Ecclesie communi-
ne priventur.

27. q. 2. *Rapto- res.* 27. Ut vidua & virginis dia in religioso proposito per tem-
pus commoratae ultra non nubant.

95. 27. *Rapto- res.* 27. Ut nullus per ambitum ad Episcopatum accedat.

95. 27. *Secunda Synodus Rom. sub Papa Symmacho.*

91. *Ne- que vi- duas. 1.* Congregavit Romae synodum in basilica beati Petri, &
inter cetera statuit, ut si quis, Papa superstite, pro Roma-
no Pontificatu cuiquam quolibet modo favorem praestare
convincatur, loci suo honore privetur.

91. *Rul- lus isa.* Item, quod si Papa morte priventur non potuerit de sui
successoris electione ante-decernere, is consecrator Episco-
pus, quem sanctus clerus, aut certe pars major elegerit.

70. c. *Si quis Pa- pa D. 19* Item, quod qui ambientes, vel ambicionum factores con-
juratoresque prodiderit, non solum purgatus ab omni culpa
videatur esse (etiam si fuerit particeps) verum etiam remu-
neratione dignissimus.

Si quis *Papa.* Aliam etiam synodum congregavit Romae anno Domini
504. In qua cavetur sub anathematis poena, ne bona Ecce-
siastica alienentur.

4. *Rom. 4.* Congregavit ibidem & aliam synodum, quae dicitur pal-
maris, tempore Theodorici cuius iussu fuit congregata, ut
Symmachus à sibi objectis criminibus se purgaret. Extat
liber eruditus & elegans Ennodii Ecclesiae Rom. diaconi pro
defensione quare & quinz syn. Symma. h. Papae & 130.
Episcoporum. Ex quo desumptam est huiusmodi decretum.

Nonne directa sunt verba canonum, si quis clericorum
ab Episcopo suo ante sententiae tempus pro dubia suspicione
discesserit, manifestam in eum manere censuram? Lex enim
Ecclesiastica Pontificem ab aliis accusatum, prorsusquam sub
luce objecti confiterint, exigi non relinquit

9. q. 4. *Nonne directa.* Item illud: Aliorum hominum causas Deus voluit per
homines terminari, sed sedis illius praesentem suo sine qua-
sitione reservavit arbitrio.

Alia etiam synodus est Romae congregata sub hoc Sym-
macho, in qua approbatur supra scriptus liber Ennodii dia-
coni, & ei datur eadem auctoritas, quae decretis synodorum,
& ita iussus est inter actiones synodicas adscribi.

Secundo.

Statutum est Decretum illud à multis antecessoribus sy-
nodaliter firmatum.

Oves quæ suo pastoris commissa sunt, cum nec septe 2. qn. 7. hendere, nisi à fide exorbitaverit, nec ullatenus seculari Oves possunt, quia facta pastorum oris gladio ferienda non sunt, quæ quanquam reprehendenda rectè videantur. *verba*

Et hac etiam synodo habetur in decretis, quod nullus *sunt* Episcopus aut clericus ante sententiam suis bonis spoliatus, *usque* & si spoliatus fuerit, restituatur in omnibus. *Papa. 1.*

Fuit & alia synodus Romæ sub Symmacho tempore *1. Re-* Theodorici Regis ad Eccl. reformationem & gubernationem *inco-* congregata. In qua stricte & sub poena anathematis *granda* prohibetur. Ne ullus bona Ecclesie à fidelibus oblata *oc. Euseb.* cupet, & quasi propria possideat sine Episc. licentia. Quæ *omnib.* ferro abscindenda sunt vulnere quæ sordida non *Episc.* ferunt.

Quod injutum iudicium, & delictio injusta, regio met- *16. q. 1.* vel iussu, aut à iudicibus ordinata non valeat. *In ca-*

Extant eiusdem Epistolæ aliquot; quas recensere super- *nonib.* vacaneum est. *16. q. 2.*

CONCILIUM ILLERDEN TEMPORE *Ferro.*

Symmachi 8. Episcoporum, habitum anno 15 *11. q. 1.* Theodorici regis. In hoc concilio statuerunt *Injusta.* canones sequentes.

Can. 1.

Ut clerici in ebullitionis necessitate positi à sanguine hu- *D. 50.* mano etiam hostili, se abstineant, admittantur tantum ad *De his* pristina officia post 2. annos poenitentia.

Can. 2.

Quod his qui abortivum faciunt, vel natos suos extrin- *gaunt,* post 7. annorum curricula, communitio tribuatur.

Can. 3.

Quod Monachi sine licentia Abbatis non ordinentur.

Can. 4. De incestis.

Ut qui se incestus pollutione commaculant, quousque in *16. q. 1.* ipso detestando & illicito carnis contubernio perseverant, *Cum unj-* usque ad Missam tantum catechumenorum in Ecclesia ad- *tales.* mittantur, cum quibus etiam nec cibum sumere ullum Christianorum sicut Apostolus iussit, oportet.

Can. 5. De his qui altario seruiunt.

Hi qui altario Dei deserviunt, si subito infensa carnis fragilitate corruerint, & Deo respiciente digne poeniterint, ut mortificato corpore, cordis coarctati sacrificium Deo susserant, manent in potestate Pontificis, vel veraciter affectos non diu suspendere, vel desidiosos prolixo tempore ab Ecclesie corpore segregare, ita tamen ut si officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia ulterius promoveri. Quod si iterato velut canes ad vomitum reuersi fuerint, & veluti sues in volutabris luti iacuerint, non solum dignitate officij careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.

Can. 6. De eo qui vidua vel religiose virgini stuprum intulerit.

Qui poenitenti vidua, vel virgini religiose vim stupri intulerunt si se ab eo sequestrare noluerint, pariter à communionem Christianorum & consortio segregentur. Si vero illa quae vim pertulerit, ad sanctam religionem redierit, in illo sententia excommunicationis teneat, quo adulesque publice poeniteat.

Can. 7. De his qui sacramento se obligant, &c.

2. 3. 4.
Qui sacramento

Qui sacramento se obligaverit, ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat, pro perjurio uno anno, à communionem corporis & sanguinis Domini segregatus, reatum suum elemosinis, steribus, & quantis potuerit jeuniis absolvat. Ad charitatem vero quae operit multitudinem peccatorum celeriter venire festinet.

17. 9. 4.
Nullus clericorum

Can. 8. Si clericus servum de Ecclesia traxerit.
Nullus Clericorum servum vel discipulum suum ad Ecclesiam confugientem extrahere audeat, vel flagellate praesumat. Quod si fecerit, donec digne poeniteat, à loco, cui honorem non dederit, segregetur.

Can. 1.
Nicana
Synodi.

Can. 9. De his qui rebaptizati sunt.
De his qui in pravariatione rebaptizati sine aliqua necessitate vel tormento delapsi sunt: placuit ut circa eos illa Nicenae Synodi statuta seruentur.

Can. 10. *De his qui iubente Episcopo ab Ecclesia exire contempnunt.*

Qui iubente sacerdote pro qualicunque culpa Ecclesia exire contempserit, pro noxa contumelie, tardius recipiatur ad veniam.

Can. 11. *De clericis qui in mutua eadem prorumpunt*

Si qui clerici in mutua eadem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam petulerit, à Pontifice districtius vindicentur.

Can. 12. *De his qui contra canones ordinati sunt.*

Qui contra decreta Canonum indiligeret clericos usque nunc ordinaverunt, eis Dominus vel sancta & Ecclesiastica charitas ignoscat. A modo vero si in tali ausu proruperint, decretum Canonum quod circa eorum personarum statutum est, observetur.

Can. 13. *De Catholicis qui filios suos hæreticorum baptismati tradiderunt.*

Catholicus qui filios suos in hæresi baptizandos obtulerit oblatio illius in Ecclesia nullatenus recipiatur.

Can. 14. *De sacerdote moriente.*

Cum sacerdos moritur res Ecclesie non diripiuntur, sed fideliter observentur.

Sergius Episcopus regi & subscripsi Gratianus Episcopus directus à Domino meo Stephano Episcopo his constitutionibus interfuit & subscripsi. Ex hoc concilio citat Gratianus 4 Canones.

Primum quod in diebus quadragesima nuptias celebrare non licet.

Non oportet à Septuagesima, usque in octavam Pasche & tribus hebdomadibus ante festivitatem S. Iohannis Baptistæ, & ab adventu Domini usque post Epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur.

Secundum.

Non prohibetur à sacris ordinibus qui à medicorum incisione claudus efficitur.

Tertium.

Statuitur quomodo clericus infamatus debeat se purgare 7. testibus & juramento, ut fecit Leo Papa coram Cæsare Carolo. Et si hoc facere non potuerit, suspendatur usque ad dignam satisfactionem.

Quartam.

Statuitur quod sacerdos ab baptizandi officium, & ad vestimenta altaris lavanda, debet habere propria vasa.

CONCILIUM VALENTINUM PROVINCIALE 6. Episcoporum circa tempora etiam Symmachi celebratum est in Valentia Hispaniæ Teodorici regis anno 15.

Cap. 1. Ut Evangelium post Apostolum legatur.

Inter cætera hoc esse consulumus observandum, & sacrosancta Evangelia ante munerationem in Missa Catechamenorum, in ordine lectionum post Apostolum legantur, quatenus salutaria Christi præcepta, vel sermones sacerdotis, non solum fideles sed etiam catechumeni ac poenitentes, & omnes qui è diverso sunt audire licitum habeant. Sic enim Pontificam prædicatione audita, nonnullos ut tractos ad fidem evidenter scimus.

Statuimus qualiter Episcopus defunctus per viciniorum Episcopum sit honorifice tumulandus, & ejus exequiæ celebrandæ.

Annotatio.

Sepulturam & exequias mortuorum maxima observantia colunt antiqui Patres, quasi argumentum evidensque prælagium resurrectionis corporum, & in honorem organi, quo Spiritus sanctus ad officia pietatis est usus, dum illud corpus defunctum vitam ageret. De hoc sepeliendi ritu audiamus D. Augustinum, qui in libro de cura pro mortuis sic loquitur: unde & antiquorum justorum funera officiosa pietate curata sunt, exequiæ celebratæ, & sepulcra provisæ, ipsique cum viverent, de sepeliendis vel etiam transferendis suis corporibus, filiis mandaverunt.

Finis Concilii Valentini.

Decreta

Decreta Hormisdæ Papa.

Hormisdæ, natione Campanus, ex parte Iusto, de civitate *a. d. 51.*
 Eruſinone, ſedit annos 9. dies 17. temporibus Theodorici *Hor*
 Regis, & Anastasij Augusti. Hic Pont. regibus fuit charus, *miſda*
 hæreticis exoſus, & in Eccleſiam magnificus. Nuptias publi- *Pont. 52*
 ce agi decrevit. Manichæos palam combaſtis libris oppres- *Tempore*
 ſit. Ab Anaſtaſio Imperatore contemptus inquite, Impe- *hutus*
 ratoris eſſe imperare, non imperata Pon. vel cuiuſvis reci- *fuit*
 pere Sed à Iuſtino confirmatus Eccleſiarum pacem ob- *Batius*
 tenuit. *Severin*

Scriptit Epistolam ad Episcopos Hispaniæ exhortans eos *us. 61*
 ad obſervantiam veterum Canonum: & in primis docet e. non
 eos qui ad clerum promoventur, debere alijs eſſe præſtan- *negn*
 tiores, nam milites ſuos probatos ſibi quaerant inſtituta ſi- *mus.*
 delium, & prius debet exemplum religioſæ converſationi-
 nis de ſe potius alijs præſtare, quàm ſumere; & oportet
 emendatorem eſſe populo, quem necesse eſt orare pro po-
 pulo: ideoque nullus ex pœnitentibus decet ordinari: quis
 enim eam quem paulò antè jacentem viderat, veneretur an-
 tiſtitem?

Admonet ſecundò, ut pro Episcopatu præmium non ac- *ac. 8;*
 cipiat, ne ſpiritalia vileſcant, dum pretio emuntur, &
 à Domino contipiantur, ſicut Simon Magus ſpiritum ſan-
 ctum mercari volens: nam quis vile putat quod venditur! Sed
 ita debet fieri electio, ut in gravi murmure populorum divi-
 nam credatur eſſe iudicium.

Tertio, ut bis in unoquoque anno provincialia concilia
 celebrentur ut circa res Eccleſiaſticas recta diſponant, & de
 recte diſpoſitis Deo gratias agant.

Scriptit & aliam Epistolam ad Episcopos Hispaniæ, in qua
 ponitur: Ioannis Episcopi Conſtantinopol. profeſſio, prop-
 ter clericos Orientales, qui ejus communionem popoſce-
 rant, & docet quomodo ſint recipiendi ad Eccleſiæ fidem qui
 ante fuerant erroreſ Nestorij, Euthychis, Achatij, aliorum
 ſecuti.

Aliam etiam miſit Epistolam ad Epiphanium Conſtanti-
 nopolitanum Episcopum, de reconciliacione Romanæ &
 Conſtantinopolitaneæ Eccleſiæ Deo gratias agens, quod hoc
 beneficiū ſuis temporibus exhibuerit.

Aliam ſcripſit Epistolam ad Saluſtium Hiſpalenſem Epiſ-
 copum, cui commiſit vicem ſuam ſuper provinciam Be-

zicâ & Lusitaniam, admonens ut in omnibus à patribus de-
creta observari faciat.

Aliam etiam misit ad Episcopos Beticæ, in qua eis gra-
tularur, quod pacem diu desideratam inter se compo-
suerint.

Habetur etiam Epistola Iustini Imperatoris ad Hormis-
dæ Papam, rogans pro pace & unitate Ecclesiarum, ma-
xime Hierosolymitanæ, sed nihil speciale continet anno-
tatione dignum.

Extat etiam deprecatio Hierosolymitanorum clericorum
& Abbatum ad eundem Iustinum: in qua ei supplicant, ut
pacem & unitatem Ecclesiarum pro virili conetur procura-
re, & offerunt ei libellum, in quo ostendunt qualiter de
sancta Trinitate, & de Iesu Christi Domini nostri incar-
natione sentiant, juxta Decreta à sanctis Pontificibus in
conciliis Nicæno & Chalcedonensi.

Ex hoc Pontifice citat Gratianus decretum quo statuitur
ne ille qui monasterio reclusus est ut pœnitentiam agat, or-
dinetur presbyter.

Item quod nullus fidelis cujuscunque conditionis sit oc-
culte nuptias faciat, sed benedictione accepta à sacerdote
publice nubat in Domino.

Ibi etiam statuitur ne aliquis ad matrimonium compel-
latur.

CONCILIVM AVRELIANENS. TEMPO-
re Hormisdæ. In hoc concilio primum habe-
tur Epistola Clodovei Regis Franciæ ad syno-
dum, in qua pœnitetur se parituro præceptis
Ecclesiæ & Papæ de non captivandis clericis,
monialibus, & servis Ecclesiarum, nec eorum fi-
liis, &c. & de captivis reddendis. Secundo lo-
co habetur rescriptum synodi ad eundem regem,
in quo.

Primo continetur de homicidis, adulteris & furibus, si
ad Ecclesiam confugerint, ut ab Ecclesiæ atriis vel domos
Episcopi eos abstrahere omnino non liceat.

Secundo, de raptoribus verò si ad Ecclesiam raptor cum
rapta confugerit, & scœminam ipsam violentiam petulisse
constiterit, statim liberetur de potestate raptoris, & rap-

D. 12.
si ille.

30. q. 4.
Nullus.

31. q. 1.
de Nap.
ziis ene.

17. q. 4.
ad con-
stitui

86. q. 1.
de Rap-
toribus.

tot mortis, vel pœnarum impunitate concessa, aut ad ter-
viendum subiectus sit, aut redimendi se libertatem habeat
facultatem.

Tertio, De obligationibus vel agris quos Dominus noster
Rex Ecclesiæ contulerit, id esse justum definimus, ut in re-
parationibus Ecclesiæ, universalium sacerdotum, & paupe-
rum refectione, vel redemptionibus captivorum, quicquid
Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur.

D. 54. Si

Quinto, Si servus nesciente Domino sciente tamen Episcopo ordinetur, teneatur Episcopus eius pretium in duplo
reddere Domino, & ipse permaneat in ordinibus. Si vero
ignorante Episcopo, id ipsum facere teneatur qui illum
ordinandum obtulerit.

servus,

Quinto, Si diaconus aut presbyter crimen capitale com-
miserit, simul ab officio & communione pellatur.

D. 81. Si

diacon.

Sexto, Episcopus pauperibus vel infirmis qui debilitate
faciente non possunt suis manibus laborare victum, & ve-
stitum, in quantum possibilitas habuerit largiatur.

D. 82.

Episcopus.

Septimo, Ne superstes, frater thorum defuncti fratris,
ascendat, nec se quisquam amissæ uxori sorori audeat so-
ciare.

18 q. 2.

Abba-

Octavo, Quod Abbates Episcopis, monachi abbatibus,
sint subiecti.

101.

Nono, Quod monachus in monasterio orarium vel zo-
nas non habeat.

Decimo, Quod præscriptio non habeat locum in rebus
Ecclesiæ.

28. q. 1.

Undecimo, Quod ante Paschæ solennitatem non quin-
quagesima, sed quadragesima teneatur.

Monac.

Dodecimo, Quod rogationes à Litania Ante Ascensio-
nem Domini celebrentur, ita ut præmissum triduanum je-
junium in dominicæ Ascensionis solennitate solvarur, per
quod triduum servi & ancillæ ab opere relaxentur.

16. q. 3.

Si Episcopus.

Tertio decimo, Quod Episcopus si infirmitate non fuerit
impeditus, Ecclesiæ cui proximus fuerit, die dominico
desse non debet.

De con-

se. d. 3.

Sacerd.

De con-

Alia multa sancita sunt circa partitionem bonorum Ec-
clesiasticorum, & basilicas construendas, & honestatem
monachorum & clericorum, &c. Subscriperunt in hoc
Concilio 31. Episcopi,

De con-

se. d. 3.

Roga-

tiones.

De con-

se. d.

Episc.

CONCILIUM GERUNDEN. EST PRO-
 vinciale, tempore Hormisdæ Pap. celebratum est
 anno. 7. Theodorici Regis, in quo primum sta-
 tuitur, ut unaquæque provincia in officio Ec-
 clesiæ unum ordinem teneat.

D. conf. Secundo, ut expleta solennitate Pentecostes in sequenti
d. 2. Inf. septimana à quista feria in sabbatum, per hoc triduum ab-
stitutio. stinentia celebretur.

De conf. Tertio, ut Cathecumeni baptizentur die vel vigilia Pas-
d. 4. chæ & Pentecostes, cæteris solennitatibus tantum infirmi.

Catech. Quarto ut parvuli, si infirmari contingat, eodem die quo
De conf. nati sunt, baptizentur.

d. 5. Quinto, ut omnibus diebus post matutinas & vespas,
Id. s. per. oratio dominica à sacerdote proferatur.

Alia statuuntur circa honestatem & vitam tam clericorum
 quàm ordinandorum.

CONCILIUM CÆSARAUGUST.

à duodecim Episcopis celebratum in quo pri-
 mum statuitur, ut mulieres fideles ad virorum
 alienorum cœtum & lectionem non accedant,
 nec ad ipsas legentes alii studio vel discendi vel
 docendi conveniant, ut Apostolus jubet.

2. Cor. 14. 1. cit. Item ne quis jejuret die dominica causa timoris, aut per-
3. Do sutionis, ne quadragesimæ diebus ab Ecclesiis fideles de-
confr. d. sint, nec habitent in latibulis cubicularum aut montium qui
 in suspicionibus perseverant.

3. Ne Item Eucharistiæ gratiam si quis probatur acceptam non
quis. consumpsisse in Ecclesia, anathema sit in perpetuum.

Item vicesimo & primo die 1. à 16. Calendas Januarii us-
 que in diem Epiphaniæ, quæ est 3. Id. Januarii continuis die-
 bus nulli liceat de Ecclesia se absentare, nec latere in domi-
 bus, nec secedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pe-
 dibus incedere, sed ad Ecclesiam concurrere, quod qui non
 observaverit, anathema sit in perpetuum.

Item ne quis doctoris nomen sibi imponat præter has per-
 sonas quibus est concessum, secundum quod scriptum est.

Item quod Virgines non valeant quæ se Deo voverunt, nisi 40. annorum probata ætate, quam sacerdos comprobaverit.

Decreta Ioannis primi Papa.

Ioannes natione Tuscanus, ex parte Constantio, sedit an. a. d. 513. nos duos, menses novem, dies 17. temporibus Theodorici Regis, & Justinii Augusti Christiani. Hic à Justino Constantinopoli honoratus, Theodorici Regis paulo post in Vulcani ollam dejecti iussu, carceris perditore, tamenque consumptus, Ravennæ martyr in numero est scriptus.

Scriptit Epistolam ad quendam Zachariam Archiepiscopum, ex qua illud decretum quod supra retulimus, delumptum est, Oves quæ suo pastori, &c.

Item illud, ubi dicitur quod nullus Episcopus vocetur ad Concilium, nec accusetur donec omnia quæ ab illo fuerint ablata restituatur.

Aliam misit ad Episcopos Italix, de Theodorico Rege hortans eos ut pestem Arrianam conentur pro virili extirpare, & eorum Ecclesias catholicas consecrent, non timentes minas Theodorici.

Decreta Felicis Papa.

Felix natione Sannius, ex parte Constantio, sedit an. a. d. 525. nos 4 menses 2 dies 13. fuit temporibus Theodorici Regis & Justiniani Augusti. Hic divi medicis Cosmo & Damiano templum Romæ dedicavit. Hujus temporibus consumpta est incendio basilica sancti Martyris Saturnini, quam à solo detrituo extrudam curavit, & vixit usq; ad tempora Athalatici.

Scriptit Epistolam ad Episcopos omnes per diversa loca constitutos, in qua primum habet ut Missam non debere celebrari nisi in sacris Domino locis, nisi magna compulerit necessitas: Quoniam scriptum est: Vide ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus.

Sicut enim non alii quam sacri Domino sacerdotes debent missas cantare nec sacrificia super altare offerre, sic non in alijs quam in Domino consecratis locis in tabernaculis divinis precibus à Pontificibus delibatis, Missas cantare, aut sacrificia offerre licet. Non ergo licet in domibus oblationes celebrari ab Episcopis, & presbyteris idem habetur in Concil. Laodicæ.

Decreta Bonifacii Papa.

An do. Bonifacius, natione Romanus, ex patre S g buldo, sedit
525. Bonif. 2. annos 2. dies 29. temporibus Athalarici Regis heretici,
Pont. 55. & Iustiniani Augusti. Hic cum Dioscoro ordinatur, sub
 contentione Dioscorus ordinatus in Basilica Constantiniana,
 Bonifacius vero in Basilica Iulii & fuit dissentio in cle-
 ro, & Senatu dies 20. Quo tempore defunctus est Diosco-
 rus, & quievit seditio. Hic Bonifacius, instituit ne quispiam
 sibi in Episcopatu successorem deligeret, quod postea
 multi pontifices confirmarunt.

Hic cler-
rici, à
laic. in
Ecclesia
segrega-
vit.

Extat Epistola eiusdem ad Eulalium Alexandrinum Episcopum de reconciliatione Carthaginensis Ecclesie, ostendens per divinam sapientiam optime constitutum, ut majora minoribus subdantur, & omnes Episcopi Episcopo Romano. Et hinc desumptum est decretum illud.

D. 90.
Ad hoc
dispensa.

Ad hoc dispensationis provisio gradus diversos & ordines constituit esse distinctos, ut dum reverentiam minores prioribus exhiberent, & posteriores minoribus dilectionem impenderent: vera concordia fieret, & ex diversitate contentio, & recte officiorum gereretur administratio singulorum, neque enim universitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magis causa differentie ordo servaret.

Extat etiam Epistola precum Eulalii Episcopi Carthag. & Iustiniani predicti principis pro reconciliatione sue Ecclesie in quo se submitit Romano pontifici, asserens esse veram salutem in Ecclesia Romana, & veram fidem, & non extra illam, & anathematizat omnes hereticos qui oppositum tenent, & statutis Roma. pontific. contradicunt.

An do.
533. 70.
Pont. 56.

Decreta Ioannis II. Papa.

Ioannes qui & Mercurius, natione Romanus, ex patre Projecto de Caelio monte, sedit ann. 2. mens. 4. dies 6. Fuit temporibus Athalarici & Iustiniani, cuius tempore idem Imperator Iustinianus misit fidem suam in scripto sub chirographo proprio ad sedem Apostolicam per Episcopos Apatium & Demetrium, cum ingentibus donis auri, argenti & gemmarum.

In l. in-
ter cla-
ras de
sum.

Scriptit unam Epistolam ad Valerium Episcopum in qua ostendit quod filius est patri æqualis, confectis multis & probatissimis sacrarum litterarum testimoniis.

Trin. et
fi. cat.

CONCILIUM TOLETANUM II.
anno 5. Amalarici Regis.

In hoc Concilio primum statutum est, ut clerici, quos parentes ab infantia clericatus officio mancipaverunt, si post velint ad nuptias accedere, permittantur. Et idem de Monachis: & cum pervenerint ad annum 18. eorum voluntas requiratur, & non antea, nec subdiaconatus officium ante 20. & diaconatus ante 25. accipiant.

Similiter placuit, ut nullus clericorum à gradu subdiaconatus (ut supra) in consortio familiaritatis habeat mulierem vel ingenuam, vel liberam, vel ancillam, &c.

Item, quod qui in terris Ecclesie agellos sive vineolas, seu alia ædificia fecerit, illa testamento legare non possit; sed Ecclesie relinquat.

Habetur etiam hic edictum piissimi Imperatoris Iustiniani, fidei confessionem continens, & refutationem hæresum, qui adversantur Catholicæ Dei Ecclesie Ioanni Papæ transmissum, ut patet in vita eiusdem in libro Pontificali, in quo optimè & satis prolixè ostendit in sancta Trinitate tres personas vel proprietates, & unam essentiam & naturam, in Christo vero duas naturas, unam personam, duas nativitates. Beatam vero Virginem propriè dici genitricem Dei. Et ultimò ostendit hæreticos & post mortem posse anathematizari: hoc probat multis rationibus, & sanctorum testimoniis.

In fine primi Tomi habetur Epistola Pontiani Episcopi ad eundem Iustinianum Imperatorem, illius fidem & religionem collaudans supplicans tamen, ne Theodorum hæreticum post mortem jubeat anathematizari: nam licet eius dicta possimus respectu, non tamen aithorem damnare: nam si viveret, posset errorem admonitus corrigere.

Decreta Agapeti Papa.

Agapetus natione Romanus, ex patre Gordiano presbytero, sedit mens. 11. dies 18. Hic à Theodato rege Gothorum Constantinopolim Legatus missus Iustinianum Imperatorem ab Arrianis in Constantin. synodo, ubi mortuus est, avertit: de cujus vita ac morum sanctimonis Gratianus dicit: Agapetus Papa, vas Catholicum, Evangelii tuba, præco justitiæ, sacra altaris, sedisque velamina, sacrilegis Anthemii infecta fabulis suis Catholicis precibus

n. d. 532.
pont. 57.
Agapet.
Hic dominicæ
processiones
instituit. De
consen.
d. 1. An
Agapetus.
In 2. s.
conc.
sibi.

delevit. Cujus corpus Romam translatum est.

Extat elegans & catholica Epist. ejusdem ad Anthemium Episc. de duabus naturis in uno Christo.

Decreta Sylverii Papa.

a. d. 534.
Sylver.
Pont. 58
Tēpore
huius
Neapol.
capta
est. &
Belisar.
Roma
ponitur.

Sylverius natione Campanus, ex patre Hormisda Episcopo Romano, ex matrimonio tamen natus, sedit annum unum mens. 5. dies 11. Qui quoniam noluit revocare Anthemium hæreticum in locum suum, quem deposuerat Agapetus Papa propter hæresim, præcepto Augustæ missus est in exilium ad Pontianas, ubi accusante Vigilio, martyrium pertulit. De obitu autem ejus vide in exemplaribus.

Decreta Vigilii Papa.

Vigilius natione Romanus, ex patre Joanne consule, sedit annos 17. mens. 6. dies 26. Hic Constantinopol. Theodoræ Imperatricis jussu tractus, in quinta principali syncontra Theodorum Constan. Patriarcham Eurychi Arrioque dissentiens, flagris expiravit & sanctis adnumeratus est. Obitus ejus diffusius scribitur in exemplaribus.

a. d. 535.
Vigilius
Pont. 59.

Extat Epistola ejusdem ad Eutherum, in qua cum instruit quid juxta catholicam disciplinam teneat Apostolicæ sedis autoritas. Divisa est in 7. capita.

In primo agit de Priscillianistis, qui ab usu carniū liberabant, dicens:

Mat. 15.

Hæc igitur sequentia Patrum Venerabilium constituta, specialiter eos censuerunt esse damnandos, qui cum carnibus abstinere, ea quoque et debeant esse vitanda quæ carnibus fuisse videbant admitta. Nam & spe Dominus noster Jesus Christus ita præmonuit, dicens: Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quæ procedunt de ore, hæc sunt quæ coinquinant hominem. Quapropter nec abstinentiam Deo placitam reprobamus, nec eos qui execrantur Domini creaturam recipimus in nostra societate.

In secundo agit de trina renascentium mentione, dicens de baptismo quoque solemniter adimplendo, similiter quid Apostolica vel sanxerit vel observet autoritas, in subjectis tua charitas evidenter agnoscer. Illud autem novelli esse judicamus erroris, quod in fine Psalmorum ab omnibus catholicis ex more dicatur: Gloria patri, & filio, & Spiritui sancto, aliqui (sicut indicat) subducta una syllaba conjunctiva, perfectum conatus minuere vocabulum Trinitatis.

dicendo, Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Quavis ergo ipsa nos ratio evidenter edoceat, quia subdocta una syllaba, personam filii & spiritus sancti unam quodammodo esse designent, tamen ad errorem talium evincendam, sufficit quod Dominus Iesus Christus designans in invocatione Trinitatis credentium debere baptisma celebrari, dixit: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Ergo cum non dixerit, in nomine patris & filii & spiritus sancti, sed equalibus distinctionibus patrem & filium & spiritum sanctum iusserit nominari, constat illos omnino à doctrina Dominica deviare, qui aliquid huic voluerint confessioni derogare. Qui si in errore permanserint, loci nobis esse non possunt.

In tertio agit de his qui ab Arianis iterum baptizantur, sic dicens: De his etiam qui baptismatis gratia salutari accepta, apud Arianos iterum baptizati profundæ voraginis sunt morte demeriti, quid per singulos ordines vel rates antecessorum nostrorum Decreta censuerint, quæ multiplici sunt digesta ratione, è nostro scripto relevata capitula his subjecta dixerimus. In quibus tamen illud speciali charitate etiam convenit observari, quia pro peccatis plurimis in gentibus iniquitas ipsa surrexit, in æstimatione fraternitatis tuæ aliorumque Pontificum per suas dioceses relinquantur, ut si qualitas & penitentis devotio fuerit approbata, indulgentiæ quoque remedio sit vicina. Quotum tamen reconciliatio non per illam impositionem manus, quæ per invocationem sancti spiritus fit operatur, sed per illam, quæ penitentiam fructus acquiritur, & sanctæ communionis restitutio perficitur.

In quarto agit de Ecclesiarum restauratione in fabricis. De cons. quid sit observandum dicens: De fabrica verò cujuscunque Ecclesie, si diruta fuerit instauranda, & si in eo loco consecratio solennis debeat iterari, in quo sanctuaria non fuerint, nihil judicamus officere, si per eam minimè jactetur aqua exorcizata, quia in congregatione cujuscunque, in qua spiritus sancti ara non ponitur, celebritatem scimus tantum esse Missarum, & ideo si qua sanctorum basilica à fundamentis fuerit innovata, sine aliqua dubitatione, cum in ea fuerit Missarum celebrata solennitas, totius consecratio sanctificationis implebitur. Si vero sanctuaria quæ habebant, ablata sunt, rursus eorum repositione, & Missarum solennitate reverentiam sanctificationis accipiet.

In quinto agit de Patchæ festiuitate, & precum ordine ac Missarum solemnitate.

In sexto agit, quod in nomine Trinitatis debeat baptizari, sic dicens: Si quis Episcopus, aut presbyter iuxta præceptum Domini non baptizauerit in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, sed in una persona Trinitatis, aut in duabus, aut in tribus partibus, aut in tribus filiis, aut in tribus personis, projiciatur de Ecclesia Dei.

In septimo agit de primatu Ecclesiæ Romanæ, sic dicens.

Nulli vel tenuiter sentienti, vel pleniter sapienti dubium est, quod Eccl. Rom. fundamentum & forma sit Ecclesiarum, à qua omnes Ecclesias principium sumpsisse nemo rectè credentium ignorat, quoniam licet omnium Apostolorum par esset electio, beato tamen Petro concessum est, ut ceteris præmineret, unde & Cephas vocatur, quia caput est & primus omnium Apostolorum. Et quod in capite processit, in membris sequi necesse est. Quam ob rem sancta Romana Eccl. ejus merito, Domini voce consecrata, & sanctorum patrum auctoritate roborata, primatum tenet omnium Ecclesiarum, ad quam tam summa Episcoporum negotia, & judicia atq; querelæ, quàm & majores Ecclesiarum quaestiones, quasi ad caput semper referenda sunt. Nam & qui se seic aliis esse præpositum, non mouere ferat aliquem esse sibi prælatum, Ipsa namque Eccl. prima est, ita reliquis Ecclesiis vices suas credunt largendas: ut in partem sint vocatæ sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Unde omnium appellantium Apostolicam sedem Episc. judicia & custodiarum majorum negotia causarum eidem sanctæ sedi reservata esse liquet, præsertim cum in his omnibus eius semper sit exoptandum consultum, cujus tramiti si quis obviare tentauerit, sacerdotum causas se non sine honoris sui periculo apud eandem sanctam sedem noverit redditurum.

CONSTANTINOPOLITANA

Synodus quinta, circa tempora prædictorum Pontificum Agapeti, Silverij, & Vigilij celebrata est, præsidente Menna Patriarcha. sedentibus verò multis aliis Episcopis Orientis: Ecclesiæ, & paucis quibusdam qui ex Italia

venerant. Congregata est synodus contra Petrum, Anthimum, Severum & Zoaram hæreticos. Petrus Archiepiscopus Antiochenus tenuit in trisagio addendam esse crucem, j. trinitatem esse crucifixam, ut diceretur, Sanctus, Sanctus, Sanctus, qui crucifixus est pro nobis, ubi necesse erat aut confundi personas trinitatis, aut negare duas naturas in Christo. Contra hunc scripserunt plures Episcopi Orientales: quæ omnia in secundo Tomo conscripta sunt, quæ propter hæc ea præmittimus, lectorem illuc destinantes. Epistolam tamen Felicis Papæ contra ipsum Petrum scriptam hæc subjecimus, quia lectione digna est, & à memoria hominum nunquam excidenda.

Epistola Felicis Papæ Romæ, ad Petrum Episc. Antiochiæ monitoria: quoniam non oportet addere in trisagio, crucifixus propter nos.

Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? qualem autem & dignum seruum adducam animæ meæ condolens Domini & Salvatoris nostri Christi, sanctæ catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ? Ipsa enim plorans ploravit super filios & filias, & non est qui consoletur eam ex omnibus qui diligunt eam. Universi tyranni & hæresiarchæ persequentes ipsam, apprehenderunt eam per te, frater honoratissime, & affligentes ipsam facti sunt in caput eius. Omnis de cor ipsius quantum in te est, factus est ad nihil. Videntes inimici eius, gravissimum sunt super perditione filiorum eius. Quos enim fovemat, quos enutrietat, quos ad mensuram ætatis perduxerat, lacteque pavemat, Prophetis & Apostolicis doctrinis, hos tu uno temporis momento veneas necasti. Quemadmodum enim qui piscationem sectantur, hamum esca contegunt, & ex improvise capiunt pisces: sic & tu angelicæ laudationi additionem induxisti, & trisagiæ deprecationi quasi pietatis obtentu diram impietatem excogitasti. Ex pluribus enim Orientalibus provinciis literas suscepimus, significantes nobis, quomodo

veneratio tua dudum loquum Valentianum dogma reseruit
 plic. & irritatur à vobis Salvatoris incarnatio : quoque in
 Manichæorum dogma , & Arrii & Apollinaris , Paulique
 Samosatani incidit. Dicere enim unigenitum filium , &
 Dominum non est unum Iesum Christum perfectum non esse in
 denate , atque in humanitate perfectum , nec ipsum subisse
 passionem crucis , sed unam verbi Dei naturam incarnatam
 corpusque Domini sine anima & mente , Apollinaris hære-
 sis roborat. Ille enim ignoravit quod ab ipsis mundi nas-
 centis exordiis primum anima patris nostri mor-
 tua est , vel in mortem præcipitata est , atque ita demum
 corpus. Dicitur quippe illi est à Deo : In quacunque die co-
 mederis de ligno scientiæ boni & mali morieris. Itaque
 juxta legem à Deo sententiam qua die comedit ex ligno , in
 ipsa secundum animam mortuus est. Nam ipsius corporis
 mors post nongentos & triginta annos contigit. Itaque Deus
 donum non diuidiatum fecit , sed totum simul Adam ex utero
 virginis sumpsit , ut etiam perditum totum saluum faceret.
 Idcirco & Dominus ipse dicebat : Ego animam meam
 pro ovibus pono. Valentini item & Marcionis , Manichæo-
 rumque ac gentilium innovare vis dogmata. Si enim Deus
 est , qui divisibiliter atque substantialiter est mortuus , simili-
 ter & sanctus Spiritus Deus & ipse divisibiliter ac substan-
 tialiter iuvenietur : sicque juxta tuam & illorum rationem
 tres Dii erunt , ac per hoc plurium Deorum inualefcerit error ,
 quantumque in te esse vacuabitur illud : Audi Israël , Domi-
 nus Deus tuus , Deus unus est. Item quod ait Hieremias : Hic
 Deus noster , non reputabitur alius ad eum. Similiter &
 Dominus : Ut cognoscat te solum verum Deum. Comque
 scriptura divina unum Deum , sanctam & individ. Trinit.
 prædicet , tu , & hi qui ante te fuerunt hæresiarum tres Deos
 dogmatizare ausi estis , alium quidem dicentes Deum patrem
 præter filium , & alium Deum filium præter patrem. Rur-
 susque alium Deum spiritum sanctum præter patrem præ-
 ter filium , & alium Deum filium præter patrem. Rursumque
 alium Deum spiritum sanctum præter patrem & filium. Atque
 alium quidem mortalem & noviter genitum , alium vero
 æternam atque immortalem. In his autem noxiis verbis tuis
 contraria sentire vis Patribus qui in Nicæa , & qui in Con-
 stantinopoli atque Chalcedone convenerunt , qui & consub-
 stantialem roborabunt , & unam deitatem patris & filii sancti.

Gen. 2.

Joan. 10.

Dent. 6.

Baruc. 5.

Joan. 17.

que spiritus predicarunt, atque Acti amentiam confuderunt. Vt vero tu in ecclesia ausus es dicere, quod unus increatae atque individuae trinitatis personam subit, & per hoc consubstantialitatem quoque solvere nitentis, ac Deum subiecte numero. Sic enim unus est sanctae trinitatis & coaeternus qui crucifixus est Deus hoc est filius, sunt autem duo sanctae Trinitatis pater & spiritus sanctus, dicuntur autem dii & non ut habet vera ratio, Deus, sicut tradiderunt nobis qui ipsi insperantur, & ministri fuerunt verbis, inventis quoque consubstantialitatem solvere. Quippe mortale & immortale Ioh. 1. consubstantialia jam esse non possunt, roborabitur autem sic pluralitas Deorum, dum tres dii Christianis auribus ingeruntur. Cum itaque scriptum sit: Verbum caro factum est, & Deus erat verbum: non alius Deus verbum praeter patrem invenietur, verbum non simpliciter, sed verbum substantiale & Deus filius invenietur ut ex vilitate nostra identitatem subitanitiae Patris & verbi & sancti spiritus agnoscamus. Nos enim non alii praeter verbum nostrum inveniemur. Quoniam igitur unigenitus Dei filius, qua ratione verbum est in propria substantia non poterit pati, ne ad omnipotentis Dei patris substantiam passio referatur, est enim una patris & filii & sancti spiritus deitas: pariter autem proprium animatum corpus, quod ipsum substantiale Dei verbum ex ipsa sanctae & intemeratae Virginis vulva sibi conjungens, ex muliere processit, de qua sancto spiritu afflato propheta cecinerunt: Deus virtutum convertere, respice de caelo & vide, & visita vitem istam, & perfice eam quam plantavit dextera tua, & super filium hominis quem confirmasti tibi vitem, & filium Ps 79. hominis quem confirmavit verbum, ut inferni claustra contereret, & vivificaret eos qui a saeculo mortui sunt, salutarem verbi incarnationem vocans: Ideo & Dominus dicebat discipulis suis. Ego sum vitis, vos autem palmites, & pater meus agricola est, & tradetur filius hominis in manibus peccatorum. Patris enim intimum substantiale verbum, ac Ioh. 15. Deus per sanctae Virginis aures illapsus, conceptionem ineffabilem Mat. 26. sub litera operatum est. Qua igitur parte unigenitus filius est consubstantialis patri & unius individuae Trinitatis, increatus atque invisibilis, impassibilis & immortalis permansit. Quod ergo increatum atque immortale est, creaturae ne applices, neque Deorum pluralitatem confirmare pergas, dicens novum sanctae Trinitatis mortuum esse. Rursum qua parte ex muliere natum est, & substantiae nostrae ac generationis est

particeps absque peccato, sustinuit passionem. Porro quod non modo consubstantialis, verum etiam cognatus secundum carnem sit nobis filius Dei, docet ipse Dominus, nunc quidem in Evangelio his qui in se crederant dicens;

Joan. 15.

Psal. 81.

Ego sum vitis, vos palmices, nunc autem in Psalmis: Annunciabo nomen tuum fratribus meis. Unde aurem tibi tam pessima superbia subrepere potuit, ut te ipsis quoque sanctis Angelis intelligentiorem sapientiorumque putares? Super his ingemisco, in his plango inimicos crucis Christi, quorum finis perditio, & quorum Deus venter est &

Phili 3.

Mat. 19.

gloria in confusione ipsorum. Non cogitasti, quod scandalizare vel unum solum est his qui credunt in Dominum nostrum Iesum Christum, quam gravi cruciatui facit obnoxium? Sed incaute, ut serpens Evæ, tu ipse quoque erroris venena multitudini fidelium atque auribus infudisti, traditamque ab Angelis sanctissimam laudationis formam corrupisti inferens illi. Quia crucifixus est pro nobis, Ergone non advertisti, quod Paulum Samolatenum, Phocinunumque, & Attemium impietate transcendis, qui duos Dei filios posuerant, unum quidem ante secula, alterum vero noviter natam, cum ipse quoque Trinitati inaccessis pluralitatem, duos Dei filios dicens, unum fortem, alterum crucifixum? Ad hæc fidelissimum Christi gregem in

Gen. 3.

Manichæi opinioem præcipitate contendis, qui spiritum sanctum asserit crucifixum. Nam quod post illud sanctus immortalis, quod est spiritus sanctus, tunc inferis, qui pro nobis crucifixus es, miserere nobis, quaternitatemque non trinitatem populo insinuate videris. Nempe si ex humana traditione manasset hæc laus, non ita incaute crucem infereres laudi, in qua filii appellatio fortis est positur. Quoniam vero ab angelis nobis ita profluxit, qui ante crucem dicebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus, sicut respicere Esaias meminit, post crucem vero cum laude clamabant

Esa. 6.

Sanctus Deus Sanctus fortis, Sanctus immortalis. Denique cum terræ motu Constantinopolis quateretur populisque in campo orare, infantulus toto populo spectante cum Proclo civitatis Episcopo in cælum per unam horam raptus est, ibique huiusmodi didicit hymnum. Rursusque descendens, nunciavit quæ in æthere audierat, dicens de cælo quasi de multitudine plebem sibi huiusmodi laudes infonuisse auribus suis, dictumque sibi, ut eam laudationem populo indicaret. Quam ubi populi incoepe-

rant, civitatem receperunt, Deoque per hujusmodi laudem propitio facto, ab imminenti ira liberati sunt. At tu, quam temerè, scripturas divinas reliquas, ita & angelorum laudem pervertere præsumpsisti. Quis igitur in hujusmodi non igemiscat, quis non lamentetur quis dolor similis invenietur, sicut dolor Ecclesie Domini, & salvatoris nostri Christi? conspice te constitutum ut sis lumen his qui in tenebris sunt, & eruditor insipientium. Imo insipientie præceptor es, lumen in tenebras transferas, vide à te populos semel illuminatos qui bona gustaverunt Dei, verba, Dei mandata, Dei prophetias, prædicationes Deis Apostolicas Evangelicasque doctrinas, abs te perverti magis, ac doceri non solum crucifigere filium Dei & ostentui habere, verùm & contraria sentire scripturis divinis; & pacta abnegare quæ accedentes ad sanctam baptismi fecerunt. Nam cum coram caelestibus virtutibus omnibus coram Apostolicis Evangelicisque ordinibus sancti baptismi tempore promiserint credere in unum Deum omnipotentem: nunc illos in tres Deos credere docuisti. Rursum polliciti sint credere in unum Dominum Iesum Christum, filium Dei incarnatum, & hominem factum de spiritu sancto ex Matia Virgine, tu eos doces ne dicant Dominum Iesum Christum, filium Dei, crucem perpassum esse, qui Deus est secundum sempiternam & impassibilem ex patre generationem, & idem homo secundum eam qua in novissimis diebus ex matre prodit nativitatem, secundum quam etiam sustinuit passionem, sed unum Trinitatis mortuum esse qui est ipsum Dei verbum. Confessi sunt spiritum sanctum vivificum & immortalem, dicentes credere in spiritum sanctum Dominum, vivificantem, & immortalitatem esse ponis spiritum sanctum, cum dicis: Sanctus immortalis, qui crucifixus est pro nobis. Fuge obsecro, hujusmodi errorem. Corruisti, noli in ruina persistere. Peccasti, jam peccare noli. Expectat te sancta Dei Ecclesia, cupit amplecti penitentem in vanis propositionibus tuis & secum de Christo divina prædicantem, neque negantem ipsius animatam incarnationem, secundum quam etiam passus esse memoratur, clamatque tibi per nos: Venite ad me omnes, qui laboratis, & ego reficiam vos. Non vult Deus, frater charissime, mortem peccatoris, sed ut convertantur, & vivat. Memor esto Iesum Christum resurrexisse à mortuis secundum Evang. Memento beati Matthæi.

Hebr. 3.

Matth. 1

Ezec.

17 Tim.

1. Mat.

1. 1

scribentis: Liber generationis Iſa Chriſti filij David, filij Abraham. Recordare quid Paulus ſcribat, Segregatus in Evangelium Dei, quod promiſerat ipſe Deus in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine David ſecundum carnem, quod prædeſtinatus eſt filius. Memento etiam Ioannis clamantis: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum (ſicut etiam eſt) & Deus erat verbum, quodque caro factum eſt, homine aſſumpto, & quod Deum nemo vidit unquam. Hæc tibi ſcripſi una cum præſenti ſynodo, conveniens te coram Deo & ſanctis angelis, ut ex doceas, ea nobiſcum ſentias, ut illibata fides noſtra permaneat in gloriam Dei.

Sequitur expoſitio fidei ſecundum revelationem Gregorij Ep ſcopi Neocæſarienſis.

Vnus Deus pater verbi viventis, ſapientix ſubſiſtentis & potentix ac characteris ſempiterni perfectus perfecti genitor, pater filij unigeniti. Vnus Dominus, ſolus ex ſolo, Deus ex Deo, character & imago donatus, verbum operativum ſapientia conſiſtentix omnium comprehenſiva & virtutis totius creaturæ factiva, filius verus veri patris, inviſibilis inviſibilis, ineffabilis ineffabilis, & immortalis immortalis & ſempiternus ſempiterni. Vnus ſpiritus ſanctus ex Deo ſubſiſtentiam habens, & per filium exiſtens, ſ. homin. imago, filij perfecti perfecta vita, viventium cauſa, ſanctificatio, ſanctificationis donativus, in quo apparet Deus pater qui eſt ſuper omnia in omnibus, & Deus filius qui ſuper omnia eſt. Trinitas perfecta, gloria & æternitate, ac regno & imperio non partita, id eſt diſtributa, nec abalienata. Non ergo creatum quid, vel ſervitium in Trinitate, neque adventitium, tanquam prius non exiſtens & , poſterioris adventiens. Non ergo defuit aliquando filius patri, neque filio ſpiritus, ſed inverſibilis & immutabilis ſemper ipſa Trinitas.

Actio prima.

In hæc actio leguntur multi libelli Episcoporum & monachorum, & aliorum pteſbyterorum accuſantium prædictos hæreticos, quibus auditis, pronunciantur ſequentes ſententiæ damnationis contra Severum & Petrum, & c.

Extant quoque ſententiæ Epiphaniij Patriarchæ & ſynodi congregatæ, ac Menæ contra Severum, Petrum & Zonara

Zamaram hæreticos, ad quem locum (superfluitatem vitantes) remittimus lectorem.

Accedens supradictis sententiis constitutio Justiniani Imperatoris contra quatuor supradictos hæreticos qua iubet eos de sacris sedibus deponendos, juxta sententiam Agapeti Papæ, & sanctorum Episcoporum, habetur in exemplaribus hujus synodi.

In istis actionibus vocatus, & inquisitus est Anthimus Archiepiscopus Trapezuntius, & eo non comparente, nec volente respondere ad libellos accusationum, damnatus est à synodo, & ejectus à loco suo. *Ibid.*

Exeat sententia synodi præsentis contra Anthimum in actione 4. quæ incipit, Multarum transgressionum Anthimus, &c. In qua damnatur de hæresi, & deponitur de sede Trapezuntina, juxta sententiam beatissimi Agapeti Papæ. *Ibid.*

Sequitur & alia sententia Menæ contra Anthimum in eadem actione 4. quæ incipit, Cum salvator noster Jesus, &c. In qua damnatur & deposit prædictum Anthimum.

Hæc omnia quæ in his actionibus definita sunt à sanctis patribus ibi congregatis etiam per litteras Syrias subscripta fuerunt. *Ibid.*

Capitula sancti Quinti Concilij Constantinopoli celebrati sub Justiniano Imperatore anno ejus vigesimo septimo.

Can. primus.

Si quis confitetur Patris & Filij & Spiritus sancti unam naturam sive etiam, unam virtutem & potestatem Trinitatem consubstantialem, unam deitatem in tribus subsistentiis sive personis adorandam, talis anathema sit. Unus enim Deus & pater, ex quo omnia, & unus Dominus Jesus, per quem omnia. & unus Spiritus sanctus in quo omnia.

Can. 2.

Si quis non confitetur Dei verbi esse duas natiuitates, unam quidem ante sæcula & sive tempore ex patre incorporaliter, aliam vero ejusdem in ultimis diebus descendentis de celo, & incarnati ex sancta gloriosa Dei genatrice semperque virgine Maria, qui natus est ex ea, talis anathema sit.

Can. 3.

Si quis dicit alium esse Deum verbum qui miracula fecit, & alium Christum qui passus est, vel Deum verbum cum Christo esse dicit quando ex muliere nascebatur, vel in ipso esse, ut alterum in altero, & non unum eundemque Dominum nostrum Iesum Christum Dei Verbum incarnatum, & hominem factum, atque ei ejusdem miracula & passiones, quas sponte passus est carne, talis anathema sit.

Can. 4.

Si quis dicit, secundum gratiam vel secundum operationem, vel secundum dignitatem, vel secundum æqualitatem honoris, vel secundum auctoritatem, aut relationem, aut effectum, aut virtutem, unionem Dei verbi ad hominem factam esse, aut secundum bonam voluntatem, quasi quod placuit Deo homini, quia bene visum est ei de ipso, sicut Theodorus insaniens dicit, vel secundum solam nominis similitudinem quam Græci homonymiam vocant per quam Nestoriani Deum Verbum Iesum & Christum vocantes, & hominem separatim Christum & filium nominantes, & duas personas manifestè dicentes per solam nominationem, & honorem & dignitatem, & adorationem & unam personam, & unum Christum confingunt dicere, sed non confitentur sicut sancti patres docuerunt, unitatem Dei verbi ad carnem animatam anima rationali & intellectuali secundum compositionem, id est, secundum subsistentiam factam, & propterea unam ejus substantiam, qui est Dominus noster Iesus Christus, unus de sancta Trinitate, talis anathema sit. Cum enim multis modis unitas intelligitur, aliquando quidem impietatem Apollinaris & Eutichetis sequuntur, in peremptionem eorum quæ convenerunt colentes, unionem secundum confusionem prædicant. Theodori autem & Nestorij sequaces, divisione gaudentes, affectualem unitatem introducunt. Sancta Dei verò Ecclesia utriusque perfidiæ impietatem efficiens unionem Dei verbi ad carnem secundum compositionem confitetur, quod est secundum subsistentiam. Unio enim pro compositione in Christi misterio, non solum in confusa ea quæ convenire conservat, sed neque divisionem suscipit.

Can. 5.

Si quis unam substantiam Domini nostri Iesu Christi ita intelligit tanquam suscipientem multarum substantiarum significationem, & propterea conatur introducere in mysterio Christi duas substantias vel personas, & ab eo introductis duabus personis unam personam dicit per dignitatem & honorem & adorationem, sicut Theodorus & Nestorius insanientes conscripserunt, & calumniantur S. synodum Chalcedonen. tanquam secundum hunc impium intellectum usam unius intelligentiæ vocabulo, sed non confiteretur Dei Verbum carni substantialiter uniri, & propterea unam eius substantiam vel unam personam, & ita sanctam Chalcedonen. synodum unam substantiam Domini nostri Iesu Christi confiteri, talis anathema sit. Neque enim adjectionem personæ vel substantiæ sancta Trinitas suscepit ex incarnato uno de eadem Trinitate Deo verbo.

Can. 6.

Si quis abusive & vere Dei genitricem dicit sanctam gloriosam semper Virginem Mariam, aut per relationem tanquam homine puro nato. Non enim Deo verbo ex ea incarnato, sed relati secundum illos hominis natiuitate in Deum Verbum tanquam coherens nascenti homini, & criminatur sanctam Chalcedonen. synodum tanquam secundum impium intellectum à Theodoro commentatum, Dei genitricem virginem asserentem, aut si quis hominis genitricem, vocat eam aut Christi genitricem, utpote Christo non existente Deo, & non specialiter & secundum veritatem Dei genitricem eandem confiteretur, ob id quod ante secula a patre genitus Deus verbum, in ultimis diebus ex ea incarnatus & natus est, atque ita pie sanctam Chalcedonen. synodum Dei genitricem eam confiteri, talis anathema sit.

Can. 7.

Si quis in duabus naturis dicens, non ut in deitate & humanitate unum Dominum nostrum Iesum Christum cognosci confiteretur, ut per hoc significet differentiam naturarum, ex quibus inconfusa & ineffabilis unitas facta est, neque verbo in naturam carnis transfigurato, neque ad verbi naturam translato. Manet enim utrumque quod est secundum naturam & post factam unitatem substantialiter, sed in divisione per patre huiusmodi suscipit vocem in mysterio

Christi aut numerum naturarum consistentes in uno eodemque Domino nostro Iesu Christo Deo verbo incarnato, & non tantummodo contemplatione differentiam eorum accipit, ex quibus & compositus est, non interempta proprietate propter unitatem, (Unius enim ex utrisque & per unum utraque) sed propterea numero utitur, tamquam divinis & propriis substantiis consistentes naturas, talis anathema sit.

Can. 8.

Si quis ex duabus naturis deitate & humanitate conficiens unionem factam fuisse, vel unam naturam Dei verbi incarnati, dicas, & non sic has voces intelligit, sicut sancti Patres docuerunt, quod ex divina natura & humana unione secundum substantiam facta, unus Christus factus est, sed ex huiusmodi vocibus unam naturam sive substantiam deitatis & carnis Christi introducere conatur, talis anathema sit. Secundum substantiam enim dicentes carni unigenitum verbum unitum esse, non confusionem quandam ad vices naturarum factam fuisse dicimus, magis autem manente utraque, hoc quod est unitum esse carni intelligimus verbum. Propter quod & unus est Christus, idem Deus & homo, consubstantialis patri secundum deitatem, & consubstantialis nobis idem secundum humanitatem. Similiter enim & eos qui per partes dividunt, vel incidunt & confundunt dispensationis mysterium Christi, avertitur, & anathematizat catholica Ecclesia.

Can. 9.

Si quis adorari in duabus naturis dicit Christum, ex quo duæ adorationes introducuntur semotim Dei verbo, & semotim homini. Aut si quis ad peremptum carnis, aut in confusionem deitatis & humanitatis unam naturam sive essentiam convenientium portentuose dicit, sic adorat Christum sed non una adoratione Deum verbum incarnatum cum ejus carne adorat, extra quod sanctæ Dei Ecclesiæ ab initio traditum est, talis anathema sit.

Can. 10.

Si quis non confiteatur crucifixum carne Dominum nostrum Iesum Christum esse verum & Dominum gloriæ, & unum de sancta Trinitate: talis anathema sit.

Can. 11.

Si quis non anathematizat Arium, Eunomium Macedoniam, Appollinarem, Nestorium, Eutychen, & Origenem cum impijs eorum scriptis, & omnes alios hæreticos qui condemnati sunt & anathematizari à sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia, vel prædictis sanctis quatuor conciliis, sed & eos qui similia cum prædictis hæreticis sapuerunt, aut sapere noscuntur, & usque ad finem permanserunt in propria impietate, talis anathema sit.

Can. 11.

Si quis defendit Theodorum impiissimum Mopsuestenum qui dixit alium esse Deum verbum, & alium Christum, & passionibus animæ, concupiscentiis carnis molestatum, & à malis molestatum, & à malis paulatim separantem se, & ita ex promotione operum melioratum, & ex vitæ conversatione incontaminatum constitutum, tanquam purum hominem baptizari in nomine Dei Patris, Filij & Spiritus sancti, & per baptismum gratiam sancti Spiritus accipere, & adoptionem promereri ad similitudinem Imperialis imaginis in persona Dei verbi adorari. Post resurrectionem inconvertibilem secundam intellectum, & sine peccato penitus factum. Et iterum dicente eodem impiissimo Theodoro unionem Dei verbi ad Christum talem factam fuisse, qualem dixit Apostolus in marito & uxore: Erunt duo in carne una. Et super alias innumerabiles ejus blasphemias. præsumente dicere quod post resurrectionem sufflans Dominus in discipulos suos, & dicens, Accipite Spiritum sanctum, non dedit Spiritum sanctum, sed tantum schemate sufflavit. Hic autem & confessionem Thomæ, per quam dum palparet manum vel latus Domini post resurrectionem dixit Deus meus, & Dominus meus, asserit non fuisse dictum de Christo à Thoma. Nec enim esse eum Deum dicit sed miraculo resurrectionis obstupescens Thomam glorificasse Deum, qui suscitavit Christum. Quod autem pejus est, & in interpretatione facta ab eo in gestis Apostolorum quasi in interpretatione comparans idem Theodorus Christum Platoni, vel Manichæo & Epicuro, & Marcioni dicit, quia sicut unusquisque illorum inveiens propriam sectam, discipulos suos fecit nominari Platonicos, & Manichæos, & Epicureos & Marcionistas, simili modo & Christo in-

Ephes 51
Joan.
20.
Ibida

niente sectam ex ipsa Christianos vocari. Si quis igitur defendit prædictum impiissimum Theodorum, vel impia ejus scripta, in quibus tam prædictas quam & alias innumerabiles blasphemias evomit adversus magnum Deum & salvatorem nostrum Iesum Christum, & non anathematizatum, vel impia ejus conscripta, & omnes qui susceperint aut defendunt eum, aut dicentes recte eum exponere, & eos qui pro ipso scripserunt, & similia ei sapuerunt, aut pro eo scribunt, vel ejus impia conscripta & eos qui similia ei sapiunt aut sapuerunt aliquando usque ad finem permanserunt aut permanent in hujusmodi impietate, tales anathema sint.

Can. 13.

Si quis defendit impia scripta Theodori, quæ contra rectam fidem exposita sunt, & primam Ephesinam sanctam synodum, S. Cyrillum vel 12. ejus capitula, & ea omnia quæ conscripsit pro Theod. & Nestorio impiissimis, vel aliis qui similia prædictis Theodoro & Nestorio impissime sapuerunt, & recipit eorum vel impietatem eorum, atque propterea impios vocat Ecclesiæ doctores qui substantialiter Dei unitiorem Dei verbi ad carnem confitentur & non anathematizat prædicta impiissima conscripta, & eos qui similia his sapuerunt vel & sapiunt, sed omnes qui contra rectam fidem scripserunt, aut contra beatæ memoriæ Cyrillum, vel 12. ejus capitula, & hac impietate defuncti sunt, tales anathema sint.

Can. 14.

Si quis defendit Epistolam quam dicitur Iba scripsisse ad Mariam Persam, qui denegat quidem Dei verbum de sancta genitrice semperque Virgine Maria Incarnatum hominem factum, dicit autem purum hominem ex ea natum fuisse, quem templum vocat tanquam alio existente Deo verbo & alio homine, sed & S. Cyrillum rectam Christianorum fidem prædicantem reprehendit hæreticum, & similia scelesti Apollinaris scribentem, atque vituperat Ephesinam sanctam primam synodum, tanquam sine judicio ite requisitione Nestorium deponentem, sed & 12. capitula beatæ memoriæ Cyrilli impia & adversa rectæ fidei nominat prædicta impia Epistola, & defendit Theodorum & Nestorium, & impia eorum dogmata & conscripta. Si quis igitur

prædictam Epistolam defendit, & non eam anathemati submittit & eos qui defendunt eam, & dicunt rectam esse aut partem ejus, & eos qui conscripserunt vel scribunt pro ea sive pro impietatibus quæ in ipsa continentur, & præsumentes eam defendere, aut positas in ap impietates ex nomine sanctorum Patrum aut sanctæ Chalcedonensis synodi, & usque ad finem in his permanserunt, talis anathema sit.

His igitur ita confessis à nobis quæ & accepimus de divina scriptura à sanctorum Patrum doctrina, & definitis de una eademque fide à prædictis sanctis quatuor Conciliis, facta verò & à nobis super hæreticos vel impietatem eorum, sed & contra eos qui defendere præsumserunt aut defendunt prædicta tria capitula, aut permanserunt & permanent in proprio errore & condemnatione: si quis conatus fuerit contraria his quæ à nobis pie terminata sunt, tradere, aut docere, aut scribere, si quidem Episcopus est aut in clero connumeratus, talis extranea & sacerdotum & Ecclesiastica disciplina peragens denudabitur ab Episcopatu aut clero: si autem monachus aut laicus fuerit, anathematizabitur.

Finis capitalorum quintæ synodi.

AVRELIANENSE CONCILIUM;
secundum circa tempus Vigiliij papæ: & est provinciale. Cum ex præceptione gloriosissimorum Regum in Aurelianensem urbem de observatione legis catholicæ tractaturi, Deo auxiliante, sancti Patres convenirent, ubi quid de antiquis regulis, quid de novis ambiguitatibus pro capta intelligentiæ (illuminante Domino) senserint expresse atque sigillatim, descriptisque constitutionibus, atque (Deo propitio) in posterum quæ sint observaada, ex veterum canonum autoritate sequentes canones conscripserunt.

Can. primus.

Id ergo est constitutum : ut nullus Episcoporum admonente Metropolitano Episcopo ; nisi certa exdij causa debeat ad concilium vel ordinationem confacerdotis venire penitus nulla excusatione detrectet.

Can. 2.

Ut Metropolitanus singulis annis comprovinciales suos ad concilium evocent.

Can. 3.

Ne quis Episcopus de quibuslibet causis, vel Episcoporum ordinationibus ceterorumque clericorum aliquid presumat accipere : quia sacerdotem nefas est cupiditatis venalitate corrumpi.

Can. 4.

Si quis Sacerdotum per pecuniae mundinum execrabili ambitione quaesierit, abjiciatur ut reprobus, quia Apostolica sententia donum Dei esse praecipit pecuniae stucina minime comparandum.

Can. 5.

Nallus Episcopus ad sepeliendum Episcopum venire conficta occasione dissimulet, ne cujuslibet corpusculum diutius inhumatum negligentia interveniente solvatur. Is vero Episcopus, qui defunctum advenerit sepelire, praeter expensam necessariam nihil pretij pro fatigatione deposcat.

Can. 6.

Ut Episcopus qui ad sepeliendum Episcopum venerit, evocatis presbyteris in unam domum Ecclesiae, adeat descriptam, qui idoneis personis custodiendam sub integra diligentia derelinquat, ut res Ecclesiae ullorum improbitate non pereant.

Can. 7.

In ordinandis Metropolitanis Episcopis antequam institutionis formulam renovemus, quam per injuriam omni-

modis videmus amissam. Itaque Metropolitanus Episcopus à comprouincialibus clericis vel populis electus congregatis in unum omnibus comprouincialibus Episcopis ordinatur, ut talis (Deo propitio) ad gradum hujus dignitatis accedat per quem regula Ecclesiæ in melius aucta plus floreat.

Can. 8.

Si quis diaconus in captiuitatem redactus, uxori fueris copularus, reuersus ab officij omnino ministerio remouendus est. Cui sufficere debet, pro actus sui leuitate, impleta pœnitentia pro satisfactione communio.

Can. 9.

Nullus clericorum sine permissione Episcopi sui cum secularibus habitare præsumat. Quod si fecerit, ab officij communionem pellatur.

Can. 10.

Nullus noveræ suæ, id est, uxori patris sui nulla copulatione jungatur. Quod si præsumpserit, noverit se anathematis supplicio feriendum.

Can. 11.

Contracta matrimonia, accedente infirmitate, nulla voluntatis contrarietate solvantur. Quod si quis ex conjugibus fecerint, noverint se communionem privandos.

Can. 12.

Ne quis in Ecclesia votum suum cantando, bibendo, vel lasciuendo exolvat, quia Deus talibus votis irritatur, potius quam placatur.

Can. 13.

Clerici qui officium suum implere despiciunt, aut vice sua ad Ecclesiam venire detrectant, loci sui dignitate priventur.

Can. 14.

Oblationem defunctorum, qui in aliquo crimine fuerint interempti, recipi debere censemus, si tamen non ipsi sibi mortem probentur propriis manibus intulisse.

Can. 15.

Presbyter, vel diaconus, nec literas vel baptizandi ordinem nesciat, nullatenus ordinetur.

Can. 16.

Fœminæ quæ benedictionem diaconatus hæcenus contra interdicta canonum acceperint, si ad conjugium probantur iterum devolutæ, à communione pellantur. Quod si hujusmodi contubernium admonitæ ab Episcopo, cognito errore dissolverint, in communionis gratiam, acta pœnitentia revertantur.

Can. 17.

Placuit etiam ut nulli postmodum fœminæ diaconalis, benedictio pro conditionis hujus fragilitate credatur.

Can. 18.

Placuit, ut nullus Christianus Indæam, neque Judæus Christianam in matrimonio ducat uxorem, quia inter hujusmodi personas illicitas nuptias esse censemus. Qui si commoniti à consortio hoc se separare distulerint, à communionis gratia sunt sine dubio submovendi.

Can. 19.

Catholici qui ab idolotum culta se non custodiunt, nec ad integram accepti baptismi gratiam revertuntur vel qui cibis idolorum cultibus immolatis, gustu illicitæ præsumptionis utantur, ab Ecclesiæ cœtibus arceantur.

Can. 20.

Similiter & hi qui bestiarum morsibus extincto, vel quo libet morbo, aut casu suffocato vescuntur.

Can. 21.

Abbatès qui Episcoporum præcepta despiciunt, ad communionem nec penitus admittantur, nisi contumaciam humilitate suscepra deponant.

Can. 22.

Sanè si qui post hanc diligentissimam sanctionem non observaverint quæ sunt superius comprehensa, eos

se divinitatis pariter & fraternitatis iudicio futuros esse cognoscant.

Explicit II. Concilium Aurelianen.

CANONES AVRELIANEN.

Concilij tertij, tempore Childeberti regis. Estque provinciale, cum in Dei nomine Aurelianensem urbem ad synodale concilium Patres venissent, de his quæ per longum tempus, observatione cessante, fuerint intermissa priorum canonum tenore servato, presentibus regalis vetera statuta servanda, & nova pro causatum vel temporum conditione addenda crediderunt.

Can. 1. *Ne à subdiacono & supra, quis se propriis uxoribus misceat.*

Vt nullus clericorum à subdiacono & supra, quos uxores in proposito suo accipere inhibetur, propria, si forte iam habeat, misceatur uxori. Quod si fecerit, laica communione contentus, juxta priorum canonum statuta ab officio deponatur. Quem si sciens Episcopus suus in hac vilitate permissionis viventem ad officium postea admiserit, & ipse Episc. ad agendam penitentiam tribus mensibus sit à suo officio sequestratus.

Can. 2. *De electione Metropolitanorum.*

De Metropolitanorum verò ordinationibus id placuit, Metropolitanis à Metropolitanis omnibus (si fieri potest) presentibus comprovincialibus ordinentur, ita ut ipsi Metropolitanis ordinandi privilegium maneat, quem ordinationis consuetudo requirat. Ipse tamen Metropolitanus è comprovincialibus Episcopis (sicut decreta sedis Apostol. continent) cum consensu cleri vel civium eligatur. De comprovincialibus verò ordinandis, cum consensu Metropolitanis, cleri vel civium, juxta priorum canonum statuta electio & voluntas requiratur.

Can. 3. *De oblatis & collatis basilicis.*

Si quæ oblationes in quibuslibet rebus atque corporibus collatae fuerint basilicis in civitatibus constitutis, ad potesta-

tem Episcopi redigantur. Et in ejus sit arbitrio, quid in reparatione basilicæ, aut observantium ibi substantiæ deponatur. De facultatibus vero parochiarum vel basilicarum in pagis civitatum constitutis, singulorum locorum consuetudo servetur.

Can. 4. De ordinatis clericis, ne nubant: & ne quis invitus ordinetur.

Clerici vero, qui cum uxore non habuerint, benedictione suscepta conjugia crediderint eligenda, qui volentes, absque ulla reclamazione in ætate fuerint legitima ordinati cum ipsis mulieribus quas acceperunt excommunicatione percillantur. Quod si invitus vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur, sed non à communione

D. 94. Episcopus pellatur. Episcopus autem qui invitum aut reclamantem præsumpserit ordinare, annuali poenitentia subditus, Missas facere non præsumat. De adulteris autem honoratorum clericorum, id observandum est, ut si quis adulterasse aut confessus vel convictus fuerit, depositus ab officio communione concessa in monasterio toto vitæ suæ tempore detrudatur.

D. 81. Si quis **Can. 5. De clerico convicto de furto, aut falsitate, & de perjurio.**

Si quis clericus furtum aut falsitatem commiserit, quia capitalia etiam ipsa sunt crimina, communione concessa, ab ordine degradetur. De perjurio vero id censuimus observandum, ut si quis clericus in causis, quæ sub iurejurando finienda sunt præbuerit juramenta, & post rebus evidentibus detegitur pejerasse, biconi tempore à communione pellatur.

Can. 6. De his qui uxoribus defunctis, concubinas crediderint sociandas.

De his qui ex concubinis filios habent, & uxores legitimas post habuerint, aut defunctis uxoribus sibi concubinas publicè crediderint sociandas, id observandum esse censuimus, ut sicut eos qui jam sunt clerici per ignorantiam ordinati, non removemus, ita statuimus ne ulterius ordinentur.

Can. 7. De incestis conjunctionibus, vel quibus personis conjugalis copula sit observanda.

De incestis conjunctionibus ita quæ sunt statuta serventur, ut hi qui aut modo ad baptismum veniant, aut quibus patrum statuta sacerdotalis prædicatione antea in notitiam non venerunt, ita pro novitate conversionis ac fidei suæ credidimus consulendum, ut contracta hucusque hujusmodi conjugia non solvantur, sed in futurum, quod de incestis conjunctionibus in anterioribus canonibus interdictum est observetur, id est ne quis sibi sub conjugii nomine loctare præsumat relictam patris, filiam uxoris, relictam fratris, sororem uxoris, contobri- nam aut sobrinam, & relictam avunculi vel patris. Quod si qui in hoc incesti adulterio potius quam conjugio fuerint, sociasque diu ne se sequestraverint, à communione ecclesiastica repellantur. Illud etiam adjiciendum esse credimus, ne in Episcopi discussione consistat. De his qui in civitate sua ac territorio consistunt, & tali sunt ordine sociati, utram ignoranter ad illicita conjugia venerint, aut per contumaciam quæ sunt interdicta, præsumperint, quia sicut his qui per ignorantiam lapsi sunt subvenitur, ita illis quibus patrum statuta in notitiam venerunt, quique etiam contra sacerdotum interdicta in tali permissione versantur, priorum canonum in omnibus statuta serventur, ut non prius ad communionem recipiantur, quam incesti adulterum, sicut scriptum est, separatione sanaverint, quia in lege domini manifestè legitur, Maledictus qui dormit cum uxore patris sui, cum privigna, vel uxoris suæ sorore, & reliqua his similia. Quo fit, ut quos Deus maledixit nos nisi emendatos benedicere non possimus.

Can. 8. De clericis propter patrocina secularium officium suum minus implentibus.

Si clerici ministeria suscepta quacunque occasione agere sicut & reliqui detrectant, & excusationem de patrociniis quorumcumque ne officium impleant, prætendant, ac sacerdotes suos sub hujusmodi causa æstiment per inobedientiam contempnendos, inter reliquos clericos canonicos, ne ea licentia alii vitentur, nullatenus habeantur, nec ex rebus ecclesiasticis tam canonicis stipendia aut munera illis percipiant.

Can. 9. De agris Ecclesia ab Episcopo inutiliter distrahitis.

De agellis vero cæterisque facultatibus Ecclesiasticis à sacerdotibus non alienandis, nec per contractus inutiles obligandis, priorum canonum statuta servantur, ut nobis per nullos contractus res Ecclesiasticas alienare aut inutiliter liceat obligare. Ea etiam quæ de rebus Ecclesiasticis ab antecessoribus alienata, vel quibuscumque instrumentis inutiliter in dispendium Ecclesiæ obligata noscuntur, & intra tricennaria tempora repetitio superbit, quæ acta sunt, suffragante justitia per publicum aut clericorum judicium revocentur. Quod si is qui rem Ecclesiasticam tenet, admonitus judicium declinet, quousque aut ad dissiocium nem veniat, aut rem Ecclesiasticam restituat, communione priveatur.

Can. 10. De mancipiis Christianis, quæ in Iudeorum servitio detinentur.

De mancipiis Christianis quæ in Iudeorum servitio detinentur, si eis quod Christiana religio vetat, à Dominis imponitur, aut si eos de Ecclesia excusatos tollant pro culpa quæ remissa est, & affligere aut cedere fortasse præsumpserint, & ad Ecclesiam iterato confugerint, nullatenus à sacerdote reddantur, nisi pretium offeratur ac detur, quod mancipia ipsa valere pronuntiaverit juxta taxationem, Christianis quoque omnibus interdicimus, ne Iudeorum conjugis miscantur. Qui si fecerint, usque ad sequestrationem, quisquis ille est, communione pellatur. Item, Christianis convivia interdicimus Iudeorum, in quibus si fortè fuisse probantur, annuali excommunicationis pro hujusmodi contumacia subjacebunt.

Can. 11. Ut missarum celebritas hora tertia inchoetur.

De Missarum celebritate in præcipuis dumtaxat solemnitatibus, id observare debemus, ut hora tertia Missarum celebratio in Dei nomine inchoetur, quod facilius intra horas competentes ipso officio expedito, sacerdotes possint ad vespertina officia, in vespertino tempore convenire; quia sacerdotem vespertinis officiis ad Ecclesiam talibus præcipuè diebus, nec decet deesse, nec convenit.

Can. 11. *Quod id quod clerici beneficio Ecclesia præceperint, a successore non auferatur.*

De munificentis vero sacerdotum id observandum, quod sicut si quid præfenti tempore a clericis decentibus munificentis habetur vel possidetur, deinceps successoribus nullatenus auferatur: ita qui decessorum largitatibus gaudent, officia, & Ecclesie obedientiam, & affectum sacerdotibus præbeant. De quibus tamen munificentis quæ præfenti tempore ab his, sicut dictum est, possidentur, si pro opportunitate Episcopo placuerit, quod voluerit commutare sine accedere dispendio, in locis aliis commutentur. De munificentis vero præfentibus quas quisque clericus pro sua gratia eorum obsequiis existimat conferendas, sicut in arbitrio dantis est, ut tribuere quibus voluerit debeat, ita si inobedientia vel contumacia in aliquo accipientis extiterit, culpa agnita in arbitrio sit præfentis utrum vel qualiter debeat revocare.

Can. 13. *De clericis qui in oratoriis ordinationem acceperint.*

De his vero clericorum personis quæ de Civitatis Ecclesie officio monasterij vel diocesis, vel Basilicis in quibuscunque locis positis, id est, sive in territoriis, sive in ipsis civitatibus suscipiuntur ordiandæ, in potestate sit Episcopi, si de eo quod antè de Ecclesia habebant, eos aliquid aut nihil exinde habere voluerit: quia unicuique facultas suscepti monasterij, diocesis vel basilicæ debet plena ratione sufficere.

Can. 14. *De clericis contumacibus.*

Si quis superbia elatus officium suum indignationem quæcunque implere noluerit, juxta statuta priora, à communione retentus, & ab ordine depositus tamdiu habeatur, quamdiu, sicut scriptum est, penitentia supplementione satisfecerit præfente pontifice. Tamen illis regulariter, juxta charitatem integram, quæcunque illis stipendiorum juxta consuetudinem debeat, pro qualitate temporis sunt ministranda. De quibus si querela procedat, officium agens recurrat ad synodum.

Can. 15. De clericis injuste oppressis à suis pontificibus.

Si quis clericorum circa se districtiorem Episcopi sui partem injustam, juxta antiquas constitutiones recusat ad synodum.

12. qu. 1. **Can. 16. De clericorum conspiratione per rebellionem in scripturis aut alias factam.**

Si quis clericorum

Si quis clericorum, ut nuper in multis locis per superbiam diabolo instigante actum fuisse percepit, rebeli auctoritate se in unam, conjuratione intercedente, collegerint, aut sacramenta inter se data, aut chartulam conscriptam fuisse patuerit, nullis excusationibus præsumptio elabatur, sed res detecta cum in synodum ventum fuerit, in præsumptores juxta personarum & ordinum qualitatem à Pontificibus qui tunc in unum collecti fuerint, viadicetur: quia sicut caritas ex præceptis divinis corde non chartulæ conscriptione, vel conjuratione est exhibenda: ita quæ supra sacras admittunt scripturas, auctoritate & districtione Pontificali sunt reprimenda.

Can. 17. De sacerdotibus Ecclesia res debitas occupantibus.

Si quis sacerdos res Ecclesiæ debitas vel proprias horrenda cupiditate occupaverit, retinuerit aut à potestate ex compositione perceperit, si eas non restituerit, nullis rebus excusetur. Sed & si agnito jure Ecclesiastico non statim Ecclesiæ vel sacerdoti restituerit, ut ipsam jus agnoscere possit & in judicium electorum venire distulerit, tandem à communione Ecclesiastica suspendatur, quamdiu restituit rebus, tam Ecclesiæ quam sacerdoti reddat indemnem. Similis etiam de his qui oblationes defunctorum legaliter dimissas quolibet ordine assignare tardaverint, vel devotere præsumperint, districtiorem Ecclesiasticæ juxta priores canones forma servatur. Cui etiam sententiæ subiacebit, quisquis ille quolibet ordine, quod pro devotione sua Ecclesiæ debet, revocata præsumperit.

1. qu. 2. Abbatibus, presbyteris, aliisque ministris de rebus Ecclesiasticis vel sacro ministerio deditis alienare & obligare

Can. 18. Quod ministris Ecclesiarum non liceat Ecclesiæ res sine Episcopi consensu alienare.

Abbatibus, presbyteris, aliisque ministris de rebus Ecclesiasticis vel sacro ministerio deditis alienare & obligare

absque permisso & subscriptione Episcopi nihil liceat. Quod si præsumpserint degradentur, communionem concessa. Et quod alienatum vel temere ordinatum est ordinatione Episcopi revocetur.

Can. 19. *Quod pœnitentia non sit juvenibus temere credenda*

De pœnitentium conversione, ut ne quis benedictionem pœnitentiæ juvenibus personis credere præsumat. Certe conjugatis, nisi ex consensu pari, ætati jam plena eam dare non audeat. At si quis pœnitentiæ benedictione suscepta ad secularem habitum militiamque reverti præsumpserit, excommunicatione plectatur, viatico concessio ad exitum.

Can. 20. *Ne servus vel colonus ad honorem promoveatur ante acceptam ingenuitatem.*

Ut nullus servilibus colonariisque conditionibus obligatus. juxta statuta sedis Apostolicæ, ad honores Ecclesiasticos admittatur, nisi prius aut testamento, aut per tabulas cum legitime constiterit absolutum. Quod si quis Episcoporum ejus qui ordinatur conditionem sciens, transgredi per ordinationem indebitam fortasse voluerit, anni spatio Missas facere non præsumat.

Can. 21. *Quod die dominico operari non permittatur.*

Quia persuasum est populis die dominico cum cabellis & bobus & vehiculis itinerare non debere, neque ullam rem ad victum præparare, ad nitorem domus vel hominis pertinentem, nullatenus exercere (quæ res quia ad Iudæam magis, quam ad observantiam Christianam pertinere probatur) id statuimus, die dominico, quod ante fieri licuit, licere. De opere tamen rurali id est, agricultura vel vinea, vel sectione, vel messione, excussione, vel exacto sæpe censuimus abstinendum, quo facilius ad Ecclesiam venientes, orationis gratia vacent. Quod si inventus fuerit quis in operibus superscriptis, quæ interdicta sunt, se exercere qualiter emendare debeat, non in laici districtione, sed in sacerdotis castigatione consistat.

Can. 22. *Ut ante dominicam orationem expletam de Ecclesia nullus discedat.*

De Missis nullus laicus ante discedat quam dominica-

dicatur oratio. Et si Episcopus preiens faciat, ejus benedictio expectetur. Sacrificia vero matutina Missarum sive vespertinarum ne quis cum armis pertinentibus ad bellorum usum exerat. Quod qui fecerit in sacerdotis potestate consistat, qualiter ejus ditione debeat castigari.

Can. 23. *Quando Judais inter Christianos procedere non liceat.*

Quia Deo propitio, sub Catholicorum Regum Dominatione vivimus, Judæi die cænz Domini usque in secundam sabbati in Pascha, hoc est ipso quadriduo procedere inter Christianos, neque catholicis populis se ullo loco, vel quacunque occasione miscere præsumant.

Can. 24. *De hæreticis vel Bonofiacis.*

Judex civitatis, vel loci, si vel hæreticum aut Bonofiacum vel cujuslibet alterius hæresis sacerdotem, vel quacunque personam de catholicis rebaptizasse cognoverit, quia reges non constat habere catholicos, non statim rebaptizantes adstrinxerit, & ad regis fidem propterea distinguendos adduxerit, annuali excommunicationi subdat.

Can. 25. *Ut non liceat laicis clericos accusare.*

Y. qu. v. Clericum cujuslibet ordinis absque Pontificis sui permissione nullus præsumat ad secularem judicem trahere. Neque laico quemlibet clericum liceat accusare.

Can. 26. *Quid de Episcopis qui supra scripta observare distulerint.*

Quocirca hæc quæ inspirante Deo, communi consensu placuerunt, si quis Antistitem, vel eorum quos Spiritus Dei esse voluerit successores relicta observationis integritate custodire & implere neglexerit, reum se divinitatis pariter & fraternitatis judicio futurum esse cognoscat, quia & canones suos nec ignorare quemquam, nec dissimulare, id est prætere permissit.

Expliciant canones Aurelianen. synodi.

SANCTI QUINTIANI EPISCOPI

Esculani ad Petrum Antiochenum fides.

Omnis qui dicit unam naturam Dei Verbi & carnis,

& non duas unitas indivisibiles, damnatur.

Si quis confundit duas Christi naturas, dicens Deum passum carne, secundam Apostolum damnatur.

Si quis impassibilem, immortalem Deum Verbum dicit conversum in passum ac morte, & non hęc reddit ejus carnem, dānetur.

Si quis vocem trisagiam, id est, ter sanctam dicit propter nos crucifixum, & non Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei unigenitum, damnatur.

Si quis post vocem ter sanctam dicit Deum crucifixum propter nos, & non potius unum filium, cui in medio ter sanctę vocis hymnus dicitur, damnatur.

Si quis hominum dicit qui pro nobis crucifixus est, sive Deum dividendo naturas, & non eas copulando in crucifixione ejus, damnatur.

Si quis dicit duas personas seu subsistentias, & non potius duas naturas in unam personam: & unam subsistentiam in unum concurrentes, damnatur.

Si quis Deum hominem & non magis Deum & hominem dicit, damnatur.

Si quis dicit creatum patris Verbum, non magis ejus carnem, damnatur.

Si quis dicit consubstantialem carnem Domini Deo Patri, & non potius Deum Verbum, damnatur.

Si quis dicit sine mente & sine anima Dominum nostrum Iesum Christum, & pro ea habuisse divinitatem, & quia ex hoc dicendum passum carne Deum verbum, & non magis mente cum anima rationali inhumanatum Deum Verbum & impassibilem dicendo eundem divinitate, humanitate vero passibilem, damnatur.

Si quis quaternitatem introducit in trisagio apponens post Trinitatem Christum crucifixum, anathema sit.

Si quis unum filium secat in dualitatem filiorum, anathema sit.

Si quis Dei Verbum & carnem dicit unam naturam ignorans naturarum differentiam, anathema sit.

Si quis confundit Trinitatem, eundem dicens esse patrem & filium & Spiritum sanctum, anathema sit.

Si quis distinguit unam essentiam Trinitatis in duas, anathema sit.

Si quis divinam naturam filij confundit passionibus carnis ejus, & non confiteretur eum spiritu impassibilem, carne vero passum: anathema sit.

Si quis dicit Deum passibilitatem aut mortem gustasse tanquam ad hæc cum bona voluntate venisse, cum conversus esset, & non confiteretur cum tanquam Deum non fuisse sub damnatione mortis, mortem verò mortificasse per carnem suam mortalem, quam assumpsit; anathema sit.

Credimus enim, quia vita est, & non recedit in mortem. Tu autem cognosce, & absconde in quibus inique locutus es. Tamen sit & est Dei gratia cum his qui recte prædicant Verbum Veritatis.

C O N C I L I U M A V E R N E N S E
 circa tempora Vigilij Pap. Apud Ecclesiam
 Avernam cum in Dei nomine congregante S.
 Spiritu, consentiente Domino gloriosissimo,
 pioque rege Thcodeberto, in Avernam ur-
 bem sancta synodus convenisset, ibique in Ec-
 clesia (ex more) Patres consedissent, inspe-
 ctisque canonibus id eis rationabile visum est,
 ut quamvis Ecclesiasticæ regulæ pene omnia
 comprehendant, quædam tamen vel adderentur
 nova vel repeterentur antiqua.

Can. Primus.

*In decr.
 Inonis.
 lib. 4.*

In primis placuit, ut quoties secundum statuta Patrum, sancta synodus congregaretur, nullus Episcopus aliquam prius causam suggerere audeat, quam ea quæ ad emendationem vitæ, ad serenitatem regulæ, ad animæ remedium pertinent, finiantur.

Can. 2.

Placuit etiam ut sacrum quis Pontificij honorem non votis quærat, sed meritis, nec divinum videatur munus comparare rebus, sed moribus, atque eminentissimæ dignitatis apicem omnium conscendat electione, non paucorum favore. Sic in eligendis sacerdotibus cura præcipua, quia irreprehensibiles esse convenit, quos præesse necesse est corrigendis.

Can. 3.

De oportio dominici corporis, seu palla altaris nunquam sacerdotis corpus, dum ad tumulum evehitur obtegatur, quia facto velamine visibus suis reddito, dum honorantur corpora, altaria polluuntur.

Can. 4.

Ne ad nuptiarum ornatum ministeria divina præstentur, &c.

Can. 5.

Ne Judæi Christianis populis judices præponantur.

Can. 6.

Episcopus, presbyter, atque diaconus tam sancta conscientia resplendant, ut effugiant probitate actuum maledicorum obloquia, & testimonium in se divinum impere contendant, quo Dominus ait: Sic luceat lux vestra, &c.

Can. 7.

Vt presbyteri plebes suas admoneant quod hospitales sint.

Can. 8.

Quod licitum sit Episcopum cum concilio cleri de thesauro Ecclesie pauperibus ejusdem Eccl. secundum canon. institut. juxta quod indiget, erogare.

Matt. 25

Decreta Pelagii Papa.

Pelagius Ro. sedit ann. 11. mens. 10. dies 18 Hic canon. preces Ecclesiast. quotidie perorandas instituit, & defuncto- rum suffragia approbavit. Hæret. seculari potestate coercen- dos indulgit.

a. d. 552.

P. lag.

Pant. 60

AURELIANENSE CONCIL. IV.

circa tempora Pelag. Pap. 1. & est provinciale tempore Child. Reg. Cum in Aurel. urbem unanimiter in Christi nomine adfuissent sacer- dotes, & de his quæ ad sacrum propositum per- tinent, vel quæ secundum Eccles. ordinat. regula- ri conveniunt disciplinæ, Deo meo tractanda

recepissent, placuit ut definita secundum antiquam consuetudin. inviolata monstretur. Ex quo firmitus statuta seruentur, cum consensu omnium docet adnotata subscriptio.

Can. 1. De festiuitate Paschali celebranda.

Placuit ut sanctum Pascha secundum laterculum Victori, ab omnibus sacerdot. uno tempore celebretur. Quae dies festi, annis singulis ab Episcopo: Epiphaniarum die in Ecclesiis denunciatur. De qua solenn. quozies aliquid dubitatur, inquisita vel agnita per Metropolitanos à sede Apost. sacra constitutio teneatur.

Annotatio.

Hæc Gallicani Episcopi aduersus temeritatem Imperatoris Iustiniani pro arbitrio sacra miscerentis, qui suo edicto ieiunium quadragesimæ una hebdomada auxerat, & de Paschali tempore sanctionem iniquam promulgarat. His temporibus de celebritate diei Paschalis altercatum esse, testatur Sigebertus in Chronico hisce verbis: *Hispani & Galli de Paschate celebrando dissentiunt: Hispanis duodecimo Kalend. Aprilis, Francis vero quarto decimo Kalend. Maii Pascha celebrantibus. Sed Francos recte celebrasse per hoc diuinitus claruit, quod fontes in Hispania, qui in sabbato sancto Pascha ad Baptisandum sponte repleti solent, non in Hispanorum, sed Francorum Pascha repleti sunt.*

Can. 2. Ut quadragesima equaliter teneatur.

Hoc etiam decernimus obseruandum, ut 40. ab omnibus Ecclesiis æqualiter teneatur. Neque 50. aut 60. ante Pascha quilibet sacerdos præsumat indicare. Sed neque per sabbata absque infirmitate quisquam soluat quadragesim. nisi tantum die domini prandeat. Quod licet spiritualiter patrum statuta sanxerunt. Si quis hanc reg. iruperit, tanquam transgressor disciplinæ, à sacerdote censeatur.

Can. 3. Et primates civitatis Pascha in civitate celeb.

Quisquis de prioribus civibus Pascha extra civitatem tenere voluerit, sciat sibi à cuncta synodo esse prohibitum.

Sed principales festiuitates sub presentia Episcopi teneant, ubi sanctum decet tenere conuentum. Tamen si aliquis certa necessitate astringatur, ut hoc implere non possit, ab Episcopo postulet commeatum. Quod si postulare despexerit, & eundem locum idem in festiuitate presentibus tenere uoluerit, suspendatur.

Can. 4. De ordinatione Episcopi.

Id etiam regulare esse perspexitur decretum, ut Episcopus in ciuitate in qua decreto eligitur ordinandus, in sua Ecclesia, cui prelatatus est, constituatur, &c.

Can. 5. Quod clerici canonum statuta ab Episcopis percipiant.

Parochiani clerici à pontificibus suis necessaria sibi statuta canonum legenda percipiant, ne ipsi vel populi, quorum pro salute eorum decreta sunt, excusent postmodum ignorasse.

Can. 6. De oratorijs & clericis in illis seruire debentibus.

Ut in oratorijs Domini clericorum nemo contra votum Episcopi, ad quem territorij ipsius privilegium noscitur pertinere, peregrinos clericos intromittat, nisi forsitan quos probatos ibidem districtio pontificis obseruare precipit.

Can. 7. De alienatis à sacerdote cuiuslibet Ecclesia.

Et Episcopus qui de facultate propria Ecclesie nihil relinquit, de Ecclesie facultate, id est, si aliter quam canones eloquuntur, obligauerit, vindiderit aut distrazerit, ab Ecclesia expellatur, &c.

Can. 8. De indignis ad sacerdotium promotis.

Si quis Episcoporum sciens, aut bigamum, aut internuptæ maritum, ad officium Levit digni, si c presbyteri contra iustano. promovere præsumpserit, sciat se unius anni spatio ab omni officio sacerdotii esse suspensum. Qui si forte sententie subjacere contempserit, à communionem ejus usque in aliam synodum se fraternitas uniuersa suspendat, illi vero qui illicite promoti sunt, degradentur.

Can. 9. De non distrabēdis qua Ecclesiis sunt collata.

Si quis Abbatibus, aut sacris monasteriis, aut parochiis pro Dei contemplatione oblatum fuerit, in sua proprietate hoc abbatex aut presbyteri minimè revocabunt, nec alienari cunctis fratribus debet quacunque occasione. Quibus si fuerit necessarium ut statuta convellant, non aliter valeant, nisi fuerit sui Episcopi subscriptione firmatum.

Can. 10. De his qua Episcopus Ecclesia dederit.

Quaecunque Ecclesiis à Pontificibus sub competente ac justo documento fuerint derelicta, ab hæredibus legitimis dignum est ut pro Dei contemplatione serventur.

Can. 11. De his qui post baptismum demonibus oblata sumunt.

Si quis post acceptum baptismi Sacramentum ad immolata demonibus sumenda, tanquam ad vomitum, revertitur si commonitus à sacerdote se corrigere ex hac prævaricatione noluerit, à communione catholica pro emendatione sacrilegii suspendatur.

Can. 12. Quod Christianus in pecudes non juret.

Si quis Christianus, ut est Gentilium consuetudo, apud cujuscunque feræ vel pecudis extra invocatis insuper nominibus Paganorum fortasse juraverit, si se ab hac superstitione commonitus noluerit cohibere, donec reatum emendet à consortio fidelium, vel Ecclesiæ communionem pellatur.

Can. 13. Quod Ecclesia præjudicium non patiarit ex alienatione bonorum per clericos.

Ut quicumque clericus aliquid de jure Ecclesiastico, seu verbo seu per scripturam acceperit ad utendum, & postmodum alienare quacunque occasione voluerit, non valebit, quia secundum canonum instituta proprietatem Ecclesiæ non violat in alios quælibet longa possessio, sed in pontificis potestate consistat, qualiter pro conservando jure Ecclesiastico res possessam inter clericos debeat communi-
care.

Can. 14. *Quod Ecclesia collatum est, nec à collatore nec ab illius heredibus repeti debet.*

Quicumque pro devotione sua oblationis studio aliquid in campellis, vel in vineolis, etiam absque scriptura probatur Ecclesie contulisse, si postmodum ipse vel heredes ejus quacunq; occasione auferre à iure hoc Ecclesie, vel alienare voluerint, quoadusque à tali intentione discedant, aut pervasa restituant, à communione Ecclesiastica suspendantur.

Can. 15. *De mancipiis propter spem conjugii ad Ecclesiam confugientibus.*

Quæcunq; mancipia sub spe conjugii ad Ecclesiam confugerint sepca, ut per hoc credant posse fieri conjugia, minime eis licentia tribuatur, nec talis conjunctio à clericis defensetur, quia probatum est, ut sine legitima traditione conjuncti pro religionis ordine statuto tempore ab Ecclesie communione suspendantur, ne in sanctis locis talis coitus misceatur. De qua re decernimus, ut parentibus aut propriis dominis, prout ratio poscit, personarum accepta fide restituti, sub separatione promissioni reddantur. Postmodum tamen à parentibus atque dominis concessa libertate, si voluerint eos propria voluntate jungant.

Can. 16. *De homicidio voluntario.*

Quisquis homicidium voluntate commiserit, ita ut occidere audeat innocentem, si à principibus, aut à parentibus quacunq; se se reddiderit absolutam, modus penitentiae distringendæ in sacerdotis potestate consistat.

Can. 17. *De mulieribus in adulterio cum clericis deprehensis.*

Si quæ mulieres fuerint prolapsæ in adulterium cum clericis, distractione adhibita, mulieres ipsæ, prout sacerdoti visum fuerit, distractioni subjaceant, & à civitatibus, ut sacerdos præceperit propellantur.

Can. 18. *De mancipiis Christianis servientibus Iudeis.*

Cum prioribus canonibus fuerit definitum ut de mancipiis Christianis quæ apud Iudæos, sunt si ad Ecclesiam confugerint, & redimi se postulaverint, etiam si ad

quoscumque Christianos refrigerint, & servire Iudæis noluerint, taxato & oblato à fidelibus iusto pretio ab eorum dominio liberentur. Eisdem statuimus, ut tam iusta constitutio ab omnibus catholicis observetur.

Can. 19. De Iudæis qui advenam vel Christianum ad Iudaicam superstitionem seduxerint.

Hoc etiam decernimus observandum, ut si cuicumque Iudæus profelytum (qui advena dicitur) Iudæum facere præsumpserit, aut Christianum factum ad Iudaicam superstitionem adducere, vel si Iudæus Christianam ancillam suam, sibi crediderit sociandam, vel de parentibus Christianis natum, Iudæum sub promissione fecerit libertatis, mancipiorum amissione mulctetur. Ille vero qui de Christianis natus Iudæus factus est, si sub conditione fuerit mancipius ut in ritu Iudaico permanens habeat libertatem, talis conditio non valebit: quia injustum est ut ei libertas maneat, qui de Christianis parentibus veniens, Iudaicis vult cultibus adherere.

Can. 20. De existentibus genere servilibus personis.

De genere servili id decernimus observandum, ut descendens inde posteritas ubicumque, quamvis post longa spacia temporum reperiarur, in loco, cui auctores ejus constat fuisse depositos studio sacerdotis, in ea quæ constituta est à devotis conditione permaneat. Cui præcepto si quis secularium humanæ cupiditatis impulsu crediderit obviandum, quousque se corrigat, ab Ecclesia suspendatur.

Can. 21. De facientibus in agro suo oratorium.

Si quis in agro suo aut habet, aut postulat habere diccesim, primum & terras ei disponat, sufficienter; & clericos qui ibidem sua officia impleant, ut sacris locis reverentia condigna tribuatur.

Can. 22. De agellis sacerdotum.

Quisquis agellum Ecclesie in dies viæ suæ à quocumque sacerdote cui potestas est, acceperit possi eandem quæcumque ibi profecerit, alienandi nullam habeat potestatem, nec ibi parcentes sui ex ea se aliquid existiment vindicandum.

Can. 23. De substituendo Antistite.

De substituendo Antistite, si fortassis mora extiterit, & voluntate decessori ante fuerit res subarrata quam successore qui accedit Ecclesie non impediat successorem Si quis iam clericorum aliquid de facultate illa præsumpserit in potestate sit advenientis Episcopi utrum sua debeat voluntate adire, an rejicere decessori, nec Ecclesie in objecto veniant tempora legibus constituta, dum non extitit persona quæ de utilitate Ecclesie cogitaret.

Can. 24.

Si quis Episcopus alterius Ecclesie clerico de facultatibus suæ Ecclesie aliquid sub titulo quocunque donaverit, post ejus obitum qui acceperit ad Ecclesie jus, de cujus facultate discesserat, revertantur: quia iniquum est ut sub hac specie damnum Ecclesia quæ multis subvenit, patiatur.

Can. 25. Ut qua statuta sunt observentur.

Quapropter auxiliante Domino quæ synodus sancta constituit, decernimus ut à cunctis statibus hæc definitio sancta conservetur.

Expliciunt canones synodi Aurelian. 4.

TURONICA SECUNDA SYNODUS CIRCA tempora Pelagii Papæ primi. Est provincialis.

Ecclesiasticæ disciplinæ debet esse suffragium congregatio sacerdotum, nec aliud erit suæ sollicitudinis: tam peculiare conscribere, quam quod ad fundamentum religionis proficere recognoveris, operari non cesser, ut cum pastoralis cautela propagatur in ovilis custodia, paucorum veneranda decreta sint salutis publicæ documenta. Et quoniam quod omitti non decet oportet implere, præsertim cum ejus animarum intellectualium, de quibus Deo cura est, forma processit, eius traditionis lex ad pontifices manavit, necesse est vigilantissime providere, repulso torpore, ut quicquid ab antiquis patribus statutum de tramite canonico quorundam personarum temeritate cernitur imminutum, revocandum in statutum pristinum, ut possint male admitta corrigi

& non admittenda damnari. Magna est enim in ipsa severitate pietas, per quam tollitur peccandi facultas. Nam ubi infana libertas generat vulnera, sacerdotalis distinctio dat medelam.

Nota.

Quapropter Christo auspice, in Turonica civitate concilio concordante, juxta convenientiam gloriosissimi Domini Archiepiscopi regis annuentis eoadunati, pro pace & instructione Ecclesie opportunum credidimus subter auctora decreta conficere & subscriptionibus propriis roborare ut recedantur noxia, propagentur optata, ne tacurnitate silentii vitiosorum criminum nutriti videretur licentia, non abscindendi, & quae opportuna erant pro qualitate temporis adjici, non paterentur negligi, sed procurarentur impleri.

Can. primus.

Ideo placuit propter caeleste illud mandatum: Pacem meam do vobis, &c. ut Pontificalis affectus inter consecratos inviolabiliter conservetur. Verum si pro peccatis (ut assidet) ex causa livor emerit, ut pendente cerramine sibi invicem reconciliari non possint, electis ab utraque parte fratribus, id est presbyteris praeponderante dulcedine litis jacula finiant, & vota pace acquirant.

Can. 2.

Ut corpus Domini in altari, non in armario sed sub cruce *Joan. 14.* titulo componatur.

Annoveratio.

Hic prohibetur, ne corpus Domini inter factas imagines super Altari poni solitas ponatur: sed potius collocetur sub ipsa cruce, quae in medullis ipsius Altaris poni consuevit. His temporibus Corpus Domini inter columbam argenteam conservabitur. Legitur enim in actis S. Basilii, quae Amphilochei nomine inscripta habent, isto saeculo Sacram Eucharistiam intra columbas argenteas repositam fuisse. Haec à Severo furtim sublatae factum. Videant & cognoscant ex his Novatores haereticos novum non esse, quod extra summationem in Ecclesia Catholica sacrosanctum corpus Christi in Altari asservetur.

Can. 3. *Ne laici in Ecclesia clericis misceantur.*

Ut laici secus altare in quo sancta mysteria celebrantur, inter clericos tam ad vigiliis quam ad missas stare penitus non præsumant, sed pars illa quæ à cancellis versus altare dividit, choris tantum psallentium pateat clericorum. Ad orandum & communicandum laicis: & feminis, sicut mos est, pateant sancta sanctorum.

De pastis pauperum propriorum.

Can. 4.

Ut unaquæque civitas pauperes & egenos incolas alimentis congruentibus pascat secundum vires, ut tam vicini presbyteri quam cives omnes suum pauperem pascant, quo fiet ut ipsi pauperes per civitates alienas non fatigentur.

De Epistolis dandis.

Can. 5.

Ut nullus clericorum vel laicorum præter Episcopum Epistolia facere præsumat.

De remotione Abbatum.

Can. 6.

Ut Episcopus nec abbatem, nec archipresbyterum sine omnium suorum compresbyterorum & Abbatum consilio ex loco suo præsumat ejicere, neque per primum alium ordinare, nisi facto concilio tam abbatum quam presbyterorum suorum. Cum autem negligentia ejicitur, cum omnium presbyterorum consilio refutetur.

Can. 7. *Ne clericus familiaritate extranearum mulierum utatur.*

De familiaritatibus mulierum licet crebrius sit in canonibus replicatum, attamen necesse est ut sicut lecta virgula quæ male pullulat, rursus fidei falce succidatur, atque etiam radicitus eruantur; nullus deinceps Clericorum pro occasione necessitatis faciendæ vestis aut causa ordinationis domus extraneam mulierem in domo sua habere præsumat. Et si

jubeamus victum aut vestitum artificioso quætere, & manibus propriis laborare, quid opus est in domo serpentes includere pro veste, quæ multiformem vestem non propterea deponit ut nudetur, sed ut se gratiorem dum removeretur, ostendat.

Ve nullus det Episcopus occasionem ad detrahendum sibi.

Can. 8.

Episcopus conjugem ut sororem habeat, & ita sancta gubernatione gubernet domum omnem tam Ecclesiasticam quam propriam, ut nulla de eo suspicio quaqua ratione confluat. Et licet (Deo propitio) clericorum suorum testimonio vivat, qui cum illo tam in cella ubicunque fuerint, secum habitent, eumque sequantur & presbyteri & diaconi vel deinceps clericorum turba juniorum (Deo adjutore) conversentur, sic tamen propter zelotem Deum nostrum tam longe absint, mansionis propinquitate divisi, ut nec hi qui ad spem recuperandam clericorum servitute natiuntur, famularum propinqua contagione polluantur.

Annotatio.

Intellige hunc Canonem juxta usum Orientalis Ecclesie, in qua conjugatus promovebatur ad sacerdotium.

Ne Episcopum mulieres persequantur.

Can. 9.

Episcopum Episcopam non habentem, nulla sequatur turba mulierum, licet salvetur vit per mulierem fidelem, sicut & mulier per virum fidelem, ut Apostolus ait. Nam ubi talis custodia necessaria non est, quid est necesse ut miseria profectuatur unde fama confluat? Habeant ministri Ecclesie utique clerici qui Episcopo serviunt, & eum custodire debent, licentiam extraneas mulieres de frequentia cohabitationis ejicere.

Ne duo clerici in uno stratu recumbant.

Can. 10.

Et ne occasio famam laceret honestatis, quia aliqui laici, dum diversa perpetrant adulteria, hoc quod de se sciunt, in

aliis suspicantur, sicut ait Seneca, pessimum in eo vitium esse qui in id quod insanit, ceteros parat tuere. Ut ergo ipsis potandi, aut certe æstimandi locus amputetur, nullus sacerdotum aut monachorum colligere alium in lecto suo præsumat. Neque liceat monachis cellas habere communes, ubi aut bini maneant, aut singulares reponi possint, sed schola labore communi construatur ubi omnes jaceant, Abbatem aut præpositum imminente, ut dum duo vel tres vicissim & legunt & excubant, alii consolentur, ut non solum sit custodia corporum, sed & surgat pro lectione assidua profectus animatum.

Ne monachus conjugio copuletur.

Can. 11.

Si quis in monasterio conversus sunt, aut converti voluerint, nullatenus exinde habeant licentiam evagandi, nec (quod absit) nullus eorum conjugem ducere, aut extraneorum mulierum familiaritatem habere. Nam sicut supra dictum est, si uxorem duxerit, excommunicetur, & de uxoris male societatis consortio etiam judicis auxilio separetur. Quod si iudex ad hoc solatium dare noluerit, excommunicetur. Qui infelix monachus tali conjunctione fordatas, si per cujuscunque patrocinium se conatus fuerit defendere, & is qui in hac pertinacitate perducatur, & ille qui eum exceperit ad defendendum, ab Ecclesia segregentur, donec revertatur ad septa monasterii, & indictam ab abbate, quandiu præceptum ei fuerit, agat penitentiam.

*Mulier intra septa monasterii non permittatur
introire.*

Can. 12.

Mulier intra septa monasterii nullatenus introire permittatur. Si abbas in hac parte præpositus negligens apparuerit: qui eam viderit, & non statim ejecerit, excommunicetur.

Can. 13. *Jejunia antiqua à monachis instituta
conserventur.*

De jejniis vero antiqua à monachis instituta serventur

ut de Pascha usque ad quinquagesimam exceptis Rogationibus, omni die fratribus prandium preparetur. Post quinquagesimam tota hebdomada exacte jejunent. Postea uique ad Cal. Augusti ter in septimana jejunent secunda & quarta & sexta die, exceptis his qui aliqua infirmitate contristi sunt. In Augusto quia quotidie Missæ sanctorum sunt, prandium habeant. In Septembri toto, & Novembri (sicut prius dictam est) ter in septimana. De Decembri usque ad Natalem Domini omni die jejunent. Et quia inter Natalem Domini & Epiphaniam omni die festiuitates sunt, itemque prandebunt. Excipitur triduum illud quo ad calcandam Gentilium consuetudinem Patres nostri statuerunt privatas in Cal. Januarii fieri litanias, ut in Ecclesia psallatur, & hora octava in ipsis Calendis Circumcisionis Missa (Deo propitio) celebretur. Post Epiphaniam vero usque ad quadragesimam ter in septimana jejunent.

Can. 14. Ut in Ecclesia idem psallendi modus seruetur.

Itemque pro reverentia Domini Martini vel coltri ac virtute id statuiamus observandum, ut tam in ipsa basilica sancta, quam in Ecclesiis nostris, iste psallendi ordo seruetur. Ut in diebus æstivis ad matutinum sex Antiphonarum binis psalmis explicentur. Toto Augusto manicaciones fiant, quia festiuitates sunt, & mense Septembri septem Antiphonarum explicentur binis psalmis, Octobri octoternis psalmis, Decembri, decem ternis psalmis. Ianuario & Febr. itidem usque ad Pascha sed ut possibilitas habet, qui facit amplius pro se, & quam minus (ut potuerit) superest, ut vel duodecim psalmi expediantur ad matutinum, quia Patrum statuta præceperunt, ut ad sextam sex psalmi dicantur cum Alleluia, & ad duodecimam, 12. itemque cum Alleluia quod etiam (Angelo ostendente) didicerunt. Si ad duodecimam duodecim psalmi, cur ad matutinum non itemque vel duodecim explicentur quicumque minus quam duodecim psalmos ad matutinum dixerit jejunet usque ad vesperam, panem cum aqua manducet, & non illi sic altora in illa die ulla refectio. Et qui hoc facere contempserit, una hebdomada panem cum aqua manducet, & jejunet omni die usque ad vesperum.

Can. 15. Archipresbyteri conjugati sine testimonio Clericorum non dormiant.

Archipresbyteri verò vicarij, & diaconi, & subdiaconi, non quidem omnes, sed plures in hac suspitione tenentur à populo quod cum conjugibus suis maneant. Pro qua re hoc placuit observari ut quotiescunque archipresbyter, seu in vico manserit, seu ad villam suam ambulaverit, unus lectorum canonicorum suorum, aut certius aliquis de numero clericorum cum illo ambulet, & in cella ubi ille jacet, lectum habeat pro testimonio.

Can. 16.

Enimvero quoniam cognovimus nonnullos inveniri sequipedas erroris antiqui, qui Cal. Janu. colunt, cum Janus homo Gentilis fuerit rex quidem sed Deus esse non potuit. Quisquis ergo unum Deum patrem regnantem cum filio & spiritu sancto credit, certè hic non potest integer Christianus dici, quia aliqua de gentilitate custodit. Sunt etiam qui in festivitate cathedræ domini Petri Apostol. cibos mortuis offerunt, & post Missas redeuntes ad domos proprias, ad Gentilium revertuntur errores, & post Corpus Domini sacras domini escas accipiunt. Contestamur illam sollicitudinem tam pastores quam presbyteros gerere, ut quemcumque in hac fatuitate persistere viderint, vel (nescio) ad petras, aut arbores, aut ad fontes designata loca Gentilium perpetrare que ad Ecclesiæ rationem non pertinent, eos ab Ecclesiâ sancta auctoritate repellant, nec participare sancto altari permittant, qui Gentilium observationes custodiunt. Quid enim demonibus cum Christo commune, magis sumendo cibum delicta videntur addere, quam purgare?

De Hymnis recipiendis.

Can. 17.

Et licet Ambrosianos habeamus hymnos in canone, tamen quoniam reliquorum sunt aliqui qui digni sunt fama, cantare volumus libenter & amplecti eos, præter ea quorum auctorum nomina non fuerint in lumine prænotata, quoniam que fidem constituent, dicendi rationi non obstant

Annotatio.

Hujus Canonis faciendi causam dedisse videntur Hymni illi, quos Venantius Fortunatus haud pridem de cruce cecinerat: quinque ab Ecclesia recepti, haecenus pie sancteque concini consueverunt.

Iste can. habetur in Parisiens. Synod. I. **Can. 18. De pervasoribus rerum Ecclesiasticarum.**

Placet itaque, ac omnibus nobis convenit observari, ut quia nonnulli memores sui per quaslibet scripturas pro captu animi ac facultatibus suis Ecclesiis contulisse probantur, quod à diversis Deum minus timentibus, eaenus mortifera calliditate tenetur, ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam: nec intrari corde possunt diem iudicii, dum nimis cupiditatis delectantur ardore. Quicumque ergo immemor interitus sui, res Eccl. delegatas injuste possidens praesumpserit retinere, & veritate comperta, res Dei servis suis distulaverit reformare, ab omnibus Ecclesiis segregatus, à sancta communione habeatur extraneus, nec aliud mereatur habere remedium, nisi culpam propriam rerum emendatione purgaverit. Indigne enim ad altare Domini propeccare permittitur, qui res Ecclesiarum icas & audeo rapere & iniuste possidere, ac iniqua defensione perdurat. Necatores enim pauperum iudicandi sunt, qui eorum taliter alimenta subtraxerunt. Sacerdotalis tamen debet esse provisio, ut vindictam admonitio manifestam praecedat, ut res usurpata si injuste quis tulerit, adhibita aequitate restituat. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit, postea praeponderans sacerdotalis districtio maturata percellat: neque quisquam per interregna res Dei desecrare nitatur, quae Dei potentia cunctorum regnorum terminos singulari dominatione concludit.

Annotatio.

Hoc loco partes Concilii temporalem poenam imprecatur direptoribus bonorum Ecclesiasticorum: ea poena sacri-legium puniri, Deo gratum fuisse plura exempla declarant. De his videlicet Gregor. Turonens. lib. de Glor. mart. cap. 17. & lib. 1. de miraculis.

Can. 19. De iudicibus qui pauperes opprimunt.

Ut iudices aut potentes qui pauperes opprimunt, si admoniti à pontifice suo, se non emendaverint, excommunicentur.

Can. 20.

Cauta n. est in salute provisio ad effugiendam culpam delicti aditum delicti repellere. Nullus Episc. de ordinationib. clericorum premia præsumat exigere, quia non sacrilegium, sed hæreticum est (sicut in dogmatibus Ecclesiasticis habetur insertum) ad ordinandum clericum per ambitionem, ad imaginem Simonis Magi, pecuniam offerre sacerdoti, quia dicitur, Gratis accepistis, gratis dare. Et cum talis sit qui gratiam Dei à sacerdote æstimat premio comparari, qualis ille qui vendit, uterque usque ad synodum ab Ecclesia segregetur.

Expliciant canones 2. synodi Turonens.

PARISIENSE CONCILIUM PRIMUM

circa tempora Pelagii Papæ primi, estque provinciale. Coniuncti in unum (Christo opitulante) Parisiis pro utilitatibus Ecclesiarum, unde non leviter rationem sumus quandoque reddaturi, in quantum divina pietas virtutem dare dignata est, tentavimus salubri consideratione prospicere, ne dum periculosa abusione ordinatio superna negligitur, in nobis aliorum crimina vindicentur.

Can. primus.

Itaque placet, ac omnibus nobis convenit observare, ut quia nonnulli memores sui, &c.

In isto ca. agitur contra raptos & injustos possessores rerum Ecclesiasticarum, est idem quod habetur in secunda synod. Turon. c. 18.

Can. 2.

Et quia Episcoporum res propriæ Ecclesiarum res esse noscuntur, si in eorum facultatib. simili fuerit facultate gratiarum perversores rerum memoratarum, canonum distractione feriantur, ut dum vindicta corrigit, qui moribus propriis ac nulla conscientie castigatione corripitur,

faciem regu' & obtundatur aculeis. Perpetuo enim anathemate feriatur, qui res confiscare, aut corrumpere, aut pervadere periculosa infestatione præsumpserit.

Can. 3.

Et quia exempla boni operis à pontificibus debent primum, Christo opitulante, procedere: nullus Episcopus res competat alienas aut si competitas, aut à se aut ab antecessore suo forte quis possedit, Domino proprietatis possessionem propriam absque præjudicio liberalitatis regis, integra reformatione restituat, ut quia dona reprobat iniquorum, non ad iudicium suam Ecclesie res exteras derelinquat.

Can. 4.

Sacratum etiam virginum, neque per raptum neque per competitiones aliquas quisquam conjugia sortiat. Similiter de carum conjunctionibus abstinendum, & hi qui eas rapere aut competere voluerint à communione sunt removendi, quæ vestium commutatione, tam viduæ quam puellæ religionem penitentium, aut virginitatem publica declaratione fuerint professæ. Quod si contra dicta quis venerit, & sacerdotem suum audire neglexerit, & in præsentia à communione catholice Ecclesie habeatur extraneus, & perpetuo anathemate feriatur.

Can. 5.

Et quia universis sacerdotibus ita convenit ut si quis de eis pro contemptu canonum, aut perversione legum Ecclesiasticarum à communione Ecclesie aliquem fortasse suspenderit, à nullo penitus Episcopo recipi præsumatur. Quod si factum fuerit, & à fratrum suorum erit concordia separatus, & æterni iudicis in futurum, ut confidimus iracundiam sustinebit.

Can. 6.

Et quia in aliquibus rebus consuetudo prisca negligitur ac decreta canonum violantur: placuit, ut juxta antiquam consuetudinem canonum decreta serventur. Nullus civibus invitis ordinetur Episcopus, nisi quem populi & clericorum electio plenissima quaesierit voluntate, & principis imperio, neque per quamlibet conditionem Mo-

ropolis contra voluntatem Episcoporum comprovincialium ingeratur. Quod si per ordinationem regiam honoris sui culmen pervadere aliquis nimia temeritate presumpserit à comprovincialibus loci ipsius, Episcopis recipi nullatenus mereatur quem indebite assumptum agnoscerit. Si quis de comprovincialibus recipere eum contra indicta presumpserit, sit à fratribus omnibus segregatus, & ab ipsorum omnium charitate remotus. Nam de istis ordinationibus pontificum ita convenit, ut conjunctis metropolitanis cum suis comprovincialibus Episcopis, vel quosvicinos Episcopos eligere voluerint, in loco ubi conveniret, juxta antiqua statuta canonum omnia communi consilio & sententia decernantur.

Can. 7.

De degeneribus servis qui sepulchris defunctorum pro qualitate ipsius ministerij deputantur, hoc placuit observari, ut sub qua ab actoribus fuerint conditione dimissi, & sive hæredibus, sive Ecclesie pro defensione fuerint deputati, voluntas defuncti circa eos in omnibus debeat conservari. Quod si Ecclesia eos de fidei defunctionibus in omni parte defenderit, tam illi quam posteri eorum Ecclesie defensione in omnibus potantur, & occursum impendant. Et quia huic definitioni conjuncti fratrum interesse minime potuerunt hoc omnis congregatio sacerdotum (Christo propitiante) decrevit, ut constitutio præsens à quantis oblata fuerit, subscriptionibus tamen eorum debeat probari, quatenus in hoc quod ab universis observandum est, universitas debeat consentire.

Expliciunt canones Parisiensis synodi 1.
CONCILIUM AVRELIANENSE
quintum circa tempora Pelagij primi
Papæ celebratum est.

Ad divinam gratiam referendum est, cum vota principum concordant animis sacerdotum, ut dum sit Pontificale concilium, normam vivendi teneat recapitulatio antiquæ canonum ut locus & tempus: quia est in quibuscunque titulis veteribus adhærens nova constitutio sanctionum. Igitur clementissimus princeps triumphorum titulum inlustissimus Dominus Childebertus, cum pro amore sacræ

fidei studio religionis in Avelianensem urbem congregasset in unum Dominos sacerdotes, copiens ex ore Patrum audire quod sacrum, & quod pro Ecclesiastico ordine auctoritate promoveretur pastoralis, & quod advenientibus sit norma, & presentibus sit disciplina, acque conveniens à presenti tempore in posterum custodiri (præstante Deo) (signanter est titulis prænotatum.

Can. 1.

Primum itaque nefarias sectas Eutycheis & Nestorii quas sedes Apostolica sancta condemnat, similiter & nos easdem cum suis authoribus & sectatoribus execrantes, presentis constitutionis vigore anathematizamus atque damnamus, Apostolicum fidei ordinem in Christi nomine predicantes.

Can. 2.

Nullus sacerdotum, quemquam rectæ fidei hominem pro parvis & levibus causis à communione suspendat, præter eas culpas pro quibus antiqui patres ab Ecclesia acceti jussit committentes.

Can. 3.

Ut nullum Episcopatum per præmia, aut comparatione liceat adipisci, sed voluntate Regis juxta electionem cleti ac plebis, sicut antiquis canonibus continetur scriptum, consensu cleti ac plebis, à metropolitano, vel quem vice sua permiserit, cum comprovincialibus Pontifex consecratur.

Can. 4.

Item, juxta quod antiqui canones decreverunt, nullus in virus detur Episcopus, sed nec per oppressionem potentium perforatum ad consensum faciendum civis, aut clerici quod dici nefas est, inclinatur. Quod si factum fuerit, ipse Episcopus qui magis per violentiam quam per decretum legitimum ordinatur, ab indebito pontificatus honore in perpetuum depouatur.

Can. 5.

Nulli viventi Episcopo alius superponatur aut superordinetur Episcopus; nisi forsitan in ejus loco quem culpa capitalis dejecerit.

Can. 6.

Quæcunque puellæ seu propria voluntate monasterium expetant, seu à parentibus offeruntur, annum in ipsa veste qua intraverint permaneant. In his vero monasteriis ubi non perpetuo tenentur inclusæ, triennium in ea qua intraverint veste permaneant, & post modum secundum statuta monasterii ipsius in loco quo elegerint parum necesse, vestimenta religionis accipiant. Quæ si deinceps sacra relinquentes loca propositum sanctum seculi ambitione itascenderint, illæ que in domibus propriis tam puellæ quam viduæ conjugatis vestibus, conversantur, cum his quibus conjugio copulantur, Ecclesiæ communionem priventur.

Can. 7.

Id etiam miseratione certe condiximus custodiri, ut qui pro quibuscumque culpis in carceribus deputantur ab archidiacono, seu à proposito Ecclesiæ diebus singulis dominicis requirantur, ut necessitas victorum secundum præceptum divinum misericorditer sublevetur, atque à Pontifice instituta fidei & diligenti persona, quæ necessaria provideat; competens victus de domo Ecclesiæ tribuatur.

Can. 8.

Et licet (proprio Deo) omnium Domini sacerdotum vel quorumcumque fidelium hæc cura posset esse, ut egentibus necessariis debeant ministrari: specialiter tamen debitis id pietatis causa convenit, ut unusquisque Episcoporum in eis quos infirmitatem incurrisse tam territorii sui quam civitatis agnoverit de domo Ecclesiæ iuxta possibilitatem victui & vestitui necessaria subministrat ut non eis desit misericordie cura quos per datam infirmitatem intolerabilis constringit inopia.

Can. 9.

Nullus ex laicis absque annua conversatione præmissa Episcopus ordinetur: ita ut intra anni ipsius spatium à doctis & probatis vitis disciplinis & regulis spiritalibus plenius instruat. Quod si hoc quispiam Episcoporum recusare quacumque conditione præsumpserit, anno integro ab officio vel charitate fructum habeatur extantus.

Can. 10.

Ne cui liceat res vel facultates Ecclesie aut monasteriis vel Xenodochiis pro quacunque elemosyna cum iustitia delegata retinere, alienare, atque subtrahere. Quod si quis fecerit tanquam necator pauperum, antiquorum canonum sententiis constrictus, ab Ecclesie liminibus excludatur, quandiu ab ipso ea quae sunt oblata vel retenta, reddantur.

Can. 11.

Quisquis etiam aut majorum aut mediocrium personarum quodcumque muneris vel facultatis sacerdotibus aut Ecclesiis, aut quibuslibet sanctorum studio mercedis cum iustitia pro Dei contemplatione contulerit, & hæc ipsa quæ à parentibus donata noscuntur, postmodum quis auferre præsumperit: superiori sententia ut necator pauperum communione privetur.

Can. 12.

His quoque (Deo propitio) constitutis, quod præcipue in omnibus Patrum conciliis habetur scriptum, congrua definitione sancimus ut intra anni circulum unusquisque Metropolitanus Episcopus, junctis in unum locum provincialibus suis, intra provinciam suam studeat habere Concilium, ut aut si qua accesserint, charitatis emendantur studio, aut si pax regalis, vel disciplina in cunctis permanserit, gratias Deo referant. Hæc ergo unanimiter definita servantes, etiam præteritorum statuta canonum his decernimus ut inconvulsa universa serventur.

Finis Aurelianen. Concilii §.

Decreta Iannis III. Papa.

a. d. 556.

San. III

Pen. Te.

par. hinc

3. Ar.

moni

Civ. s. h.

re. c. p. e.

Ioannes tertius, natione Romanus, de patre Anastasio illustri, sedit annos 12. menses 11. dies 26. Fuit temporibus Iustini junioris imperatoris. Hic Pont. ædem Apostolorum Philippi & Jacobi à Vigilio inchoatam absolvit, & Narseti eunucho amicissimus fuit, ei que consulatum impetravit. Prodigiosam tempestatem perturbationibus & annis plenus superavit.

Exat ejusdem Epistola decretalis ad universos Episcopos per Germaniæ & Galliæ provincias constitutos, in qua.

Primo damnat Chotepiscopos, quomodo damnati sunt à Damaso & Leone, & à Concilio Neoræfariensi.

Secundo tradit quod Clemens post Petrum sedem Apostolicam & potestatem pontificalem tenuit, & id factum est tradente sibi beato Petro Apostolo.

Tertio demonstrat quanto labore, quantisque vigiliis intendere debet qui pascit oves Christi, quod factus habetur in Epistola Leonis, & Damasi 4. C. 13. 8. q. 1. Si Petrus.

Decreta Benedicti Papa.

Benedictus natione Romanus, ex patre Bonifacio, sedit annos 4 menses 11. dies 8. Hujus temporibus gens Longobardorum totam Italiam invadit, simulque & fames nimia, ut etiam multitudo castrorum se tradiderit Longobardis, ut temperate posset inopiam famis. In istis laboribus & afflictionibus positus Benedictus Papa mortuus est. a. d. 875. Ben. Pär. 26. fuit tē-pore

Extat Epistola decretalis ad Episcopum Davit, qui per literas significaverat Apostolicæ sedi, esse quosdam in provincia Beticam qui dicerent neminem veraciter posse probare Trinitatem unitatem fieri, neque tres unum, neque unum in tribus posse quemquam proprie approbari. Mauricii imp. Hac Epistola est mysterio.

Hos longa disputatione confundit testimonio veteris & novi testamenti. Quæ omnia habentur in Epistola prima decretali Alexandri Papæ primi.

Primum est Esa. Vidi Dominum Sabaoth, &c. & Seraphini stabant in circuitu ejus dicentes Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Quia trinitas est, tertio Sanctus dixerunt. Quia unitas est, sub trini repetitione unum Deum ac Dominum intimavit. Esa. 6.

Secundum Exod. Domine, Domine, Domine miserator misericors, &c. Ex. 34.

Tertium Gen. Abraham sedens ad ilicem Mambre, tribusque occurrentes, qui dixit Domine, &c. Gen. 18.

Quartum Esa. Dominus Deus Sabaoth, Deus Israël, qui sedes super Cherubim, &c. Esa. 37.

Item illud Reg. Domine Deus omnipotens Deus Israël, sermones tui fideles sunt, &c. 1. Reg. 5.

Item Matth. Dominus discipulos suos in nomine patris & filii & Spiritus sancti universas gentes, misit baptizare. Mat. 28.

*Decreta Pelagii 2. Papa.**a d. 80.**Pelag. 2.**Pont. 83.**Hic be-**filicam**Lauret.**mar.**extru-**xit.*

Pelagius natione Romanus, sedit annos 10. menses 2. dies 10. tempore Mauri II Imperatoris. Hic absque Romæ Principis autoritate (contra consuetudinem) creatus est. Nihil enim tunc à cetero in eligendo Pontifice actum erat nisi Imperator approbasset. Sed Longobardis tum Romam obsidentibus, facultas mittendi Constantinopolim nulla fuit. Postea vero offensam, missis illuc Gregorio deprecatus est.

Extat decretalis Epistola Pelagii in qua primo definit generales synodos non posse convocari nisi auctoritate Apostolicæ sedis, quoniam sedi beati Petri singulari privilegio hæc auctoritas est tradita & quia nulla unquam synodus, rata legitur, quæ Apostolica auctoritate non fuerit solta. Hoc definit contra Joannem Constantinopolitanum Episcopum, qui intentarat Concilium quoddam generale convocari.

*Dist. 17.**Multis**denovo.*

In eadem Epistola adjecit, Orate fratres, ut honor Ecclesiasticus nostris diebus non evacuetur, neque unquam Romana sedes, quæ instituta Domino, caput est omnium Ecclesiarum, privilegio suis usquam careat, aut solvetur.

In eadem sic: Majores vero & difficiles quæstiones, ut sancta Synodus statuit & beata consuetudo exigit, ad sedem apostolicam semper referantur, &c.

Extat secunda Epistola decretalis ejusdem de mutatione Episcoporum, in qua Benig. Archiepiscopo responderet, sic dicens: Exigit ergo dilectio tua consulta sedis Apostolicæ, si licitum foret Episcopum transire aut mutari de civitate in civitatem, cum quidam canones (ut tibi videtur) hoc fieri prohibeant. Significasti etiam literis tuis, quendam fratrum nomine & actu Dei servum, causa utilitatis se vellet mutare in locum & civitatem defuncti, licet quidam dicant hoc fieri non licere nisi consensus Apostolicæ sedis habuisses. Quapropter scias, frater dilectissime: aliud esse causam necessitatis & utilitatis, & aliud præsumptionis ac propriæ voluntatis. Non ergo mutat sedem, qui non mutat mentem, id est, qui non avaritiæ causa aut dominationis, aut propriæ voluntatis, aut delictationis suæ migrat de civitate in civitatem, sed causa necessitatis & utilitatis mutatur. Nam plurimorum utilitas unus utilitati aut volun-

*quæst. 1.**Scias**frater.*

tati præferenda est. Aliud est enim mutare & alud mutari. Quod enim in canonibus legitur non debere Episcopum de civitate in civitatem transire, non de his dicitur qui aut vi expulsi aut necessitate coacti, auctoritate majorum hoc agunt, sed de his qui avaritiæ ardore inflammati sponte sua profiliunt, & potius ambitioni quam utilitati Ecclesiæ servire, & ut damnationem agant insistere cupiunt.

Quapropter, charissime, mata Episcopum causa necessitatis aut utilitatis, super quo consulere nos voluisti: & alios fratres nostros, quibus hoc faciendum accessitas aut utilitas compulerit, agere doce, quia hoc quod tibi soli scribimus, generaliter omnibus tenere mandamus. Quia sic potestatem habemus Episcopos & sacerdotes regulariter titulare & ordinare. Ita ut prædictum est causa necessitatis aut utilitatis: habes & mutare, ac de titulo ad titulum transferri, licet de minori ad majorem urbem mutandus sit. Hoc tamen summo opere providendum est, ne causa arrogantis aut avaritiæ unquam fiat, quia hi à prædictis canonibus damnantur, non illi qui necessitate aut utilitate majorum consilio, & sana ac pura & Deo placita intentione hoc faciunt.

Extat Epistola decretalis tertia ejusdem ad universos Episcopos Italix, in qua eos adhortatur ad sollicitudinem Ecclesiarum. *De cons. dist. 1. Inveni-*

Extat quarta ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ in qua ordinem præfationum quem Ecclesia Romana habet, requiruntibus Episcopis tradit. Invenimus has novem præfationes in sacro catalogo tantummodo recipiendas, quas longa retro veritas in Romana Ecclesia hætenus servavit. Unam in albis Paschalibus, aliam de Ascensione Domini, tertiam de Pentecoste, quartam de Natali Domini, quintam de apparitione Domini, sextam de Apostolis, septimam de sancta Trinitate, octavam de Cruce, nonam de jejuniis in quadragesima tantummodo dicendam. Has præfationes tenet & custodit sancta Romana Ecclesia, ac tenendas vobis mandamus.

HISPALENSE CONCILIUM
primum sub Pelagio secundo Papa. Est provinciale, sed robur habet à sede Romana, ut patet ex præfatione Concilii, Præsidente Lean-

dro Episcopo Hispalensi Domino sancto, & re-
verenter à nobis honorando, clarissimo fratri
Pelagio Episcopo, Leander Agapius, &c. Epif-
copi qui una in urbe Hispalensi adfuimus, san-
ctitatem tuam charitatis studio salutantes, pre-
camur Dominum qui nos de salute mutua vel
visione lætificare dignetur te lætum multo con-
servet in tempore.

*Can. 1. De disponendis Ecclesie rebus post Episcopi
excessum.*

Comperimus autem in canone, consulentes vetera statuta,
ut Episcopus qui res proprias alteri & non Ecclesie (sæ di-
miserit, quicquid de Ecclesie rebus aut donavit aut vendidit,
aut quo modo ab Ecclesia transtulit, irritum habeatur.

Annotatio.

Hic Canon erat renovandus in Concilio: ut hæres defun-
cti Episcopi esset Ecclesia, non tamen Papa. Secundo: Alie-
num est à sententia horum patrum licere Episcopo instituere
primogenituras, vel locupletare consanguineos.

Can. 2.

Ea verò mancipia quæ memoratus ex jure Ecclesie lu-
blata, suis proximis contulit, si similia de proprio suo Ec-
clesie ipsi non compensavit Eccl. absque aliqua oppositione
accipiat.

Can. 3. De clericis cum quibus mulieres cohabitant.

*Can. 3.
2. Conc.
Toletan*

Inter cætera vero hoc definitum à nobis est pro abolen-
dis maculis clericorum, secundum edictum concilii Tole-
tani, ut si presbyteri, diaconi vel clerici consortia extranea-
rum fœminarum, vel ancillarum familiaritatem, per sa-
cerdotis sui admonitionem à se minus removerint, sæculi
judices easdem mulieres cum voluntate, & permissu Episco-
pi comprehensas in suis lucris usurpent, ut vitium hoc
eum sacerdos inhibere non prævalet, potestas judicialis
coerceat, dato tamen ab eisdem iudicibus sacramento Epif-

epo, ut eas clericis nota arte restituant. Quod si restitu-
erint, ipsi iudices sententias excommunicationis feriantur. Mu-
lieribus vero illis, juxta preces canones à sacerdote distra-
ctis: pretium earum in gentibus dispendetur.

Que statuta manu nostra subscripsimus. Data ad sancti-
tatem vestram die 2. Nonarum Novembrii ann. 1. gloriosi
Domini nostri Reccaredi regis Era. 628. Leander Ecclesie
sanctae Hispalensis Episcopus hanc constitutionem confir-
mavi & subscripsi Joannes Episcopus Agragensis, &c.

CONCILIUM TOLETANUM tertium, sub Pelagio secundo Papa, in quo Arian- hæresis in Hispania condemnatur, Mansona Emeritano Episcopo.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, anno quarto reg-
nante gloriosissimo atque piissimo, & Deo fidelissimo Rec-
caredo rege, die octavo. Idum Majarum, Era. 627. hæc san-
cta synodus habita est in sancta civitate regia Tolletana ab
eis totius Hispaniæ & Galiciæ qui infra scripta sunt.

Can. 1.

Cum pro fidei suæ sinceritate idem gloriosissimus Prin-
ceps omnes regiminis sui Pontifices in unum convenire
mandasset, ut tam de ejus conversione, quam de gentis
Gothorum innovatione in Domino exultarent, & divinæ
dignationi pro tanto munere gratias agerent, memora-
tus sanctissimus Princeps sic venerandum concilium allo-
quitur. Non incognitum reor esse vobis, Reverendissimi
sacerdotes, quod propter instaurandam disciplinæ Ecce-
lesiasticæ formam, ad nostræ vos serenitatis præsentiam evo-
caverim, & quia decursis retro temporibus hæresis immi-
nens in tota Ecclesia catholica agere synodica negotia dene-
gabat, Deus cui placuit per nos ejusdem hæresis obicem de-
pellere, admonuit instituta de mote Ecclesiastico reparare.
Ergo sit vobis incunditatis, sit gaudii quod mos canonicus
prospectu Dei per nostram gloriam ad paternos reducitur
terminos. Prius tamen admonéo: pariter & exhortor, je-
juniis vos & vigiliis atque orationibus operam dare, ut or-
do canonicus, quem à sacerdotalibus sensibus detraheret

longa ac diuturna obliuio, quam aras nostra se uescire fatetur, diuino dono uobis rursus parcat.

Ad hæc autem gratias Deo agentes & religiosissimo Principi uniuerso concilio in laudibus acclamante, triuianom est exinde prædicatum jejunium. Sed cum die octaua Iduum Maiarum in unum eorum Dei sacerdotes adessent, & oratione præmissa unusquisque sacerdotum competenti loco resedisset, ecce in medio eorum adfuit serenissimus Princeps, seque cum Dei sacerdotibus orationi communicans, diuino deinceps flamine plenus, sic ad loquendum exortus est, dicens.

Non credimus uestram latere sanctitatem, quanto tempore in errore Arrianorum laborasset Hispania, & non multos post decessum genitoris nostri dies quibus nos uestra beatitudo fidei sanctæ catholicæ cognouit esse sociatos, credimus generaliter magnum & æternum gaudium habuisse: & ideo venerandi Patres, ad hanc uos peragendam congregari decreuimus synodum, ut de omnibus uaper aduenientibus ad Christum, ipsi æternas Deo gratias referatis. Quidquid uero uerbis apud sacerdotium uestrum nobis agendum erat de fide atque spe uestra, quam gerimus, in hoc Tomo conscripta atque allegata, nota facimus. Relegantur ergo in medio uestri, & in iudicio synodali examinata, per omne successivum tempus gloria nostra ejuſdem fidei testimonio declarata clarescat.

Suscceptus est autem ab omnibus Dei sacerdotibus effertente rege, sacrosanctæ fidei Tomus, & pronunciantem notario clara uoce recensitus est, in quo confessus est fidem catholicam iuxta canones quatuor conciliorum generalium, cui subscriptis Rex his uerbis. Huic uero confessioni mea, sanctarum scripturarum & Conciliorum Constitutionibus consentiens, testimonio diuino tota cordis simplicitate subscripsi.

Tunc acclamatum est in laudibus Dei & in favore principis ab uniuerso concilio, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, cui cura est pacem & unitatem Eccl. catholice providere, &c.

Deinde uniuerso concilio iubente, unus Episcoporum Catholicorum ad Episcopos & religiosos clericos uel maiores natu ab hæresi Arriana uersos, sic est allocutus: Officii nostri cura compellimur, à uestra charitate perquirere, quid damnetis in hæresi, aut quid intra sanctam

catholicam credatis Ecclesiam. Tunc Episcopi omnes una cum clericis suis primoresque gentis Catholice pari consensione dixerunt. Licet hoc quod tua paternitas atque fraternitas vestra à nobis cupit audire iam olim conversionis nostrae tempore egerimus, quando secuti gloriosissimum Reccaredum Regem nostrum ad Ecclesiam transivimus, & perfidiam Atrianam cum omnibus superstitionibus suis anathematizavimus, nunc tamen propter charitatem & devotionem quam Deo & Ecclesiae catholicae debemus, quae petitis promptissime agere properamus, sed & si qua adhuc congrua fidei esse percipitis, hac nobis charitate persuadetis, faciemus.

Omnis ergo qui fidem & communionem ab Ario venientem, & usque ad nos retentam adhuc tenere desiderat, & de tota cordis intentione non damnat, anathema sit.

Quicumque filium Dei, Dominum Jesum negaverit à paterna substantia sine initio genitum, & aequalem patri esse, vel consubstantialem, anathema sit.

Quicumque Spiritum sanctum non credit, aut non crediderit à Patre & Filio procedere, eumque non dixerit coeternum esse Patri & Filio consubstantialem, anathema sit.

Quicumque in Patre & Filio, & Spiritu sancto, & personas non distinguit, & unius divinitatis substantiam non agnoscit, anathema sit.

Quicumque filium Dei, Dominum nostrum Jesum Christum & Spiritum sanctum juxta deitatem esse patre minorem asseruerit, & gradibus separaverit, creaturamque esse dixerit, anathema sit.

Quicumque nescire filium Dei, quod Deus Pater sciat dixerit, anathema sit.

Quicumque initium filio Dei & Spiritui sancto deputaverit, anathema sit.

Quicumque filium Dei secundum divinitatem suam visibilem aut passibilem ausus fuerit proferte, anathema sit.

Quicumque Spiritum sanctum, sicut patrem & filium verum Deum & omnipotentem esse non credit, anathema sit.

Quicumque alibi fidem & communionem catholicam, praeterquam in Ecclesia universali, quam Niceni & Constantinopolitani, & primi Ephesini & Chalcedonensis con-

354 *Summa fidei Reccar. Regis & Götthorū.*
ciliū decreta tenent, pariter & honorant, anathema sit.

Quicumque patrem & filium, & Spiritum sanctum honore & gloria & divinitate separat aut disjungit, anathema sit.

Quicumque non dixerit, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, anathema sit.

Quicumque rebaptizandi sacrilegium apud esse bonum credit aut crediderit, agit aut egerit, anathema sit.

Quicumque Arimin. concilium ex toto corde non respuerit & damnaverit, anathema sit.

Sint ergo damnata in caelo & in terra quaecunque per hanc catholicam fidem damnantur: & sint accepta in caelo & in terra, quaecunque per hanc fidem accipiuntur regnante Domino nostro Iesu Christo cui cum Patre & Spiritu sancto est gloria in saecula saeculorum. Subscripserunt Episcopi, presbyteri, & diaconi ex haeresi Arianā conversi, & Götthorum viri illustres & omnes seniores subscripserunt.

Decreta Concilii.

Can. 1.

Post damnationem haeresis Arianæ, & fidei sanctæ Catholicæ expositionem, hoc sanctum præcipit concilium, ut quia à nonnullis vel haeresis vel gentilitatis necessitate per Hispaniarum Ecclesias canonicus præmissus est ordo, dum & licentia abundaret transgrediendi, & disciplinae optio negaretur, dum omnis excessus haeresis fovetur parocinis, & abundantia mali temporis procul esset districtio disciplinae. At nunc pace Ecclesiae Christi misericordia reparata, quod præcorum canonum auctoritas prohibet, sic resurgente disciplina inhibita, & agatur omne quod præcipit. Permaneant in suo vigore conciliorum omnium constituta, simul & synodicae sanctorum præsulum Romanorum Epistolæ. Nullus deinceps ad promerendos honores Ecclesiasticos contra canonum statuta aspiret indignus. Nihil ex hoc fiat, quod sancti patres Spiritu Dei pleni sanxerunt debere non fieri. Et qui præsumpserit, severitate priorum canonum distringatur.

Can. 2.

Peritione Reccatedi regis constituit synodus ut per omnes Ecclesias Hispaniæ & Galiciæ secundum formam Orientalium Ecclesiarum Concilii Constantinopolitani, hoc est centum quinquaginta Episcoporum, symbolum fidei recitetur; & priusquam dominica dicatur oratio, voce data prædicetur, quo fides vera manifesta sit & testimonium habeat & ad Christi corpus & sanguinem prælibandum, pectora populorum fide purificati accedant,

Can. 3. *Vt ne quis extra necessitatem rem Ecclesie alienet.*

Hæc sancta synodus nulli Episcoporum licentiam tribuit res alienare Ecclesie, quia & antiquioribus canonibus hoc prohibetur. Si quid vero quod utilitatem non grauet Ecclesie, pro suffragio Monachorum vel Ecclesiarum ad suam parochiam pertinentium dediderint, firmum maneat Peregrinorum vel clericorum, & egenorum necessitati, salvo jure Ecclesie, præstare permittunt pro tempore quæ potuerint,

Can. 4. *Quod licet religionis intuitu Ecclesie alienare.*

Si Episcopus unam de parochianis Ecclesiis Monasterium dedicare voluerit, ut in ea Monachorum regulariter congregatio vivat, hoc de consensu concilii sui habeat licentiam faciendi. Qui etiam si rebus Ecclesie pro eorum substantia aliquid quod detrimentum Ecclesie non exhibeat eidem loco donaverit, sit stabile. Rei enim bene statuendæ sanctum concilium dat consensum.

Can. 5.

Competum est à sancto concilio Episcopos, presbyteros & diaconos venientes ex hæresi carnali adhuc desiderio uxoribus copulari. Ne ergo de cætero hoc fiat, præcipitur, quod & canonibus prioribus continetur, ut non liceat eis vivere in libidinosa societate, sed manente inter eos conjugali lege, communem utilitatem habent & non sub uno conclavi maneant. Vel certe si suffragatur virtus, in alia domo suam uxorem faciat habitare, ut castitas apud Deum & apud homines habeat testimonium bonum. Si quis vero post hanc conventionem & obsecræ cum uxore elegerit vivere, ut ac-

glector habeatur. Qui vero semper sub canones Ecclesiasticos jacuerint, si contra veterum imperata in suis cellulis, mulierum quæ infamæ suspicionem possunt generare, consortium habuerint, illi canonicè quidem dirimantur, mulieres vero ab Episcopis renudentur, & pretium ipsum pauperibus erogetur.

Can. 6. Ut liberti ab Episcopo desinantur.

De liberis autem hoc præcepit sancta synodus, ut si qui presbyteri vel diaconi ab Episcopis facti sunt, secundum modum quo canones antiqui dant licentiam, sine liberti, & tamen à patrocinio Ecclesiæ tam ipsi quam ab eis progenti non recedant. Ab annis quoque libertati traditi & Ecclesiis commendati, patrocinio Episcopi colligantur & ne cuiquam doneant, hoc à principe Episcopus postulet.

Can. 7. Quod sacrarum scripturarum lectio sacerdotibus convivii miscetur.

d. 44. Pro reverentia Dei & sacerdotum id universa constituit
Pro re- synodus aut (quia solent crebro mensis otiosæ fabulas inter-
ver- poni) in omni sacerdotali convivio lectio divinarum scrip-
ren- turarum miscetur. Per hoc enim & animæ edificantur ad bo-
tia. num, & fabulæ non necessariè prohibentur.

Can. 8.

Iubente autem atque consentiente Domino Reccaredo rege id præcepit sacerdotale concilium, ut clericos ex familia fisci, nullus audeat à principe donatos expetere, sed tradito capitis sui tributo, Ecclesiæ Dei cui sunt alligati usque dum vivunt regulariter admittantur.

Can. 9.

Decreto hujus concilii hoc statuitur, ut Ecclesiæ quæ fuerunt in hæresi Ariana, nunc autem sunt catholicæ, ad eos Episcopos cum suis rebus pertineant, ad quos parochiæ ipsæ in quibus ipsæ Ecclesiæ fundatæ sunt, pertinere videntur.

31. 9. 2.
Hoc
sanctum
confir-
mas.

Can. 10. Ut mulier invita viro non nubat.

Vidæ quibus placuerit, teneant castitatem, non tamen ad nuptias vi invito cogantur. Similis conditio & de vir-

ginibus habentur. Si quis vero propositum castitatis violare vel virgini impedierit, à sancta communione & à liminibus Ecclesie habeatur extraneus.

Can. 11.

Quoniam comperimus per quasdam Hispaniarum Ecclesias non secundum canones, sed sædissimè pro suis peccatis homines agere poenitentiam, ut quoties peccare libuerit, toties à presbyteris se reconciliari exposculent, ideo pro coercenda tam execrabili præsumptione, id à sancto concilio jubetur, ut secundum formam canonum antiquorum deat poenitentia, hoc est, ut prius eum quem sui poenitet facti, à communione suspensum, faciat inter reliquos poenitentes ad manus impositionem crebro recurrere. Expleto autem satisfactionis tempore, sicuti sacerdotalis contemplatio probaverit, eum communioni restituat. Hi vero qui ad propria vicia vel intra poenitentiae tempus, vel post reconciliationem labuntur, secundum priorum canonum severitatem damnentur.

Can. 12.

Quicumque ab Episcopo vel presbytero sanus vel infirmus poenitentiam postulat, id ante omnia Episcopus seruet & presbyter, ut si vir est, sive sanus, sive infirmus, primus eum tondat aut in cinere & cilicio habitum mutare faciat, & sic poenitentiam ei tradat. Si vero mulier fuerit, non accipiat poenitentiam, nisi prius aut velata fuerit, aut mutaverit habitum. Sæpius enim laicis cum feminis tribuendo desidiosè poenitentiam, ad lamentanda rursus facinora post acceptam poenitentiam relabuntur.

Can. 13.

Inolita præsumptio usque adeo illicitis ausibus adiunxit, ut patefecit, ut clerici clericos suos relicto suo Pontifice ad judicia publica pettrahant. Proinde statuimus ut hoc de exte-
In lit. præsumptio.
 ro non præsumatur. Si quis hoc præsumperit facere, conventus & causam perdat, & à communione efficiatur extraneus.

Can. 14.

Conventus noster hoc canonibus inserendum præcepit, ut

dist. 54.
Nullus officium publica.
 Judæis non licet Christus anas habere uxores vel concubinas, neque mancipia Christianorum in usus proprios comparare: sed & filios qui ex tali conjugio nati sunt, assumendos esse ad baptismum. Nulla officia publicæ injungantur, per quæ eis occasio tribuatur Christianis pernam inferre. Si vero Christianis ab eis in Judaismo ritu sunt maculati, vel etiam circumcisi, non reddito pretio ad libertatem & religionem redeant Christianam.

Can. 15.

Si quis ex servis fiscalibus fortasse Ecclesias construxerint, easque de sua paupertate dotaverint, has procuret Episcopus processu, autoritate regia confirmari.

Can. 16.

Quoniam pene per omnem Hispaniam sive Galiciam idolatriæ sacrilegium inolevit, hoc cum consensu gloriosissimi principis sancta Synodus ordinavit, ut omnis sacerdos in loco una cum iudice territorii sacrilegium memoratum studiose perquirat, & exterminare inventum non differat. Omnes vero qui ad talem errorem concurrunt, sine discrimine qua poterunt animadversione coercerent. Quod si neglexerint, sciant se utrique excommunicationi, periculum esse subituros. Si qui vero Domini extirpare hoc malum de possessione sua neglexerint & familiæ prohibere noluerint, ab Episcopo & ipsi à communione pellantur.

Can. 17.

Cum multæ querelæ ad aures sancti Concilii deferrentur, inter cetera tantæ crudelitatis opus est nunciatum, quantum confidentium antea sacerdotum non possent sustinere, ut in quibusdam Hispaniæ patribus filio suos parentes interminant fornicationis avidi, pietatis alieni, quibus si rædium est filios numerosos alere, prius seipsos debent castigare à fornicatione. Nam dum causa propagandæ proles fornicantur conjugia, parricidio & fornicationi tenentur obnoxii, qui filios negando proprios, docent se non pro filiis, sed pro libidine uxores duxisse. Proinde tantum nefas ad cognitionem gloriosissimi Domini nostri Reccaredi regis perlatum est, cujus gloria digna est iudicibus eundem partem imperare, ut amovendum tantum facinus diligenter cum

facerdote procurant, & adhibita severitate prohibeant. Ergo & sacerdotes locorum eorundem in quibus sceleris hujus immanitas peragitur sancta synodus præcipiendo convenit, ut idem scelus cum judice curiosius quærant & sine capitali vindicta acriori disciplina prohibeant.

Can. 18. *¶* *Et Ecclesia cum dotibus suis in Episcopi potestate consistant.*

Sic quidam contra canonam auctoritatem Ecclesias quas edificaverunt, postulant consecrari ut dotem quam eidem Ecclesie contulerint censeant ad Episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum taliter in præterito corrigatur, ut & in futuro ne fiat, prohibeatur, & omnia secundum constitutionem antiquam ad Episcopi ordinationem & potestatem pertineant.

to. q. 1.
Si quidam
contra.
Et in
decret.
Inn. lib.

Can. 19.

Quia cognovimus Episcopos per parochias suas non sacerdotaliter agere, sed crudeliter deservire, & dum scriptam sit forma estote gregi, non ut dominantes in Clerum, qui exactiones diocæsi lux, vel damna infligant, ideo censemus (excepto quod veterum constitutiones à parochiis habere jubent Episcopos) ut alia quæ illis huc absque præsumpta sunt, denegentur, hoc est neque angariis presbyteri, aut diaconi, neque aliquibus fatigentur indictionibus, ut videamur in Ecclesiam Dei exactores potius quam pontifices nominari. Hi vero Clerici tam locales quam diocæsanii qui se ad Episcopo gravari cognoverint, querelas suas ad Metropolitanam deferre non differant, & Metropolitanus non moretur hujusmodi præsumptiones avertere.

to. q. 1.
Quia
cogno-
vimus.
1 Pet. 5.

Can. 20.

Ecclesiarum servos, & Episcoporum, vel presbyterorum, vel omnium Clericorum à iudicibus vel exactoribus publicis in diversis angariis fatigari dolemus. Propter quod omne Concilium à pietate gloriosissimi Domini nostri pollicetur ut tales usus deinceps inhibeat, sed servi supradictorum officiorum in eorum usibus vel Ecclesie laborent. Si quis vero iudicem aut auctorem Clericum, aut servum Clerici, vel Ecclesie in publicis ac privatis negotiis occupare voluerit, à Communionem Ecclesiasticam, cui impedimentum facit, efficiatur extraneus.

Can. 21. *Quod qui spem futura resurrectionis habent
de mortuis triftari non debent.*

11. q. 2. Qui divina vocatione ab hac vita recedunt, cum psalmis
Qui di- tantummodo & psallentium vocibus debent ad sepulchrum
viva deferri. Nam funebre carmen quod vulgo defunctis cantari
voca- solet, vel in pectoribus se aut proximos, aut familias ca-
tioms. dere, omnino prohibemus. Sufficiat autem quod in spe re-
d. Tb. 4. surrectionis Christianorum, corporibus famulatus divino-
Ionn. 11. rum impenditur canticorum. Prohibet enim nos Apostolus
sanctos lugere defunctos, dicens: De dormientibus autem
nolo vos contristari, sicut & ceteri qui spem non habent.
Dominus non flevit Lazarum mortuum, sed ad hujus vitæ
ziurnas ploravit suscitandum. Si autem potest Episcopus
omnibus Christianis prohibere, non motetur agere: religio-
sis autem omnino aliter fieri non debere censemus. Sic enim
Christianorum per omnem mundum humani oportet cor-
pora defunctorum.

Can. 22. *Quod in sanctorum natalitiis ballimathia
prohibeantur.*

De conf. Irreligiola consuetudo est, quam vulgus per sanctorum
d. Irreli- solemnitates & festivitates agere consuevit. Populi qui de-
gios. con- bent officia divina attendere saltationibus turpibus invigi-
suete. lant, cantica non solum mala cantantes, sed etiam religio-
rum officiis perstreperunt. Hoc enim ut ab omnibus provinciis
depellatur, sacerdotum & judicum à concilio sancto curæ
committitur.

Post confessionem ergo & suscriptionem omnium Episcoporum, & totius gentis Gothicæ seniorum, Reccaredus rex Dei sacerdotes pie & benigne affatus est, & post alia verba hoc subjecit decretum.

Hoc adhuc necessario pro firmitate catholicæ fidei nostra Deo suppliciter instituit decretum auctoritas, ut propter toborandam gentis nostræ novellam conversionem, omnes Hispaniarum & Galicæ Ecclesie hanc regulam servent, ut omni sacrificii tempore ante communicationem corporis, Christi & sanguinis, juxta Orientalium partium morem unanimiter clara voce sacratissimum fidei recenseant symbolum, ut primam populi quam credulitatem teneant fateantur, & sic corda fide purificata, ad Christi corpus & sanguinem

percipiendum exhibeant. Publico edicto regis confirmatum est concilium, & singula ejus capitula in unam summam redacta confirmavit dicens: Flavius Reccaredus rex hanc deliberationem, quam sancta definimus synodo, confirmans subscripsi: Subscripseruntque Episcopi presentes.
Explicit concilium Toletanum tertium.

MATISCONEN. CONCILIUM
primum circa tempora Pelagii secundi
Papæ, & est provinciale.

Can. Primus.

Ut nullus Episcopus, presbyter, diaconus, clericus, vel quicumque secularis in Monasteriis puellarum, nisi probatæ vitæ & ætatis provectæ præter utilitatem, aut pro quacunque reparatione monasterii in quacunque earum necessitate habitare, aut secretas colloquutiones habere præsumant neque intra saluatorium aut oratorium ingredi permittantur, præcipuè Judæi, non quorumcunque negotiorum occasione puellis intra monasterium Deo dicatis aliquid secretius colloqui, aut familiaritatem vel moras ibidem habere præsumant.

Can. 2.

Ut nulla mulier in cubiculum Episcopi absque duobus presbyteris aut ceterè diaconis ingredi permittatur.

Can. 3.

Ut nullus clericus sagum, aut vestimenta, aut calceamenta secularia, nisi quod religionem deceat, inducere præsumat. Quod si post hanc definitionem clericus aut cum indecenti veste, aut cum armis inventus fuerit, à se-miore ita coercentur, ut 30. dietam inclusione decentis aqua tantum & modico pane diebus singulis sustententur.

Can. 4.

Ut Archiepiscopus sine pallio *M* *fl*as dicere non præsumat.

Can. 5.

Ut nullus clericus ad iudicem secularem quemcumque alium fratrem de clericis accusare, aut ad causam dicendam trahere quocumque loco præsumat: sed omne negotium clericorum aut in Episcopi sui, aut in presbyteri aut Archidiaconi præsentia finiatur. Quod si quisquam clericus hoc implere distulerit, si junior fuerit uno minus de quadraginta ictus accipiat: si certe honoratior, 30. dierum incitatione muldetur.

Can. 6.

Ut à feriâ sancti Martini usque ad Natalem Domini, secunda, quarta, & sexta sabbati jejunetur, & sacrificium quadragesimale debite, quemadmodum ordine, celebretur. In quibus diebus canones legendos esse speciali definitione sancimus, ut nullus se fateatur per ignorantiam deliquisse.

Can. 7.

Ut presbyteri, diaconi, vel de quolibet ordine clerici in Episcopo suo obedientiz devotione subjaceant, ut non alibi dies feriatos, nisi in obsequio illius liceat tenere aut celebrare. Quod si quis per quamcumque contumaciam, aut per cuiuscumque patrocinium hoc facere sustulerit, ab officio segregetur.

Can. 8.

Nec Iudei Christianis populis iudices deputentur aut reonarii esse permittantur, per quod illis Christiani videantur esse subjecti.

Can. 9.

Ut Iudeis à Cena Domini usque ad primam diem post Pascha, secundum edictum bonæ recordationis Domini Childeberti Regis per plateas aut forum, quasi insultationis causa deambulandi licentia denegetur, & ut reverentiam cunctis sacerdotibus Domini vel clericis impendant, nec aste sacerdotes consensum, nisi ordinari, habere præsumant.

Qui hoc facere fortasse præsumperit, à iudicibus locorum prout persona fuerit, distinguatur.

Can. 10.

Præsenti concilio Deo auctore sancimus quod qui Iudæo deinceps debeat deservire, datus pro quolibet bono mancipio 12. solidis ipsam mancipium quicumque Christianis, seu ad ingenuitatem seu ad servitium licentiam habeat redimendi, quia nefas est, ut quos Christus Dominus sanguinis sui effusione redemit persecutorum vinculis permanere crederent. Quod si acquiescere his quæ statuimus, quicumque Iudæus noluerit, quandiu ad pecuniam constitutam venire distulerit, liceat mancipium ipsum cum Christianis ubicunque voluerit habitare.

Can. 11.

Id etiam pari conniventia placuit, ut si quis convictus fuerit alios ad falsum testimonium vel perjurium attraxisse, aut quacunque corruptione sollicitasse, ipsi quidem usque ad exitum non communicent. Hi vero qui ei in perjurio consensisse probantur, post ab omni sunt testimonio prohibendi, & secundum legem infamia notabuntur.

Can. 12.

De his vero qui innocentes aut coram principe, aut iudicibus accusare convicti fuerint, si clericus honoratior fuerit ab officij sui ordine degraderetur: si vero secularis, communiione privetur.

Explicit Matifconense concilium primum.

MATIFCONENSE CONCILIUM
secundum, & est provinciale: à quibusdam generale appellatur quia in eo omnes Metropolitani Episcopi, quotquot erant in regno Gantheramni, convenerunt.

Can. primus.

Custodire debemus diem dominicam, quæ nos deus peperit, & à peccatis omnibus liberavit. Nullus vestram, licium fornicibus vacet, nullus causatum actiones exerceat, nemo sibi talem necessitatem exhibeat, quæ jugum cervicibus jumentorum imponere cogat, Estote omnes hyinnis &

laudibus Dei animo corporeque intenti. Si quis vestrum proximam habeat Ecclesiam, properet ad eandem, & ibi dominico die semetipsum precibus lachrimisque afficiat. Sint oculi manusque vestre toto illo die ad Deum expansæ; ipse est enim dies requietionis perpetuus, ipse nobis per septimæ diei umbram insinuat, noscitur in lege & prophetis. Iustum igitur est ut hanc diem unanimiter celebremus, per quam facti sumus quod non fuimus. Fuimus enim ante servi peccati, sed per eam facti sumus filii iustitiae. Exhibeamus Domino liberam servitatem, cujus nos novimus pietate de ergastulis liberatos erroris: non quia hoc dominus noster à nobis exoptat, ut corporali abstinencia diem dominicam celebremus, sed querit obedientiam, per quam nos calcatis terrenis actibus ad cælum usque misericorditer proveniat. Si quis igitur vestrum hanc salubrem exhortationem parvipenderit, aut contemptui tradiderit, sciat se pro qualitate merito principaliter à Deo puniri, & deinceps sacerdotali quoque ite implacabiliter subiacere. Si caudicus fuerit, irreparabiliter causam amitter, si rusticus aut servus, gravioribus sultium ictibus verberabitur, si clericus aut monachus, mensibus sex à consortio suspendetur fratrum.

Can. 2.

Pascha nostrum in quo summus sacerdos & Pontifex pro nostris delictis immolatus est, omnes debemus festivissime colere, & in illis sanctissimis sex diebus nullus servile opus audeat facere.

Can. 3.

Decernimus ut extra tempora decreta baptismi, nullus filios suos baptizet, nisi infirmitas nimis, vel dies extremus compulerit filios suos baptismum suscipere.

Can. 4.

Item statuimus ut omnibus dominicis diebus, altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur, tam panis quam vini, ut per has immolationes & peccatorum suorum fastibus careant, & cum Abel vel cæcæ justis offerentibus promerentur esse consortes.

Can. 5.

Omnes reliquas fidei sanctæ Catholicæ causas quas temporis longitudine cognovimus deterioratas fuisse, oportet nos ad statum pristinum revocare, ne nobis simus adversarii, dum ea quæ cognoscimus ad nostri ordinis qualitatem pertinere, aut non corrigimus, aut quod nefas est, silentio præterimus. Leges namque divinæ consulentes sacerdotibus ac ministris Ecclesiarum, pro hæreditatis portione omni populo præceperunt decimas fructuum suorum locis sacris præstare, ut nullo labore impediti per res illegitimas spiritualibus possint vacare ministeriis: quas leges Christianorum congeries longis temporibus custodivit intermetatas. Unde statuimus, ut decimas Ecclesiasticas omnis populus inferat, quibus sacerdotes aut in pauperum usum, aut captivorum redemptionem, prorogatis suis orationibus pacem populo ac salutem impetrent, si quis autem consumat nostris statutis fuerit, à membris Ecclesiæ omnis tempore separetur.

Can. 6. est Can. 29. Concilii Carthaginensis tertii, qui etiam corrigitur per Can. 29. sextæ synodi.

Can. 6

Statuimus insuper, ut liberti Ecclesiæ per solos Episcopos judicentur.

Can. 8.

Item decernimus ut quicumque culpa compellente aut potentum impotente non iustitios, suæ gremium matris Ecclesiæ petierit, in eodem loco inconcusse permaneat: nulli permittentes quolibet gradu dignitatis sancto, fugitivo in locis sacris violentiam inferre.

Can. 9.

Statuimus etiam, ut Episcopus per secularem potestatem non judicetur. Nefas est enim ut ullius manibus Episcopus aut iussione de Ecclesia trahatur, pro quo semper Deum exorat, & cui invocato nomine Domini ad salvationem corporis animæque Eucharistiam sæpe porrexit. Hoc enim decretum à nobis præfixum qui fuerit audacter transgressus, tam ipse quam omnes qui ei consenserint, usque

Can. 10.

Quod de Episcopis censuimus, vim obtineat & in clero
ut neque presbyter, nec diaconus, neque subdiaconus de Ec-
clesiis trahatur, aut injuriam aliquam infuso, Episcopo eo-
rum patiantur, sed quicquid quis adversus eos habuerit, in
notitiam Episcopi proprii perducatur, & ipsam causam iustitia
præstante discutens animo clericus accusantis satisfaciatur.

Can. 11.

Seclatores hospitalitatis non esse non solum Dominus Je-
sus admonet, cum se dixit in hospitem receptum fuisse: sed
etiam Apostolus in omnibus pene præceptis. Propterea bea-
tissimi fratres unumquemque nostrum oportet non solum
semetipsum ad hoc opus aptare, sed etiam omnium fidelium
mentes ut possint a uel Deum misericordie operibus pro
nostri peccatis intercedere & nos ei per veram hospitalita-
tem reconciliari. Si quis ergo nostrum non admonuerit,
aut exemplum exhortationis suæ ipse prius comprobaverit
opere, indignationem divinæ proculdubio incurret majesta-
tis. Prædicetur hoc nostræ mediocritatis statutum in auribus
omnium Christianorum.

Can. 12.

Quid autem scriptura divina de viduis & pupillis præci-
piat, nobis clare non est: ideoque quia provisioni nostræ Deo
autore causæ principaliter viduarum & pupillarum sunt
commisæ, decernimus ut iudices non prius videas & pupil-
los conveniant, nisi Episcopo venturum cujus sub velamine
degunt. Quod si Episcopus præsens non fuerit, Archidiaconus
& presbyter pariter sedentes, communi deliberatione
causis eorum terminos figant, ita iuste & recte, ut deinceps
de talibus ante dictæ portionæ non conquassentur. Quod si quis
iudex aut impeditor eis injuriam aliquam ingesserit, aut hæc
definitionem transgressus fuerit, à communione suspendatur.

Can. 13.

Volumus igitur quoddam Episcopalis domus, quæ ad hoc
instituta est, ut sine personarum acceptione omnes in hos-

pitalitate recipiat, canes non habeat, ne forte hi qui in ea miseriarum suarum levamen habere confidunt, dum infestorum canum morsibus laniantur detrimentum versa vice suorum sustineant corporum. Custodienda est igitur Episcopalis habitatio hymnis non iatracibus: operibus bonis, non morsibus venenosis. Ubi igitur Dei est assiduitas canilena, monitum est & dedecoris nota, canes ibi vel accipitres habitare.

Can. 14.

Ex interpellatione quorundam cognovimus, quod calcatis canonibus & legibus, hi qui lateri regis adherent, vel aliqui qui potentia, seculari instantur, res alienas compere, & nullis ceteris actionibus, aut conjunctionibus prerogatis, non solum miseris de agris, sed etiam de domibus propriis exulare. Idcirco in remedium consulentes decernimus, ut deinceps huius mali licentiam quisquam non habeat, sed undum canonum atque legum tenorem causarum suarum actionem proponat, ut nullus miserorum rebus suis per vim aut assentionem quamlibet defraudetur. Illi autem qui contra fecerint, procellosi anathematis ultione prestantur.

Can. 15.

Statuimus, ut si quis quompian clericorum honoratorum in itinere obvium habuerit, usque ad inferiorem gradum honoris, veneratione illi colla subdat, prout is officia & obsequia fidelissimæ Christianitatis iure promeruerit. Etsi quidem ille secularis equo vehitur, clericique similiter, secularis galerum de capite auferat, & clerico synœcæ salutationis munus adhibeat. Si verò clericus pedes graditur, & secularis vehitur equo, illicò ad terram desuat, & debitum honorem illi synœcæ charitatis exhibeat. Qui verò horum, quæ Spiritu sancto dictante sancita sunt, transgressor fuerit, ab Ecclesia, quando Episcopus illius Ecclesiæ voluerit, suspendatur.

Can. 16.

Illud quoque rectum nobis visum est disponere, ut quæ uxor subdiaconi vel exorcistæ, vel acolythi fuerat, motuo illo secundo se non audeat sociare matrimonio. Quod si fecerit, separetur, & in cenobis puellarum Dei tractetur,

Can. 17.

Comperimus multos necdum marcidatis mortuorum membris sepulchra referare & mortuos suos superimponere & aliorum (quod nefas est) pro mortuis suis religiosa loca intrare sine voluntate Domini sepulchrorum : ideoque statimus ut nullus deinceps hoc peragat. Quod si factum fuerit, secundum legem superimposita corpora, de eisdem tumulis reijacentur.

Can. 18.

Incestam copulationem, in qua nec conjuges nec nuptias rectè appellari leges sanxerunt, catholica detestatur Ecclesia, & gravioribus pœnis eos afficere permittunt, qui natiuitatis suæ gradus libidinoso ardore contemnentes, in stercore ut fœces ceterimi convoluuntur.

Can. 19.

Item statimus ut ad locum ubi pro reatus sui qualitate quispiam interficiendus est, nullus clericorum accedat.

Can. 20

Decernimus etiam ut ad synodum post triennii tempus omnes conveniant, & ad hoc adimplere sollicitudinis sit Metropolitanus Lugdunensis Episcopi una cum dispositione magnifici principis nostri delinientis locum ad quem omnes congregentur. Si aliquis eorum contumax fuerit, aut excusationem falsæ necessitatis invenerit, volumus ut usque ad concilium generale à communione maneat alienus.

Accessit ad hæc edictum regis Guntaniti insigniter piæ, de observando die dominico & aliis statutis secundæ synodi Matifconensis.

Expliciant canones concil. Matifconensis 2.

Gregorius 1. sexagesimus quartus Papa.

Gregorius, natione Romanus, ex patre Gordiano, sedit .603 annos 13. menses 6. dies 10. Hic exposuit homilias Evangeliorum, 40. in Job scripsit libros 35. in Ezechielem Homilias 12. Pastorale quoque & Dialogorum libros quatuor edidit, & alia multa, quæ vulgò suo nomine circumferuntur.

eur. Sub Gregorio celebrata sunt duo concilia, Romæque habentur in Registro lib. 4. cap. 88. Celebratum est sub eodem concilium Lateranense, de quiete & libertate atque exemptione nigrorum Monachorum.

Sabinianus 65. Papa sub Petro, sedit annum unum mens. 5. dies 12. nihil fecit memoria dignum. Ejus patria ignoratur, successit Gregorio, cujus res bene gestas perspetuo avertatus est.

*an. dom.
603. Sa-
binia-
nus Pap.*

Bonifacius 3. natione Romanus, Papa 66. sub Petro obtinuit à Phoca Imperatore ut sedes B. Petri, quæ caput est omnium Ecclesiarum, ita & diceretur & haberetur ab omnibus, quem locum Ecclesia Constantinopolitana sibi vendicare conabatur, faventibus malis principibus, & affirmantibus eo loco primam sedem esse debere uti imperii caput esset. Quantum temporis sederit Pontifex iste, diversitas est inter scriptores, nam ex Platina colligitur quod sederit annos novem, nonnulli quòd octavo cum dimidio sederit annum unum dies 25. Alii verò annum unum, menses quinque, d. 28. Alii quòd mens: octavo, & die 22. sui Pontificatus obierit.

*an. dom.
605. Bonifacii
Pap.*

Bonifacius 4. Papa 67. sub Petro, natione Mansus, sedit annos 6. menses 7. dies 13. Hic templum quod veteres Pantheon appellabant, (quia omnibus diis commune esset) à Phoca Imperatore obtinuit, & consecravit in honorem beatæ Mariæ Virginis & omnium Martyrum, ejectis prius gentium simulachris, unde postea virgo ad martyres appellata est.

*an. dom.
613. De-
usdedit
Papa.*

Deusdedit Papa 68 sub Petro natione Romanus, ex patre Stephano subdiacono, hic sedit annos 3. dies 23. sub hoc floruit in Hispania Isidorus Hispalensis Episcopus Leandri successor: iste Deusdedit fuit vir sanctitatis eximie: Sub hoc celebratum est concilium Antissiodorense, cujus canones sunt sequentes, hoc concilium fuit provinciale.

Can. 1.

Non licet Calendarii Januarii vicolo aut cervolo facere, vel strenas diabolicas observare, sed in ipsa die sic omnia beneficia tribuantur, sicut & reliquis diebus.

Can. 2.

Vt omnes presbyteri ante Epiphaniam missos suos dirigant, qui eis de principio quadragesimæ nuncient, & in

Can. 3.

Non licet compenſas in domibus propriis nec vigilias in feſtivities ſanctorum facere, nec inter ſentes aut arbores ſacrivos, vel ad fontes vota exſolvere, ſed quicumque votum habuerit, in Eccleſia vigilet, & matriculæ ipſum votum aut pauperibus reddat, nec ſubſilia, aut pede, aut hominem linco fieri penitus præſumat.

Annotatio.

Prohibentur hic vigilie, quæ cum quadam ſuperſtitione, quam admixtam habebant, in privatis domibus fieri conſueverant, non autem vigilie à fidelibus religioſe ſervatæ juxta decretum Concilii Matſiconenſis 2.

Can. 4.

Non liceat ad ſacrilegos vel auguria reſpicere, nec ad characteres, nec ad ſortes quas ſanctorum vocant, vel quas de ligno aut de pane faciunt aſpicere, ſed quæcumque homo facere vult, omnia in nomine Domini faciat.

Can. 5.

Omnino & inter ſupradictas ordinationes vigilias quas in honore Domini obſervant, omnibus prohibemus.

Can. 6.

Ut à media quadrageſima præſbyteri Chriſma petant, & ſi quis infirmare detentus venire non potuerit, Archidiaconum ſuum, vel Archiſubdiaconum tranſmittat, & Chriſmatio & hinc imponant, ſicut reliquie ſanctorum deponari ſoleat.

Can. 7.

Ut omnes præſbyteri ad ſynodum in ejiſtatem veniant, & Calend. Novembris omnes abbates ad concilium veniant.

Can. 8.

Non licet in altario in ſacrificio divino melinum, quod mulcum appellatur, nec ullum aliud poculum extra vinum cum aqua miſtum offerre, quia ad grandem reatum & peccatum

peccatum pertinet presbytero illi quicumque aliud populum extra vinum in consecratione sanguinis Christi offerre presumpserit.

Can. 9.

Non licet in Ecclesiis choros secularium, vel puellarum cantica exercere, nec convivia in Ecclesia preparare, quia scriptum est, Domus mea domus orationis vocabitur.

Can. 10.

Non licet super uno altario in una die duas Missas dicere, nec in altario, ubi Episcopus Missas dixerit presbyter in illa die Missas dicat.

Can. 11.

Non licet in vigilia Pasche ante horam secundam noctis vigiliam expedire, quia in illa nocte non licet post mediam noctem bibere, nec in Natali Domini, nec in reliquis solennitatibus.

Can. 12.

Non licet mortuis nec Eucharistiam, nec osculum tradi, nec velo neque pallis corpora eorum involvi.

Can. 13.

Non licet diacono velo vel palla scapulas suas involvi.

Can. 14.

Non licet in baptisterio corpora sepelire.

Can. 15.

Non licet mortuum super mortuum mitti.

Can. 16.

Non licet die Dominico boves jungere, vel alia opera exercere.

Can. 17.

Quicumque se propria voluntate in aquam iactaverit, aut collo ligato se suspenderit, aut de arbore precipitaverit, aut ferro percusserit, aut qualibet occasione voluntaria

Can. 18.

Non licet absque Paschæ solennitate illo tempore baptizare, nisi illos quibus mors vicina est, quos Grabotios dicunt: quod si qui in alio pago contumacia faciente post interdictum hoc infantes suos ad baptismum detulerint, in Ecclesias nostras non recipiantur: & quicumque presbyter ipsos extra nostrum præceptum recipere præsumserit, tribus mensibus à communione Ecclesiæ sequestratus sit.

Can. 19.

Non licet presbytero, aut diacono, aut subdiacono, post acceptum cibum vel poculum Missas tractare, aut in Ecclesia, cum Missæ dicuntur stare.

Can. 20.

Quod si presbyter, quod nefas est dicere, aut diaconus aut subdiaconus post acceptam benedictionem infantes procreaverit, adulterium commiserit, & archipresbyter hoc Episcopo aut Archidiacono non intimaverit, integro anno non communicet.

Can. 21.

Non licet presbytero in uno lecto post acceptam benedictionem cum presbytero dormire, nec peccato miscere nec diacono, nec subdiacono.

Can. 22.

Non licet relicte presbyteri nec relicte diaconi, nec subdiaconi, post ejus mortem maritum accipere.

Can. 23.

Si monachus in Monasterio adulterium commiserit, aut pecuniare habere præsumserit, aut furtum fecerit, & hoc Abbas per se non emendaverit, aut Episcopo, aut Archidiacono non intimaverit, ad penitentiam agendam in alio Monasterio detrudatur.

Can. 24.

Non licet Abbati vel Monacho ad nuptias ambulare,

Can. 25.

Non licet Abbati filios de baptismo habere, nec Monachis commatres habere.

Can. 26. *Abbas non permittat mulieres monasterium ingredi.*

Quod si quis Abbas mulierem in Monasterium ingredi permiserit, aut festivitates aliquas ibi spectare perceperit, tribus mensibus in Monasterio tradatur, pane & aqua contentus.

A canone 27. usque ad 32. tantum agitur de personis inter quas prohibitum est nuptias celebrare: quod quidem omnibus notum est.

Can. 33.

Non licet presbytero, nec diacono ad trepalium ubi rei torquentur stare.

Can. 24.

Non licet presbytero in judicio illo sedere, unde homo ad mortem tradatur.

Can. 35.

Non licet presbytero, aut diacono, vel cuiquam clericorum de qualibet causa conclericum suum ad judicem secularem trahere.

Can. 36.

Non licet mulieri nuda manu Eucharistiam sumere, nec manum suam ad pallas dominicas mittere.

Can. 37. *Nullus cum excommunicatis communicet.*

Si quis presbyter, aut quilibet de clero aut populo excommunicatum absque voluntate ipsius qui cum excommunicavit, sciens receperit, aut cum illo panem manducaverit, vel colloquium habere decreverit, simili sententiæ subiacet.

Can. 38.

Non licet presbytero inter epulas cantare, nec saltare

Can. 19.

Unaquæque mulier quando communicat, Dominicalem suum habeat. Quod si non habuerit, uique in alium dominicum non communicet.

Annotatio.

Quid per Dominicalem intelligi debeat accipe ex S. Augustino, qui de hoc agit in sermone 152 de tempore; ubi ait: *Omnes viri quando communicare desiderant, lavent manus, & omnes mulieres exhibeant nitida lintea, piva ubi corpus Christi accipiant, &c.*

Can. 40. *Index secularis inconsulto Episcopo nulli, clericorum injuriam inferat.*

Quicumque iudex, aut secularis presbyterum, aut diaconum, aut quemlibet de clero, aut de junioribus absque audientia Episcopi, aut Archidiaconi, aut Archipresbyteri injuriam ferre præsumpserit animo, ab omnium Christianorum confortio habeatur extraneus.

Can. 41. *Parentum est præceptis Archipresbyteri.*

Si quis ex secularibus institutionem, aut communionem Archipresbyteri contumacia faciente audire distulerit, tamdiu à limitibus sanctæ Ecclesiæ habeatur extraneus, quamdiu tam salutarem institutionem adimplere studuerint, Insuper & multam quam gloriosissimus Rex Dominus instituit, sustineat.

Explicunt cænes concilij Antisiodoren.

Bonifacius 5. Papa, natione Campanus Heraclio Imp. sedit ann. 5. dies 10. Hic pontifex Campanos sacrilegos ab Ecclesiis exclusit: sed ad Ecclesias confugientes immunitate donavit.

44. dom.
617. Bonif.
3. Post. 69.

Sub hoc pontifice Mahometus Arabs natus est ex patre Pagano & ex matre Hebræa Hismaelitici generis. Qui magnam in Christianum populum excitavit incendium, qui cum magnum se Dei Prophetam assereret, magicis artibus Assanos & Africanos deludens, ita populos quosdam concitavit nova à se religione imbutos, ut paulum abfuerit, qui omnino Imperij nomen deleret, capta Alexandria, multisque aliis Syriæ & Ciliciæ urbibus Saracenos factatores suos habuit. qui annos natus pene 40. Postquam tam præta peste animos hominum infecisset extinctus est

Visitur in Arabiæ urbe Modina ejus sepulchrum uti sancto-
rum apud nos.

Honorius primus Papa 70. natione Campanus ex patre
Petronio viro consulari sedit ann. 12. mens. 11. dies 17. Hi-
pont. Ecclesias restansans Heraclio permissu, ætas Romuli
ædis regulas S. Petro superexit. Quo mortuo vacavit sedes
mensibus 19.

CONCILIUM HISPALENSE
secundum, sub die Iduum Novembrium circa
tempora Honorij Papæ tempore Silebuti regis.
Est que provinciale.

Can. 1. *Non est objicienda præscriptio, ubi necessitas
interest hostilitatis.*

Prima actione Theodolphi Malacitanæ Antistitis Ecclesiæ
ad nos oblata precario, asseventis antiquam ejusdem urbis
parochiam milita. i quodam discrimine fuisse decisam, & ab
aliis Ecclesiis esse remotam. Pro qua re placuit ut omnis pa-
rochia que ab antiqua ditione ante militarem hostilitatem
relinquente Ecclesiæ suam quisquis comprobaret, ejus privi-
legio restitueretur. Sicut enim per legem mundiale his quos
Barbarica severitas captiva necessitate transtulit, postlimi-
nio revertentibus redditur antiqua possessio: sic Ecclesia re-
ceptura est parochiam, quam antea tenuit cum rebus suis.
Non enim erit objicienda præscriptio temporis, ubi necesse
sitas interest hostilitatis.

Can. 2. *Legitimus si deficiat limes, præscriptio longi
temporis silentium repetenti imponit.*

Placuit, ut si in diocesi Episcopi possidentis, sitam basilicam
veteribus signis limes prævisus monstraverit Ecclesiæ
cujus est jus retentionis sit æternum dominium. Quod & si
limes legitimus eandem basilicam non recludit: & tamen
longi temporis probatur objecta præscriptio, appellatio re-
petentis Episcopi non valebit, quia illi triennalis objectio
silentium imponit. Sin verò infra metas triennalis tempo-
ris extra alienos terminos basilicæ injusta retentio reperitur
repetentis Episcopi juri sine mora restituetur.

Can. 3. De desertoribus clericis, ut Episcopis suis restituantur.

Placuit, ut si quis clericus monasterij Ecclesie propriae destitutus ad alium transitum fecerit, compellente ad quem fugerit sacerdote, ad Ecclesiam quam prius incolerat remittatur. Qui vero eum susceperit, nec statim sine ullo nisi exceptionis ad propriam Ecclesiam remittendum elegerit, quandiu eum restituat, communionem se privatam agnoscat. Desertorem autem clericum cingulo honoris, atque ordinationis suae exutum, aliquo tempore monasterio relegari convenit: sicque postea in ministerio Ecclesiastici ordinis revocari.

Can. 4. Bigami ad presbyterium vel diaconatum non sunt promovendi.

Nunciatum est nobis apud Astigitanam Ecclesiam quasdam nuper ordinationes illicitas extitisse, ita ut quidam viduarum mariti Levitarum ministerio factarentur. Quos quidem convenit gradu suscepto in irritum devocari, nec ultra provehi ad diaconi ministerium qui contra divina atque Ecclesiastica jura instituti reperiuntur.

Annotatio.

In Concilio Carthaginensi 4. c. 69. Episcopus pro hac re deponitur: simili sententiae, inquit, subjacebit Episcopus si sciens ordinaverit Clericum eum, qui viduam aut repudiatam uxorem habuit, aut secundam.

Can. 5. Presbyteri non praesumant ordinare.

Relatum est nobis de quibusdam clericis, quorum dum unus ad presbyterium, duo ad Levitarum ministerium factarentur, Episcopus oculorum dolore detentus fertur manum suam super eos tantum imposuisse, & presbyter quidam illis contra Ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse. Qui licet propter tantam audaciam poterat accusatus damnari, si adhuc viveret: tamen jam ille examini divino relictus, humano judicio accusari potest, hi qui supersunt, gradum ac erdotis vel Levitici ordinis, quem perverse adepti sunt, amittant.

Can. 6. Presbyteri vel Diaconi ab uno Episcopo non sunt deponendi.

Comperimus quendam presbyterum à pontifice suo injuste olim dejectum, & innocentem exilio condemnatum; Ideo decrevimus (juxta præcorum patrum decretum) synodali sententia, ut nullus nostrum sine concilij examine; deicere quemlibet presbyterum vel diaconum audeat, nisi episcopus enim sacerdotibus & ministris solus honorem dare potest; auferre solus non potest. Tales enim neque ab uno damnari, nec uno judicante poterunt honoris sui privilegiis exui: sed presentati synodali judicio, quod canon de illis præceperit, definire.

Can. 7. Prohibita chorepiscopis & presbyteris

Relatum est nobis Agapium Cordubensem Episcopum frequenter chorepiscopos vel presbyteros destinasse, (qui tamen juxta canones unum sunt,) qui absente Pontifice altaria erigerent, basilicas consecrarent, quod quidem non est mirum id præcepisse visum Ecclesiasticæ disciplinæ ignotum, Ego ne ultra talis à nobis licentia usurpetur communi sententia statuendum oportuit, scientes, quia sicut presbytero vel chorepiscopo illicita consecratio est altaris, ita & constitutio. In divinis, n. litteris præcipiente Domino, solus Aarō in tabernaculo erexit altare, solus ipse unxit: quia summus Dei sacerdos erat, sicut scriptum est de eo, Moyses & Aaron in sacerdotibus ejus, ideoque id quod tantum facere principibus sacerdotū iustum est quorum typum Moyses & Aaron tenuerunt, Presbyteri, qui filiorum Aaron gestant figuram, arripere non præsumant. Nam quamvis cum Episcopis plurima illis mysteriorum communis sit dispensatio, quedam tamen autoritate veteris legis, quedam novellis & Ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint: sicut presbyterorum & diaconorum ac virginum consecratio, constitutio alta, benedictio, vel unctio, siquidem nec licet eis benedicere Ecclesiam, vel altaria consecrare, nec per impositiones manus fidelibus baptizandis, vel conversis ex hæresi spiritum sanctum tradere, nec chrisma conficere, nec chrisimate baptizatorum frontem signare, sed nec publice quidem in Missa quemquam penitentem reconciliare, nec formatas cuilibet Epistolas mittere. Hæc omnia illicita esse presbyteris, quoniam pontificatus apicem non habent, quærit

solis deberi Episcopis auctoritate canonum præcipiunt, ut per hoc & discretio graduum, & dignitatis fastigium summi Pontificis demonstraretur. Sed nec eorum Episcopo licere eis in baptisterium introire, nec præsentem Antistitem infantem tingere, aut signare, nec pœnitentem sine præcepto Episcopi sui reconciliare, eo præsentem sacramentum corporis & sanguinis Christi conficere, nec eo eorum posito populum docere, vel benedicere, aut salutare, nec plebem utique exhortari. Quæ omnia eis à sede Apostolica prohibita esse noscuntur.

Annotatio 1.

Altare consecrati à Presbytero non debet. Conciliū Agathense c. 43. solus Episcopus constituit & ungit, superiores tamen aliquorum Regularium quamplura circa hoc habent privilegia, ut est videre in Compendio Privilegiorum. *Consecrare.*

Annotatio 2.

Formatæ hic vocantur Epistolæ, quæ peregrinatio Clerico dantur, & fidei, & religionis ergo: Conc. Antioch. c. 8. Laodicea, c. 41.

Hic can. discussus est propter Holisum Agabræsensis Eccle.

Can. 8. Ob ingratitude liberti libertate priventur.

Statuimus, ut qui ab Episcopo suo libertati traditi sunt, si immemores beneficii accepti, ei ingrati ob superbiam suam extiterint, in servitutem revocentur, ut quorum libertas perniciosa est, sit salutifera servitus.

Can. 6. Est cap 25. Conc. Chalcedon.

Can. 10. Anathemate feriuntur monasteriorum expoliatores.

Si quis nostrum, vel nobis succedentium sacerdotum quodlibet monasterium aut vi cupiditatis expoliandum, aut simulatione aliqua fraudis convellendum aut dissolvendum tentaverit, anathema effectus maneat, & à regno Dei extraneus, nec proficiat illi bonum fidei, vel operis ad salutem, qui tantæ & salutari viæ destruxerit tramitem. Super hoc etiam universi illius provinciæ Episcopi congregati, eundem sacrilegum, cœtusque sui eversorem à communione suspendant: quod impie unus subvenerit, omnes restaurent

Can. II. *Ut virginum monasteria monachorum cura committantur.*

Decrevimus, ut monasteria virginum monachorum administratione gubernentur. Tunc enim salubria Christo dicatis virginibus providemus, quando eis patres spirituales eligimus, quorum non solum gubernaculis tueri, sed etiam doctrinis edificari possint. Et tum circa monachos cautela Nota. servatur, remoti ab earum familiaritate mancant. Sed nec Abbati vel ei qui præficitur extra eam quæ præest; loqui virginibus Christi aliquid quod ad institutionem morum non pertineat licebit, nec cum ea sola quæ præest frequenter eis loqui oportet: sed sub testimonio duarum vel trium sororum, ita ut rara sit accessio, & brevis omnis locutio. Absit enim ut monachos (quod dictu etiam nefas est) Christi virginibus familiares esse velimus, sed eos tantum earundem gubernaculis deputamus, constituentes ut unus monachorum probatissimus eligatur, cuius cura sit prædiis earum rusticis vel urbanis intendere, fabricas extruere; &c. ut Christi famulæ solis divinis cultib. operibusque sanctis inserviant. Sane is qui ab Abbate præponitur, iudicio sui Episcopi comprobetur. Vestes autem illæ iisdem carnobis faciant à quibus tuitionem expectant, ab eisdem deo laborum, fructus, & procurationis suffragium receptoræ. Si qui monachorum contra fecerint, sciant quod eorum temeritas excommunicationis sit plestenda censura.

Annotatio.

D. Leander in libello suo de Institutione Virginum, cap. 2. sic inquit: *Iam quasi fuga virum fugias soror, tu pudica si tam fellicite fœminas saculo declinabis: quisquam vir si sanctus est, nullam earum gerat familiaritatem, nec virili jugitate aut infamatur utriusque sanctitas, aut pereat. aut decidas à charitate proximi, quæ etsi malum non agit, opinionis tamen pessima famam nutrit. dispar en. sexus in unum locatus eo titillatier inclinatu quo nascitur & naturalis moveretur flamma, si quod incendi possit, attingitur: qui colligavit, ignem in sinu suo, & non comburetur? Igne & stupa sibi utrinque contraria, in unum redulla flamma evolvunt viri sexus, & fœmina diversa quæ si conjungantur, ad quod lex natura provocat, commoventur.*

CAN. 21.

Iste Episcopus cop. natione erat Syrus. In isto canone hæresis cujusdam Episcopi Acephalorum abnegantis proprietatem duarum naturarum in Christo, & asserentis deitatem passibilem, & damnatur, & ejusdem Episcopi conversio ad fidem describitur.

Annotatio.

De Acephalis tradit Nicephorus lib. 8. Ecclesiast. historiæ cap. 45.

CAN. 13.

Tertia decima prosecutione breviter narrandum putavimus, ad refutationem eorundem hæreticorum qui duas naturas Christi post unionem delirantes confundunt, & passibilem in eo divinitatis substantiam asserunt. Contra quorum blasphemias oportet nos in una persona Christi geminæ naturæ proprietatem ostendere: passionemque ejus in sola humanitatis susceptione manifestare, ut si forte aliqui stultorum hujus sententiæ errore decepti sunt, dum ita legerint, resipiscant, rectæque fidei veritatem firmiter teneant. Ergo (sicut immaculata fides & sancta Dei Ecclesia docet) confitemur Dominum nostrum Iesum Christum æternaliter ex patre Deum natum temporaliter ex utero gloriosæ virginis Mariæ hominem editum, & ab hoc in una persona duas naturas habentem, deitatis quia ante secula genitus est, & humanitatis, quia in tempore editus est. Cujus geminæ naturæ distinctio primum ex litteris legis, deinde ex Prophetis, & Evangelicis, atque Apostolicis depromenda est paginis, ut ea quæ asserimus, non argumentis

- Exod. 23.* sed exemplis scripturarum firmemus. Primo ex illo: ecce mitto angelum meum, qui præcedat te; observa eum. &c. quia est nomen meum in illo. Hic divina demonstratur natura. Et illud, In semine tuo benedicentur omnes gentes, in carne Christi quæ de Abrahamæ stirpe descendit. Hic humana demonstratur natura. Secundo in Psalm. David sub una Christi persona sic ostendit utramque naturam divinam secundum illud: Ex utero ante luciferum genui te. Humanam, ibi. Homo natus est in ea. Rursus divinam ibi. Eructavit cor meum verbum bonum. Humanam ibi. Speciosus forma præ filiis hominum. Tertio Esaias sub una eademque Christi persona utramque ostendit naturam Dei-

tatis ibi : Numquid qui alios parere facio , ipse non pariam ; huma- natis vero , secundum illud : Ecce virgo in *Esa. 7.* utero concipiet , & pariet filium. Rursus Deitatis , Rorate cœli desuper , & nubes pluant iustum. Humanitatis ibi : *Esa. 45.* Aperiat terra & germinet Salvatorem. Et iterum hu- *Esa. 6.* manitatis ibi : Parvulus natus est nobis. In Evangelio quo- *Iean. 10.* que in uno eodemque Christo divinæ naturæ significatio : Ego & Pater unum sumus. Humanæ naturæ insinuatio ibi. *Iean. 14.* Pater major me est. Item divinæ naturæ ibi : Ego sum via , veritas & vita : Humanæ naturæ , Tristis est anima mea *Coloss. 1.* usque ad mortem. Paulus quoque Apostolus in uno eodem- *Ibidem.* que Christo naturam divinitatis exprimit ibi. Primogeni- tus omnis creaturæ , ipse est ante omnes. Humanitatis , cum dicit : ipse est caput corporis , Ecclesiæ. De passione *Gen. 40.* vero quam in sola humanitate , non in deitate sustinuit , legis & prophetarum autoritas , Evangeliorum & Aposto- lorum prædicatio adhibenda est. Ex prophetis illud : Lavit in vino stolam suam , & in sanguine uræ pallium suum. Quid hic pallium , quid stola nisi caro Christi , passionis sanguine decorata ? Et alia multa quæ supervacaneum est referre. Probatur ergo veteris ac novi testamenti testimo- nis in quibus duæ naturæ Christi patefactæ sunt in una subsistens persona , quibus & passio ejus apparuit in homine solo expleta , deinde oportuit sententiis subnecti sanctorum patrum , qui in sacris litteris ingenti gloria refulserunt , ut etiam eorum traditione perpateat , quia Dominus noster Iesus Christus ex duabus naturis & una persona subsistit , & quia mortem & passionem in sola carne suscepit.

Recententur ad hoc Hilarius , Ambrosius , Gregorius Nazianzenus , Basilius , Cyrillus , Athanasius , Augustinus Leo Pap. Fulgent. quorum etiam testimoniis concluditur quest.

Hæc quidem quæ tam divinæ scripturæ quam etiam san-ctorum patrum eloquia docuerunt , decretis nostris breviter inserta protulimus , demonstrantes geminam carnis & deitatis naturam in una Domini & salvatoris nostri persona , passum quoque eundem in ea natura quæ corpo- ris est : non tamen passum in ea natura quæ deitatis est. His ergo concordis sententia in tribus secretariis definitis pro confirmatione sui propriam subscriptionem subjecimus. Isidorus in Christi nomine Ecclesiæ Hispalen. Episcopus sub- scripsit , Malacitanus Episcopus , Corduben. Episcopus , &

cæteri omnes fecerunt similiter.

Expliciunt canones secundi concilij Hispalensis.

C O N C I L I U M T O L E T A N U M
 quartum, sub Honorio I. Papa & anno tertio,
 regnante Silecundo rege, celebratum est ab
 omnib. Episc. Hisp. & Galic. Era. 681.

Cum convenissemus sacerdotes Domini apud urbem Toletanam, ut regis imperiis atque jussis commoniti à nobis agitaretur de quibusdam Ecclesie disciplinæ tractatus, primum gratias salvatori nostro Deo omnipotenti egimus. Post hæc antefato ministro excellentissimo, & glorioso regi, cujus tanta erga Deum devotio erat, ut non solum in rebus humanis, sed etiam in causis divinis sollicitus maneat. Hic quippe dum in basilica beatissimæ & sanctæ martyris Leocadiæ omnium nostrum pariter jam cæcus adesset, pro merito fidei suæ cum magnificentissimis & nobilissimis viris ingressus, primum coram sacerdotibus Dei humi prostratus, cum lachrymis & gemitibus pro se interveniendum Domino postulavit. Deinde religiosa persecutione synodum exhortatus est, ut paternorum secretorum memores, ad conservanda in nobis jura Ecclesiastica studium præberemus, & illa corrigere, quæ dum per negligentiam in usum venerunt, contra Ecclesiasticos mores licentiam sibi de usurpatione fecerunt. Talibus ejus monitis congaudentes, necessarium extitit (juxta eius nostrum que votum) quæ conveniunt tractare. Et quoniam generale concilium agimus: oportet primum nostræ vocis sermonem de cælo esse, ut post professionem fidei notam, sequentia operis nostri quasi super fundamentum firmissimum disponantur.

Can. 1. De oratione & fidei confessione.

In isto primo canone pronunciatz publice generalis professio omnium pertinentium ad fidem per formam symboli. Specialiterque explicatur illud symboli, Descendit ad inferos, ut sanctos qui ibi tenebantur eraseret per quem & nos sumus in novissimo die resuscitandi in ea qua nunc vivimus carne, & in qua resurrexit idem Dominus forma, percepturi ab ipso, alij pro justitiæ meritis vitam æternam, alij pro peccatis supplicium æternum, quæ omnia in aliis

Symbolis explicitè tradita non sunt.

Annotatio.

In hoc Canone ponitur vera intelligentia descensus Christi ad inferos, si dicas quod in Concilio Nicæno, seu Constantinopolitano, non sit de eo mentio, respondeo, quod tunc non erat de hoc aliqua difficultas, & patres illi solum declararunt, quæ tunc controvertebatur. Et quantum ad veritatem sufficit, quod id ponatur in symbolo Apostolorum.

Can. 2. Diversitas in his quæ ad religionem pertinent prohibetur.

Placuit ut unus ordo orandi atque psallendi à nobis per omnem Hispaniam atque Galiciam conservetur. Unus modus in Missarum solennitatibus, unus in vespertinis officiis, nec diversa sit ultra in nobis Ecclesiastica consuetudo, quia in una fide continemur, & regno.

Can. 3. Statuitur formula pro conciliis celebrandis.

Statuimus ut saltem semel in anno à nobis concilium celebretur, ita tamen ut si fidei causa est, aut quælibet alia Ecclesiæ communis, generalis Hispaniæ & Galiciæ synodus celebretur. Si vero talis non extiterit causa, speciale erit concilium. Omnes autè qui causas adversus quoscunque habere noscuntur, ad idem concilium concurrant, & pro compellendis quibuscunque personis quidam executor à principe postuletur, &c. Deinde annotatur modus observandus in concilio celebrando, & in tractandis rebus synodalibus.

Can. 4. De solennitate Paschali

Placuit ut ante tres menses Epiphaniarum, metropolitanis sacerdotes litteris se invicem inquirant, ut diem resurrectionis Christi provincialibus suis insinuent, & uno tempore celebrandum annuntient.

*Sup. in
concl.
Aurel. 4.*

Can. 5. De baptismi sacramento.

In isto canone docetur quod in usu baptismi teneatur modus ille, quem Gregorius primus consultus à Leandro Episcopo Hispano definiit, scilicet, ut sive trina, sive simplici immersione fuerit infans baptizatus, censeatur baptizatus, quia in illa trina immersione triduanæ sepulturæ sacramenta

*Lib. 1. Re-
gist. Ep. 41.*

fig-nificamus, ut dum tertio infans ab aquis educitur, resur-
rectio triduanæ temporis exprimitur, etiam & trinitas delig-
natur. In simpla verò mentione unitas substantiæ in trinitate
datur intelligi. Ne tamen hæreticis videamur consentire
(qui tertio mergunt) dum eorum morem servamus, cau-
tum est, ne in Hispania fiat baptismus, nisi in una merfione.
In residuo capit. declarat pulchrè mysterium, quare in una
merfione debeat fieri baptismus.

De conf. d.
4. de trina
merfione.
De conse.
d. 4. Pap.
ut tantum.

Can. 6. *Ve passio Christi populis prædicetur.*

Statuimus in sexta feria passionis Domini mysterium
crucis quod ipse Dominus cunctis annuciandum voluit
prædicari, atque indulgentiam criminum clara voce om-
nem populum prætolari, ut pœnitentiæ compunctione
mundari, venerabile festum dominicæ resurrectionis, re-
missis iniquitatibus suscipere mereamur, corporisque ejus
& sanguinis sacramentum mundi à peccato sumamus.

**Can. 7. *In die passionis Christi jejunium solvi
non debet.***

Quicumque in die passionis Domini jejunium, præter par-
vulos, senes & languilos, ante peractas indulgentiæ preces
solverit, à paschali gaudio depellatur, nec in eo sacramen-
tum corporis & sanguinis Domini percipiat, qui diem pas-
sionis ejus per abstinentiam non honoravit.

Can. 8.

Lucerna & ceterus in vigilia sacræ resurrectionis propter
gloriosum noctis ipsius sacramentum solenniter benedi-
cantur, ut sacræ resurrectionis Christi mysterium, quod
tempore hujus noctis votive advenit, benedictione sanctifi-
cati luminis suscipiamus.

Can. 9. *De efficacia orationis Dominicæ.*

Nonnulli sacerdotes in Hispania reperiuntur qui do-
minicam orationem, quam salvator noster docuit & præ-
cepit, non quotidie, sed tantum die dominica dicunt. At-
tamen quia quotidiana oratio est, quotidie quoque vide-
tur dici oportere. Delet enim hæc quotidiana oratio mini-
ma & quotidiana peccata. Delet & illa à quibus vita fide-
lium (etiam scelerate gesta) pœnitendo in melius discedit mu-

Matth. 6.

tata. Quisquis ergo sacerdotum, vel subjaquentium clericorum hanc orationem quotidie, aut in publico aut in privato officio præterierit, ordinis sui honore privetur.

Pro confirmatione hujus canonis adducitur Cyprianus in sermone de oratione dominica, Hilarius & Augustinus in libro Enchiridij ultra medium.

Can. 10. In quo tempore Alleluia decantari debeat.

Statuimus ut omnibus diebus quadragesimæ Alleluia non cantetur, quia tempus mœroris est. In temporibus vero reliquis, id est Calend. Januarij, quæ propter errorem gentilium aguntur, omnino Alleluia non decantabitur. In quibus etiam, præter piscem & olus, sicut & in illis quadraginta diebus cæteris carnibus abstineatur, & à quibus etiam nec vinum bibitur. Si quis ergo Episcopus, aut presbyter, aut diaconus contra fecerit, ordinis sui officio carere cogatur, & communionem ejusdem Paschæ privetur.

Can. 11. Ut post Evangelium decantentur laudes.

Item decrevimus ut in Missa laudes post Epistolam non decantentur, donec prædicetur Evangelium. Nam laudes ideo Evangelium sequuntur propter gloriam Christi, qui per idem Evangelium prædicatur. Qui vero hunc ordinem perturbaverint, excommunicationis poenam suscipiant.

Can. 12. De Hymnis canendis.

De hymnis & psalmis etiam canendis publicè in Ecclesia, & Salvatoris & Apostolorum habemus exemplum. Et hymno dicto, &c. Paulus hoc etiam docet: Implemini spiritu Sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis, &c. Et quia nonnulli hymni humano studio in laudem Dei compositi esse noscuntur, sicut hi quos Hilarius & Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter, & probant pro eo quod de scripturis sanctorum canonum, vel apostolica traditione non existunt. Respuunt ergo illum hymnum ab omnibus compositum, quem in fine omnium psalmorum dicimus, Gloria & honor patri, filio, & spiritui sancto, &c. Similiter & totum illud quod sequitur post

De cons. d.
3. De hymnis. Matt.
16. Ephes.
5.

Tim. 5.

Angelicum hymnum, Gloria in excelsis Deo, &c. quod tamen Ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in Ecclesiis cauendi sunt, quia in sanctarum scripturarum libris non inveniuntur. Componuntur Missæ, siue preces vel orationes, siue commendationes seu manus impositiones, ex quibus si nulla decantentur in Ecclesia, vacant omnia officia Ecclesiastica. Admonet enim hæc fieri, atque hortatur Apostolus ad Timoth. dicens: Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones. Excommunicatione ergo plectendi sunt qui hymnos rejicere fuerint ausi.

Can. 13. *De hymno trium puerorum.*

Hymnum quoque trium puerorum, in quo uniuersa cæli & terræ creatura Deum collaudat, & quem Ecclesia tota catholica per totum orbem diffusa celebrat, publice sanctum concilium decantari instituit.

Can. 14. *Quid in fine Psalmorum dicendum.*

Psal. 18.
Apo. 1.

Statuimus, in fine psalmorum, non gloria patri, sed gloria & honor patri dicatur, David dicente, Afferte Domino gloriam & honorem. Et Ioannes Evang. Audiui vocem dicentem, Honor & gloria Deo nostro, &c. Qui vero hoc præterierit, excommunicetur.

Can. 15.

Statuimus, ut gloria in fine responsorium in laetis sequatur, in tristioribus vero repetatur principium.

Can. 16. *De libro Apocalypsis.*

Apocalypsim librum multorum conciliorum autoritas & synodica sanctorum præsulum Romanorum decreta Ioannis Evangelistæ esse præscribunt, & inter diuinos libros recipiendum constituerunt. Et quia plurimi sunt, qui ejus autoritatem non recipiunt, eumque in Ecclesia Dei prædicare continent, si quis cum deinceps aut non receperit, aut à Pascha usque ad Pentecostem Missarum tempore in Ecclesia non prædicauerit, excommunicationis sententiam habebit.

Can. 17.

Can. 17. *Quo loco & tempore communicandum.*

Nonnulli sacerdotes post dictam orationem Dominicam statim communicant, quod deinceps interdicimus, sed data benedictione ad populum tunc corporis & sanguinis Domini sacramentum sumatur, eo videlicet ordine, ut sacerdotes & Levitæ ante altare communicent, in choro clericus, extra chorum populus.

Can. 18. *A quibus debeat esse immunis qui in Episcopum ordinatur.*

In isto canone notantur qui sunt indigni ad honorem sacerdotij, quos jus nunc vocat irregulares. Inter quos etiam recensentur & illi, qui muneribus honorem obtinere solentur, qui à decessoribus in sacerdotium eliguntur, qui inscij litterarum sunt. Qui nondum ad 30. ann. pervenerunt, qui nec à clero nec à populo propriæ civitatis electi sunt, qui vero probatus inventus fuerit, ab universis comprovincialibus Episcopis, aut certe à tribus in sacerdotem die dominica consecrabitur. Episcopus vero comprovincialis ibi consecrandus est, ubi metropolitani elegerit. Metropolitanus autem non nisi in civitate Metropoli comprovincialibus ibi convenientibus. Si quis autem ad gradum sacerdotij indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subjacebit.

D. 51. *Quæ in aliquo crimine Nota.*

Can. 19. *Quo tempore in veteri lege Levitæ ordinabantur.*

Decrevimus, ut 25. ann. ætatis Levitæ consecrentur, & 30. presbyteri ordinentur, ita ut secundum præceptum Apostolicum probentur primum, & si minitrent, nullam crimen habentes, quoniam & in veteri lege ab anno 25. Levitæ in tabernaculo servire mandantur.

D. 77. *in veteri lege Num. 7.*

Can. 20. *De sacerdotibus, quales esse debeant.*

Quicumque in sacerdotio Dei positi sunt, irreprehensibiles esse debent, Paulo attestante: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Inoffensos ergo, & immaculatos decet Dei existere sacerdotes: nec ullius eo fornicationis contagio pollui. Abstineamus ergo nos ab omni opere malo, ut mundi corpore, purgati mente, possimus ad sacrificium Christi digni accedere, & Deum pro delictis omnium deprecari.

1. Tim. 1.

Can. 21. De eisdem.

Ro. 12. d. *Ep. 7. Ep. 8. d.* Quamvis conscientiam puram apud Deum nos habere oporteat, tamen & apud homines famam optimam custodire oportet. Ideo convenit Episcopis, testimonium probabilem personarum conversationis & vitæ in conclavi suo habere: ut & Deo placeant per conversationem bonam, & Ecclesie per optimam.

Can. 22. De presbyteris & Levitis.

Item placuit ut quemadmodum Antistites, ita presbyteri atque Levitæ quos forte infirmitas, atque ætatis gravitas in conclavi suo manere non sinit, ut & iidem in cellulis suis testes vitæ habeant, vitamque suam sicut nomine, ita meritis teneant.

Annotatio.

Clericos selectos ad sanctiorem vitam aspirantes, ab Episcopo assumptos, manere cum eo in clausura, paupertate, & propositorum obedientia, & ad testimonium vitæ Episcopi constat, & ex Concilio Toletano secundo, c. 1. & ex d. Augustino in serm. 21. de communi vita clericorum: Inde ortum habuit canonicorum ordo & regula in Ecclesiis cathedralibus & collegiatis.

Can. 23. Quod adolescentes probatissimo seniori deputentur.

Y². qu. 1.
Omnis
ætas Gen.
9. d. Prou.
89.

Omnis ætas ab adolescentia prona est in malum: Nihil enim incertius quam vita adolescentium. Ob hoc constituit oportuit, ut si qui in clero impuberes aut adolescenter existunt, omnes in uno conclave commaneant, ut lubricæ ætatis annos non in luxurie, sed in disciplinis Ecclesiasticis agant, deputati probatissimo seniori quem & magistrum doctrinæ, & testem vitæ habeant.

Can. 24. Quod sacerdotibus maxime ignorantia vitanda est.

Dist. 18.
Ignoran-
tia.

2. Tim. 4.

Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populo Dei susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas frequenter admonet Paulus, dicens ad Timotheum. Attende lectioni & exhortationi, &c. Sciant ergo sacerdotes scripturas sanctas, & canones meditentur, om-

ne opus eorum in predicatione divina & doctrina consistat, itaque edificent cunctos tam fidei scientia quam operum disciplina.

Can. 25. *Quod officialem libellum ab Episcopo accipiant presbyteri cum ordinantur.*

Quando presbyteri parochiis ordinantur, libellum officialem à suo sacerdote accipiant, ut ad Ecclesias sibi deputatas instructi accedat, ne per ignorantiam etiam in ipsis divinis sacramentis Christum offendant: ita ut quando vel ad litanias vel ad concilium venerint, rationem Episcopo suo reddant qualiter susceptum officium celebrent vel baptizent.

Dist. 38.
Quando
presbyteri

Annotatio.

Nomine libelli officialis intelligitur Sacramentorum manuale: in quo etiam decreta Patrum de Sacramentorum usu & ritibus contineri, apparet ex Conc. Moguntino cap. 22. ubi de libro Officiorum sic mentio, & duæ Regulæ ex eo de Clericis vagis adducuntur: Conc. Tolet. 8. vocatur supplementum.

Can. 26. *De castitate servanda, tempore suæ ordinationis, presbyteri & diaconi votum emittant.*

Quando presbyteri aut diaconi per parochias constituuntur, oportet eos primum professionem suo Episcopo facere, ut caste & pure vivant sub Dei timore, ut dum eos talis professio obligaverit, vitæ sanctæ disciplinam retineant.

In decr.
lvo lib. 5.

Can. 27. *Presbyteri injuste depositi quomodo in pristinum restituantur statum.*

Episcopus, presbyter aut diaconus, à gradu suo injuste dejectus, si in sancta synodo innocens inveniatur, gradus amissos recipiat coram altari de manibus Episcoporum. Si Episcopus, orarium annulum & baculum. Si presbyter, orarium & patenam. Si diaconus, orarium & albam. Si subdiaconus, patenam & calicem. Sic & reliqui gradus ea in reparatione sua recipiant, quæ cum ordinarentur perceperunt.

Can. 28. *Privetur honore quicumque ex ordine clericorum magos consuluerit.*

26. qu. 5.
Si quis
Episcopus

Si quis Episcopus, aut presbyter, aut quilibet, de ordinibus clericorum, magos aut aruspices, aut certe augures, vel

fortilegos, vel eos qui profitentur artem magicam, aut aliquos eorum similia exercentes, consuluisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ depositus monasterij censuram excipiat: ibique perpetuæ penitentia deditus scelus admisum sacrilegij solvat.

Can. 29.

Constitemini hostium sacerdotes nullum mandatum ad gentem extraneam occultè accipere vel dirigere præsumant.

Can. 30. *Nullus sacerdos sit iudex, ubi sanguinis sententia præparatur.*

Si quis sacerdotum, ubi sanguinis sententia præparatur iudex extiterit, reus effusi sanguinis sit apud Christum: & apud Ecclesiam perdat proprium gradum.

Can. 31. *Ne pauperes à potentibus opprimantur, Episcopis cura committitur.*

Episcopi (quibus hæc cura à Deo imposita est) dum conspiciunt iudices ac potentes pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant: & si contempserint emendati, eorum insolentiam regis auribus intimant: ut quos sacerdotalis admonitio non flectit ad iustitiam, regalis potestas ab improbitate coërceat. Si quis Episcoporum id neglexerit, concilio erit reus.

Can. 32. *Episcopi nihil de jure sua diocesis præsumant auferre.*

1. Tim. 6.

9. 16.

Constitu-
tum est.

10. 9. No-
verint.

Avaritia radix est cunctorum malorum: cujus sitis etiam sacerdotum mentes obinet. Ideo constitutum est à presente concilio, Episcopos dioceses suas ita regere, ut nihil ex earum jure præsumant auferre: sed juxta piorum auctoritatem conciliorum, tam de oblationibus quam decimis, tributis, ac frugibus tertiam consequantur, ut concessa à fidelibus in Christi & martyrum honorem ipsorum Episcoporum parochiis intacta maneat. Noverint tamen conditores basilicarum in rebus quas eisdem Ecclesiis conferunt, nullam se potestatem habere, sed juxta canonum instituta, sicut Ecclesia ita & dos ejus ad ordinationem Episcopi pertineat.

Can. 33. *Quod tricennalis possessio intra eandem provinciam servari debeat.*

Quicumque Episcopus alterius Episcopi diocesim per triginta annos sine aliqua interpellatione possederit, admittenda non est contra eum actio reposcendi. Sed hoc intra unam provinciam. Extra vero nullo modo, ne dum diocesis defenditur, provinciarum termini confundantur.

Can. 34.

Sicut diocesim alienam tricennalis possessio tollit, ita territorij possessio conventum non adimit.

Can. 35. *Invaletudine gravatus Episcopus visitationis officium aliis committat.*

Episcopum per cunctas dioceses parochiasque suas per singulos annos ire oportet, ut exquirat quo unaquæque basilica in repARATIONE sui indigeat. Quod si ipse aut languore aut aliis occupationibus implicatus id explere nequiverit, presbyteros probabiles, aut diaconos mittat, qui & redditus basilicarum & repARATIONES & ministrantium vitam inquireant.

Can. 36. *Exolvat praelatus quod in remunerationem obsequij Ecclesie impensis alicui promisit.*

Quicumque suffragio cujuslibet aliquid Ecclesiasticæ utilitatis providerint, & pro eo quodcumque commodum in remunerationem promiserint, promissi solutionem eos exolverint oportebit.

Can. 37. *Fundatores Ecclesiarum si ad inopiam devenierint, ab eisdem alimenta accipiant.*

Quicumque fidelium de facultatibus suis Ecclesie aliquid devotione propria contulerint, si forte ipsi aut filij eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Ecclesia suffragium vitæ pro temporis usu percipiant. Si enim omnibus aliis necessitatibus sustinentibus, pro solo religionis intuitu, in usum res Ecclesie largiantur, quanto magis consulendum est, quibus retributio iusta debetur.

Can. 38. est Can. 7. sextæ synodi.

Can. 39. *Vt Levita unum tantum humerorum ambiat orarium.*

Dist. 25.
Unum
orarium.

Unum orarium oportet Levitam gestare in sinistro humero, propter quod orat, id est prædicat. Dexteram autem partem oportet habere liberam, ut expeditius ad ministerium sacerdotale discurrat. Caveant ergo Levitæ gemino uti orario: sed uno tantum & puro, ullis coloribus aut auro ornato.

Can. 40. *Vt clerici tonsuram deferant.*

Omnes clerici vel Lectores sive Levitæ & sacerdotes de-
tonso superius capite toto, inferius solam circuli coronam
relinquant. Non sicut hucusque in Galiciæ partibus facere
lectores videntur, qui prolixis (ut laici) comis in solo capi-
tis apice modicum circulum tendent. Ritus enim iste in
Hispaniis hucusque hæreticorum fuit, Unde oportet, ut pro
amputando ab Ecclesiis scandalo, hoc signum dedecoris au-
feratur. qui secus fecerit fidei catholicæ reus erit.

Annotatio.

Primus tonsuræ modum decrevit Anicetus Papa in Epi-
stola decretali ad Episcopos Galliæ, Comam, inquit, *Clerici
non nutriant, sed desuper caput in modum sphaera radant:*
Habetur dist. 25. cap. prohibet, & concilio Chartaginens. 4. c.
44. Isidorus lib. de Eccles. offic. 2. cap. 4. tonsuram ortum ha-
buisse à Nazareis, & hujus exempli visum ab Apostolis, in
Ecclesiam introductum auctor est: quod etiam conc. Aquis-
granense, cap. 1. probat.

Can. 41. & 42. idem continent quod & c. 5. sextæ synodi.

Can. 43.

Clerici qui sine consulta Episcopi sui uxores duxerint, se-
parari eos à proprio Episcopo oportebit.

Can. 44. *De clericis qui voluntariè arma sumunt.*

D. 81.
Quidam
clerici.

23. 9. 8.
Clerici.

Clerici qui in quacunque factione arma volentes sumpse-
runt, amisso ordinis sui gradu in monasterio penitentiae
tradantur.

Can. 45. *Ne à clericis sepulchra demoliantur.*

Si quis clericus in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus, à clericatus ordine submoveatur, & præsentium triennio deputetur.

Can. 46. *De libertate clericorum.*

Præcipiente Domino nostro Sisebuto rege, id constituit sanctum concilium, ut omnes ingenui clerici pro officio religionis ab omni publica indictione atque labore habeantur immunes ut liberi Deo serviant.

Can. 47. est cap. 25. Concil. Chalced.

Can. 48. *Quod paterna devotio monachum faciat, sicut propria professio.*

Monachum, aut paterna devotio aut propria professio facit. quicquid horum fuerit alligatum tenebit. Proinde his ad mundum revertendi interclusimus aditum & omnes ad seculum interdiximus regressus.

Can. 49. *Quod liberum sit clericis monasticam profiteri vitam.*

Clerici qui monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab Episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

Can. 50. *Quale jus Episcopi in monasteriis habere debeant.*

Nunciatum est præsentì concilio quod monachi Episcopali imperio servili opere mancipentur, & jura monasteriorum illicita præsumptione usurpentur, ita ut pene ex exorbitio possessio fiat, atque illustris portio Christi ad ignominiam servitutemque perveniat, quapropter monemus eos qui Ecclesiis, præsumunt, ut ultra talia non præsumant. Sed hoc tantum sibi in monasteriis vindicent sacerdotes, abbates, atque officia instituire, atque extra regulam facta corrigere. qui contra fecerit, excommunicetur.

Can. 51. *De monachis à monasterio egredientibus.*

Nonnulli monachorum egredientes à monasterio non

solum ad seculum revertuntur, sed etiam uxores accipiunt. Igitur revocati in eodem monasterio à quo exierant, pœnitentiæ depurentur.

Can. 52. *Qui seipfos infamia notant, ad clerum pervenire non possunt.*

Hi qui in discrecione constituti pœnitentiã accipiunt, nulla manifesta crimina confitentes, sed tantum se peccatores esse prædicantes, hujusmodi si revelaverint, possunt etiam per morum probitatem ad gradus Ecclesiasticos pervenire. qui vero ita pœnitentiã accipiunt ut aliquod mortale peccatum se perpetrasse publice fateantur, ad clerum vel honores Ecclesiasticos pervenire nullatenus poterunt: quia se confessione propria notaverunt.

Can. 53. *Pœnitentiã statim qui semel acceperint mutare non possunt.*

Quicumque ex secularibus accipientes pœnitentiã tonderunt se & rursus prævaricantes laici effecti sunt, ab Episcopo suo ad pœnitentiã revocentur. quod si aliqui admoniti ad pœnitentiã reverti noluerint, ut vere apostatæ coram Ecclesia anathematis sententiã condemnentur. Hoc etiam torum servetur in religiosis: etiam in viduis, virginibusque sacris, ac pœnitentibus sceminis, quæ habitum religionis mutaverunt, aut ad nuptias transierunt.

In Canones 54. Idem habetur quod de viduis in præcedenti dictum est.

Can. 55. *Sicut Iudæi ad fidem non sunt cogendi, ita nec conversi ab ea recedere permittuntur.*

D. 45. De
Judæis.
Rom. 9.
Gen. 3.

De Iudæis præcepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim vult Deus miseretur, & quem vult indurat. Non enim tales in viti salvandi sunt, sed volentes ut integra sit forma justitiæ. Sicut enim homo propria arbitrij voluntate serpenti obediens, perit: sic (vocante se gratia Dei) propriæ mentis conversione quisque credendo salvatur, qui autem jam pridem ad Christianitatem venire coacti sunt (sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisebuti) quia jam constat eos sacramentis divinis associatos, & baptismi gratiam suscepisse, & chrismate unctos esse, & corporis Domini & sanguinis extitisse participes, oportet ut fidem etiam quam vi vel necessitate suscep-

perunt tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur;
& fides quam susceperunt, contemptibilis habeatur.

Can. 56. *Judais contra fidem Christianam dare suffragium prohibetur.*

Quicumque Iudæus contra fidem Christianam suffragium qualecunque præstiterit, vere ut prophanus & sacrilegus anathemate effectus ab Ecclesia catholica & regno Dei habetur extraneus.

Can. 57. *De prævaricatione eorum qui ad fidem Christianam promoti fuerant.*

Iudæi qui ad fidem Christianam promoti abominandas Deconfe. d. circuncisiones & alias judæicos usus exerceverint, pontificali 4. Pleri-
authoritate corrigantur, & ad cultum Christiani dogma- que.
tis revocentur. Ij. autem quos circunciderint, si filij eorum
sint, à parentum consortio separentur. Si Servi, pro in-
juria corporis sui, libertati tradantur.

Can. 58. *Judæorum filij post baptismum à parentibus separentur.*

Iudæorum filios vel filias baptizans ne parentum invol- 28. qm. 1.
vantur erroribus ab eorum consortio separari decernimus. *Judæorum*
Deputandos autem monasteriis aut Christianis viris aut *filios.*
mulieribus Deum timentibus, ut in morib. & fide proficiant.

Can. 59. *Perfidia parentum filiis obesse non debet.*

Iudæi baptizati si postea prævaricantes in Christum qua. 2. qm. 4.
libet pœna damnati extiterint, à rebus eorum fideles filios *Judæi ba-*
excludi non oportebit; quia scriptum est: Filius non por- *pizati.*
tabit iniquitatem patris. *Ex ec. 18.*

Hoc desideramus observari.

Can. 60. *Judæi ad fidem conversi cum remanentibus in veteri ritu non communicent.*

Nulla communio sit Hebræis ad fidem Christianam trās- 58. q. 1. Ba
latis cum his qui adhuc in veteri ritu consistunt, ne co- *pe major.*
rum participatione subvertantur: quicumque hoc non ser-
vaverint, & hi Christianis donentur & illi cum quibus pro-
hiberetur est eis conversari, publicis eadibus deponentur,

Can. 61. *Iudæus ab uxore fidei separetur, nisi ad fidem accesserit.*

28. q. 1.
Iudæi qui.

Iudæi qui Christianas mulieres in conjugio habent, admoneantur ab Episcopo civitatis illius, ut si cum eis permanere cupiant, Christiani efficiantur. Quod si admoneati non fuerint, separentur. Filij autem qui ex talibus nati sunt, fidem atque conditionem matris sequantur. Similiter & illi qui procreati sunt de infidelibus mulieribus & fidelibus viris, Christianam religionem sequantur, non Iudaicam superstitionem.

Can. 62. *Iudæi testes esse non possunt.*

2. q. 7.
Non potest

Iudæi qui Christiani effecti sunt, & Christi fidem prævaricati sunt, ad testimonium dicendum admitti non debent, quamvis se esse Christianos annuncient: quia sicut is fide Christi suspecti sunt, ita in testimonio humano dubij habentur.

Can. 63. *Iudæi publicis officiis non præficiantur.*

17. q. 4.
Constituit
sanctum.

Constituit sanctum concilium ut Iudæi aut hi qui ex Iudæis sunt, officia publica nullatenus appetant. nec illa exercere iudices provinciarum permittant. Si quis iudex hoc permiserit, excommunicetur, & is qui surreperit, publicis eisdem deperetur.

Can. 64. *Quod non liceat Iudæis Christianos servos habere.*

Ex decr.
Sofinandi
regis.

Iudæis nullo modo liceat Christianos servos nec Christiana mancipia emere. Si contra fecerint, ablati ab eis à principe libertatem consequantur.

Can. 65.

2. q. 12.
Etsi illi
qui.

Nullus Episcoporum liberos ex familiis Ecclesie facere præsumat. Si secus fecerit, per successorem Episcopum ad Ecclesiam revocentur.

Can. 66. *Liberti Ecclesie à patrocínio Ecclesie non discedant.*

Liberti Ecclesie, quia nunquam moritur eorum patrona ne à patrocínio Ecclesie aliquando discedant, necesse est

ut tam hi liberti quam ab eis progeniti, professionem Episcopo suo faciant. qui si à patrocinio Ecclesie præmissa admonitione nihilominus discesserint, manumissio eorum irrita sit.

Can. 67. Quando libertatem quis integram consequitur, ad clericatum suscipi potest.

quicumque libertatem à dominis suis ita percipiunt, ut nullum sibi in eis obsequium patronus retinet, illi si sine crimine capitali sunt, ad clericatus ordinem suscipiantur.

Can. 68. Quod de familiis Ecclesie liceat presbyteros constituere.

De familiis Ecclesie constituere presbyteros & diaconos per parochias liceat, quos tamen vitæ rectitudo commendat. Et tamen ratione, ut antea manumissi libertatem status sui percipiant. In ultimo canone excommunicantur omnes qui contra regis regniq[ue] Hispaniæ conservationem aliquid tyrannicè attentaverint, quibus omnibus subscripserunt omnes Episcopi numero septuaginta. Subscripsit Episcopus Carcassonen[sis], & vicarij etiam Episcoporum.

Explicit Concilium Toletanum 4.

C O N C I L I U M T O L E T A N U M
quintum. Circa tempora Honorij Papæ primi, anno primo Chintilani Regis Gotthorum præfidente Eugenio Ecclesie Toletanæ & provinciæ Carthaginen. Episcopo Metropolitano. Affuerunt & alij viginti Episcopi.

Can. 1. Quando Litanie dici debeant.

In cuncto regno specialis propria hæc religiosa omni tempore teneatur observantia, ut à die Iduum Decembrium Litaniam triduo ubique annua successione peragatur. quod si die Dominica intercesserit, in sequenti hebdomada celebratur.

In canone secundo nihil aliud tractatur, nisi de custodia salutis Regum, & de defensione prolis præsentium principum.

Can. 3. *Sine electione omnium nullus præficiatur in regem.*

Si quis ad regie majestatis ambitu pervenire fastigia, quem nec electio omnium præficit, ne Gothicæ gentis nobilitas ad hunc apicem trahit, sit consortio catholicorum privatus & divino anathemate condemnatus.

In reliquis canonibus cavetur sub anathemate, ne quis in principem maledicta congerat; aut illi aliquo modo insidietur.

Subscripterunt omnes Episcopi, & vicarij etiam Episcoporum.

Explicit Concilium Toletanum 5.

CONCILIIUM TOLETANUM SEXTUM,
sub eodem Honorio Papa primo, anno 2. Chintilani regis in Ecclesia Leocadiæ martyris, celebratum ab Episcopis Hispaniæ & Galliciæ quinquaginta duobus; præsidente Eugenio Episcopo Toletano.

In primo Canone pronuntiatur symbolum fidei in quo explicatius habetur illud: Quod ex tribus personis divinis solum filium fatemur ad redemptionem humani generis propter culpam debitam, quæ per inobedientiam Adæ originaliter, & nostro libero arbitrio contraximus, resolvenda à secreto patris arcanoque prodiisse, & humanitatem sine peccato de sancta virgine assumpsisse, ut idem filius Dei patris esset filius hominis, Deus perfectus, & homo perfectus, in duabus naturis una persona, ne quaternitas trinitati accederet, si in Christo gemina persona esset.

Et ibidem etiam habetur: Et cum tota cooperata sit Trinitas formationem suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis, solus tamen filius suscipit humanitatem in singularitate personæ, non in unitate diviniæ naturæ, id est in eo quod proprium est filij, non quod commune est Trinitati: quoniam constat naturam Trinitatis esse, non tamen personam. Hic ergo Dominus noster Jesus Christus mortuus est propter expiationem nostram, resurrexit propter justificationem nostram, quem etiam ventu-

ram in fine expectamus seculorum cum resurrectione omnium æquissimo suo iudicio redditurum justis præmia, & impiis pœnas, &c. In Can. 2. agitur tantum de observantia Litaniarum pro successu regum.

Can. 3. *Ut Hispaniarum reges iuramentum præstent de expellendis è suo regno infidelibus.*

Sanctum concilium simul & cum consensu Christianissimi principis, suorumque optimatum illustriumque virorum hanc promulgamus Deo placituram sententiam, ut quisquis succedentium temporum regni sortitus fuerit apicem, non ante conscendat regiam sedem, quàm inter reliqua conditionum sacramenta pollicitus fuerit nullum non catholicum permittere in suo regno degere. Si vero postquam ad regni gubernacula accesserit, ipse temerator hujus extiterit promissi, sit anathema maranatha in conspectu sempiterni Dei: & pabulum efficiatur ignis aeterni. Similiter & omnes qui cum eo consenserint.

Annotatio.

Horum patrum sententia usus est Ferdinandus Hispaniarum rex cognomento Catholicus, cum à tota ditione sua expulit Iudaos & Saracenos.

Annotatio.

Et novissime Philippus 3. paucis ab hinc annis idem fecit, expellendo à tota Hispania ad numerum 200. millium qui quam plura contra regnum & regem moliebantur.

Can. 4. est c. 2. sextæ synodi, de his qui per pecunias Ecclesiasticos gradus assumunt.

Can. 5. *Qui beneficium ab Ecclesia accepit ejus professionem nomine præcaria faciat,*

Si quis clericorum stipendium de rebus Ecclesiæ cuiusquam Episcopi percepit largitate, sub præcariæ nomine debet professionem scribere, ne per retentionem diuurnam præjudicium afferat Ecclesiæ.

12. q. 2.
Sape fit

Can. 6.

Quicumque religiosum spontaneè semel indutum habitum dimiserint, excommunicentur, si reverti noluerint.

Can. 8. est can. 53. supra in concil. Tolet. 4.

Can. 8.

33. qu. 2.
c. si Et ha-
betur in
Epist. Leo-
nis Pap. ad
Russicum
Narbonē-
sem Epif-
copum
qua est
90. respon.
11.

Auther.

Qui in ætate adolescentiæ positus dum mortis formidat
calum, pervenerit ad pœnitentiæ remedium, si conjugatus,
& forte fuerit incontinens, nec postea adulterij incurrat lap-
sum, redeat ad pristinum conjugium, quousque possit ad-
ipisci temporis maturitate continentiæ statum. Quod nos
sicut de viris, ita de feminis æquo modo censemus: non
quidem hoc generaliter & canonicè præceptum, sed pro hu-
mana fragilitate constat à nobis indulgum, ea dumtaxat ra-
tione ut si is qui pœnitentiæ non est legibus deditus ante ab
hac vita decesserit, quam ex communi consensu ad conti-
nentiam unus eorum fuerit regressus, superstiti non liceat
denovo transire ad uxoris amplexus. Si autem illius vita su-
perstes extiterit, qui non acceperit absolutionem pœnitentis
nubat si se continere non potest: & alterius consortio fruatur
uxoris. In omnibus tamen sacerdotis expectetur ordinatio:
juxta quod ætatem aptam perspexerit, pœnitentiæ absolu-
tionis tribuar legem.

*Cum coniugatus in ægritudine voverit continentiam, si po-
stea non potest continere redibit ad uxorem. Ea tamen mor-
tua non transibit ad secundas nuptias. Visum est synodo dis-
pensandum eam illo in usu primi matrimonij, & arcere
eam à secundis nuptiis. Quod tamen licebit conjugij non vo-
venti. Atque hic est scopus hujus canonis.*

Can. 9.

Novo adveniente Pontifice omnes Ecclesiæ liberti, & ab
eis progeniti, chartulas & professiones suas in conspectu
Ecclesiæ renovare debent. Quod si intra annum non fecer-
int, vacuæ remaneant & inanes.

Can. 10.

1. q. 9. Di-
gnum est
ut.

Libertorum filij intra Ecclesiam erudiendi nutriantur, & ab
Episcopo debitum reddant famulatum.

Can. 11.

quisquis à quolibet criminatur, non antea accusatus sup-
plicio detur quam accusator præsentetur.

Can. 12.

quisquis patratior culparum extiterit, & ad hostium refugium confugerit, excommunicetur.

Annotatio 1.

quod si ipse mali sui prius reminiscens, ad Ecclesiam fecerit confugium, intercessu sacerdotum & reverentia loci, regia in eos pietas reservetur, comitante iustitia.

Annotatio 2.

Ad immunitatem Ecclesie servandam due causae afferuntur in hoc Canone: prima est intercessio sacerdotum: secunda reverentia loci: semper fuit religiosum, ad Ecclesiam confugientes, pro loci cultu & observantia, inde non abstrahi, ut constat ex Codice Iustiniani & Theodosij de his qui ad Ecclesiam confugiunt, quas leges laudat D. Gregorius lib. 14, Ep. 34. S. Chrysostomus sermone in Eutropium.

Can. 13.

qui primatum dignitatis habent in palatio, à junioribus modestus honor per omnia deferatur, & minores à senioribus dilectionis amplectantur affectu, & utilitatis imbuantur auxilio.

Can. 14. est can. 6. conc. Tolet. 15.

Can. 15.

Res Ecclesie à quibuslibet iuste collocatae in earum iure firma stabilitate permanent.

Can. 16. est can. 2. con. Tolet. 5.

Can. 17. est can. 4. in con. Tolet. 5.

Can. 18. est 18. can. in con. Tolet. 5.

Can. 19. consumitur in gratiarum actionibus Deo & deipede regi: cujus studio & instantia collecti sunt Episcopi.

Subscripserunt Episcopi qui ibi convenerunt n. 52. Ego Eugenius Ecclesie Tolet. Episcopus subscripsi.

Subscripserunt etiam vicem agentes absentium Episcoporum.

Explicit concilium Toletanum 6.

CONCILIUM BRACARENSE
Primum, sub Honorio Papa primo, & anno
3. Arriamitis regis, celebratum in Hispania ci-

citeriori ab Episcopis Galiciæ provinciæ: in quo primum lectum est exemplar fidei cum capitulis, quæ Episcopi Tarraconenses, & Carthaginienses, Lusitani & Bælici contra impiam priscillianæ hæresis sectam olim facto inter se concilio, tanquam regulam fidei tradiderant. Proposita capitula sic habent.

Can. Primus.

Si quis patrem, filium & spiritum sanctum non confiteatur tres personas unius substantiæ & virtutis ac potestatis sicut catholica Ecclesia docet, sed unam tantum ac solitariam dicit esse personam, ut ipse sit pater, qui filius, &c. sicut Sabellius & Priscillianus dixerunt: anathema sit.

Can. 2.

Si quis extra sanctam Trinitatem alia (nescio quæ) & divinitatis nomina introducit, dicens quod ipsa divinitas sit Trinitas, sicut Gnostici & Priscillianus dixerunt: anathema sit.

Can. 3.

Si quis dicit filium Dei Dominum nostrum antequam ex Virgine nasceretur non fuisse, sicut Paulus Samosatenus, & Fotinus, & Priscillianus dixerunt: anathema sit.

Can. 4.

Si quis natale Christi secundum carnem non vere honorat, sed honorare simulat se jejunans in eodem die, & in dominico, quia Christum in hominis vera natura esse non credit, sicut Cerdon, Marcion, Manichæus & Priscillianus dixerunt: anathema sit.

Can. 5.

Si quis animas humanas vel angelos ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.

Can. 6.

Si quis animas humanas dicit prius in celesti habitacione peccasse, & pro hoc in corpora humana interjectas sicut Priscillianus dixit: anathema sit.

Can. 7.

Si quis dicit diabolum non fuisse prius angelum bonum à Deo factum, nec Dei opificium fuisse naturam ejus: sed dicit eum ex tenebris emerxisse, nec aliquem sui habere authorem, sed ipsum esse primum absque substantia mali, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt: anathema sit.

Can. 8.

Si quis credit quod aliquas immundas creaturas Diabolus fecerit, & tonitrua & fulgura, & tempestates, & siccitates ipse Diabolus sua autoritate facit, sicut Priscillianus dixit: anathema sit.

Can. 9.

Si quis animas & corpora humana fatalibus stellis credit adstringi, sicut Pagani & Priscillianus dixerunt: anathema sit.

Can. 10.

Si quis duodecim signa, id est sydera quæ Mathematici observare solent, per singulas animas vel corporis membra dissipata credunt, & nominibus Patriarcharum adscripta dicunt, sicut Priscillianus dixit: anathema sit.

Can. 11.

Si quis conjugia humana damnat, & procreationem nascentium perhorrescit, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt: anathema sit.

Can. 12.

Si quis plasmationem humani corporis Diaboli dicit signum esse, & conceptiones in uteris matrum, operibus dicit dæmonum figurari, propter quod resurrectionem carnis non credit, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt: anathema sit.

Can. 13.

Si quis dicit creationem univerſe carnis non opificium eſſe Dei ſed malorum Angelorum, ſicut Manichæus & Prifcillianus dixerunt anathema ſit.

Can. 14.

Si quis immundos putat cibos carniū quas Deus in uſum hominum dedit, & non propter afflictionem ſui corporis, ſed quali immundiciam putans, ita abſtineat ab eis ut nec olera cocta cum carniſus præguſtet, ſicut Manichæus & Prifcillianus docuerunt: anathema ſit.

Can. 15.

*Iſta olim
vocabant
ſubintro-
ductas
mulieres
quas ſyno-
dus non
permittit.*

Si quis clericorum vel monachorum præter matrem aut geramanam, vel etiam quæ proxima conſanguinitate jungantur, alias aliquas quaſi adoptivas ſecundas ſecum retinet & cum iſtis habitat, ſicut Prifcilliani ſecta docuit: anathema ſit.

Can. 16.

Si quis feſta Paſchali, quæ vocatur cœna Domini, hora legitima poſt nonam jejunus in Eccleſiis Miſſas non tenet: ſed ſecundum ſectam Prifcilliani, feſtivitatem ipſus ab hora tertia per Miſſas defunctorum ſoluto jejunio colit: anathema ſit.

Can. 17.

Si quis ſcripturas quas Prifcillianus ſecundum ſuum depræavit errorem, vel tractatus Dictini, quos ipſe Dictinus antequam converteretur ſcripſit ſub nomine Patriarcharum, Prophetarum & Apoſtolorum, & ſuo errori conſona conſinxit, legit & impia eorum ſigmenta ſequitur, aut defendit: anathema ſit.

Hæc ſunt dogmata Prifcillianiſtrarum.

Poſt hæc pronunciati ſunt canones ad instructionem clericis diſciplinæ pertinentes.

Can. 19. cit canoꝝ 1. conc. Toletani ſecundi, & conc. Veneri, cap. 15.

Can. 20.

*D. 14.
Placuit
omnibus*

Item placuit per ſolemnium dierum vigilias, vel Miſſas, omnes eaſdem & non diverſas lectiones in Eccleſia legantur.

Can. 21. *Vt ſit unus modus ſalutandi in Miſſa.*

Item placuit, ut non aliter Epifcopi & aliter presbyteri populum, ſed uno modo ſalutent, dicentes, Dominus ſit vobifcum ſicut in lib. Ruth legitur. Et ut respondeatur à populo: & cum ſpiritu tuo, ſicut & ab ipſis Apoſtolicis traditum omnis retinet Oriens, & non ſicut Prifcilliana hæreſis permutavit.

Annotatio.

Salutatio hæc Sacerdotalis ad populum antiquiſſima eſt, ab Apoſtolice fluxit: ejus meminit S. Dionyſius Areopagita de Eccleſiaſtica Hierarchia: neque in hoc Canone rejicitur Pontificalis Epifcopaliſque ſalutatio *Pax vobis*: quæ antiquiſſima etiam eſt, & ſolis Epifcopis tributa: eaque forma uti ſunt S. Iacobus, & Baſilius in Liturgiis: ſed adverſus Prifcilliani ſigmentum, qui uſum ſalutandi in Miſſa permutavit, decernitur, Epifcopum poſſe uti etiam Sacerdotali ſalutatione: nam in Miſſis privatis, & in ſollemioribus prima vice Epifcopus ſalutat hac forma: *Pax vobis*, poſtea dicit, *Dominus vobifcum*, ſicuti ſacerdos: quod Prifcillianus negabat, affirmans, eſſe *Pax vobis*, tantum ab Epifcopo dicendum ſemper, à Sacerdote vero, *Dominus vobifcum*.

Can. 22. *Vt uno ordine Miſſa celebrentur.*

Item placuit ut eodem ordine Miſſæ celebrentur ab omnibus, quo Profuturus quondam hujus Metropolitanæ Eccleſiæ Epifcopus, ab ipſa Apoſtolicæ ſedis authoritate ſuſcepit ſcriptum.

Can. 23. *Vt ſit unus ordo baptizandi.*

Item placuit, ut nullus eum ordinem baptizandi prætermittat, quem & antea tenuit Metropolitana Bracarenſis Eccleſia: & pro amputanda aliquorum dubietate prædictus Profuturus Epifcopus ſcriptum, ſibi directum, à ſede beatiſſimi Petri Apoſtoli ſuſcepit.

Can. 24. *Epifcopi ſecundum tempus ordinationis ſedeant.*

Item placuit ut conſervato Metropolitanæ Epifcopi primatu, cæteri Epifcoporum ſecundum ſuæ ordinationis tempus alius alij ſedendi deferat locum.

Can. 25. *Res Eccleſiaſtica in quatuor partes divi-
denda.*

Item placuit ut de rebus Eccleſiaſticis tres ſiant æquæ portiones, i. una Epifcopi, alia clericorum, in tertia reparati-
one vel in luminariis Eccleſiæ. De quarta parte, ſive Archipreſbyter, ſive Archidiaconus illam adminiſtrans Epifcopo faciat rationem.

Can. 26.

Item placuit ut nullus Epifcopus clericum alterius ordi-
nare præſumat ſine licentia alterius Epifcopi.

Can. 27.

Item placuit ut Diaconus ſuperpoſito ſcapulæ utatur
oratio.

Can. 28.

Placuit, ut non liceat cuilibet ex Lectoribus ſacra altaris
vaſa portare, nec aliis niſi qui ab Epifcopo Subdiaconi
ſuerint ordinati.

Can. 29.

Lectores in Eccleſia in habitu ſeculari ornato non pſal-
lant.

Can. 30.

Extra Pſalmos veteris Teſtamenti, nihil poetice compo-
ſitum in Eccleſia pſallatur.

Can. 31.

Ingreſſi ſanctuarium ad communicandum non licet Lai-
cis, niſi tantum Clericis.

Annotatio.

Sanctuarium, velum intelligitur, quo diſtinguebatur lo-
cus altaris & tegebatur, ne omni populo eſſet conſpicuus,
ex quo, cum à S. Leone Papa forcipibus incidereſſet, ſanguis ef-
fluxit: aibi appellatur *velamen*: hinc à locorum diſiſſione
vocatur laica Communio & peregrina & ſacerdotalis, de
qua in Concilio Laodinenſi cap. 19. ſic legitur: *Solis autem
miniſtris altaris liceat ingreſſi ad altare, & ibidem com-
municare.*

Can. 32. Ne ab esu carniū abſtineat Clerus.

Quicumque in Cleco cibo carniū non utuntur, pro amputanda ſuſpicionē Prifcillianæ hæreſis, vel olera cocta cum carniſus tamen præguſtare cogantur. Quod ſi contempſerint, neceſſe eſt pro ſuſpicionē hæreſis hujus, ut excommunicentur, & ab officio removeantur.

Annotatio.

Carnibus veſci noluerunt Euthathiani, eo quod juvenem dare dicerent: Ideoque in Concilio Gangrenſi damnati ſunt.

Can. 33. Vitentur excommunicati

Qui Pro hæreſi, aut pro crimine aliquo excommunicantur, nullus eis communicare præſumat. Quod ſi quis ſpernit voluntarie, ſeipſum alienum jam à communione facit.

23. q. 5. placuit ut hi qui.

Can. 34.

Qui ſibi ipſi quolibet modo culpabili inferunt mortem, nulla pro illis fiat commemoratio, nec cum pſalmis ſepeliantur. Hoc idem obſervetur in illis pro ſuis qui ſceleribus puniuntur.

Can. 35. De Catechumenis ſine baptiſmo defunctis.

Catechumenis ſine redemptione baptiſmi defunctis ſimili modo oblationis ſanctæ commemoratio, nec pſalendi impendatur officium.

Can. 36. eſt can. 17. Conc. Triburienſis.

Can. 37. Ne Presbyter altaria conſecret.

Si quis presbyter poſt hoc interdictum auſus fuerit chriſma benedicere, aut Eccleſiam: aut altaria conſecrare, à ſuo officio deponatur.

Annotatio.

Nullus Presbyter poſſit chriſma conficere, ſed neque Altare conſecrare: hæc enim duo Epifcopo reſervata ſunt.

Can. 33. Ne quis ex ordine Laico aſſumatur ad Sacerdotium.

Ex Laico ad gradum Sacerdotij ante nemo veniat, niſi prius anno integro in officio lectorum, vel Diaconatus diſceſſerit.

*Hoc idem
de Episco-
po praeſcri-
bitur in c. 5.
octava ſy-
nodi.*

plinam Eccleſiaſticam diſcat; & ſic per ſingulos gradus eru-
ditus ad Sacerdotium veniat.

Can. 29. Qualiter diſtribuenda oblationes fidelium.

Si quid ex collatione fidelium, aut per feſtivities mar-
tyrum, aut per commemorationem defunctorum offertur,
apud unum Clericorum fideliter colligatur, & conſtituto
tempore aut ſemel, aut bis in anno inter omnes Clericos
dividatur.

Explicunt Canon, conc. Bracarenſis primi.

C O N C I L I U M B R A C A R E N S E
ſecundum anno 1. regis Ariamini Era 610. ſub
Honorio Papa 1. Eſt Concilium provinciale in
quo tractantur ea tantum quæ ad Eccleſiaſticam
diſciplinam pertinent.

*Can. 1. Qua forma viſitabunt Episcopi Eccleſias
ſuas.*

*10. qu. 1.
Placuit
omnibus
Episcopis.*

Placuit omnibus Episcopis, atque convenit ut per ſingu-
las Eccleſias Episcopi, & per diœceſes ambulantes primum
diſcutiant clericos, quomodo ordinem baptiſmi teneant, vel
Miſſarum, & qualiter quæcunq; officia in Eccleſia pera-
gant. Et ſi recte quidem invenerint, Deo gratias agant: ſi
autem minime docere debent ignaros, & hoc modis omni-
bus præcipere, ſicut antiqui canones jubent, ut ante dies 20.
baptiſmi ad purgationem exorcismi concurrant catechu-
meni. In quibus viginti diebus omnes catechumeni ſym-
bolum, quod eſt Credo in Deum, &c. ſpecialiter doceantur.
Poſtquam ergo ex his ſuos clericos diſcuſſerint vel docue-
rint Episcopi, alia die vocata plebe ipſius Eccleſiæ, doceant
illos ut errores fugiant idolorum, vel diverſa crimina, i. ho-
micidium, adulterium, perjurium, falſum teſtimonium, & re-
liqua peccata mortifera, & quod nolunt ſibi fieri; alteri non
faciant, & ut credant reſurrectionem omnium hominum, &
diem judicij, in qua unusquiſque ſecundum opera ſua re-
cepturus ſit. Et ſic poſtea Episcopus de illa Eccleſia proficiſ-
catur ad aliam.

*10. qu. 3.
Placuit ut
nullus.*

Can. 2. Quid accipient Episcopi viſitantes.

Nullus Episcoporum per ſuam diœceſim ambulans, præ-

ter honorem cathedrae suae, nisi solidos duos, aliquid aliud per Ecclesias collat. Torita vero pars oblationum populi pro luminaribus, vel reparatione, in Ecclesiis Parochialibus seruetur. Similiter & parochiales clerici servili timore in aliquibus oribus Episcopis servire non cogantur, quia scriptum est, Neque ut dominantes in cleto.

Can. 3. Non sunt accipienda munera ab Episcopo.

De ordinatione Clericorum Episcopi munera nulla accipiant, sed sicut scriptum est, Gratis accepistis, &c. quia antiqua definitio patrum ita de Ecclesiasticis ordinationibus ut dicitur statuit, dicens: Anathema sit danti, & accipienti.

Annotatio.

Gratis ordines esse conferendos, ne Spiritui sancto contumelia irrogetur, dum eius donum precio temporali estimatur & traditur (vile enim est quod in humanam estimationem cadit) id docuit primo Hormisdas Papa in Epist. ad Episcopos Hispaniae, c. 2. & novissime sancta & universalis synodus Tridentina sess. 21. c. 1. Nihil pro collatione quorumcumque ordinum etiam Clericalis tonsura, nec pro litteris dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de causa, etiam sponte oblatum Episcopi & orationum collatores accipiant.

Can. 4. Pro balsamo nihil accipiat Episcopus praeter solitum.

Modicum balsami, quod benedictum pro baptismi Sacramento per Ecclesias datur, quia a singulis tres missae pro ipso exigi solent nihil alterius exigatur, ne forte quod pro salute animarum per invocationem sancti Spiritus consecratur, sicut Simon Magus donum Dei pecunia voluit emere, ita nos vendantes, damnabiliter vendemur.

Annotatio.

Chrisma ut gratis decur, statutum est ab Eugenio 2. Papa cap. 20. & Alexandro Papa 3. cap. 10. in Concilio Cabilonensi tempore Caroli Magni, cap. 16.

Can. 5. Pro consecratione Ecclesia nihil accipiendum.

Placuit, ut quoties ab aliquo fidelium ad consecrandas Ecclesias Episcopi invitantur, non quasi ex debito aliquod à fundatore requirant, sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, respiciatur. Si vero aut paupertas fieri.

illam, aut neceſſitas retinet, nihil exigitur ab illo, Attamen unusquisque Episcoporum meminerit ut non prius dedicet Eccleſiam, niſi antea dotem baſilicæ, & obſequium ipſius per donationem chartulæ confirmatum accipiat, contra vero facere temeritas magna eſt.

Annotatio.

Post extractam Baſilicam, duo, ex antiquis decretis Eccleſiæ ſunt neceſſaria ad rem divinam in ea agendam: unum eſt dos, alterum Conſecratio: dos, ut Sacerdotum victui & veſtitui aptius conſuleretur, eorumque rationibus pro-videretur: conſecratio vero Eccleſiæ ab Apoſtoliſ fluxit, ipſi à Domino eam acceperunt, & nobis tradiderunt. Clemens Ep. 1. ad Iacobum fratrem Domini, D. Athanaſius ab Arianis accuſatus, quod Synaxim in Eccleſia nondum conſecrata celebraret, ipſe reſpondit in Epiſt. Ad Conſtantinum Imperatorem, frequentia populi, & neceſſitate, & periculi metu coactum fuiſſe.

Can. 6. Qualiter adificanda baſilica.

De cau. d. Si quis baſilicam, non pro devotione fidei, ſed pro quaſtu
 1. *Si quis baſilicam.* cupiditatis ædificat, ut quicquid ibi de oblatione populi colligitur, medium cum Clericis dividat, eo quod baſilicam in terra ſua condiderit, nullus Episcoporum tam abominabili voto conſentiat, nec talem baſilicam audeat conſecrare.

Can. 7. Nihil exigendum pro baptiſmo.

1. *q. 1. Placuit ut unusquisque.* Unusquisque Episcoporum, per Eccleſias præcipiat, ut hi qui infantes ſuos ad baptiſmum offerunt, ſi quid voluntarie pro ſuo offerunt voto, ſuſcipiatur ab ejuſ. Si qui vero nec neceſſitatem paupertatis aliquid non habent quod offerant, nullum illis pignus violenter tollatur à Clericis.

Can. 8. Qualiter accuſandi Clerici.

2. *qu. 5. Placuit ſi quis aliquem.* Si quis aliquem Clericorum in accuſatione fornicationis impetit, ſecundum præceptum Pauli, duo vel tria teſtimonia requirantur ab illo. Quod ſi non potuerit datis teſtimoniis approbare quod dixit, excommunicationem accuſati accuſator accipiat.

De conſe. d. 3. Placuit, ut poſtquam.

Can. 9. De jejunio quadrageſima indicendo.

Ad veniente natalis Domini die, poſt lectionem Evange-

Heam, superventurum ipsius anni Pascha, quota Calend. die, vel quota luna debeat suscipi à Sacerdotibus nunciatur populo, & quadragesimæ jejuniis populo servare præcipiant.

Can. 10. *Ut nullus nisi jejunus Missam peragat.*

Cognovimus quosdam presbyteros in hujus præsumptionis audacia retineri, ut Missas mortuorum etiam post acceptum merum vel oblationem ausi sint consecrare. Ideoque hoc præfixæ evidentis sententiæ admonitione servetur, ut si quis Presbyter post hoc edictum nostrum amplius in hac vesania fuerit deprehensus hoc est non jejunus, sed quocunque cibo præsumpto oblationem consecraverit in altari, continuo ab officio suo privatus, à proprio deponatur Episcopo.

Explicit Concilium Bracarense secundum.

Severinus, Papa septuagesimus primus sub Petro, patria, Romanus, patre Labieno, in locum Honorij subrogatus, ab Isatio totius Italiae hexarcho in Pontificatu confirmatur. Tunc enim non habebatur rata cleri ac populi electio, nisi id Imperatores, aut eorum Exarchi confirmassent. Severinus igitur Pontifex vir singularis pietatis & religionis, amator pauperum sedit menses undecim, dies vero quatuor.

Ioannes 4. Papa septuagesimus secundus sub Petro, natione Dalmata, patre Venantio, sedit annum unum, juxta vero aliquos tres annos.

Theodorus Papa 73. sub Petro, natione Græcus, ex patre Theodoro Episcopo Hierosolymis oriundo sedit annos sex, menses quinque, dies octo. Hic fuit amator pauperum, largus, benignus super omnes, & multum misericors. Isti tres Pontifices factunt sub Heraclio Imperatore 57. anno Christi, 512.

CONCILIUM TOLETANUM septimum. Circa tempora Theodoti vel Martini primi Papæ, in quo convenerunt triginta & octo Episcopi.

Can. 1. *De eventu languoris in Clerico ministrante.*

Censuimus convenire, ut cum à sacerdotibus Missarum tempore sancta mysteria consecrantur, si ægritudinis acciderit

An. do.

634. Severin. Pap.

71.

an. do.

635. Ioan.

Pap. 72.

an. do.

636. Tb.

Pap. 73.

7. q. 1.

Nihil

contra

ordinis.

quolibet eventus, quos quo ceptum nequeat consecrationis expleri mysterium, sit liberum Episcopo vel presbytero alteri consecrationem exequi officij cepti. Non enim aliud ad supplementum iniciatis mysteriis competit, quam aut incipientis aut subsequens completa benedictio sacerdotis, qui nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur: cum enim simus omnes unum in Christo, nihil contrarium personarum diversitas format, ubi efficaciam prosperitatis unitas, fidei repræsentat. Quod etiam consultum cuncti ordinis clerici individuum sibi esse non ambigant, sed præcedentibus libenter alij pro complemento succedant. Ne tamen quod naturæ languoris causa consulti- tur, in præsumptionis perniciem convertatur nullus post cibum potumque quemlibet minimum sumptum Missas facere, nullus absque patenti proventu molestiæ minister vel sacerdos cum ceperit imperfecta officia præsumat omnino relinquere, qui contra fecerit, excommunicetur.

Can. 2. De exequiis morientis Episcopi.

Si quis Sacerdotum ad humana decedentis Episcopi membra venire commonitus distulerit, appellanti- bus Clericis absentis Episcopi apud Synodum, vel Metropolitanum Episcopum, tempore anni unius nec faciendi Missam, nec communicandi habeat omnino licentiam. Presbyteri autem, sive ceteri Clerici quibus major honoris locus apud eandem Ecclesiam fuerit, cuius Sacerdos obierit, si omni sollicitudine pro exequiis aut jam mortui, aut continuo Antistitis morituri, ad commonendum Episcopum tardi inveniantur, aut per quamcunque molestiam animi id negligere comprobentur, totius Anni spatio ad prænitentiam in monasteriis deputentur.

Can. 3.

Ultra duos solidos à parochianis Ecclesiis Episcopus non præsumat accipere, & amplius quam una die per unam quamque basilicam morandi licentiam non habeat. Omit- tus alia tria cap. alias reperita.

Explicit Concil. Toletanum 7.

an. d. 643.

Mar. pap.

74.

Martinus Papa septuagesimus quartus sub Petro, de ci- vitate Tudertina, Provinciæ Tusciæ, sedit annos sex, men- sem unum, dies viginti & sex, imperatore Constante ces-

ca annum Chri 643. Huius temporibus fuit Paulus Constantinopolita. Hic Episcopus hæreticus, contra quem congregavit Synodum Lateranen. in urbe Rom. ubi convenerunt Episcopi numero centum quinque, & condempnaverunt Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, & Paulum, Patriarchas Constantinopolitanos, quia novitates contra immaculatam fidem præsumpserunt innectere, anathematis ultione percussi sunt, quæ synodus hodie in Archivis Ecclesie continetur. Et faciens exemplaria per omnes tractus Orientis & Occidentis direxit, & per manus orthodoxorum fidelium disseminavit.

Hic Paulus hæreticus suggestit Imperatori ut deduceretur Martinus Constantinopolim occidendus, nisi cessaret à sua persecutione: quo obtinuit, quoniam delatus est Constantinopolim per Pellium cubicularium Imperatori. Qui cum noller omnino acquiescere, directus est in exilium in locum qui dicitur Cersona, & ibidem vitam finivit in pace Christi confessor: ubi operatus est multa miracula.

Canones Synodi Lateranen. contra Theodorum & Cyrum & Paulum hæreticos, quondam Episcopos ac socios eorum.

Can. primus.

Si quis non confitetur secundum sanctos patres, propriè & verè Patrem & Filium & Spiritum sanctum Trinitatem in unitate, unitatem in Trinitate, &c. sit condemnatus.

Can. 2.

Si quis non confitetur, secundum sanctos patres, propriè & verè, ipsum unum sanctæ & consubstantialis & adorandæ Trinitatis Deum Verbum descendente de cælis, & incarnatum de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & hominem factum, &c. sit condemnatus.

Can. 3.

Si quis non confitetur propriè & verè Dei genitricem sanctam semper Virginem immaculatam Mariam in ultimi sæculorum absque semine concepisse ex Spiritu sancto, & incorruptibiliter enixam esse, & indissolubili permanente & ante & post partum ejusdem virginitate, sit condemnatus.

Can. 4.

Si quis non confitetur propriè & verè ipsius unionis Domini nostri & Dei nostri Iesu Christi, duas natiuitates existere, unam ante sæcula ex Deo Patre incorporabiliter & sempiternaliter, alteram autem de Virgine Maria carnaliter in ultimis sæculorum, & eundem Dominum & Deum Iesum Christum consubstantialem Deo Patri secundum deitatem, & consubstantialem Virgini secundum humanitatem, ac eundem passibilem carne, impassibilem deitate, &c. sit condemnatus.

Can. 5.

Si quis non confitetur propriè & verè unam naturam Dei Verbi Incarnatam, ex hoc quod Incarnata dicitur nostra substantia perfectè in ipso Christo, & indimute absque tantummodo peccato significata, sit condemnatus.

Can. 6.

Si quis non confitetur propriè & vere ex duabus naturis deitate & humanitate secundum subsistentiam unitis, inconfuse & indivise eundem & unum Christum esse, sit condemnatus.

Can. 7.

Si quis non confitetur propriè & vere substantialem differentiam naturarum post ineffabilem unionem, ex quibus unus & solus extitit Christus, in eo salvatam, sit condemnatus.

Can. 8.

Si quis non confitetur propriè & vere secundum compositionem, id est, secundum subsistentiam naturarum unionem, ex quibus unus & solus extitit Christus, inconfuse & indivise in eo cognitam, sit condemnatus.

Can. 9.

Si quis non confitetur propriè & vere naturales proprietates deitatis Christi & humanitatis, indimute in eo, & sine defectione salvatas, in affirmationem veracem eundem ipsum Deum perfectum, & hominem perfectum secundum naturam existere, sit condemnatus.

Can. 10.

Si quis non confitetur propriè & verè duas ejusdem & unius Christi Dei voluntates similiter & operationes coherentes unitas, divinam & humanam, ex hocque in utraque ejus natura voluntatum efficacemque secundum naturam eundem existerè nostræ salutis, sit condemnatus.

Can. 11.

Si quis confitetur secundum sceleratos hæreticos, deitatis & humanitatis Christi unam naturam, aut unam voluntatem, aut unam operationem, in peremptionem quidem sanctorum Patrum confessionis, abnegationem autem ejusdem Salvatoris nostri dispensationis, sit condemnatus.

Can. 12.

Si quis secundum sceleratos hæreticos, in Christo Deo unitis substantialiter salvatis, & à sanctis Patribus nostris pie prædicatis duabus voluntatibus, & duabus operationibus, divinam & humanam subterfugit simul confiteri, asserens contra sanctorum doctrinam & unam voluntatem, & unam operationem, sit condemnatus.

Can. 13.

Si quis secundum sceleratos hæreticos, cum una voluntate & una operatione, quæ ab eisdem hæreticis in Christo Deo impie confunduntur, & duas voluntates, & duas operationes, divinam & humanam, simul abnegat, simul respuit, sit condemnatus.

Can. 14.

Si quis secundum hæreticos, Dei virilem operationem unam insipienter suscipit, & non duplicem eam confitetur, hoc est divinam & humanam, sit condemnatus.

Can. 15.

Si quis secundum hæreticos in peremptionem in Christo Deo secundum unionem salvatis essentialiter, & à sanctis Patribus pie prædicatis duabus voluntatibus & duabus operationibus divinam & humanam, dissensiones & divisiones

insipienter in mysterio dispensationis ejus innectu, & propterea Evangelicas & Apostolicas de eodem Salvatore voces non uni & eidem personæ essentialiter tribuit, id est, Christo Iesu, sit condemnatus.

Can. 16.

Si quis non confitetur secundum sanctos Patres, propriè, & vere omnia quæ tradita sunt, & prædicata sanctæ & Apostolicæ Dei Ecclesiæ ipsis sanctis Patribus & probatissimis & universalibus quinque Conciliis usque ad unum apicem verbo & mente, sit condemnatus.

Can. 17.

Si quis secundum sanctos Patres consonanter nobiscum eadem credens non respuit, & anathematizat anima & ore omnes quos respuit & anathematizat nefandissimos hæreticos, cum omnibus impiis eorum scriptis, usque ad unum apicem sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia, hoc est sanctæ & universales quinque Synodi, & ipsi omnes consonantes probabiles Ecclesiæ Patres. Dicimus autem Sabellium, Ariam, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Polemonem, Eutychen, Dioscorum, Timotheum, Elazarum, Severum, Theodosium, Cholutum, Themistium, Paulum Samosatenum, Chodorum, Theodorum, Nestorium, Perlam, Oigenem, Didymum, Evagrium, & compendiose alios omnes hæreticos, qui à Catholica Ecclesia reprobi atque abjecti sunt, quorum dogmata diabolicæ operationis sunt genimina, & eos qui similia cum his usque ad finem sine penitentia sapuerunt aut sapiunt vel sapienticum quibus merito, ut ote eadem dogmatizantes & docentes (sicut ostensum est Theodorum quondam Episcopum Pharanitatum & Cyrum Alexandrinum & Sergium Constantinopolitanum, & ejus successores Pyrrhum & Paulum, & omnia impia eorum scripta anathematizamus, & eos qui nobiscum consonanter non respuant & anathematizant prædictos hæreticos, eorumque scripta.

Et subscripserunt Martinus Papa, ac cæteri Episcopi numero 105.

Explicunt Canones Martini Papæ.

CONCILIUM TOLETANUM

octavum tempore Martini Papæ.

In primo Canone pronunciatum tantum symbolum fidei, quo modo nunc proponitur publice in Ecclesia.

Can. 2. De incauto juramento.

In secundo Canone de incautis juramentis differit multa. Primo quod juramenta resolvi non possunt. Probat per illud Exodi, Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum, id est, frustra.

Secundo, quod juramenta illicita non sunt servanda, & comminatoria sunt mitiganda. Primum probat ex Ambrosio, qui pro hoc adducit illud Matth. 14. de Herode, qui juravit, quoniam quicquid petitura esset, daret filia Herodis, & necem Ioannis præstitit, ne promissum deuegaret: quod tamen negandum, & promissum servandum non erat. Et illud etiam de Iephthe, qui immolavit filiam, &c. Melius fuerat nihil tale promittere, quam promissum solvere. Mirabilis (inquit) necessitas, quæ solvitur parricidio. Et pro hoc alia multa adducit ex August. etiam ex Hiero.

Secundum probat, quia Deus multoties talia comminatoria mutabat solvebatque juramenta. Hoc in Ninivitis patet. Similiter Israëlítico populo sæpe ultio promissa suspenditur. Hinc etiam per Hieremiam Dominus ipse dicit: Si pœnitentiam egerit gens illa super malo suo quod locutus sum adversus eam, agam & ego pœnitentiam, &c. Si ergo nostra conversio sic divinam mutat sententiam, cur miserorum tantæ lachrymæ vel pressuræ, tam crudam non temperent ex miseratione vindictam?

Quartum quod tractat, est: Ubi periculi necessitas compulerit, id debemus resolvere quod minori nexu noscitur obligari. Quid autem ex his levius, quidve sit gravius, pietatis acumine investigemus. Et enim dum perjurare compellimur, creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus. Cum vero noxia promissa complerem, & Dei iussa superbe contempnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus.

Canon 3. de his qui sacros ordines muneribus assequuntur est Canon plus millies repetitus, ideo hoc loco omittitur.

Can. 6. De castitate Episcoporum.

Omnes Episcopi inter cætera virtutum ornamenta nitore carnis debent propensius enitere, ut ex hoc audientes munditiam appetant, ex quo doctores aliorum immunditia non deturpat, adeo ut si deinceps Episcopi detecti fuerint, execrabilibus flagitiis cum quibuslibet fœminis pollui, ac familiari peculiaritate versari, noluerint se irrevocabili sententia Patrum ulcisci, id est, & loci & ordinis dignitate privari: Diaconi vero & Presbyteri, si omnino coëteri nequiverint, usque ad exitum vitæ suæ Monasteriis deputati, disciplinis Monasticis mancant omnino subjecti: Hoc idem statuimus de Subdiaconis qui hoc deinceps vulnere fuerint sauciati, ita ut usque ex extremum vitæ suæ sub pœnitentiæ oneribus in Monasteriis relegentur.

Auxetatio.

Ex Apostolis fluxit, ut conjugati non ordinentur, ut constat ex Epistolis Siricij Papæ cap. 7. & Innocentij Papæ 1. Epist. 2. c. 9. post sacerdotum adeptum nullus matrimonio jungebatur. Itaque licebat ex conjugato Sacerdotem fieri, ex Sacerdote vero conjugatum minime.

Can. 7. De his qui post assumptum Ecclesiasticum gradum ad conjugia redire volunt.

Sicut sanctum Chrisma collatum, & altaris honor propter consecrationem (quæ per Episcopos tantum exercenda & conferenda sunt) evelli non queunt, ita quoque sacrum decus honorum quod his compar habetur & socium, qualibet fuerit occasione perceptum, manebit omnimodo inconvulsam: sicut enim & dono sancti baptismatis inappreciabile donum semper & sæpe non solum nolentibus, verum etiam (quod majus est) nescientibus impartitur, tamen hoc à nullo penitus profanari permittitur: sic nec quod divina jussione, simulque Apostolicæ traditionis auctoritate sacrum noscitur extitisse, à quoquam aliquando profanari licebit. Unde quicumque etiam si invitati, ad Ecclesiasticarum officia dignitatum assumuntur, deserere quam semel receperunt gratiam donumque nequaquam audeant. Si vero ad conjugia moresque sæculi redire attentaverint, omni Ecclesiastica dignitate priventur, & Apostatae habeantur

habeantur : & in Monasterio donec vixerint, sub penitentia retrudantur.

Can. 8. Nemo ordinandus nisi noverit Psalterium.

Decrevimus, ut nullius cujusque dignitatis Ecclesiasticæ deinceps percipiant gradum qui non totum Psalterium, vel canticorum utualium, & hymnorum sive baptizandi perfectè noverint supplementum : qui vero jam honore dignitatum funguntur, & hoc ignorant, aut sponte sumant intentionem necessariam perdiscendi: aut à majoribus ad lectionis exercitia cogantur inviti, Solus ergo accedat ad sacra Dei mysteria tractanda, quem morum innocentia, & literarum splendor reddunt illustrem.

Can. 9. De his qui jejunium quadragesima solvunt.

Quisquis sine inevitabili necessitate atque fragilitate & evidenti langore, seu etiam impossibilitate ætati, diebus quadragesimæ esum carniū præsumpserit attentare, non solum reus erit Resurrectionis Dominicæ, verum etiam alienus ab ejusdem diei sancta communione, & hoc illi cumuletur ad poenam, ut ipsius anni tempore ab omni esu carniū abstineat gulam, quia sacris diebus abstinentiæ oblitus est disciplinam. Illi vero quos aut ætas incurvat, aut angor extenuat, aut necessitas arctat, non ante prohibita violare præsumant, quam à Sacerdote permissum percipiant.

In Can. 10. commendatur observantia decretorum.

In canone ultimo tantum definitum est, ut circa Judæos serventur decreta in Concil. Toletano 4. c. 56. 57. 58. 59. 60. & in multis aliis ca. illius Concilij.

Subscripserunt quinquaginta & quinque Episcopi. Subscripserunt & Abbates, deinde Vicarij Episcoporum absentium, Ultimo viri illustres officij palatini.

Explicit. Concilium Toletanum. 8.

C O N C I L I U M T O L E T A N U M
nonum, habitum anno septimo Recesuinthi
Regis, calend. Novemb. ab Episcopis 16.
Quia nequaquam recte subditos judicat, qui
non & seipsum prius justitiæ censura casti-
gat, aptum nobis & expedibile visum est, ante

nostris excessibus imponere modum, & sic errata corrigere subditorum. Tunc namque melius iudiciorum exordia ducuntur, cum vita iudicam ante disponitur, eo quod potius iudicij forma completur, cum negotiorum principiis æquitas iudicantium antefertur. Ideo exordium æquitatis inchoari à iudicibus debet, ut perfecta juris causatio limitem apertius formet.

Can. 1. *Qualiter heredes fundatoris Ecclesia sollicitudinem eius gerant.*

Nullus Sacerdotum, vel ministrorum ex rebus Ecclesie, quæ in quibuscunque locis à fidelibus, largiantur, aliquid auferat, vel juri suo connectat. Et ut hujus rei potior soliditas habeatur, cõdignis filiis, vel nepotibus honestioribusque propinquis ejus qui construxit vel ditavit Ecclesiam, licitum sit, hanc bonæ intentionis habere solertiam, ut si Sacerdotem seu ministrum aliquid ex collatis rebus præviderint defraudare, aut commotionis honestæ conventionem compellant, aut talia Episcopo vel iudici corrigenda denuntient, Qui vero hæc monita temerare voluerit, excommunicetur.

Can. 2. *Fundatores Ecclesiarum, ministros eligant ibi seruituros.*

Quamdiu fundatores Ecclesiarum in hac vita superstites extiterint, pro eisdem locis curam permittantur gerere sollicitam atque rectores idoneos in eisdem basilicis iidem ipsi offerant seruituros.

Can. 3.

Si Sacerdos vel minister de rebus Ecclesie quidpiam aliqui sub præstationis obtentu concedat, instrumento causam præstiti evidenter exponat. Aliter vero pro hujus negotij causa deinceps scriptura non valeat.

Can. 4. *De rebus cõquisitis à Clericis, qualis divisio fiat.*

De rebus cõquisitis per eos quibus Ecclesiasticarum rerum cura commissa est, inter Ecclesiam & Sacerdotis heredes æqualis divisio fiat,

Quicumque vero de prædictis Sacerdotibus vel ministris pro sui utilitate atque amicitia, vel præstatione, aut quo-
cunque modo, aut per scripturæ seriem aliquid meruerint à quolibet percipere, in rebus Ecclesiasticis non poterit numerari, sed quod exinde voluerint facere, in ipsorum voluntatis arbitrio tubiacbit.

12. qu. 4.
Quicum-
que de sa-
cerd.

Can. 5. *Quid Monasterio vel Ecclesia, Episcopus conferre possit.*

Si Episcopus Monasterium faciat, vel Ecclesiam Parochialem quam pro suis magnificare voluerit sepulturis, non amplius quam centesimam partem census Ecclesiæ cui præsidet ibidem conferre licebit. At vero Monasterio quinquagesimam tantum partem dare debet.

12. q. 4.
Bona rei
dare.

Can. 6. *Episcopus tertiam partem sibi debitam, cui voluerit conferat.*

Cum præteritis sanctionibus notissimum habeatur quæ de rebus parochialium Ecclesiarum pars Episcopo conferatur, oportune tamen duximus decernendum, ut si Episcopus tertiam partem, quam de rebus earundem sancto ne sibi debitam novit, aut ipsi Ecclesiæ, cujus res esse patebit, aut alteri Ecclesiæ, quam elegit, conferre decreverit, & licitum maneat, & irrevocabile robur ejus sententia ferat.

12. q. 2.
Episcopus
si tertiam
partem
Nota quod
hic nulla
mentio fit
consanguineorum,
sed tantum
Ecclesiarum
suarum.

Can. 7. *Ne extra ordinem præscriptum hæredes morientis Sacerdotis res ejus præsumant.*

Propinqua morientis Episcopi nihil de rebus ejus absque metropolitani cognitione usurpare præsumat. Quod si is qui decesserit Metropolitanus fuerit, successoris ejus sententiam aut consilium sustinebunt, ne passim hæreditatis ad eundem data licentia de rebus Ecclesiæ aut non retineatur ratio plena, aut fraus inveniatur illata. Quod si Presbyteri aut Diaconi fuerint quos obiisse constiterit, non sine agnitione sui Episcopi rem ejus hæredibus adire licebit.

simile
quiddam
conc. Val-
ent. c. 2.

Can. 8. *A quo tempore incipiat præscriptio in rebus Ecclesiæ.*

Si Episcopus vel Sacerdos vel minister illicite alienavit res Ecclesiæ, vivente ipso nulla præscriptio currit contra Ecclesiam in rebus illis, sed eo mortuo incipit currere.

16. qu. 1. Si
sacerdos,

Can. 9. *Quantum commodum sibi Episcopus tollat de Ecclesia cujus cummlaverit Sacerdotem.*

*In cap.
Valent.
cap. 2.
c. 1.*

Communi decreto sancimus, ut cum Pontificem mori contigerit, Episcopus qui ad humandum corpus advenit, descriptis thesauris, atque ornamentis omnibus si locuples dece tenis Ecclesia fuerit, non amplius quam libram auri in rebus quibus ei placuerit (exceptis ornamentis Ecclesie) eum gratia offerentium auferre pertinet. Si vero minor rebus extiterit, dimidiam libram sibi scienter usurpet.

Can. 10. *De filiis clericorum.*

*11. q. 5.
Cum mul-
ta.*

*Nota pro
filiis cle-
ricorum.*

Cum multæ superincontinentia ordinis clericorum hæcenus emanaverint sententiæ patrum, & nullatenus ipsorum reformati quiverit correctio morum. Ideo quilibet ab Episcopo usque ad Subdiaconum deinceps, qui vel ex ancillæ vel ex ingenue detestando connubio in honore constituti filios procreaverint, illi quidem ex quibus geniti probantur, canonica censura dampnantur. Proles autem extati pollutione nata, non solum hæreditatem parentum nunquam accipiet, sed etiam in servitutem ejus Ecclesie, de cujus Sacerdotis vel ministri ignominia nati sunt, jure perenni manebant.

Can. 11. *Servi Ecclesiarum non ordinandi.*

Servi Ecclesiarum ordinari non debent, nisi prius libertatem ab Episcopis consequantur. Et si honeste in clericatu vixerint, poterunt ad officia majora promoveri.

Can. 12.

Si servis Ecclesie à Sacerdote libertas conferatur, tempus annorum à die mortis ejus tantum computari debet.

Can. 13. *Ve libertis Ecclesia abstineant à conjugio Romanorum aut Gothorum.*

Cunctis Ecclesiarum libertis tam viris quam fœminis, eorumque propagini interdicitur judicio generali, ne deinceps causa connubij aut Romanis ingenuis copulent, aut Gothicis. quod si hoc factum quandoque paruerit, permissione tali genita proles numquam merebitur jus debite dignitatis, nec Ecclesie unquam carebit obsequiis.

Can. 14.

quod si tales liberti ad Ecclesiam reverti noluerint, quæcunque vel parentes eorum, vel ipsi ab Ecclesia sunt adepti, insistente Pontifice, ad inditionem propriæ reducantur Ecclesiæ.

Can. 15.

In Canone 14. tantum agitur de obsequio & disciplina libertorum Ecclesiæ.

Can. 16.

Libertis Ecclesiæ, eorumque propagini ex omnibus quæ de iure Ecclesiæ noscuntur habere, nihil licebit in extraneum Dominum transferre. Suis ergo filius vel propinquus ejusdem Ecclesiæ, vel servitio vel patrocinio subjugatis, quæcunque donare vel vendere voluerint, poterunt.

Can. 17. Baptizati Iudæi cum Episcopis celebrent dies festos.

Baptizati Iudæi quocunque loco certo tempore converſentur, festis tamen præcipuis novi testamenti ferie consecratis, ac diebus illis quos olim sanctione veteris legis sibi met censabant esse solennes, in civitatibus publicisque convenciis cum summis Dei Sacerdotibus celebrare præcipimus, ut eorum conversationem & fidem & Pontifex approbet & veritas servet. Nunc vero temerato edicti prout Episcopus permiserit, aut flagris, aut abstinentiæ subiacet iugo.

Explicit Concilium Toletanum 9.

CONCILIUM TOLETANUM

10. ann. 8. Recessit Regis, tempore,

Martini Pap.

Can. 1. De celebritate Annunciationis Dominica.

Quoniam die qua invenitur Angelus Virgini verbi conceptum & nuncialle verbis, & indidisse miraculis, eadem *Hæc festi- vitas in die festivas non potest celebrari condigne, quod interdum sola illi- quadragesima vel paschale Festam videatur incumbere, panis ce- in quibus nihil de Sanctorum solennitatibus, sicut ex laboratiss.*

antiquitate regulari cautum est, convenit celebrari: eum secundum ipsam incarnationem Verbi non conveniat tunc celebritatibus prædicari, quando constat ipsum Verbum post mortem carnis gloria resurrectionis atrolli: ideo speciali constitutione sancitur, ut ante octavum diem quo natus est Dominus, genitricis quoque ejus habeatur celeberrimus, & præclarus. Ex pari enim honore constet, ut sicut nativitatem filii sequentium dierum insequitur dignitas, ita festivitatem matris tot dierum sequatur sacra solennitas. Nam quod festum matris est, nisi incarnatio est Verbi? Cujus festum ita debet esse solenne, sicut est & ejusdem nativitas. In multis itaque Ecclesiis à nobis, & spatio remotis, & terris, hic mos agnoscitur retineri. Solennitas itaque Dominicæ matris die 15. Calend. Janu. omnimodo celebretur.

Can. 2.

Qui contra salutem principum gentis aut patriæ aliquid machinatur, ab Episcopo usque ad extremum ordinis. Clericorum aut Monachorum mox omni dignitate & honore privetur.

Can. 3. *Contra Episcopos qui monasteriis vel Ecclesiis consanguineos, vel sibi faventes præficiunt.*

Agnovimus enim quosdam Pontifices præcepti principis Apostolorum, qui ait: Pascite qui in vobis est gregem, non coacte, sed spontaneè, neque vi dominantes in Clero, & c. ita immemores, ut quibusdam Monasteriis Parochialibusque Ecclesiis, aut sue consanguinitatis personas, aut sui favoris participes, iniquum sæpe statuant in prælatum: ita illis providentes commoda inhonestas, ut aut eisdem deferatur quæ proprio Episcopo dari justus ordo depoposcerit, aut quæ rapere deputati ex cloris violentia poterit proinde placuit nobis & in præsentia tale rescindere factum, & non esse de cætero faciendum. Nam quisquis Pontificum deinceps aut sanguine propinquus, aut favore personis quibuscunque sibi conjunctis, talia commendare lucta tentaverit ad suum nefandæ præsumptionis excidium, & quod jussum fuerit devocetur in irritum: & qui ordinavit, annuæ excommunicationi subjaceat. Quæ vero oblata fortasse fuerint, ab eo qui tulit, reddantur in duplum.

Can. 4. De professione & habitu vidua professa.

Vidua quæ sanctæ Religionis obtinere propositum noluerit Sacerdoti vel Ministro ad quem aut ipsa venerit ; aut ad quem ad se venire contigerit , scriptis professionem faciat à sancta re se aut signo aut subscriptione notatam , continentem se & religionis religionis propositum velle , & hoc perenniter inviolatè servare. Tunc accepta à Sacerdote vel ministro , apud religionis hujus veste , seu lectulo quiescens , sive in quocumque loco consistens , incunctanter ea utatur. Nec diversi coloris , aut diversæ partis eadem sit notabilis vestis , sed religiosa & non suspecta , quæ careat varietatibus colorum. Pallio purpureo , vel nigri coloris caput contegat ab initio susceptæ religionis , ut dum illic tulerit signum probabilis sanctitatis , ubi nullius falli poterit visio intuentis , nunquam ausus attentè detestandæ præsumptionis.

Can. 5. De feminis quæ propositum Religionis abjecerunt.

Sanctimoniales feminæ quæ præpositum abjecerunt Religionis , commoneantur Sacerdotis autoritate , ut redeant sponte. Quæ si redire noluerint impulsu Sacerdotis , ad religionis cultum reducantur , & in monasteriis redactæ , excommunicationis sententia feriuntur. Hic idem quoque ordo in illarum condemnatione manebit , quæ quanquam à Sacerdote sanctimoniarum vestem non accepissent , ipsæ tamen aut induxerunt aut in illo diu habitu consenserunt , qui religionis esse cultus ab intuentibus crederetur , si coram Ecclesia vel Sacerdote , aut etiam competentibus testibus quandoque indutæ certis indicis aut testimoniis approbantur.

Can. 6. Quoto anno liceat parentibus filios tradere Religioni.

Si in qualibet minori ætate vel religionis tonsuram , vel religionis debitam vestem in utroque sexu filiis aut unus aut ambo à parentibus dederint , certe aut nolentibus vel nescientibus sese susceptam non mox visam in filiis abdicaverint , sed vel coram se , vel coram Ecclesia palam in conventu eisdem filios talia habere permiserint , ad secularem reverti habitum ipsis filiis quandoque penitus non licebit , sed convicti quod tonsuram aut religiosam vestem aliam quando habuerint , mox ad religionis cultum habitumque revocentur & sub strenua districtione hujusmodi obsec-

In decre. observantiæ inservire cogantur. Parentibus sane filios suos
Ivo. habe- religioni contradere non amplius quam usque ad quartum-
tur usque decimum ætatis eorum annum licentia poterit esse.
addecimū. Item decretum pro Potamio Episcopo.

Ecce enim tractantibus nobis in pace de Ecclesiasticis regulis, delatum est conventui nostro Epistolium confusæ confessionis, & abolendæ scriptiois, quo Potamius Bracarenis Ecclesiæ Episcopus de factis propriis, suisque verbis annotaret articulis. Quo referato quid obliteranda pagina, & abolenda literarum panderent clementa, stetit potius quam sermonibus lachrymosa concio recensuit. Tunc solitarie tantum secretisque adunatis Pontificibus Dei prædictum adesse coram nobis fecimus Episcopum. quem singulibus aggredientes amplius quam loquelis, referatam illi suæ deformitatis & nostræ confusionis scripturam protulimus. quam accipiens, ac recurrens sciscitantibus nobis utrum sui operis & suæ annotationis intimatio esset: ille suum actum, sui que oris eloquium, suorum quoque digitorum esse robur asseruit, quod ille relegendo per vidit. Rursum divini nominis contestatione hunc adjurantes obtestati sumus, ut an de se sponte mendacium diceret, aut alicujus violentia premeretur & perterrius talia narraret. qui mox flebili voce luminibusque ploratu madentibus & fragore singultuum cum unius Dei nominis juramento clamavit, se & vere eadem mala de se confiteri, & ad hæc confitenda nulla se violentia prægravari. Unde etiam per novem menses sponte deseruisse regimen Ecclesiæ suæ, & ergastulo quodam, pro admisso flagitio acturus poenitentiam se conclusisse edixit. Tunc per fidelem confessorem ejus agnito, quod tactu scimine sordidisset & declarato, licet hunc paterna antiquitas sacris regulis deicere ab honore decernat, nos tamen miserationis iura servantes, non abstulimus nomen honoris, sed valida auctoritate decrevimus, perpetua poenitentia hunc inservire officiis & æramis: providentes melius illum per asperam & damnosam ire poenitiæ solitudinem, ut quandoque per veniret ad refrigerij mansionem, quam relictum in voluntatis suæ latitudine, ad præcipitum deiici æterna damnatione. Tunc venerabilem Fructuosum Ecclesiæ Dimeñsis Episcopum communi omnium nostrorum electione constituimus Ecclesiæ Bracarenis gubernacula continere. Eugenius indignus Toletanæ sedis Metropolitanus Episcopus hoc judicij nostri decretum subscripsi. Similiter & alij

Nota.

Episcopi subscripserunt numero decem & septem.

Annotatio.

Hæc depositio Potamij Bracarenfis Episcopi qui reatu for-
mino forduerat, decreta est juxta Canonem Apostolorum
25. qui talis est. *Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, quæ
in fornicatione aut perjurio, aut furto captus est, deponatur.*

Explicit Concil. Tolet. 10.

Eugenius primus, sepeuagesimus quintus Papa sub Petro, *a. d. 650.*
natione Romanus, clericus à cunabulis, ex patre Rufiniano, *Eng. Pap.*
sedit annos duos, menses novem, dies viginti quatuor. Benig- *75.*
nus, mitis, mansuetus, omnibus affabilis, & sanctitate præcla-
rior. Imperat. Constante. Eodem tempore Petrus in locum
Pauli hæretici Constantinopoli, sufficitur, quo Eugenius
Romæ in locum Martini Papæ.

CABILONENSE CONCILIUM in Galliis celebratum tempore Eugenij Papæ. Est Provinciale.

Can. 1.

Omnes inspirante Domino uno animo definimus, ut fidei
norma sicut in Nicæno Concilio pia est professione firmata,
vel à sanctis patribus tradita, atque ab ipsis exposita, vel
postmodum à sancto etiam Chalcedonen. Concilio firmata,
ita in omnibus & ab omnibus conservetur.

Can. 2.

Canonum statuta ab omnibus intemerata serventur.

Can. 3.

Si quis Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, vel quicun-
que ex Sacerdotali catalogo, cum qualicumque extranea
muliere familiaritatem habuerit quæ dedecoris vel adulte-
rij possit afferre suspicionem, ab ordine degradetur.

Can. 4.

Ut duo in una civitate penitus uno tempore nec ordinen-
tur, nec habeantur Episcopi.

Can. 5.

Seculares vero, qui necdum sunt ad clericatum conversi,
res Parochiarum, vel ipsas Parochias ad regendum non ha-
beant commissas,

Can. 6.

Nullus ante audientiam res quorumlibet invadere, aut auferte præsumat. quod qui fecerit, ut necator pauperum habeatur.

Can. 7. *Vt bona Ecclesiarum integra maneant.*

Defuncto Presbytero, vel Abbate, nihil ab Episcopo auferratur, vel à quocunque de rebus Parochiæ, vel xenodochij, vel monasterij aliquid debeat minuire. Quod qui fecerit, juxta decreta Canonum coercetur.

Can. 8. *Confitentibus propria peccata à Sacerdote imponatur penitentia.*

De pœnitentia vero peccatorum, quæ est medela animæ utile omnibus hominibus esse censemus, & ut pœnitentibus à Sacerdotibus facta confessione indicatur pœnitentia.

Can. 9.

Nullus mancipium extra fines vel terminos qui ad Regnum Clodovei Regis pertinent, penitus debeat venundare, ne per tale commercium, aut captivitatis vinculo, vel Iudicæ servituti mancipia Christiana teneantur implicita.

Can. 10. *Ad quos pertineat electio Episcoporum.*

Si quis Episcopus de quacunque civitate fuerit defunctus, non ab alio, nisi à provincialibus, Clero & civibus suis, alterius habeatur electio. Sin autem, hujus ordinatio irrita habeatur.

Can. 11.

Statuimus, ut si judices publici, præsumptione, vel potestate qua polient, Clericos vel Abbates coram se comparere fecerint, à communione omnium Sacerdotum eos convenit sequestrari.

Can. 12.

Duo Abbates in uno Monasterio esse non debent: verumtamen si quilibet Abbas sibi elegerit successorem, ipse qui sic eligitur de facultatibus ipsius monasterij ad regendum

nullam habeat potestatem.

Can. 13.

Nullus alterius clericum retinere præsumat, nec ad sacrum ordinem sine voluntate Episcopi promovere.

Can. 14.

Statuimus ut Episcopis cura & potestas sit tam de ordinatione Clericorum, quam de facultatibus collatis oratorijs quæ per villas fiunt, qualiter ad ipsa oratoria & officium divinum possit impleri, & sacra libamina consecrari. Quod si aliqui etiam fundatores illorum contradixerunt, communionem priventur.

Can. 15.

Abbates vel monachi, aut agentes monasteriorum patrocinio seculari penitus non utantur, nec ad principis præsentiam sine Episcopi permisso ambulare audeant alias excommunicentur.

Can. 16.

Nullus Episcopus, nec Presbyter, vel Abbas seu Diaconus per præmium ad sacrum ordinem accedat. Si accesserit, ipso honore privetur.

Can. 17.

Nullus secularium nec in Ecclesia, nec infra atrium ipsius Ecclesie quaecunque scandalum, aut similitates excitare præsumat, nec arma trahere, aut quemcunque ad vulnerandum vel interficiendum appetere. Quod si fecerit, communionem privetur.

Can. 18.

Hic agitur de observatione Dominici diei tantum, secundum statuta Concilij Aurelianensis. 3. Can. 27.

Can. 19. *Ne turpia cantica in Ecclesia cantentur.*

Valde enim omnibus noscitur indecorum, quod per dedicationes basilicarum, aut festivitates martyrum, ad ipsa solennia confluentes chorus femineus turpia quidem & obscena cantica decantare videntur, dum aut orare debent, aut clericos psallentes audire. Unde convenit ut Sa-

cerdotes loci talia à ſeptis baſilicarum vel porticibus ipſarum, ac etiam ab ipſis atrijs, vetare debeant. Et ſi voluntarie noluerit emendare, aut excommunicare debeant, aut diſciplinæ aculeum ſuſtinere.

Explicit Concilium Cabilonenſe.

n. d. 633.

Vit. 76.

Pon. alias

Vitellia-

nus.

Vitalianus Papa 76. natione Signenſis provinciæ Campaniæ, de patre Anaſtaſio, ſedit annos 14. meſes 6. Imperatore Conſtante, circa annum Domini 656. Hic regulam Eccleſiaſticam ac rigorem (ut moſerat) omnimode conſecravit.

CONCILIUM TOLETANUM UNDECIMUM anno 4 Bamba Regis, ſeptimo Idus Novemb. circa tempora Vitaliani Papæ.

Primum omnium publice pronuntiatur fides catholica & declarantur univerſa dogmata fidei, maxime quæ ad Incarnationis & Trinitatis myſteria pertinent, & hoc longa & elegantiffima diſputatione. Ex quibus omnibus nonnullos hoc in loco cenſuimus annotandos.

Primus, De Proceſſione Spiritus Sancti.

Spiritum quoque Sanctum, qui eſt tertia in Trinitate perſona, unum atque æqualem cum Deo Patre & Filio credimus eſſe Deum unius ſubſtantix, unius quoque eſſe nature, non tamen genitum vel creatum, ſed ab utroque procedentem, amborum eſſe ſpiritum. Hic etiam ſpiritus ſanctus nec ingentus, nec genitus creditur, ne aut ſi ingentum dixerimus, duos patres dicamus, aut ſi genitum, duos filios prædicare monſtremus, qui tamen nec patris tantum nec filij tantum, ſed ſimul patris & filij ſpiritus dicitur. Nec enim de patre procedit in filium, vel de filio procedit ad ſanctificandam creaturam, ſed ſimul ab utriſque proceſſiſſe monſtratur, quia charitas ſive ſanctitas amborum eſſe agnoſcitur. nec ergo ſpiritus ſanctus miſſus ab utriſque creditur, ſed minor patre & filio non habetur, ſicut filius propter aſſumptam carnem minorem ſe patre & ſpiritu ſancto eſſe reſtat. Hæc eſt ſanctæ Trinitatis relata narratio, quæ non triplex, ſed Trinitas & dici & credi debet. Nec recte dici poteſt, ut in uno

Deo sit Trinitas, sed unus Deus Trinitas. In relativis vero personarum nominibus pater ad filium, filius ad patrem, spiritus sanctus ad utroque refertur. Qua cum relativa tres personæ dicantur, una tamen naturalis substantia creditur.

Secundus. Hæc ergo sancta Trinitas, quæ unus & verus est Deus, nec recedit à numero, nec capitur numero. In relatione enim personarum numerus cernitur, in divinitatis vero substantia quid numeratum sit, non comprehenditur. Ergo hoc solo numerum insinuat, quod ad invicem sunt: & in hoc numero carent, quod in se sunt. Nam ita sanctæ hujc Trinitati unum naturale convenit nomen, ut tribus personis non possit esse plurale. Ob hoc ergo credimus illud in sacris literis dictum: Magnus Dominus noster & magna virtus ejus, & sapientiæ ejus non est numerus.

Tertius. Tres igitur personæ istæ dicuntur, juxta quod majores definiunt, ut agnoscant. Nam & si attendamus illud quod scriptura sancta dicit de sapientia, Splendor est lucis æternæ, sicut splendorem luci videmus inseparabiliter inhaerere, sic confitemur filium à patre separari non posse. Tres ergo illas unius atque inseparabilis naturæ personas sicut non confundimus, ita separabiles nullatenus prædicamus, quandoquidem hoc nobis dignata est ipsa Trinitas evidenter ostendere, ut etiam in omnibus voluit sigillatim personas agnosci, unam sine altera non permittat intelligi. Nec enim pater absque filio cognoscitur, nec sine patre filius invenitur. Relatio quippe ipsa vocabuli personalis persona separati verac.

Quartus. De his tribus personis solam filij personam pro liberatione humani generis, hominem verum sine peccato de sancta & immaculata Maria Virgine credimus assumpsisse, de qua novo ordine, novaque nativitate est genitus. Novo ordine, quia invisibilis divinitate, visibilis monstratus in carne. Nova autem nativitate est genitus, quia intacta virginitas & virilem coitum nescivit, & fecundata per spiritum sanctum, carnis materiam ministravit, quia partes virginis nec ratione colligitur, nec exemplo monstratur. quod si ratione colligitur, non erit mirabile: si exemplo, non erit singulare dare. Nec tamen spiritus sanctus pater esse credendus est, filij, pro eo quod Maria eodem spiritu sancto obambrante concepit, ne duos patres filij videamus

asserere, quod utique nefas est Aici in quo mirabili conceptu edificante sibi sapientia domum, verbum caro factum est, & habitavit in nobis.

Quintus. Hoc tamen quia duas in filio diximus esse naturas, duas causabimur in eo esse personas, ne Trinitati quod absit (accedere videatur quaternitas. Deus enim verbum non accepit personam hominis, sed naturam, & in æternum persona divini atis, temporalem accepit substantiam carnis.

Sextus. Item idem Christus in his duabus naturis tribus existat substantiis, verbi, quod ad solius essentiam referendum est, corporis, & animæ quod ad verum hominem pertinet. Habet ergo in se geminam substantiam, divinitatis suæ, & humanitatis nostræ. Hic tamen per hoc quod de Deo patre sine initio prodiit, natus tantum (nam neque factus nec prædestinatus accipitur) per hoc tamen quod de Maria virgine natus est, & factus & prædestinatus esse credendus est.

Septimus. Exemplo ergo capitis nostri confitemur vera fide resurrectionem carnis omnium mortuorum, nec in aëra, vel qualibet alia carne (ut quidam delirant resurrecturos nos credimus, sed in ista qua vivimus, consistimus, & movemur. Peracto hujus sanctæ Christi resurrectionis exemplo, idem Dominus noster paternam ascendendo sedem reperit, de qua nunquam per divinitatem discessit. Illic ad dexteram patris sedens, expectatur in fine seculorum iudex omnium vivorum & mortuorum. Inde cum sanctis omnibus venit ad ferendum iudicium, reddere unicuique mercedis propriæ debitum, prout quisque gessit in corpore, sive bonum, sive malum.

Octavus. Hæc est confessionis nostræ fides exposita, per quam omnium fidelium corda mundantur, & per quam ad Deum gloriose acceditur.

In primo Canone tantum decernitur ne tumultu concilium agitetur.

Can. 2. Quod necesse sit Episcopum predicare & ab aliis curis cessare.

Quantum quis precessi culminis obtinet locum, tantum necesse est præcedat ceteros gratia meritorum, ut in eo quod præsidet singulis, singulariter ornatur eminentia sanctitatis, habens semper & in ore gladium veritatis, & in

opere efficaciam luminis, ut juxta Paulum potens sit exhortari in doctrina sana & contradicentes revincere. Nos proinde nostri ordinis gradum vel suscepti regiminis modum magnopere cogitare debemus, ut qui officium prædicationis suscepimus, nullis curis à divina lectione privemur. Nam quorundam mentes pontificum ita corporis otio à lectionis gratia secluduntur, ut quid doctrinæ gregibus subditis exhibeat, non inveniat præco mutus. Insistendum ergo semper erit majoribus, ut quos sub regiminis cura tuentur, fame verbi Dei perire non sinant.

In residuo canonis tractatur id quod habetur in concilio Toletano 8. ca. 8.

Can. 3. Quod etiam Episcopi eundem habeant modum psallendi.

Pontifices rectoresque Ecclesiarum, unum eundemque in psallendo tenuerint modum quem in metropolitana sede cognoverint institutum. qui contra fecerit sex mensibus communionis priuatus apud Metropolitanum sub penitentiae censura permaneat corrigendus.

d. 12. de his
qui cōtra.

Can. 4. Discordia sacerdotum componenda.

Relatum est nobis quosdam sacerdotes in tantam obstinationis efferbuisse discordiam, ut non solum illos ab ira occasus solis non revoceat, sed nec annosa quidem transactio temporum ad bonum charitatis reclinat, quippe in quorum cordibus sol iustitiæ Christus occubuit, ut ad lumen charitatis redire vix possint. Horum ergo & similium discordantium fratrum oblationes nullo modo recipiendas censuimus. De personis tamen discordantium id præcipimus, ut antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorum accedere ad altare domini audeat, vel gratiam communionis sanctæ percipiat, quod si unus eorum alio continuante ad satisfactionem charitatis occurrerit, ex eo tempore ut pacificus intra Ecclesiam reputetur, ex quo ad concordiam festinasse convincitur. Hoc tamen servato, ut tempus quod in ira expendit, gemitatum in penitentiae satisfactione persolvat.

Ephes. 4.

23. q. 8.
His à quibus
domini
ni.

In c. 5. agitur de corrigendis excessibus sacerdotum. Nihil tamen habet annotatione dignum.

Can. 6. *A clericis causa sanguinis non judicetur.*

His à quibus Domini sacramenta tractanda sunt, iudicium sanguinis agitare non liceat. Alius vero & ordinis honore priuetur, & loco: sub perpetuo quoque damnationis teneatur relegatus ergastulo.

Can. 7.

Ecclesiarum rectoribus discretio esse debet, nec per inconditam & indiscretam disciplinam subeant homicidij notam.

Can. 8. *Ne merces aliqua pro divinis sacramentis sumatur.*

I. qn. 2. Hinc quid inuolabilis. Quicumque in Ecclesiastico ordine constitutus pro baptizandis consignandisque fidelibus aut collatione chris-matis, vel promotionibus graduum, pretia quælibet, vel præmia nisi voluntarie oblata susceperit, si sciente loci Episcopo hoc impune euaferit, idem Episcopus duobus mensibus excommunicationi subiaceat. Sin autem, parrator si presbyter est, trium mensium excommunicatione plectatur, si diaconus quatuor, subdiaconus, vel clericus, excommunicentur.

Annotatio. 1.

Consignatio est confirmatio, munus solius Episcopi, ut alias dictum est, ut in c. omnes fideles de Consec. dist. 5.

Annotatio. 2.

Voluntarie oblata. modo vero neque sponte oblata accipi possunt: sic in Concilio Trid. sess. 21. C. 1. de reformat.

Can. 9. *Quid custodiri debeat si per pramium quis Episcopus fiat.*

Quisquis pontificale culmen ante domini altare percep-turus accesserit, sacramenti exactione astringatur quod pro conferenda sibi consecratione honoris, nulli personæ cuiuslibet premij collationem vel aliquando dedisset, vel aliquando in futurum dare procurat. Sicque aut mundus accedat, aut publicato hoc scelere, denudatus coram Ecclesia, ad talem honorem non accedat, quos autem post prælationem per pretium ordinatos fuisse patuerit, ut verò
fina

simoniaci ab Ecclesia separentur, & duorum annorum spatio ex illa relegentur, ut lachrymis & pœnitentia honorem conquirere & reparare intendant, quem præmiis emerant. Unde si digna eos satisfactio commendaverit, peracto indictæ pœnitentiæ tempore, non tantum communioni, sed & loco & totius ordinis officiis à quibus separati fuerant, restaurandi sunt.

Can. 10. *Qua sint promittenda in ordinatione pontificum.*

Omnes pontifices rectoresque Ecclesiarum tempore quo ordinandi sunt sub cautione promittant, ut fidem catholicam sincera cordis devotione custodiantes, juste & pie vivere debeant, atque obsequij reverentiam præ eminenti sibi dependant.

Can. 11. *Quomodo puniendus qui acceptam à sacerdote Eucharistiam non sumpsit.*

Quicumque fidelis inevitabili qualibet infirmitate coactus Eucharistia perceptam rejecerit, in nulla Ecclesiasticæ damnationi subiaceat. Similiter nec illos cujusdam punitionis censura redarguet, qui talia aut tempore infantie faciunt aut in qualibet mentis alienatione positi, qui quod fecerint, ignorare videntur. Iam verò quicumque, aut de fidelium aut infidelium numero corpus Domini, absque inevitabili infirmitate projecerit, si fidelis est, perpetua communioni privetur, si infidelis, & verberibus subdatur, & perpetuo exilio relegatur. Quod horum quilibet hujusmodi excessus digna pœnitentiæ satisfactio desolverit, post quinquennium licebit illum communioni pristinae reformari.

Can. 12. *Qualiter agendum cum pœnitente in mortis periculo.*

Qui pœnitentiam in mortis agit periculo, non diutine à reconciliationis gratia differendus est. Sed si præcincto mortis urgeatur periculo, pœnitentia per manus impositionem accepta, statim ei reconciliatio adhibenda est, ne prius ab humanis rebus æger abscedat, quam donum reconciliationis accipiat. Unde juxta Papæ Leonis edictum his qui tempore necessitatis, & in periculi urgentis instantia præsidium pœnitentiæ ex more reconciliationis implorant

26. qu. 6.

His qui

tempore.

Et in Ep.

Leonis

Ep. 893

nec satisfactio interdicenda est nec , reconciliatio depe-
ganda , quia in misericordia Dei nec mensuras possumus
ponere , nec tempore definire. De his autem qui acce-
pta penitentia antequam reconcilientur , ab hac vita re-
cesserint , placuit nobis ut & memoria talium in Ecclesijs
commendetur , & oblatio pro eorum delicto à presbyteris
recipiatur.

Annotatio.

Memoria talium in Ecclesijs commendatur veteris Ec-
clesiæ mos fuit pro quibus offerebatur, nomina in Missæ sa-
crificio recitari, tam vivorum, quam defunctorum, id constat
ex concilio Ameritensi, c. 19. Defunctorum in missa memo-
ria ab Apostolis est instituta, ut tradit Isidor, lib. 1. de offic,
cap. 18. *Sacrificium, inquit, pro fidelium defunctorum requie*
offerre, vel orare pro eis, quia per totum nunc orbem cuse-
ditur, credimus quod ab ipsis Apostolis traditum sit: hoc
quoniam ubique Catholica tenet Ecclesia.

Can. 12. De sacerdotibus qui vexantur à spiritibus.

Bene siquidem majorum regulis definitum est, ut dæmo-
niis , aliisque passionibus irruentis mysteria sacra tractare
non liceat, qui præcepto consensu rationis adhibito id com-
muniter definivimus, ut nullus de his qui in terram arrepti
à demonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis in-
cursum efferuntur, vel sacris audeant ministrare altari-
bus, vel indisculli se divinis ingerant sacramentis: exceptis
illis qui variis corporum incommoditatibus dediti, in hu-
jusmodi passionibus in terram approbantur elisi. qui tamen
& ipsi tam diu erunt ab Officij sui & ordine & loco suspensi,
quousque unius anni spatio per discretionem Episcopi in-
veniantur ab incursum dæmonum alieni.

**Can. 14. Ut qui Domino sacrificant secum semper ha-
beant adiutoria constituta.**

*7. q. 1. illud
diviniora
quæ.*

Summopere cavendum est, ne horis illis atque tempo-
ribus quibus Domino psallitur, vel sacrificatur, unicuique
divinis singulariter officiis insistenti perniciosa passio, vel
corporis quælibet valetudo occurrat, quæ aut corpus
subito subruat: aut mentem alienatione vel terrore con-
fundat. Ob hoc ergo instituimus ut ubi temporis vel loci
sive cleri copia suffragatur, habeat ille quisquis canens Deo

atque ſacrificans poſt ſe vicini ſolaminis adjutorem, ut ſi aliquo caſu ille qui officia impleturus accedet, turbatus fuerit, vel ad terram cuius, à tergo ſemper habeat qui eius vicem exequatur intrepidus.

In c. 15. habetur tantum, ut omni anno conveniant Epifcopi ad celebrandum concilium.

In c. 16. agitur ſolum de gratiarum actione Deo & regi.

Subſcripſerunt præſentes Epifcopi & abbates monaſteriorum & Egila diaconus agens vicem Epifcopi Arcogricenſis, & Liberatus diaconus agens vicem Epifcopi Segovienſis.

Explicit Concilium Tolctanum II.

CONCILIUM BRACARENSE
tertium tempore Vitaliani Papæ celebratum,
& eſt Provinciale.

Can. 1. *Vi excluſis omnibus opinionibus, panis tantum & vinum aqua permiſtum in ſacrificio offerantur.*

* Audivimus quosdam ſchiſmatica ambitione detentos, *De conſe. d*
contra divinos ordines & Apoſtolicas institutiones ac pro *Cum omne*
vivo in divinis ſacrificiis dedicare, alios quoque intinctam *crimen.*

Euchariftiam populis pro complemento communionis porrigere, quosdam etiam expreſſum vinum in ſacramento dominici calicis offerre. quod quam ſit Evangelicæ atque Apoſtolicæ doctrinæ contrarium, & conſuetudini Eccleſiaſticæ adverſum, non difficile ab ipſo fonte veritatis probatur, à quo ordinata ipſa ſacramentorum myſteria proceſſerunt. Ait enim Evangeliſta: Accepit Ieſus panem & calicem, &c. Ceſſet ergo lac in ſacrificio offerri, quia evidens exemplum Evangelicæ veritatis illud offerri non ſuit. Illud vero quod pro complemento communionis intinctam tradunt Euchariftiam populis, nec hoc prolatum teſtimonium ex Evangelio recipit, ubi apoſtolis corpus ſuum & ſanguinem commendavit: Nam quod Dominus intinctam bucellam Iudæ dedit, id fecit ut proditorem oſtenderet, non tamen ut ſacramenti huius institutionem monſtraret, quod vero de expreſſo botro, id eſt de uvarum granis populus communicatur, valde eſt omnino confulum. Calix enim Dominicus vino & aqua permiſtus debet offerri, quia

videmus in aqua populum intelligi : in vino vero ostendi sanguinem Christi. Ergo quando in calice vino aqua miscetur , Christo populus adunatur : Non enim potest calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque simul miscatur.

Ca. 2. Ne vasa Domino sacra humanis usibus seruiant.

SI quis scienter divina vasa vel ministeria aut in usus suos transtulerit, aut comedere in his, vel poculum sibi sumendum elegerit, gradus sui officij periculum sustinebit. Si secularis fuerit, perpetua excommunicatione dampnetur: si religiosus, ab officio deponatur. Sub hac sententia tenebuntur, qui Ecclesiastica ornamenta, vel alia quaelibet indumenta, atque etiam utensilia scienter in suos vel aliorum usus transtulerint.

Can. 3. Ne sacerdos sine oratio sacrificet.

Quando sacerdos Missam celebraturus accedit, non aliter accedat, quam oratio utroque humero circumseptus, sicut & quando fuit consecratus, ita ut de uno eodemque oratio cervicem pariter & utrumque humerum premens, signum in suo pectore præparet crucis. Si quis aliter egerit, excommunicationi subjaceat.

Ca. 4. De vitanda extranearum mulierum familiaritate.

Nullus de clero absque honesto & competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet feminis secrete se præsumat adungere. Et non solum cum extraneis, sed nec cum ipsi etiam sororibus, vel propinquis ne licentia sororum vel propin quarum mulierum, quisque solus familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Hujus præceptionis transgressor sex mensibus penitentiae subjaceat.

Can. 5. A quibus & quomodo gestanda martyrum reliquia.

In festis quibusque diebus arcam Domini cum reliquiis, non Episcopi, sed Levitæ in humeris gestentibus & in veteri lege onus idem impositum novimus esse præceptum. Quod si Episcopus per se reliquias deportare legerit, non ipse à diaconibus in cella vehatur, sed potius pedestri coepta cum populis processione procedente ad Ecclesias

p̄r eundem ſanctæ Dei reliquæ portabuntur.

Can. 6. *Quomodo plectendi Eccleſiaſtici ab Episcopō.*

Qui gradus jam Eccleſiaſticos meruerunt, id eſt preſbyteri, abbates & Levitæ, exceptis gravioribus & mortalibus culpis, nullis debent verberibus ſubiacerè. Non eſt dignum ut paſſim unuſquiſque prælatus inhonorabilia membra ſua prout voluerit verberibus ſubiiciat, & dolori ne dum incaute ſubdita percutit membra, ipſe quoque debitam ſibi ſubditorum reverentiam ſubtrahat.

Canon ſeptimus eſt ſecundus canon in Chalcedonenſi concilio.

In canone octavo habetur, ut rectores Eccleſiarum curent magis Eccleſiaſtica iura quam ſua.

Explicet concilium Bracaren. tertium.

Adeodatus ſeptuageſimus ſeptimus Papa ſub Petro, anno Chriſti 671. Sedit annos quatuor, meſes 2. dies 9. patria Romanus, ex Monacho Pontifex creatur, vir religioſe & omni comitate præditus, Conſtantino Pogonar. Imperet. 61.

Donus 78. Papa natione Romanus ex patre Mauricio, ſedit annum unum, meſes 9. dies 6. Sub hoc convocata eſt ſynodus Conſtantinopolitana ſexta, ſub Agathone crepta, ſub Leone ſecundo abſoluta eſt. Donus tantum doctrinæ & ſanctitate viræ adeo floruit, ut Ravennarum Eccleſiam jam pridem à Romana ſegregatam, ſedi Apoſtolicæ obtemperantem reddiderit.

Agatho ſeptuageſimus nonus Papa natione Siculus ex Monacho Pontifex creatus, ſedit annos 2. meſes ſex, dies quatuor. Vir fuit adeo benignus & mansuetus, ut univerſis hilaris & iocundus comprobaretur, & tantæ ſanctitatis, ut leproſum obvium factum oſculo ſuo ſtatim liberaverit. Huius pontificis morte vacat ſedès annum unum, meſes quinque.

Leo junior Papa octogeſimus ſub Petro, natione Siculus ex patre Paulo, ſedit meſes decem, dies 19. Vir in humanis & divinis ſcripturis ſufficienter inſtructus, Græca & Latina lingua eruditus, paupertatis amator; ergo inopum proviſionem, non ſolum mentis pietate, ſed & ſtudij ſui labore ſollicitus. Hic excepit & probavit acta ſextæ ſynodi in nova Roma celebratæ, reſidente magno principe Conſtantino, ſimulque cum eo legæ iſ ſedis Apoſtolicæ, & duobus Patriarchis Conſtantinopolitano & Antiocheno, ac 150. Episcopis. 18

D. 11.
C. 6. 11.
C. 6. 11.
C. 6. 11.
C. 6. 11.
C. 6. 11.
C. 6. 11.

a. d. 671.
Adeodatus
pont. 4.
77. a. d.
671. a. d.
pont. 78.
a. d. 673.

Agatho
pont. 9.
Leo 2.

ſedit 10.
ſub Pe-
tro.

qua condemnati sunt Cyrus, Sergius, Pyrrus, Paulus & Petrus, & Macarius cum discipulo suo Stephano, qui unam voluntatem & unam operationem in Christo prædicaverant, sed & superscriptos defensores hæreticos, Macarium, Stephanum, Polychronium & Anastasium dum nolent à suo recedere proposito, per diversa Monasteria retrahit. Mense decimo sui pontificatus prædictus Leo moritur, & sepelitur collachrymantibus omnibus tanquam publico parente orbatis vac. sed. men. 11. dies 21.

SEXTA SYNODUS CONSTANTIN.

sub tribus supradictis pontificibus adversus Sergium, Paulum, Pyrrum, Petrum, Cyrum & Theodorum, omnes Archiepisc. Constantin. Qui impie docuerunt unam voluntatem & unam operationem in dispensatione Incarnationis Domini nostri Iesu Christi: præfidente Constantino Imperatore, & legatis missis ab Agathone Papa, Theodoro, & Georgio presb. & Ioanne diacono qui præsentabant in conc. locum Archiepisc. antiquæ Romanæ Agathonis.

Actio prima sub Agatone Papa.

*Confess.
Synodi in
actiõne 1.*

In nomine Dei & salvatoris nostri Iesu Christi præfidente piissimo & Deo dilecto magno Imperatore Constantino in secretario sacri Palatii quod cognominatur, Trullus, &c. Conveniente quoque sancta & universali synodo, quæ secundum Imperialem sanctionem congregata est in hac regia urbe, Theodoro & Georgio presbyteris, & Ioanne diacono vicem agentibus Archiepiscopi antiquæ Romæ, & Georgio Archiepiscopo magnæ Constantinopoleos novæ Romæ, & Petro Deo amabili presbytero, & monacho, & locum servante sedis magnæ civitatis Alexandriæ, & Mario Archiepiscopo Theopoleos Antiochiæ, & Georgio religioso presbytero monacho, & apocrisario Theodori venerabilis, vicarij sedis Hierosolymorum, Ioanne Episcopo Portuensi, Abundantio Episcopo civitatis Paternensis, Ioanne Episcopo civitatis Rhegitanæ, locum præsentantibus

centum, & venerabilium Episcoporum sancti concilij anti-
 quæ Romæ, residentibus gloriosis patronis & consulibus ex
 latere piissimi nostri, Imperatoris Constantini, & ex lævâ
 quidem ejus parte residentibus Vicariis Agathonis Archie-
 piscopi antiquæ Romæ, & qui ex persona synodi erant Deo
 amabiles Episcopi: A dextrâ vero ejus parte residentibus
 Georgio Archiepiscopo novæ Romæ, &c. Propositis in me-
 dio sacrosanctis Evangelii Christi Dei nostri Theodorus,
 & Georgius presbyteri, Ioannes diaconus Vicarij Aposto-
 licæ sedis antiquæ Romæ, nec non & qui ex persona synodi
 erant, dixerunt.

Benignissime Domine, secundum sacram à vestra fortitudi-
 ne ad sanctissimum Papam rogationem demandati su-
 mus ad piissima vestigia vestræ serenitatis una cum ejus sug-
 gessione, quam & obtulimus coronatæ vestræ serenitati: quon-
 niam igitur ante hos 46. plus minus annos quosdam novi-
 tates vocum contrarias orthodoxæ fidei introduxerunt, qui
 in illo tempore fuerunt præsules hujus regni vestræ civita-
 tis, id est Sergius, Paulus, Pyrrhus, & Petrus, nec non & Cy-
 rus quondam Alexandriæ civitatis Antistes, & Theodorus
 Episcopus civitatis Pharam, & alij quidam qui eos secuti
 sunt non modice, quæ per totum orbem terrarum est Ec-
 clesiam turbaverunt, unam voluntatem in Incarnationis
 dispensatione Domini nostri Iesu Christi, unamque opera-
 tionem dogmatizantes & docentes, quæsumus à Deo coro-
 naram vestram fortitudinem, ut dicant qui ex parte sunt
 sanctissimæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, unde hujusmodi
 vocum adinventæ est novitas.

Constantinus piissimus Imperator dixit: Audientes Geor-
 gius Archiepiscopus nostræ hujus civitatis, & Macarius
 Archiepiscopus Antiochenæ civitatis, & ei adjacens syno-
 dus quæ à parte Apostolicæ magnæ Romæ sedis dicta sunt,
 quæ eis videntur, prosequamur.

Macarius Archiepiscopus Antiochiæ, una cum Stepha-
 no presbytero, & monacho ejus discipulo, & alij Episcopi
 Orientis dixerunt: Has quidem vocum novitates non edidi-
 mus, sed qui quid percipimus tam à sanctis universali-
 bus synodis & sanctis probabilibus patribus, quam quæ à præ-
 sulibus hujus regni urbis, id est Sergio, Paulo, Pyrrho, &
 Petro, nec non & Honorio, qui fuit Papa antiquæ Romæ, &
 Cyro qui fuit Papa Alexandriæ, hoc est de voluntate & ope-

ratione, sic & credimus & prædicamus, & docemus, & parati sumus hoc ostendere. Et parentibus illis, iussit Imperator proferri & in medium legi gesta synodi generalis Ephesinæ, & Epistolam Cyrilli, & inter alia verba ejus Epistolæ habentur & ista: Christus Iesus est per quem reges regnant, &c. Quibus verbis perperam intellectis contendebat Macarius Archiepiscopus Antiochiæ probare unam voluntatem in Christo. Et tandem consideratis & examinatis verbis illis Cyrilli, redargutus & confusus est Macarius à Vicariis Apostolicæ sedis & ab aliis Episcopis Orientalibus, & præcepto Imperatoris absoluta est prima actio.

Actio secunda.

Præsidente eodem piissimo & magno Imperatore Constantino, &c. & conveniente sancta & universali synodo, &c. sicuti in actione prima.

Prolata & lecta sunt acta quartæ synodi Chalcedonensis, & cum legeretur Epistola Leonis Papæ & ventum est ad illud: Ait enim utraque forma cum alterius communionem, quod proprium habuit, verbo quidem operante quod verbi est, carne autem exequente quod carnis est: & horum unum coruscant miraculis, aliud verò succumbit injuriis: exurgentes qui ex parte Apostolicæ sedis erant antiquæ Rom. clamaverunt: Ecce benignissime Domine, manifestè duas naturales operationes inconfusè & indivisè in Domino Iesu Christo: Et respondente Macario & qui cum eo erant, finita est actio secunda.

Actio tertia.

Præsidente eodem piissimo & magno Imperatore Constantino, &c. sicuti in actione prima.

Præceptum est, ut legerentur acta in quinta synodo generali, & cum lector incepit legere initium libri qui ita continebat: Sermo sanctæ memoriæ Mænx Archiep. Constantinopol. ad Vigilium beatissimum Papæ Rom. de eo quod una sit Christi voluntas. Exurgentes legati Apostolicæ sedis Romæ, exclamaverunt: Piissime Domine, falsatus est prefatus liber quintæ synodi, Nequaquam relegatur sermo, qui dicitur Mænx ad Vigilium, quia fictus est, sed jube diligenter advertere præsentem librum. Et inspicientes Imperator una cum iudicibus & quibusdam de sancta synodo

Episcopis, invenerunt tres quaterniones in principio libri additos non habentes subnotationem numeri: falsatus enim erat liber hæretici in nonnullis locis. Lecta sunt reliqua gesta quintæ synodi, & absoluta lectione, sancta synodus & iudices dixerunt: Ex lectione summorum conciliorum, sicut audistis, non invenimus in Incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi unam voluntatem, & unam operationem.

Actio quarta.

Præsidente piissimo Imperatore, &c. sicut in actione prima: Prolata & lecta est Epistola Agathonis Papæ ad Cæsarem, & synodum; cuius quidem Epistolæ nonnulla duximus hic subiicienda, quæ sic habet.

Ut autem vestræ pietati, quid Apostolicæ nostræ fidei vigor contineat, breviter intimemus, quam præcipimus per Apostolicam Apostolicorumque Pontificum traditionem & sanctorum quinque generalium synodorum, per quas fundamenta catholicæ Christi Ecclesiæ firmata sunt. Hic igitur status est Evangelicæ atque Apostolicæ fidei regularisque traditio, ut consistentes sanctam & inseparabilem Trinitatem, id est Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum unius esse deitatis, unius naturæ & subsistentiæ, sive essentiæ, unius eam prædicemus & naturalis voluntatis virtutis, operationis, & dominationis & maiestatis, potestatis & gloriæ. Et quicquid de eadem sancta Trinitate essentialiter dicitur singulari numero, tanquam de una natura trium consubstantialium personarum comprehendamus, regulati ratione hoc institui. Cum verò de uno earundem trium personarum ipsius sanctæ Trinitatis filio Dei Deo Verbo, & de mysterio admirandæ ejus secundum carnem dispensationis confitemur, omnia duplicia unius ejusdemque Domini salvatoris nostri Iesu Christi (secundum Evangelicam traditionem) asserimus, id est, duas ejus naturas prædicamus, divinam scilicet & humanam, ex quibus & in quibus etiam post admirabilem atque inseparabilem unionem subsistit. Et unamquamque ejus naturam proprietatem naturalem habere confitemur, & habere divina omnia quæ divina sunt, & humana omnia quæ humana sunt absque ullo peccato. Et utrasque unius ejusdem Dei Verbi Incarnati, id est, humanati, inconfuse, inseparabiliter, immutabiliter esse cognoscimus, sola intelligentia quæ unita sunt discernentes pro-

pter confusionis dantaxat errorem. Equaliter enim & di-
 visionis & commissionis detestamur blasphemiam. Cum
 duas autem naturas duasque naturales voluntates, & duas
 naturales operationes confitemur in uno Domino nostro
 Iesu Christo, non contrarias eas, nec adversas ad alteru-
 tram dicimus, sicut à via veritatis errantes Apostolicam
 traditionem accusant, absit hæc impietas à fidelium cordi-
 bus, nec tamquam separatas in duobus personis vel substi-
 tentiis, sed duas dicimus unum eundemque Dominum
 nostrum Iesum Christum sicut naturas, ita & naturales in
 se voluntates & operationes habere, divinam scilicet, &
 humanam, divinam quidem voluntatem & operationem
 habere ex æterno cum coessentiali Patre communem, hu-
 manam temporaliter ex nobis cum nostra natura susce-
 ptam. Hæc est Apostolica atque Evangelica traditio, quam
 tenet spiritualis vestri felicissimi Imperij mater Apostolica
 Christi Ecclesia. Hæc est vera confessio pietatis. Hæc est
 enim veræ fidei regula, quam & in prosperis & adversis
 vivaciter tenuit Apostolica Christi Ecclesia, quæ per Dei
 gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse
 probabitur, nec hæreticis novitatibus depravata succubuit
 quia dictum est Petro: Ego pro te rogavi, ut non desi-
 ciat fides tua. Et tu aliquando conversus confirma fra-
 tres tuos: Hic Dominus fidem Petri non defuturam pro-
 misit, & confirmare eum fratres suos admonuit, quod
 Apostolicos Pontifices meæ exiguitatis prædecessores
 confidenter fecisse semper, cunctis est cognitum: quoniam
 & pusillitas mea licet & impar & minima, pro suscepto
 tamen divina dignatione ministerio pedissequa cupit exi-
 flere.

Ibidem anathematizat hæreticos, qui contra prædicta
 senserunt, Theodorum, Sergium, Pyrrhum, Paulum,
 Petrum, qui fuerunt novæ Romæ antistites, & Honorium
 qui fuit Papa antiquæ Romæ, & Cyrum Alexandrinum
 Episcopum, & Macarium, qui nuper fuerat Antiochiæ præ-
 sul, & Stephanum ejus discipulum. Insuper & Arrianos,
 Apollinaristas, Eutychianos, Thimoteranos, Acephalos,
 Theodosianos, Scyanitas, & omnem denique furorem hæ-
 reticorum sive confundentium seu dividendum Incarnatio-
 nis Christi mysterium.

Quod autem duæ sint naturales voluntates & operationes
 in Christo, probat prædictus Papa & multifariè.

Primum quia Deus perfectus est, & homo perfectus est Christus Iesus, ergo naturalibus proprietatibus utramque naturam perfectam necesse est esse, & duas in eo operationes & voluntates. Igitur sicut in tribus personis Trinitatis tres personales voluntates asserere absurdum est, quoniam una natura est, quam sequitur voluntas una: ita in una Christi persona, quæ duas naturas habet, duas voluntates & duas operationes naturales negare impium est.

Secundò testimoniis scripturarum, *Matt. 26.* Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Et alibi: Non mea voluntas, sed tua fiat. Et in alio loco dicit: Non veni ut facerem voluntatem meam, sed ejus qui misit me patris. Et iterum *Mat. 24.* Surgens venit in partes Tyri, & ingressus domum noluit aliquem scire & non potuit latere, cum tamen ille sit de quod dicitur: Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit in celo & in terra. Igitur hoc ad humanam ejus voluntatem redigi oportet. Et alibi etiam, Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, Spiritum, voluntatem intelligit divinam: carnem vero, voluntatem humanam.

Tertiò, ut synodus prober hæc pertinere ad fidem, utebatur expositione sanctorum doctorum, Ambrosii, Augustini, Chrysostomi, Athanasii, Cyrilli, utriusque Gregorii, Leonis Pontificis, cujus testimonio multoties libenter utitur, præcipue cum scribit ad sanctum Fabianum Episcopum Constantinopoli, ubi sic habet: Agit enim utraque forma cum alterius communione quod proprium est, verbo scilicet operante quod verbi est, & carne exequente quod carnis est, &c. Et sicut verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recedit, ita caro naturam nostri generis non relinquit. At vero illa ad divinam naturam pertinere dicuntur: scilicet. Sicut pater suscitavit mortuos, ita dedit & filio, &c. Et illud, Nemo potest cognoscere Patrem nisi filius, & cui voluerit filius revelare. Ad humanam tamen illa: Nolebat per Iudæam ambulare, quia querebant Iudæi cum interficere. Et quæ supra citavimus ex Evangelio. Illud etiam quod David in persona Christi ait: Ut faciam voluntatem tuam Deus meus, &c. Et illud, Voluntarie sacrificabo tibi.

Solet hoc aliàs fieri in conciliis, etiam cum definiunt ad fidem pertinentia, jvari sententiis antiquorum patrum.

Postremo confirmantur omnia ista definitione sancti Concilii Chalcedonensis, sessione quinta ubi hæc fides asseritur. Etiam & ex concilio Constantinopolitano quinto c. 7. Dein

*Mat. 24.**d. Luc.**22. d.**Mar. 7. d.**Joan. 5.**Matt. 22.**d. Joan. 7. d.**Psal. 142.**Psal. 53.*

de referunt ex integro symbolum quod publice in Ecclesia
cantatur, quo observatur hæc forma loquendi.

*Desideratur hoc
symbolum.
Annotatio.*

Confitemur Trinitatem personarum, sive substantiarum
non trium nominum subsistentiam, sed bene trium persona-
rum unam subsistentiam. Item confitemur, & Christum ex
duabus naturis compositum.

*Hæc fuit instructio legatorum quorum superius fecimus
mentionem.*

quibus omnibus subscripserunt, primum Agatho Papa,
deinde innumerabiles Episcopi Occidentales, per quos de-
lecti sunt tres prædicti legati, qui ad concilium generale
Constantinopolitanum mitterentur, ut hæc certa fidei con-
fessio publice prædicaretur.

Habentur ibidem etiam argumenta hæreticorum, Apollina-
ris, Severi, Theodosii, Cyri Alexandrini & Theodori Epi-
scopi contra pluralitatem operationum in Christo Domini:
quæ quoniam nihil habent nisi verba, missa fecimus.

Actio quinta.

Præsidente piissimo & magno Imperatore Constantinensi;
&c. ut in actione prima.

In hac actione commonuit Imperator Macarium & so-
cios, ut proferrent testimonia sanctorum Patrum demon-
strantia unam voluntatem & unam operationem in Do-
mino nostro Iesu Christo, sicut dudum promiserant: & protu-
lerunt duos codices, quorum prior in superscriptione ita
continebat.

Testimonia sanctorum patrum unam Domini nostri Ie-
su Christi voluntatem docentia, quæ est etiam Patris & Spi-
ritus sancti, quibus lectis absoluta est iussu principis actio
quinta.

Actio sexta:

Præsidente piissimo & Magno Imperatore, &c. sicut in
actione prima.

In actione hac rursus commonitus est Macarius cum so-
ciis, si haberet alia testimonia de una voluntate, & operatio-
ne Domini nostri Iesu Christi, quæ proferret in concilio

At ille protulit & alium codicem, qui in superscriptione continebat sic.

* *Sequentia testimoniorum de voluntate.* Et lectus est coram concilio. Quo lecto, & prædicto Macario cum sociis suis contentis & nolentibus alia testimonia pro se afferres Vicarij Apostolicæ sedis Romanæ & qui cum eis erant Episcopi & Clerici & Monachi dixerunt: *Piissime Domine,* adhuc aliquid de una voluntate & una operatione non ostenderunt Macarius amabilis Archiepiscopus, & eius socij per testimonia ab eis prolata, sed & ipsa quæ protulerunt, detruncaverunt, & quæ ad Trinitatis quidem attinet rationem de una voluntate pro Incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi potulerunt. Quæ vero conveniunt & quæ proprie pro hujusmodi incarnationis; dispensatione posita sunt, tam sensum quam verba detruncaverunt. Unde petimus vestram piissimam fortitudinem jubere authenticos codices proferri ex venerabili Patriarchio hujus regis civitatis, & conferri cum codicibus ab eis oblati, &c. *Piissimus Imperator* præcepit ut id in sequenti actione fieret.

Actio septima.

Conveniente sancta & universali synodo, quæ per Imperialem sanctionem congregata est, &c. ut in actione prima.

Commoniti sunt Vicarij sanctissimi Agathonis Papæ urbis Romæ ut proferrent testimonia prædicantia duas voluntates naturales, & duas operationes etiam naturales in dispensatione incarnationis Domini nostri Iesu Christi, & prophanorum hæreticorum similiter testimonia manifestantia unam voluntatem & operationem. Et protulerunt codicem supra scriptum ita. Testimonia sanctorum ac probabilium patrum demonstrantia duas voluntates & duas operationes in Domino Deo & salvatore nostro Iesu Christo. Quæ Stephanus Monachus relegit ab initio usque ad finem tam sanctorum ac probabilium testimonia, quam quæ prophanorum hæreticorum. Et absoluta est actio septima.

Actio octava.

Præsidente eodem Magno Imperatore, &c. sicut in actione prima.

Piissimus Imperator præcepit ut Gregorius Archiepiscopus Constantinop., & Macarius, & ei subjacens synodus edi-

car si convenit ei sensus suggestionum directarum ab Agathone sanctissimo Papa Romæ , & ejus synodo Respondit Gregorius Archiepiscopus : Sulcipio , & sequor dominæ, directas suggestiones à sanctissimo Agathone Papa Romæ, & credo , sic profiteor in uno sanctæ Trinitatis Domino nostro Iesu Christo vero Deo nostro duas naturales voluntates , & duas operationes. Sic cæteri dixerunt : sic credimus , & sequimur : & omnes qui docuerunt , & dicunt unam voluntatem & unam operationem in duabus naturis unius Domini nostri Iesu Christi veri Dei nostri, anathematizamus. Macarius protulit voce & scripto suam fidem juxta editionem sanctarum & universalium quinque synodorum. Rogamus vero si confiteretur apertas duas naturales voluntates, & duas operationes in domino nostro Iesu Christo, respondit : Non dico duas Voluntates, aut duas operationes in Incarnationis dispensatione Domini nostri Iesu Christi, sed unam voluntatem , & Dei virilem operationem: non tamen duas confiteor , etiam si membratim incidat & mittat in mare. Tandem omnes Episcopi consenserunt unanimes his quæ per Agathonem Papam, & ejus synodum antedicta sunt in Epistola, & in legatorum suorum instructione lecta actione 4. exceptis Macario, & duobus aut tribus ejus discipulis , qui noluerunt consentire quod in Christo essent duæ naturales voluntates, & duæ operationes : Quos exilio relegatos coram toto concilio denudaverunt pallio Episcopali, quo & nunc etiam utuntur Episcopi , alba scilicet camisia.

In eadem actione examinantur testimonia quibus inducuntur hæretici unam in Christo ponere voluntatem, & operationem, & repertum est illos multa consulto omisisse & alia depravasse in codicibus quæ possent suum errorem demonstrare. Tandem convicti sunt de errore suo per duos presbyteros legatos Episcopi Romani. Convincuntur vero primum ex Ambrosio ad Gratianum , deinde ex Athanasio in libro de Incarnatione. Verbi. Ultimo & efficacissime cum mirabili eloquentia ex Chrylostomo in sermone illo : Pater si possibile est , transeat à me calix iste.

Actio nona.

Conveniente sancta & universali synodo, quæ per Imperialem sanctionem congregata est in hac regia urbe , &c. sicut in actione prima.

Prolatus est codicillus testimoniorum, qui oblatus à Macario & Stephano, & collatus est cum aliis codicibus authenticis, & inventus est depravatus & corruptus, & est Athanasio Alexandrino, & Gregorio Nazianzeno, & Cyrillo evidenter demonstratum est duas esse naturales voluntates, & duas operationes in Christo Domino nostro, & sic absoluta est actio nona.

Actio decima.

Præsidente eodem magno Imperatore Constantino, &c. sicut in actione prima.

Rursus collata sunt testimonia aliquorum patrum, nempe Leonis Papæ ex Epistola secunda ad Leonem Imperatorem, & Ambrosij Mediolan. Episcopi ex 2. li. ad Gratianum Imperatorem, prolata à Macario & Stephano cum codicibus authenticis ex Patriarchio regis civitatis: & demonstratum est id quod supra. Rursus idem demonstratum est ex testimoniis multis adductis Ioannis Chrysostomi, Athanasij, Gregorij Nazianzeni, & Gregorij Nysseni, & Cyrilli.

Actio undecima.

Tota hæc actio consumitur in propositione Epistolæ Sophronij Patriarchæ Hierosolymorum ad concilium, quæ postea in actione tertia decima à tota synodo probata est. In qua longa admodum oratione, eloquentia & Christiana sapientia plenissima, & omnibus numeris absolutissima disputat præcipua mysteria fidei.

Primo sanctæ Trinitatis mysterium.

Secundo Incarnationis Dominicæ sacramentum, probans quod potissimum intenderat unam esse in Christo personam, sed duas distinctas naturas, humanam scilicet, & divinam, & duas distinctas operationes, &c.

Tertiò, quod in Incarnatione Verbi non fuit Deitas copulata carni prius animatæ aut prius perfectæ, vel animæ præexistenti conjuncta, sed tunc his anima scilicet & carne ad subsistendum venientibus, quando eis ipsum Verbum & Deus naturaliter copulatus est, sed cum ipso Verbo existentiam habuerunt, nequaquam in ictu oculi hanc illa priorem habentia (sicut Paulus Samosatenus perstreptit atque Nestorius) simul quippe caro, simul Dei Verbi caro animata rationalis. Cum concepta quippe Verbi hæc

ad subsistendum prolata sunt, secundum subsistentiam ei unita sunt, quando ad subsistendum prolata sunt, nullumque prius tempus propriæ constitutionis tulerunt, quod inconfusam atque inseparabilem ad compositionem præcederet. Ex inviolabili namque & virginali sanguine sanctæ & immaculatæ virginis Mariæ Verbum vere factum est, Incarnatum, & veraciter homo, & in utero virgineo deportatus, & tempus explevit legitime puerperij, & per singula naturalia, & peccatum non trahentia nobis omnibus similis factus, nostramque non dedignatus passibilem vilitatem: Nascitur Deus humano corpore, similiterque habitu animam rationalem & incorpoream habens, & virginem generantem conservat, & ostendit eam proprie & veraciter demonstravit, quamvis Nestorius vecors scindatur, & ejus Deo rebellis exercitus lachrymetur, lamentetur, & exulet, &c.

Hoc in loco singulariter & devotissime de hoc divino mysterio disputat sanctus iste Episcopus, libenterque utitur testimoniis beati Dionysij desumptis ex lib. de divinis nominibus, quoniam persuasum habeat hunc librum esse Dionysij, & hunc esse illum Dionysium quem Paulus ex Areopago vocavit ad Evangelium, &c.

*Creatus
corporeus
& incorporeus.*

Ibidem etiam, non abhorret hanc formam loquendi, ut Christum vocet hominem creatum, & increatum, corporeum & incorporeum, per omnia nobis similem, excepto peccato, & omnibus ipsum consequentibus, quoniam Christus arbiter & Dominus erat motuum naturalium, & omnium suorum affectuum, sive passionum, qui nisi eo annuente non movebantur, quod nos minime sumus.

*Explicatur
mysterium
Trinitatis.*

Ibidem docet, angelos & animas & ceteras invisibiles substantias non corrumpi, sed omnia esse à Deo immortalia creata. Quod vero ait illa esse immortalia non per naturam sicut Deus, sed per gratiam eas à morte coercentem, puto intelligit, quod naturaliter à se non habeant hanc immortalitatem, sed ex generali dono Dei.

Deinde explicat eleganter mysterium sanctæ Trinitatis, docens in divinis esse tres substantias: sic Trinitatem itaque in unitate credimus, & in unitate Trinitatem glorificamus. Trinitatem quidem pro tribus substantiis: unitatem autem propter singularitatem Deitatis. Et iterum: Seu igitur sancta Trinitas numerabilis personalibus facta est substantiis, sive sancta unitas extra omnem numerum, est

est, & hæc quidē indivisibilem habet divisionē & inconfusā gerit conjunctionē. Unde collige subsistentiā in divinis & personaliter & essentialiter dici. Si personaliter accipias, tres subsistentiæ sunt: si essentialiter, unica est subsistentia.

Idem in eadem Epistola suscipio autem & veneror post quinque universalia concilia, conscripta Cyrilli præsertim quæ contra Nestorii insaniam facta sunt. Similiter & Epistolam Orientalium Episcoporum, quæ ad eundem Cyrillum scripta est, quam & ipse orthodoxam esse testatus est, & quæcunque Leo sanctissimæ Romanæ Ecclesiæ sanctissimus dispensator scribit, & maxime quæ contra Eutychianam & Nestorianam prophanationem scripsit: hæc quidem ut Petri, illa vero ut Marci definitiones agnoscens.

Ultimo recenset fere omnes hæreticos à Simone mago ad illorum usque tempus, qui perpetam de mysterio Trinitatis suat locuti. Recensetur inter cæteros Origenes, & hujus discipuli Didymus & Evagrius, qui animas ante corporum constitutionem aiebant fuisse creatas, hoc dicit esse hæreticam & deliramentum impudens.

Finitis omnibus quæ in ista actione acta sunt Constantinus piissimus Imperator dixit: Sufficientia sunt etiam, quæ hodierna die sunt gesta. Quia vero in Christo amabilis vestræ reipub. causis occupamur, jubemus Constantinum & Anastasium patricios, Polyeuctum quoque & Petrum exconsules ex persona nostræ pietatis cum sancto & universali vestro concilio, in reliquis conventibus inveniri, postquam præsentis causæ plurima & præcipua capitula coram nostra pietate jam peracta sunt.

Actio duodecima.

Conveniente sancto & universali concilio, &c. sicut in actione prima.

Rursus disputatum est cum hæreticis, si ex scripturis sanctorum patrum possent demonstrare unam voluntatem, & unam operationem in Domino nostro Jesu Christo & non valentibus illud ostendere prolata est catholicis & lecta Epist. Leonis Papæ decima, & luce clarius demonstrarunt *Sanctorum* duas voluntates, & duas operationes in Christo Jesu, & *patrum*, dixit sancta synodus: Omnino necesse, non solum *secundum sensum* sequi sanctorum patrum dogmata, sed & *non solum* eisdem vocibus uti cum illis, nihilque penitus innovari. *secundum*

Ibidem relectum est rescriptum Epistolæ Honorii Papæ *sensum.*

*Secunda
sed eisdem
utendum
cum illis
vocibus*

Romani ad Sergium Constantinop. in quo post explicatum satis late sacramentum dominicæ incarnationis, subiungit: Quod Dominus Jesus-Christus Filius ac verbum Dei ipse sit unus operator divinitatis atque humanitatis, plenæ sunt sacræ literæ luculentius demonstrautes, Utrum autem propter opera divinitatis & humanitatis, geminæ operationes debeant derivare dici vel intelligi, ad nos ista pertinere non debet, relinquentes ea grammaticis, qui solent parvulis exquisita derivando nomina vendicare: Nos enim non unam operationem, vel duas Dominam Jesum Christum, ejusque sanctum Spiritum, sacræ literis percipimus, sed multiformiter cognovimus operatum: juxta illud: Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus, &c. Si enim divisiones operationum sunt multæ, & has omnes Deus in membris omnibus pleni corporis operatur, quanto magis capiti nostro Christo hæc possunt plenissime coaptari ut caput & corpus unum sit perfectum, &c. Et nos quidem secundum sanctiones divinorum eloquiorum oportet sapere vel sperare, illa videlicet refutantes, quæ quidem novæ voces noscuntur sanctis Dei Ecclesiis scandalum generare, ne aut duarum operationum vocabulo offensis, sectantes Nestorianos nos vesana sapere arbitrentur, aut certe si rursum unam operationem Domini nostri Jesu Christi fatendam esse censuerimus, stultam Eurychianistarum attonitis auribus dementiam fateri putemur, &c.

Relatum est & aliud rescriptum Sergii Patriarchæ Constat. in ad prædictum Honorium Papam, & collata sunt rescripta hæc cum exemplaribus authenticis, quæ producta sunt ex Patriarchio regis urbis, consistebant exemplaria, de quibus proferetur sententia in sequenti actione.

Ibidem confirmata est depositio Macarii & sociorum ejus, petita est à clericis Antiochiæ, ut alius pro Macario crearetur Archiepiscopus & sic absoluta est actio duodecima.

Actio tertiadecima.

Conveniente sancto, & universali concilio quod per imperiale decretum in hac regia urbe, &c. sicut in actione prima,

Postulatum est ut pronunciaretur sententia de Epistolis Sergii, Honorii & Sophronii, quæ in actione præcedenti lectæ sunt, Sanctum concilium dixit: Secundum promissio-

nem quæ à nobis ad vestram gloriam facta est, retractantes dogmaticas Epistolas, quæ à Sergio Patriarcha hujus regie urbis scriptæ sunt tam ad Cyrum, qui tunc fuerat Episcopus Phasidis, quam ad honorem Papam antiquæ Romæ similiter autem & Epistolam ab illo, id est, Honorio rescriptam ad eundem Sergium: hasque inuenientes omnino alienas existere ab Apostolicis dogmatibus, & à definitionibus sanctorum conciliorum, & eunctorum probabiliū patrum, sequi vero falsas doctrinas hæreticorum, eas omnimodo abjicimus & tanquam animæ noxias execramur. Quorum autem, id est eorundem impia execramur dogmata, horum & nomina à sancta Dei Ecclesia projici iudicauimus, i. Sergii præsulis hujus urbis qui aggressus est de huiusmodi impio dogmate conscribere, Cyri Alexandriæ, Pyrrhi, Petri, & Pauli, præsulum hujus etiam civitatis qui & similia eis censerunt.

Ad hæc & Theodori Episcopi Pharam, quarum omnium superscriptarum personarum mentionem fecit Agatho sanctus, Papa antiquæ Romæ suggestionem quam fecit ad piissimum & magnum Imperatorem nostrum, eosque abjicit utpote contraria rectæ fidei sentientes, quos anathemati submitit definimus. Cum his vero simul projici à sancta Dei catholica Ecclesia, simulque anathematizari præuidimus & Honorium, qui fuerat Papa antiquæ Romæ, quod inuenimus per scripta quæ ab eo facta sunt ad Sergium, quia in omnibus mentē ejus secutus est, & impia dogmata confirmavit. Pertractauimus autē & synodica Sophronii Archiepiscopi Hierosolymitani, & hæc reperientes cum una fide conuenientia apostolicisque & sanctorum patrum doctrinis parata, utpote quæ sunt orthodoxa recipimus, & ut salubria sanctæ Dei Ecclesiæ suscipimus, & nomen ejus inseri sanctis diptychis sanctarum Ecclesiarum iustum esse iudicauimus.

Post hæc produxit Georgius diaconus chartophylax Epistolas Cyri duas ad Sergium Constantinop. & unam Theodori ad eundem Sergium, & unam Pyrrhi & unam Pauli & unam Petri Constantinop. quondam antistitem, & unam Honorii Papæ totam hæreticam ad eundem Sergium, de quibus omnibus sanctum concilium dixit: Cogitationem accipientes prolatorum nobis à Georgio diacono libellorum, atque chartarum siue aliorum opusculorum, comperimus in unam eandemque impietatem concurrere, & præuidimus hæc tanquam prophana, & animæ perniciosa

*Hæreo
damnan-
tur hoc lo-
co septem
Pontifices
Sergius,
Cyrus,
Pyrrhus,
Petrus,
Paulus,
Honorius,
Theodo-
rus.*

continuo ob perfectum exterminium igne concremari, & combusta sunt, & sic præcepto judicium & sancti concilii absoluta est actio terriadecima.

Actio quattadecima,

Sessio 14.

Conveniente sancto & universali concilio, &c. & residentibus gloriosissimis patriciis & consulibus, & omnibus Deo amabilibus Episcopis per ordinem in eodem secretario Tulli, propositis in medio sacrosanctis Christi Dei nostri Evangelis, Georgius diaconus produxit duos codices continentes acta sancti & universalis quinti concilii, & Tomum septima actionis ejusdem concilii, & jussu concilii tangens præposita sacrosancta Evangelia, dixit, per istas sanctas virtutes & Deum qui locus est per eas, cum veritate hi duo libri membranacei sunt libri sancti quinti concilii, & volumen septima actionis ejusdem concilii, juxta quod jam excusi sunt, ita etiam nunc manifestati sunt, & pridem in bibliotheca inventi atque suscepti, & neque additum est quicquam à me nec subtractum per me, neque cum conscientia mea à quoquam omnium. Surgentes Episcopi concilii & conferentes cum exemplaribus authenticis, inveniunt ab hæreticis adjectos esse tres quaterniones in primo libro, & in secundo libro circa septimam actionem mutatum quidem fuisse quintum decimum quaternionem, & adjectum esse quadrifolium non superscriptum ante decimum sextum quaternionem. Quocirca acclamatum est à concilio: Anathema libello qui dicitur Mænz ad Vigilium. Anathema libellis qui dicuntur facti fuisse à Vigilio ad Justinianum & Theodorum divæ memorie. Anathema simul, qui falsaverunt acta sancti & universalis quinti concilii.

Introduxerunt Græci sub nominibus Vigilii Papæ, similiter & Mænz hos libellos continentes unam voluntatem, & unam operationem in Christo, cum tamen nullos tales scripsisset Vigilius nec Mænz, & hac de causa acclamatum etiam à concilio, & anathematizati sunt libelli illi:

Sermo

*Athanasii
de duabus
voluntati-
bus in
Christo.*

Deinde productus & lectus est sermo Athanasii super verbis illis domini: Nunc anima mea turbata est, de quo sanctum concilium dixit aperte: Nunc in sermone, qui lectus est, duas naturales voluntates in dispensatione incarnationis de sancta Trinitate Domini nostri Jesu Chr. veri Dei laudabilis Athanasius declaravit, & præcepto judicium & san-

At concilii, actio quattadecima absoluta est.

Actio quintadecima.

Conveniente sancto concilio, &c, ut supra.

Adductus est ad concilium Polychronius religiosus presbyter & monachus, interrogans quæ esset fides ejus in dispensatione incarnationis Domini nostri Jesu Christi, Polychronius monachus dixit: Ego expositionem fidei meæ do in opere mortui, rogans pro eo filium Dei, ut suscitaret eum, si autem non resurrexerit, ecce concilium & Imperator quæ eis placuerit in me faciant. Sanctum concilium dixit: Expositionem fidei tuæ profer, nā ecce mortuus præparatus est. Ille ait: in hoc est fides mea, & ita mihi essendit Deus, ut ponam eam super mortuum, & si non surrexerit, ecce ut prædixi. Et protulit in medio unam chartulam propria scriptam manu, & ab Antiocho, religioso te.

Constantino à Deo coronato ac mansuetissimo magno Principi, ego Polychronius tanquam præsens, saluto & adoro: & quia vidi multitudinem virorum & candidatorum & in medio virum, cujus virtutem narrare non valeo, dicentem mihi: Quia novam fidem componis, festina, & dic Imperatori Constantinopoli. Non facias novam fidem, neque acquiescas. Et veniente me ab Heraclea Chrysopoli & stante me in solario (hora erat quasi septima diei) vidi virum terribilem candidatum valde, & stetit coram me, dicens: Quia qui non confitetur unam voluntatem & Dei virilem operationem, non est Christianus. Ego autem dixi: Hoc & Constantinus sapientissimus Imperator præstavit unam voluntatem, & Dei virilem operationem. Ille autem dixit: Multum bene, & Deo placet. Sanctum concilium dixit, ut illa chartula ab eodem Polychronio juxta propositionem suam poneretur super mortuum jam ad hoc præparatum in loco publico in præsentia concilii & populi ad satisfactionem Christo amabilis plebis qualiter Deus veritatem demonstraret. Et congregato plurimo populo in atrio publici lavacri quod dicitur Zeuxippus idem Polychronius posuit super mortuum hujusmodi fidei suæ chartulam, perque plures horas perseverans & insulstrans ei, nihil horum quæ ab eo stolide ac blasphemè promissa fuerant valens peragere, idem Polychronius dixit, nlatenus se posse mortuum suscitare. Populus qui ibi-

*Sessio 15.
Insania
Polychro-
nii conten-
dentis sus-
citare
mortuum
in heresi-
corum ve-
ritatis te-
stimonium
Chartula
fidei Pol-
hæretici.*

dem aderat, exclamavit, dicens: Novo Simoni anathema Polychronio seductori populi anathema. Sancto concilio iterum interroganti, si adhuc perseveraret in illa sua fide, Polychronius respondit, Sicut continet chartula quam obtuli & posui supra mortuum, ita credo unam voluntatem & Dei virilem operationem, & alterum quid non dico. Et cum perseveraret in proprio errore, per sanctum concilium tanquam seductor populi & manifestus hæreticus depositus est ab omni ordine & officio sacerdotali. Gloriosissimi principes & sanctum concilium dixerunt: Sufficiunt quæ hodierna die acta sunt.

Actio sextadecima.

Sess. 16.

Conveniente sancto & universali concilio, &c. ut supra. Adductus est Constantinus presbyter Ecclesiæ quæ est in Apamia secundæ Syriorum provinciæ, ad concilium, & examinatus est de sua fide, qui rogatus à concilio, dixit se non cognoscere nisi unam voluntatem, & unam operationem in Christo, sicut Macarius sentiebat. Cui post longam disputationem sanctum concilium dixit: Ita sentis, & ita perseveras usque ad finem in hac secta? Et Constantinus dixit: Etiam Domini, sic sentio, & sic credo: & non est possibile aliter. Sancta synodus exclamavit: Hæc secta Manichæorum est. Hæc est fides Apollinarii, Anathema illi cum dogmatibus suis. Anathema Theodoro hæretico Pharanitano, Sergio hæretico anathema, Pyrrho hæretico anathema, Paulo hæretico anathema, Petro hæretico anathema, Macario hæretico anathema, Polychronio hæretico anathema, Aspergio Pargensi anathema. Omnibus qui suffragantur hæreticis; anathema, Sic absoluta est actio 16.

Actio decimasextima.

Sess. 17.

In hac actione profertur symbolum, quod dominicis diebus nunc publicè in Ecclesiis cantatur, à synodo Nicæna constitutum, ubi obiter condemnatur Arius, qui aiebat de verbo quod erat aliquando, quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & quia ex nihilo factus est, vel ex altera substantia vel essentia, dicentes esse aut veribilem, aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica, & apostolica synodus.

Ibidem longa oratione explicatur mysterium Dominicæ

incarnationis, in unitate personæ, & unius substantiæ duas concurrere naturas & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes induisse, inseparabiliter inconfuse, secundum sanctorum patrum doctrinam in Christo copulatas, non contrarias, juxta quod impii asserunt hæretici, sed voluntatem humanam nunquam reluctans, sed subiectam divinæ ejus atque omnipotenti voluntati juxta sententiam sapientissimi Athanasii.

Item recenset hæreticos quos supra anathematizat, & recipit tomum sanctissimi Leonis Papæ ad sanctum Flavianum, quem & titulum rectæ fidei appellat sancta synodus.

*Leonis
Papa ad
Flavianum Recipiuntur
Epistola
synodica
Cyrilli
adversus
Nestorium.*

Item Epistolas synodicas quæ scriptæ sunt à beato Cyrillo adversus ipsum Nestorium, & ad Orientales Episcopos.

Item etiam approbat & recipit quinque universalia concilia, & sanctos & probabiles patres definientes Dominum Iesum Christum unum de sancta Trinitate. Et subscripserunt omnes Episcopi, & absolutus est conventus decimus septimus.

Actio decima-octava.

Præsidente piissimo & magno Imperatore, conveniente quoque sancto & universalis concilio, quod per Imperialem sanctionem congregatum est, &c. ut supra.

In hac actione, præsentate Imperatore, confirmaverunt acta in actionibus præcedentibus, & subscripserunt omnes Episcopi præsentates, & vices gerentes absentium Episcoporum. Deinde & Constantinus Imperator subscripsit. Post subscriptionem habentur explicatæ hæreses quæ circa Christi humanitatem sunt exortæ. Quidam enim personas in Christo dividunt, alii contra naturas permiscunt & confundunt, &c. Nos autem altrinsecus positam voraginem, divisionisque & confusionis declinantes periculum, tanquam iter regale pergentes, duas in Christo naturas, & haturam pari numero naturales operationes confitemur, in unâ & individuum concurrentes subsistentiam, & quæ sunt alterutrum in commune proprietates conferentes. Superfluas autem vocum novitates, & earum inventores procul ab Ecclesiasticis sepius abjicimus, & anathemati merito subjecimus, id est, Theodorum Pharanitanum, Sergium, & Paulum, Pyrrhum simul & Petrum, Cyrum & Honorium deponentes Macarium, qui fuerat Antiochenis Episcopus.

copus, & Stephanum ejus discipulum. Similiter & Polychronium infantilis intelligentiæ delirum senem, qui mortuos suscitare pollicites, dum non suscitaret, derisus est, & omnes qui constituerunt, vel constituerunt, vel constituere præsumperint unam voluntatem & unam operationem in dispensatione humanitatis Christi.

Ad hæc accessit edictum Constantini Imperatoris non minus Christiana eruditione quam pietate refertum. Datum est autem ad populum Occidentalem, ad corroboranda & firmanda omnia quæ à præsentis synodo definita sunt. Amplectitur autem & suscipit piissimus Imperator quinque universales synodos & hanc sectam cum eis, sub hæc forma verborum.

Quinque universalia, & à Deo constituta concilia, sicut quandam hæreditatem cœlestem in cordis conclavi reponentes, tanquam intellectuales margaritas, ab eis thesaurizamus dogmata, & quos anathematizarunt, & quæ refutarunt anathematizamus, atque refutamus, quosque susceperunt suscipimus, paresque nostros scribimus. Anathematizamus omnem hæresim quæ à Simone usque nunc in Dei Ecclesiam introducta est, ad scindendam pacem & unitatem credentium. Super hæc omnia anathematizamus Theodorum, Sergium, Cytum, Petrum, &c. quos supra pluries recensuimus.

Ultimo est Epistola Leonis Papæ ad Constantinum Augustum habens sic.

Regi regum in cujus potestate sunt regna mundi, magnas gratias agimus, quod sancta universalis & magna synodus, quam nutu Dei vestra clementia & sedule convocavit, & cui pro Deo ministerio præfuit; Apostolicam in omnibus regulam, & probabilium patrum secuta fuerit. Et quia definitionem rectæ fidei plenissime prædicaverit, quam & Apostolica sedes beati Petri Apostoli (cujus licet impares ministerio fungimur) veneranter suscipit, ideo & nos & per nostrum officium hæc veneranda sedes Apostolica concorditer ac unanimiter his quæ definita sunt ab ea, consentit, & beati Petri autoritate confirmat, sicut supra solidatam petram, qui Christus est, ab ipso Domino adeptus firmitatem. Propterea sicut suscipimus atque firmiter prædicamus sancta quinque universalia concilia Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum, Chalcedonense & Constantinopolitanum, & quæ omnis Christi Ecclesia approbat & sequitur: ita & quod nu-

per in regia urbe pro vestra serenitatis adnifu celebratum est sanctum sextum concilium, ut eorum pedissequi interpretes, pari veneratione atque censura suscipimus, & hoc cum eis dignè connumerati, tanquam una & æquali Dei gratia congregatum decernimus. & quod in eo fideliter convenerunt Christi Ecclesiæ sacerdotes, inter sanctos Ecclesiæ patres atque doctores adscribendos æquè censemus. Nam & istis sicut & illis, idem Dei spiritus salutem animarum operatus est, & hujus inmarcessibilis fructus imperiali pietati vestra à Domino reputabitur, cujus & per sæcula prædicando labore perfectum est.

Deinde anathematizat omnes hæreses & earum auctores quos supra nominavimus.

CANONES SEXTÆ SYNODI IN Trullo celebratæ, ex Græcis exemplaribus desumpti, interprete Gentiano Herveto Aurelianiensi.

In volumine Conciliorum excuso Colonia feruntur novem Canones adscripti sextæ synodo, cum tamen sciamus sextam synodum quando primo sub Constantino cōgregata est nullos edidisse Canones: sed post sub Iustiniano convenientes 227. patres in Trullo regia palatii Constantinopoli Canones ediderunt sequentes 102. Hoc ita tradunt patres qui ad septimam synodum convenerunt in Nicaa sub Constantino filio Leonis, & Irene eius matre in actione quinta, & explicatius in actione sexta. Tom. 1. in utroque loco citant Canonem octuagesimū secundū. Horum etiam Canonum meminit Niclaus primus in Epist. ad Michaëlem Imperatorem. Item & Anastasius Abbas Apostolica sedis Bibliothecarius in præfatione octava synodi dicens: Cum sexta synodus nullam protulerit, præter fidem regulam; sed quas eius asseverant regulas, longe post sextam synodum ab ipsi constat esse penes se privasimque depromptas, &c.

Item patres qui ex Oriente & Occidente convenerunt ad Synodum Florentinam, in sessione quinta citant hos 102. Canones sextæ Synodi in Trullo.

Item Gratianus in Decreto citat aliquos Canones istorum (ut in propriis locis iudicabimus) & ad scribit illi sextæ Synodo. Propter hæc & alia visum est novem Canones prædictos ut nothos & adulterinos rejicere, & istos 102. ex Græco Nomocanone vetustissimo nondum excuso.

Premittitur loco præfationis allocutoria oratio Patrum, qui in Trullo convenerunt ad Imperatorem Iustinianum; qua ostenditur quædam cum duæ universales synodi, quinta scilicet qua fuit regnante magno Iustiniano, & sexta qua fuit regnante Constantino Pogonato, non fecerint Canones ad Ecclesiarum constitutionem, sicut reliqua quatuor sanctæ universales synodi fecerunt, hæc facta ad supplementum duarum. Propterea enim nec sexta propriè numeratur, sed πρὸς τὴν ἑξῆς. Quinæ sexta. Nam quod quinta & sexta synodo decretæ, replevit. Est autem etiam universalis.

Can. 1.

In primo Canone proponitur fides tenenda ut per Apostolos & sacra concilia tradita est: & explicatur ratio ex synodorum universalium, sicut in multis aliis conciliis explicata est. Sub anathemate etiam decernuntur tenenda universa quæ in eis sunt à patribus definita.

Can. 2. Ut tam Synodorum generalium quarundamque provincialium, quam Apostolorum, & aliorum Patrum Canones stabiles maneant, definitur.

Hoc quoque huic sanctæ synodo pulcherrimè & honestissimè placuit, ut ab hoc nunc tempore deinceps ad animarum medelam, perturbationum curationem firmi stabilesque maneant, qui à sanctis patribus qui nos præcesserunt suscepti ac confirmati sunt, atque à Deo nobis etiam traditi sunt, sanctorum Apostolorum nomine, & Canones,

Annotatio.

Non omnes Canones Apostolicos auctoritate SS. Patrum ab Ecclesia receptos fuisse, patet ex censura Gelasii, qui in Concilio Romano sedens horum nonnullos inter Apocryphas rejecit.

Quoniam autem in his nobis Canonibus præceptum est, ut eorundem sanct. Apostol. per Clementem constitutiones susceperemus; quibus jam olim ab iis qui à fide aliena sentiunt, adulterina quædam & à pietate aliena introducta sunt, quæ divinorum nobis decretorum elegantem & venustam speciem obscurarunt: has constitutiones ad Christianissimi gregis adificationem ac securitatem utiliter rejecimus hæreticæ falsitatis fœtus nequam immiscentes, & germanæ ac integre Apostolorum doctrinæ inferentes. Obliguamus etiã reliquos omnes canones qui à sanctis &

beatis nostris patribus expositi sunt, i. à trecentis decem & octo diviſis patribus qui Niceæ convenerunt, ab iſſique qui Anciræ: etiam ab iſſi qui Neocæſaræ, ſimiliter & qui Gangris. Præterea & ab iſſi qui Antiochiæ Syriæ, ab iſſi etiam qui Laodiceæ Phrygiæ Præterea autem & à 150. patribus qui in hac Dei cultrice & regia civitate convenerunt: & ducentis qui Ephesoꝝ Metropoli prius coacti ſunt, & 630. ſanctis patribus qui Chalcedone, ſimiliter & ab eis qui Sardicæ & qui Carthagine, & qui rursus in hac regia urbe convenerunt ſub Nectario, qui regis huic civitati præſidebat, & Theophilo qui fuit Alexandriæ Archiepiſcopus. Quin etiam canones Dionyſii Archiepiſcopi Alexandrinorum Megalopolis. Et Petri Alexandriæ Archiepiſcopi & martyris Gregorii Neocæſaræ Epicoꝝ, qui *Ἐπιφανὴς* mirabilium operum effector dictus eſt, Athanaſii Alexandrini Archiepiſcopi, Baſilii Archiepiſcopi Cæſaræ, Cappadociæ, Gregorii Epicoꝝ Nyſſæ, Gregorii Theologi, Amphiloſchi Ieonii, Timothei Archiepiſcopi Alexandrini, Cyrilli ejuſdem Alexandriæ Archiepiſcopi. Et Gennadii Patriarchæ hujus regis civitatis: Præterea verò & à Cypriano Aphroꝝ regionis Archiepiſcopo & martyre, & ſynodo quæ ſub ipſo fuit emiſſum canonem, qui in prædictoꝝ præſulium locis, & ſolum ſecundum traditam eis conſuetudinem ſervatus eſt. Et nulli licere prius declaratos canones adulterare vel abolere, vel alios præter prius hic propoſitos canones admittere, à quibuſdam falſa adjecta inſcriptione compoſitos, qui veritatem cauſonari conati ſunt. Si quis autem quod prædictoꝝ canonum aliquem innovare vel ſubvertere conetur, convictus fuerit, reus erit ſecundum eum canonem, ut ipſe pronuntiat canon. poenam luens: & per ipſum in eo in quo offendit, medelâ ſuſcipiens.

Can. 3. Qualiter puniendi clerici qui præter canonicas ſanctiones uxores duxerint.

Rex noſter allocutus eſt, ut miniſtros Eccleſiæ puros, & eo miniſterio dignos exhiberet ſynodus. At cū hi qui ſunt Romani Eccleſiæ canonis ſummum juſ ſervare propoſuerint, hujus autem civitatis ſedes benignitatem, nos verò unam eſt duobus componentes (ut nec ex lenitate diſſolutionem, nec ex rigore aſtinitatem) ſancimus, eos qui ad ſecondas tranſierunt nuptias nec à peccato cui mancipati ſunt, reſpiſcere voluerint, depoſitioni canonicæ ſubjacerent.

*Quomodo
hic can.
Cypriani
recipiat
explicat.
c. infra
19. Nica-
ſynod.*

Qui verò eorum hanc secundarum nuptiarum affectionem transferunt quidem, sed ante nostram cognitionem procul peregrinam spuriamque conjunctionem abjecerunt, vel quorum uxores secundæ obiere, vel ipsi ad conversionem providentes in animum sobrietatem revocarunt, & subito eorum omnium quæ prius contra leges erant obliti sunt, sive presbyteri, sive diaconi sint, visum & eos cessare debere ab omni sacro munere & actione in certum tempus damnatos, dummodo honores suæ sedis & statum retineant contenti primo accubitu, lachrymis à Domino efflagitantes ut sibi remittat illud ignorantia peccatum: inceptum enim est ut aliis bene precetur, qui necesse habeat curare sua vulnera. Cæterum qui uni quidem conjunctioni sunt uxori, sed quæ vidua esset cum ascita fuit, similiter & qui postquam sacre electi, nuptiis illegitimis adhæserunt, hoc est presbyteri, diaconi, & hypodiaconi: ad breve aliquod tempus damnati, se motique à sacra administratione rursus ad eisdem restituantur gradus, dummodo ad majorem non procedant gradum facente illegitimo contubernio soluto. Et hæc quidem solum in sacerdotibus disponimus, definientes ab hoc tempore, & restituentes canonem illum qui prohibet, ut qui ad secundas nuptias transierit post baptismum, vel pellicem habuerit, non possit Episcopus aut presbyter creari, vel diaconus, aut omnino ordinis sacri. Similiter & qui viduam assumpserit, vel repudiatam, vel amicam, vel ancillam, vel meretricem, esse non potest episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ordinis sacri.

Can. 4. Clericus vitians monacham deponatur.

Ex 25. c. Apost. qui qualemcumque mulierem stupravit clericus deponatur 27. q. 1. Si quis. Si quis Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus, vel lector, vel cantor, vel ostiarius cum muliere Deo dicata coierit, deponatur, ut qui Christi sponsam violaverit. Si autem laicus, segregetur.

In quinto canone statuitur, ne quis ex clero habeat secum mulierem extraneam. Canon repetitus in multis conciliis.

Can. 6. Soli cantores & lectores possunt uxorem ducere.

Quoniam in Apostolicis canonibus dictum est, eorum qui non ducta uxore in clerum promoventur, solos lectores & cantores uxorem posse ducere: & nos hos

servantes, decernimus, ut deinceps nulli penitus hypodiano, vel diacono, vel presbytero post sui ordinationem conjugium contrahere liceat. Si autem hoc facere ausus fuerit, deponatur. Si quis autem eorum qui in clerum accedunt velit lege matrimonii mulieri conjugi: antequam hypodiano, vel diaconus vel presbyter ordinentur, hoc faciat.

D. 31. Si quis procedunt
viam.

Can. 7. *Diaconi non sedeant loco honoratiori quam Presbyteri.*

Quoniam in nonnullis Ecclesiis diaconos officia Ecclesiastica habere cognovimus, & ex hoc nonnullos eorum arrogantia & licentia fretos ante presbyteros sedere statuimus ut diaconus, etiam si in dignitate, in quovis officio Eccl. ante presbyterum non sedeat, præterquam si proprii Patriarchæ, vel Metropolitanæ vicem gerens ad sit in alia civitate super aliquo capite. Tunc enim ut locum illius implens honorabitur. Si quis autem tyrannica adductus audacia tale quid efficere ausus fuerit, is ex proprio gradu dejectus, sit omnium ultimus ejus ordinis, in cujus est catalogo in sua Ecclesia.

D. 93. Principimus.

Annotatio.

Hic canon erat renovandus, quoniam videmus diaconos in dignitate constitutos ante presbyteros sedere. Puto exemplum ab Ecclesia Romana sumentes: in qua ante Episcopos etiam sedent diaconi Cardinales.

In canone octavo statuit ut quotannis synodi provinciales fiant estque cap. 5. Nic. & Chalced. 19. Addit tamen ut saltem semel in anno fiat synodus.

Cap. 36.

Can. 9.

Nulli liceat clerico cauponariam habere tabernam. Canon Apostolicus in cauponam ingredi clericum non permittit.

Cap. 54.
§ 44. d.
c. Nulli.

Annotatio.

Hic habere pro eo quod est exercere, accipe.

Can. 10. *Clerici usuras non accipiant.*

Episcopus presbyter, aut diaconus, qui usuras vel centesimas accipit, vel cesset, vel deponatur.

Author.
ca. Nic.
con. 18.
Apoll. 44.

Can. 11. *Nulli fidelium licet Iudaorum azyma comedere.*

18. q. 1.
Nullus.

Nemo eorum qui in sacro ordine censentur, aut laicus Iudaorum azyma comedat, vel ullam cum eis familiaritatem in eas, vel in morbis accersat vel medicinas ab eis suscipiat, vel unà cum eis in balneis lavetur. Si quis contra fecerit, si sit clericus, deponatur: si laicus, excommunicetur.

Annotatio.

Nemo putet quòd hic patres prohibuerint azymum panis comedere, sed per azyma more Iudaico festa celebrare.

Can. 12. *Post ordinationem suam Episcopi à propriis uxoribus secedant.*

Jubet omnino antistites, postquam sunt ordinati, à propriis uxoribus secedere. Ne autem contra quintum apostolicum canonem facere videantur qui Episcopis cum uxoribus suis habitare permittit, inferunt quòd non divinis apostolis adversantes hæc decernunt, sed statum Ecclesiasticum in pulchriorem ordinem prochi volentes, quoniam apostoli, cum fides inciperet, ad fidelium imbecillitatem se magis demittebant, cum autem Evangelii prædicatione sit magis ampliata, oportet & pontifices ad perfectam continentiam vitam suam dirigere, ne status Ecclesiasticus ullo probro aficiatur.

Can. 13. *Subdiaconi & supra, vicis sua tempore ab uxoribus separentur.*

Dist. 31.
Quoniam in his mos servatus est in Oriente, ut ex conjugio licite assumatur ad Clericum.

Hoc canone patres decernunt. Primò eos qui ut ordinentur hypodiaconi, diaconi, aut presbyteri digni sunt à prioribus suis legitimis uxoribus non separari. Adjiunt autem eos non cum suis conjugibus conjunctionem indiscriminatim habituros: sed ab eis abstenturos vicis suæ tempore, eo scilicet tempore quo sacrificant, sicut de his Cathag. synodus secunda c. 2.

Secundo decernit deponendos eos qui audeant post ordinationem diaconos & sacerdotes cum prioribus suis legitimis uxoribus consuetudine privare: & ipsos qui ordinantur, suas uxores pietatis prætextu expellentes, excommunicandos statuit.

Tertio dicunt patres se id facere cognoscentes Romanæ Ecclesiæ pro canone traditum esse, ut diaconi vel presbyteri in sua ordinatione profiteantur se non amplius suis uxoribus conjugendos.

Annotatio.

Can. 12. Prohibuit Episcopis cum propriis uxoribus post ordinationem habitare, hic autem cano de diaconis, & sacerdotibus subdistinguit, veluti corrigens quod ea de re sit in Ecclesia Romana, sed tu Leffor intellige si iuste prohibentur in Oriente sacris initiati cum propriis uxoribus manere vici sua tempore, ubi sacerdotes & reliqui non profinitis vicissim hebdomadib, sed perpetuo sacrificant, ut sit in Occidente, nonne aqua erit ea constitutio? De hac constitutione latius Innoc. in Epist. 3 ad Exuperium Thilo. Episcopum cap. 1. habet supra.

Ab hac constitutione excepit sacerdotes qui sunt in Ecclesiis Barbaricis, cap. 30. huius sextæ synodi.

Can. 14. & 15. prohibet ne diaconus ante 25. annum creetur, nec hypodiaconus ante 20. nec presbyter ante 30. nec diaconissa ante 40.

Can. 16. De quibus diaconibus loquatur liber Act.

Apostolorum.

Quoniam Actorum liber septem diaconos ab Apostolis constitutos esse tradit, Neocæsarien. synodus in canonibus suis sic aperte dissevit, quod septem debet esse diaconi, &c. Nos cum dicto Apostolico mentem patrum adaptassemus, invenimus eos esse locutos non de viris qui ministrant mysteriis, sed de ministerio quod in usu mensarum adhibeatur, cum liber Actorum sic habeat: Cum discipulorum multitudo, &c. Quod & accepimus à Joan. Chrysoft. sic hæc verba interpretante in comment super Acta Apost. cap. 6.

Annotatio.

Erroneum est, diaconos non sacris sed prophanis tantum mensis ministrasse: nam diaconi erant Philippis & Ephesi, & in Creta, ut patet ex Epistolis Pauli ad Philippenses, & Ad Thimotheum, & tamen in illis locis non vivebant Christiani in communi ut esset opus ministris mensarum. Deinde illa tam solennis ordinatione per manus impositionem, cerè indicat aliud, quam solum mensarum ministerium. Præterea Philippus ex diaconis primus non

dabat operam mensis præcipue, sed prædicationi, & Baptismo. Actor. 3.

Excipe Can. 17. *Sine dimissoriis Episcopi clerici à propriis*
Constanti- *Ecclesiis non recedant.*
nop. &
Cartha.

Ecclesiam. Statuimus ut nullus omnino clericus possit sine proprii Episcopi scriptura dimissoria alienæ Ecclesiæ catalogum referri. Qui secus fecerit, deponatur.

Can. 18. *Cessante causa, recessus clericus ad propriam*
redeat Ecclesiam.

Clericus qui propter Barbaricam incursionem, vel aliquo alio modo reliquit suam Ecclesiam, cessante hac circumstantia propter quam secessit, redeat statim ad Ecclesiam.

Can. 19. *Episcopi diebus omnibus præcipue Dominicis*
docere populum debent.

Docere po- Quod oportet eos, qui præsunt Ecclesiis omnibus qui-
pulum so- dem diebus, sed præcipue Dominicis, omnem clerum &
lis epi. ex populum docere pietatis ac rectæ religionis eloquia, ex
officio da- divina scriptura colligentes intelligentia & iudicia veri-
tum. De tatis, & non transgredientes iam positos terminos vel di-
scriptura vinorum patrum traditionem. Sed & si ad scripturas perti-
suborta nens controversia aliqua excitata fuerit, ne eam aliter in-
controversa terpretentur quam quomodo Ecclesiæ luminaria & docto-
per pa- res suis scriptis exposuerunt: & maiorem ex eis laudem
trum in- assequuntur quam si quæ à se dicuntur component, ne dum
terpreta- quandoque ad id hælitant, ab eo quod convenit excidant.
tionem di- Per prædictorum enim patrum doctrinam populi ad eor-
muenda. um quæ sunt bona & expetenda & inutilia ac rejicienda
cognitionem venientes, vitam in melius componunt, nec
ignorantiæ vitio convincuntur, sed doctrinæ mentem ad-
hibentes, seipsum ad id ne mali quid eis accidat excitant, &
imminentium, suppliciorum metu sibi salutem procurant.

Can. 20. *Ne in aliena civitate Episcopus doceat.*

Non licet Episcopo in aliena civitate publicè docere
Si hoc facere deprehensus fuerit, cesset ab Episcopatu,
presbyteri autem munere fungatur.

Can. 11.

Clerici propter canonicum crimen depositi si resipiscant, recipiantur ab Ecclesia.

Can. 12.

Ob pecuniam promotos sive Episcopos sive clericos deponi jubemus.

Can. 23. *Pro Eucharistia administratione nihil exigendum est.*

1. q. 2.
Nullus
episcopus
aut.

Nullus Episcopus, sive presbyter, sive diaconus purissimam præbens communionem, ab eo qui communicat, ejus participationis gratia obolos vel quamvis aliam speciem exigat. Non est enim vanalis gratia, nec pecuniis spiritus sanctificationem impartitur: sed ea iis qui digni sunt absque ulla fraude est communicanda. Qui secus fecerit, deponatur.

Can. 24. est 25. canon concilii Laodicensis, & 11. concilii Carth. 3. ne clerici aut monachi intersint ludis theatricis.

Can. 25. est c. 17. synodi Chalcedonensis.

Can. 26. *Ignorantia non impedit quin ab illicitis nuptiis presbyter abstinere teneatur.*

D. 28.
presbyterum. Dist.

Presbyter qui per ignorantiam illicitis nuptiis est implicatus, sit quidem cathedræ particeps, à reliquis autem operationibus abstinat. Et enim qui talis est, tacis est si venta deat. Nec ergo publice nec privatim benedicat, nec Christi corpus aliis distribuat, nec aliquod aliud ministerium obeat: sed prima sede contentus domino defleat, ut illi ex ignorantia peccatum condonetur. Manifestum est quod nefarium conjugium dissolvatur.

27. Presbyterum.

Can. 27.

Clericus vestem sibi convenientem induat tam in urbe quam in via.

De cons. d.
2. Dicitur.

Can. 28. *Vva non distribuatur simul cum Eucharistia.*

Quoniam in diversis Ecclesiis intelleximus uvam ad altare allatā ministro cum incruento illo oblationis sacrificio

29. e.
Carthag.

conjunctam, ex quadam quæ invaluit consuetudine, utraque simul populo distribuere: decernimus ut nullus sacerdos hoc amplius faciat, sed ad vivificationem & peccatorum remissionem solam oblatione populo imperiet, Sacerdotes vero has uvas allatas privatim benedicentes non secus ac primitias quasdam distribuant pœnitentibus ad laudem datoris fructuum, per quas nostra corpora divina dispositione au-
gentur & nutriuntur. Si quis secus fecerit, deponatur.

Can. 29. Nec feria 5. in cœna Domini solvatur jejunium, nec non jejuni communicent.

Hoc canone abrogat synodi Carthagin. tertix decretum ut quinta feria in qua cœna Domini peragitur, fideles cœnati communicent, Et renovatur can. 50. synodi Laodicen. Ne ea die solvatur jejunium,

Can. 30. Sacerdotes Barbarici cum ordinantur, uxores relinquere possunt.

De cons.
d. 1. Cler-
icos. In-
frà c. 56.

Dispensat hic canon cum sacerdotibus qui sunt in Barbaricis Ecclesiis, ut mutua consuetudine suarum uxorum ab-
stineant, sic tamen ut cum illis non amplius cohabitare con-
tingat. Hoc autem indulgetur propter externos ac non sa-
tis firmos, sed agrestes mores.

Armenii
male in-
tellexe-
runt
verba
Chrysof.

Can. 31. Sine Episcopi licentia clerici intra domos non baptizent.

Clericos qui in oratoriis quæ sunt intra domos ministrant vel baptizant, hoc illius loci Episcopi sententia facere de-
cernimus. Qui hoc sic non servaverit, deponatur.

Can. 32. Vt in sacrificio vinum aqua mistum offeratur.

Quoniam novimus in Armeniorum regione vinum tan-
tum in sacra mensa offerri, aquam illi non miscentes qui
incrumentum sacrificium peragunt prætextentes Ecclesiæ do-
ctorem Ioannem Chrysof. in interpretatione Matthæi hoc
asserentem: ut jam nunc ab ignorantia liberentur, il-
lius patris mentem orthodoxè aperimus. Cum enim an-
tiquam Hydroparattarum hæresim, qui pro vino, sola
aqua in sacrificio usi sunt, subverteret, illam orationem

composuit, in qua aquæ in sacrificio missæ adjectione amovere illi existimant, cum tamen non doceat sanctus per solû vinum oblationem fieri, quandoquidem & suæ Ecclesiæ ubi est illi pastoralis administratio tradita, aquam vino miscendam tradidit quando incrementum peragi sacrificium oportet, ex pretioso & honorando nostri redempt. sanguine & aqua contemperationem attendens quæ in totius mundi vivificationem effusa est, & peccatorum redemptionem. Et in omni *De cons.* enim Ecclesia ubi spiritalia luminaria resulserunt, hic ordo *d. 10. l. 109* divinitus traditus servatur. Nam & Jacob Domini nostri *Jacobus.* Jesu Christi secundum carnem frater, & Basilius Cæsariensis Archiepiscopus cujus gloria omnium terrarum orbem pervasit, mystico nobis inscripto tradito sacrificio, ita peragendum in sacro mysterio ex aqua & vino sacrum poculum ediderunt. Et qui Carthagine convenerunt sancti patres, ita aperte tradiderunt. Si quis ergo Episcopus vel presbyter non secundum traditum ab Apostolis ordinem facit, deponatur, ut imperfectè ac simpliciter mysterium enuncians & quæ tradita sunt innovans.

Annotatio.

Annoto quod à præsentis canone duæ hæreses subvertantur. Hydroparastarum & Armeniorum. Isti in solo vino, *Apud In-* illi in sola aqua sacrificium peragebant. Secundo apparet *daos lege* ex præsentis canone ritum sacri mysterii à Jacob, fratre *sanctum* Domini qui fuit primus Hierosolymorum Episcopus, fuisse *erat ut ex* traditum; quæ quidem traditio apud nos non invenitur *tribus Le-* nec recognoscitur, ut quæ exoleverit. Tertio apparet à *visita so-* sancto Basilio, & sancto Joanne Chrysof. traditos nobis *la sacer-* mysterii ritus quos nunc observant Græci, *dotes fe-*

Can. 33. *Non attendatur genus, sed mores, ad manus impositionem.*

Quoniam cognovimus in Armeniorum regione eos solos ad clerum admitti, qui sunt ex genere sacerdotali imò & nonnullos eorum non attonitos, cantores, & divinæ legis lectores, constitui: Decernimus ut deinceps non liceat ad ejus, cui manus imponitur, genus respicere; sed examinantes an digni sint expositis in sacris canonibus decretis, eos in cleri catalogum referri & Ecclesiastice promoveri, sive sint ex majoribus suis sacerdotibus, sive non. Item ut nulli eorum liceat populo in sug-

496 *Summa Constantinopolitani*

gestis divinas scripturas explicare, nisi is sacerdotali con-
sura usus fuerit & benedictionem à suo pastore canonice
susceperit. Si quis secus fecerit, deponatur.

Can. 34. est can. 18. synodi Chalcedon.

Can. 35. *Spolia Episcopi defuncti indiminuta futura
serventur.*

Can. 12.
ca. Apost.
c. 40.

Nulli omnium Metropolitanarum liceat mortuo Episcopo
qui ejus throno subest, res ejus vel ipsius Ecclesie sibi ven-
dicare, sed sint sub custodia cleri Ecclesie cui defunctus
præfuit ad alterius Episcopi promotionem: præterquam si in
eadem Ecclesia non relictæ sunt cleri: tunc enim Metro-
politani ea non diminuta servabit, ordinando Episcopo om-
nia reddens.

Can. 36. *Sedes Constantinopolitana æquatur Romana
dummodo sit secunda.*

à 22. re-
novantes
& in c. 5.
Const.
cont. c. 27.
Chalced.
syn. juxta
editionem

Renovantes quæ à sanctis patribus 350. qui in hac regia
urbe convenerunt & à 630. qui Chalcedone convenerunt
constituta sunt, decernimus ut thronus, Constanti, æqualia,
privilegia cum antiquæ Romæ throno obtineat, & in Ec-
clesiasticis negotiis ut illa emineat, secundas post illum exi-
stens. Post quem Alexandrinorum Metropolis numeretur
thronus. Deinde Antiochia, & post eam Hierosolymitanæ
civitatis.

Annotatio.

Erroneus à quibusdam existimatur hic canon, suæque
Constantinopolitanorum Episcoporum primatum tardius
ambientium constitutus.

Can. 37. *Episcopi si Episcopali urbe priventur, sua
tamen privilegia non amittant.*

Episcopo qui propter Barbaricam incursionem ad suam
Ecclesiam venire non potuit à suis honor deferatur, ut in
canone 18. Antioch. synodi decretum est.

Can. 38. *Nova civitas novam habeat dignitatem
Episcopalem vel metropolitanam.*

Canonem qui à patribus factus est, nos quoque observa-
mus, qui sic edicit Si qua civitas à regia potestate innovata
est vel innovabitur, civilem publicam formam, Ecclesiasti-
carum quoque rerum ordo consequatur.

Græcam
quoniam
dæst hic
canon in
Latinis
exempla-
ribus.

Hic can. confirmat canonem octavum Ephesi synodi, quo concessum est Cypri Ecclesiam esse principalem & primam. Et prohibitum est Antiochenum Episcopum facere in ea ordinationes.

Can. 40. De etate ingredientium monasteria.

magus Basilius in 18. suo canone eas quæ post sexdecim annos se virginitatem suscipere profitentur admittit, ut quæ bonum à malo possunt secernere. Præsens autem canon eum qui decem annos natus est, si monachus esse elegerit, non rejicit. Sed cum ad vitam monasticam non aliter recipendum decernit, quam si ab Episcopo probatus examinatusque fuerit, ut sua prudentia admittatur vel repellatur, vel prorogatur tempus. Adjiciet autem se hoc statuere, quoniam Ecclesia Dei gratia ad anteriora procedat, & ad divinorum mandatorum observationem firmiter & validior evadat.

Can. 41. Quomodo probandi qui profitentur monachatum.

Eos qui in cubibus vel villis volunt secedere ac sibi separatim attendere, prius quidem in monasterium ingredi oportet, & anachoriticam, hoc est, ab aliis separatam ac semotam vivendi rationem exercere, & spatio triennii ei qui in mansione præest in Dei timore parere, & obedientiam in omnibus, ut æquum est, implere. E ita hujus vitæ eligendæ institutum proficiens, & quod eam ex toto corde sua sponte amplectuntur, ab ejus loci præfule examinati approbentur. Deinde sic alio anno extra clausuram fortiter se gerere debent, ut scopus eorum magis manifestetur: tunc enim plene ac perfecte significabant, quod non inanem gloriam captantes, sed propter ipsum pulchrum & honestum hoc silentium prosequantur. Post tanti autem temporis complementum si in eodem eligendæ vitæ instituto permanent includi ipsos, & eis non amplius licere, quando voluerint, ex tali mansione egredi præterquam si propter communem utilitatem vel etiam necessitatem ad mortem urgentem ad id trahantur, & ita cum benedictione ejus loci Episcopi. Qui autem exceptis his casibus extiterint, primo quidem vel invitos ipsa dicta clausura coerceri. Deinde jeju-

niis & aliis, afflictionibus ipsos curare, quoniam nemo qui manum suam aratro immisit, & retro conversus est, aptus est regno cælorum.

Can. 42. Eremita habitum caterorum monachorum sumans.

De eremitis qui quidē nigris vestib. induci, & capite comati urbes obeunt, & cum viris & mulieribus versantur, & propriæ professioni faciunt injuriam, statuimus tonsis comis reliquorum monachorum amictum suscipere, eosque in monasterio constitui, quod si hoc non elegerint, eos omnino ex urbibus expelli, & solitudines quæ eremi dicuntur, habitare: ex quibus sibi etiam denominationes contrahere.

Can. 43. Propter nullum crimen arcendus est aliquis à monachatu.

Licet omni Christiano vitam therapeuticam eligere, & rerum ad vitam pertinentium deposita tempestate monasterium ingredi, atque instar monachi tonderi, in quocunque crimini deprehensus fuerit. Salvator enim noster Deus inquit, Eum qui ad me venit, non ejiciam foras. Nam sicut columna id quod in ea describitur, exprimit: ita & monachica professio monachi pœnitentiam describit. Ej ergo qui ad illud germane ac sincere accedit, acquiescimus ac favemus, nec ulli ei mores impedimentum afferant quominus proprium votum adimpleat.

Novatiana hæresis est venientes ad pœnitentiam non suscipere
Author.

Annotatio.

Ut est verisimile, prohibebantur quidam qui tonderi volebant: vel propter suam vitæ turpitudinem tordeſque, vel propter aliquod delictum. Præſens canon dicit quod nullum peccatum prohibet Christianam vitam exercitatricem eligere, & per pœnitentiam Deum placare, cum nullum sit peccatum, quod Dei clementiam superet, Aliæ tamen sunt causæ quod tonderi prohibeant.

Can. 44. Monachus fornicator jure communi punitur.

Monachus fornicator vel qui ad matrimonij communionem vitæque societatem uxorem duxerit, fornicatorum pœnis subjiciatur.

Can. 45. *Futura monasteria non induantur sumptuosis vestibus eo die quo ingressura sunt monasterium.*

Quoniam intelleximus in nonnullis mulierum monasteriis mulieres quæ sacro illo amictu dignæ habentur prius sericis & omnis generis vestibus, præterea autem & mundis auro & gemmis variegatis ab eis qui illas ducunt exornari, & sic ad altare accedentes exui tanto materiae apparatus: & statim in illis fieri habitus benedictionem, illasque nigro amictu indui: statuimus ne hoc deinceps fiat. Neque enim fas est, ut quæ jam propria voluntate omnem vitæ iocunditatem deposuit, & eam quæ est secundum Deum vitæ rationem amplexa est, & ita monasterium accessit, per eam qui interit ac fuit mundum, & quorum jam oblita erat memoriam revocet, & ex eo anceps reddatur: & ejus anima perturbetur instar exundantium fluctuum hucque & illuc versantium, adeo ut aliquam nonnunquam lacrymam emittens cordis per corpus compunctionem ostendat: sed & si exigua aliqua lacryma exilierit, non tam propter affectionem quam habet propter exercitatorium certamen, quam propterea quod mundum relinquat, & ea à videntibus profluxisse puretur.

Can. 46. *Monasteria non exeant à monasterio, nisi sub certa forma.*

Quæ vitam exercitatoriam eligunt, & in monasteriis sunt constituta, ne omnino progrediantur. Si quæ autem inexorabilis necessitas ad hoc trahit, cum benedictione ejus quæ præest hoc agant. Tuncque non solæ per se, sed cum aliquibus verulis, & quæ in monasterio primæ sunt, cum mandato ejus quæ præfæcta est. Eis autem omnino extra cubare non licet. Hoc idem & de viris qui monasticam vitam persequuntur, statuimus.

Can. 47. *Vir in monasterio mulierum non dormiat, nec è diverso.*

Nec mulier in virorum monasterio, neque vir in mulierum dormiat. Extra offendiculum eam & scandalum fideles esse debent. Qui secus fecerit, segregetur.

Uxor ejus qui ad Episcopalem dignitatem motus est, communi sui viri consensu prius parata, postquam in Episcopum ordinatus est ac consecratus monasterium ingreditur procul ab Episcopi habitatione extructum, & Episcopi providentia fruatur. Sin autem digna visa fuerit, etiam ad Diaconatus dignitatem proveheretur.

Can. 49. est. cap. 24. Synodi Chalcedon.

Can. 50. *Alea Clericis interdicitur.*

Nullum omnino, sive clericum, sive laicum ab hoc deinceps tempore alea ludere, Qui secus fecerit excommunicetur.

Can. 51. *Ne mimi aut venationes spectentur.*

Omnino prohibet hæc sancta & universalis synodus eos qui dicuntur mimos, & eorum spectacula, & deinde venationum quoque spectationes easque quæ sunt in scena saltationes perspicere. Qui secus fecerit, si sit clericus, deponatur, si laicus, segregetur.

Can. 52. *Vt sabbatho & Dominica in quadragesima consecratio tantum fiat.*

In omnibus sanctæ quadragesimæ jejunii diebus præterquam sabbatho & dominica, Annunciationis die, fiat sacerum præsanctificationum.

Annotatio.

Sacrificium præsanctificationum, est oblatio sacrificii jam peracti & perfecti. Jejuniorum ante dies luctus & compunctionis in expiationem peccatorum, & quia Deo sacrificium offerre est festum diem agere statuerunt patres non fieri novam consecrationem tota quadragesima nisi sabbatho & dominica, &c. In his n. festum agere, non lugere, nec jejunare jussi sumus. Quod nunc observatur apud Latinos in die Parasceves. Hæc ex Theodoro Balsamen.

Can. 53. *Ordo cognationis spiritualis observetur.*

Quoniam spiritualis cognatio corporum conjunctione major est, novimus in quibusdam locis exoptores puerorum ex sancto & salvari baptismo postea cum matribus illorum viduis matrimonium contrahere, statumus ne in posterum tale aliquid fiat: Si qui vero secus fecerint hi quidem primo

ab illicito matrimonio separantur, deinde fornicatorum poenis subiciantur.

Can. 54. *Nuptiæ prohibita.*

Decernimus ut qui deinceps cum fratris sui filia matrimonii societatem coërit, vel pater & filius qui cum matre & sorore, vel cum duabus puellis sororibus pater & filius, vel cum duobus fratribus mater & filia, in septennij canonem incidant, separatis ipsis publice à nefario contubernio.

Can. 55. *Ne sabbathis aut Dominicis diebus quadragesima jejunetur.*

Quoniam intelleximus in Romanorum civitate in sanctis quadragesimæ diebus in ejus sabbathis jejunare præter Ecclesiæ traditam consuetudinem: sanctæ synodo visum est ut in Romanorum Ecclesia canon inconcussè obtineat, qui dicit, Si quis clericus inventus fuerit in sancto dominico vel sabbatho jejunans, præter unum & solum, deponatur. Si autem laicus, segregetur.

Propter hunc canonem aliqui Romani non recipiebant hanc synodum universalem.

C. 56. *Ne ova & caseus in quadragesima comedantur.*

Accepimus in Armeniorum regione, & in aliis locis in sabbathis & Dominicis sanctæ quadragesimæ quosdam ova & caseum comedere; visum est ergo, ut omnis Dei Ecclesia quæ est in universo terrarum orbe, unum ordinem sequens jejunium perficiat: & abstineant sicut ab omni mactabili, sic & ab ovis & caseo: quæ quidem sunt fructus & fetus eorum à quibus abstinemus. Si autem hoc non servaverint, si sint clerici, deponantur: si laici, segregentur.

Ca. Apo.

Can. 57.

Ad altare mel & lac offerre non oportet.

Can. 58. *Ne laicus sacramenta sibi ministrat.*

Nemo eorum qui sunt ex ordine laicorum, divina sibi mysteria impartiat præsentente Episcopo, vel presbytero vel diacono. Qui secus fecerit, una septimana segregetur.

Ca. Apo.

Annotatio.

Laici à sacerdotum tactu, & ab Ecclesiasticis muneribus arcentur. Clemens i. lib. 3. Constitut. Apostolic. cap. 10. nat.

rar, sic Apostolos statuisse, Vide Gratianum de consec. dist. 2. cap. ordinatio Clementis. Sozomenus lib. 7. histor. c. 24 & Theodoretus lib. 5. hist. c. 17. narrant, sanctam virum Ambrosium sic respondisse Imperatori ingerenti se in loca sanctuarii: *Adyta templi scito, ô Imperator, solis pervia esse sacerdotibus; ceteris vero universis impervia, nec licere cuquam ea contingere. Quare egreditur, eumque ceteris in commune consistito. Purpura enim Imperatori, non item sacerdotes facit.* Hinc conciliū genatale 6. Constantinopolitanum iij. in Trullo celebratum, canone hoc 58. nemini eorum, qui sunt in ordine laicorum divina sibi mysteria impertite permittit, & Canon 69. eisdem laicis interdicit ingressum in sanctuarium, & intra sacrum altare, præterquam Imperatori soli, sic etiam præcipit concilium Turonense 1. sub Pelagio 1. Can. 4. concilium Colonicense iij. part. 3. c. 31.

Ca. Ap. 3.

De voluntate episcopi id fieri posse. De hac lege Chr. in epist.

Pauli ad Coloss. homil. Et sextam ejusdem orationem adversus Iudæos.

Can. 59. *Baptismus in Ecclesiis tantum celebretur.*

In oratorio privato, quod domi est, nullatenus baptismus peragatur, sed qui digni habebuntur hujas purissimi luminis ad catholicas Ecclesias accedant, & hoc illi munere perfruantur. Si quis contrafecerit, si clericus est, deponatur: si laicus, excommunicetur.

Can. 60. *De his qui se simulant demoniacos.*

Eos qui se à Dæmone correptos esse simulant & morum improbitate eorum figuram & habitum simulare præ se ferunt, visum est omnimodo puniri, & hujusmodi afflictionib. & laborib. eos subijci oportere, quib. hi qui à Dæmone vere correpti sunt, ut à Dæmonis operatione liberentur vere subijciantur.

Can. 61. *De sortilegis damnandis.*

Legi sexennij subijci, est sexennio excommunic.

Qui se variis tradiderunt, vel iis qui Centuriones dicuntur, aut iis similibus, ut ab illis discant si quid sibi revelari velint, secundum ea quæ prius à patribus sunt sancita, canoni qui est de sexennio subijciantur. Fidem perne subijcere oportet eos, qui ursas aut similes bestias ad lusum & perniciem simpliciorum circumferunt, & eos qui fortunam, fatum, genealogiam, aut similia verborum turbam ad nugas deceptorias obloquuntur: eosque qui nubes fugate dicuntur, & imperatores & Amuletarios, & Vates. In his aut-

perseverantes, nec mutantes sententiam, nec fugientes hæc perniciosa & Ethnica instituta, omnino eiciendos ab Ecclesia definimus, sicut sacri canones dicunt, Nam quæ luci cum tenebris communitio? Aut quæ concordia Christi & Belial?

Annotatio.

Præfens ea, universas Dæmonicas operationes avertit, Vates dicuntur palmæ inspectores, & qui in pelvi divinant aut per sacrificia aliqua Sathanam interrogant, se Dæmoni addicentes. Centuriones dicebantur senes quidam, qui se reliquis consulere præ se ferentes, per ejusmodi execrabiles operationes, simpliciores seducebant, & ut pseudothei colebantur. Urfas trahere dicebantur, qui urforum altores appellabantur, qui quidem in capite & totius animalis corpore cincturas appendentes, & pilos tondentes, eos una cum gestantibus oculis conferre possent: Alij vero serpentes in sinu felici sydere natum dicunt: & futuras felicitates & infelicitates annunciant, & alia multa nugantur. Nubium inspectores dicuntur, qui quæ multis ignota sunt ex nubibus significant, maxime autem si sole occidente inspiciantur. Imprecatores sunt, qui divina quædam cantica dicunt, & nomina martyrum & sanctissimæ virginis meminerunt. Quæ omnia divina patres & Ecclesiæ doctores fugienda statuunt: Chryl. & plerique alij.

Can. 62. Ne festa gentilium celebrentur.

Calendas & vota & Brumalia quæ vocantur, & qui in primo die Martij mensis fit conventus, ex fidelium civitate omnino tolli volumus, sed & publicas mulierum saltationes multam noxam exitiumque afferentes. Propterea & quæ nomine eorum qui falso apud Græcos Dij nominati sunt, vel nomine virorum ac mulierum sunt saltationes ac mysteria more antiquo, & à ritu christianorum alieno, rejicimus: statuentes: ut nullus vir deinceps muliebri veste induatur, nec mulier veste viro conveniente. Sed nec Comicas, nec Tragicas, nec Satyricas personas induant nec execrandi Bacchi nomen, uvam in torcularibus exprimentes invocent, nec vinum in doliis effundentes risum moveant ignorantia vel vanitate ea quæ à Dæmonis impostura procedunt, exercentes. Qui secus fecerint, si ele-

Brumalia forte sunt saturnalia qua bruma, mensis scilicet Decembris fiebant.

Annotatio 2.

In mense Martio fiebat Græca universalis concio propter temporum & aeris temperiem, in qua indecoræ saltationes à mulieribus virisque fiebant. Quas & indecora alia similia patres nullo modo permittebant.

Can. 63. Martyrum historia ab infidelibus scripta damnantur.

Quæ à veritatis hostibus falso confictæ sunt Martyrum historiae, ut Dei Martyres ignominia afficerent, & qui eas adituri essent, ad infidelitatem deducerentur in Ecclesia non publicari jubemus, sed eas ignitradi. Eos autem qui eas admittunt, vel tanquam veris eis mentem adhibent, anathematizamus.

Can. 64. Prohibetur laico publice docere.

Non oportet laicum publice disputare, vel docere, sed ordini à Domino tradito cedere, & aurem iis qui docendi gratiam acceperint aperire & divina ab eis doceri. Qui hæc transgressus fuerit, quadraginta diebus excommunicetur.

C. 65. Ne regi in Novilunio ritu Gentili accendantur.

Quos in Noviluniis quidam ante suas officinas & domos accendunt rogos supra quos etiam antiqua quædam consuetudine salire inepte ac delire solent, deinceps cessare jubemus. Qui contra fecerit, si clericus sit, deponatur, si laicus, segrégetur.

Can. 66. A die resurrectionis per integram hebdomadam fideles ferientur.

A sancta die resurrectionis usque ad nonam Dominicam tota septimana Ecclesiis vacare fideles jugiter oportet, psalmis & hymnis & spiritualibus canticis in Christo gaudentes, festumque celebrantes, & divinarum scripturarum lectioni mentem adhibentes, & sanctis mysteriis jucunde & laute fruentes. Si ergo cum Christo exultabimus, & unam resurgemus. Nequaquam ergo prædictis diebus equorum cursus, vel aliquod publicum fiat spectaculum.

Can. 67. Ut abstineant à sanguine & suffocato.

Sacra scriptura nobis præcipit, ut abstinemus à sanguine

& suffocato & fornicatione. Merito igitur damnatus eos, *Apud La-*
 qui cujuscumque animalis sanguinem arte aliqua condiunt, *et nos*
 & sic comedunt. Qui hoc fecerit, clericus deponatur: laicus *etiam*
 excommunicetur.

Can. 68. *Libri sacri communi & prophano usa non*
consumantur.

Nulli ex omnibus licere veteris & novi testamenti li-
 brum nec sanctorum nostrorum præconum ac doctorum *exoleverat*
 corrumpere, vel conscindere, vel librorum cauponatoribus, *illa consti-*
 vel unguentariis vel alicui alii delendum tradere, nisi us- *tutio Apo-*
 que, vel à tincis, vel ab aqua, vel alio modo redditus *stolorum*
 fuerit inutilis. Qui tale aliquid fecerit, uno anno excom- *ut referūt*
 munitur. *commen-*
tarii Gra-
ci.

Can. 69. *Laicus non ingrediatur chorum, excepto*
Casare.

Nulli omnium qui sit in laicorum numero, liceat juxta
 sacrum altare ingredi. Ab eo tamen nequaquam prohibita
 potestate & autoritate regia, quandoquidem voluerit
 Creatori dona afferre ex antiquissima traditione.

Can. 70. *Mulieres in Ecclesia taceant.*

Ne liceat in mulieribus in celebrationis tempore loqui,
 sed ut est vox Pauli, sileant.

Can. 71. *A quibus cavere debeant juris professores.*

Eos qui docentur legibus civilibus, Græcis moribus uti *Loge Gre-*
 non oportere, & neque in theatrum induci, aut quæ voluta- *gor. Na-*
 bra dicuntur celebrare vel præter usum communem sibi ve- *rian in*
 stem, induere, neque quo tempore, disciplinam aggredian- *oratione*
 tur, vel ad finem ejus perveniant. Qui secus fecerit, se- *funebri*
 gregetur. *Basilii.*

Can. 72. *Ne orthodoxus Ethenicam ducat, aut contra.*

Non licere unum orthodoxum cum muliere hæretica, nec
 orthodoxam cum viro hæretico copulari, sed si quid ejus-
 modi ab illo ex omnibus factum apparuerit, irritas nuptias
 existimari, & nefarium conjugium dissolvi. Si autem adhuc
 infideles sunt inter se legitimo matrimonio conjuncti, dein-
 de alter eorum convertatur ad fidem altero in infidelitate

I. Cor. 7.

manente, si fidei placeat cum infideli habitare, non à se invicem separentur, juxta Pauli sententiam.

Can. 73. *Ne crucis figura in pavimento fiat.*

Cum crux vivifica illud salutare nobis ostenderit, nos omne studium adhibere oportet, ut ei per quam ab antiquo lapsu salvati sumus, cum qui par est honorem habeamus. Unde & mente & sermone & sensu adorationem ei tribuentes, Crucis figuras, quæ à nonnullis in solo ac pavimento fiunt, omnino credentium conculcatione victoriæ nobis trophæum injuria afficiatur. Qui secus fecerit, excommunicari decernimus.

Can. 74. *Vt ne agapes fiant in Ecclesia.*

Non oportet in Dominicis locis vel Ecclesiis charitates quas vocant, facere, & intus in æde comedere, & accubitus sternere. Qui hoc fecerint, cessent, vel excommunicentur.

Locos dominicos vocat vestibula & porticus Ecclesie.

Accubitus lectulos molles quos ad delicias sternebat in templo.

Legit Chrysost. in oratione panegyrica super 6. c. Esai. Ca. 30. synodus Laod.

Can. 75. *Vt cantores Ecclesiastici non utantur modulatione inordinata.*

Eos qui in Ecclesiis ad psallendum accedunt, volumus nec inordinatis vociferationibus uti, nec naturam ad clamorem urgere, nec aliquid eorum quæ Ecclesiæ non conveniunt, sed cum magna attentione & compunctione psalmodias, Deo qui est occultorum inspector, offerre.

Can. 76. *Ne intra Ecclesiarum ambitum mercimonia vendantur.*

Non oportet intra sacros ambitus, cauponam vel aromatum species proponere, vel alias venditiones facere, suâ venerationem Ecclesiis servantes. Salvator noster nos non instruit facere domum Patris nostri, domum negotiationis. Qui secus fecerit, segregetur.

Can. 77. *Ne fideles cum mulieribus unâ laventur.*

Non oportet sacris initiatos, vel clericos, vel exercitatores sive Monachos lavari cum mulieribus, nec omnem Christianum laicum. Hæc est enim prima condemnatio apud gentes.

Qui hoc fecerit clericus, deponatur, laicus excommunicatur.

Coniugibus prohibetur etiã unã lavari. c. 46. in syn. Laod.

C. 78. *Œ fideles 5, se apud catechistas fidem recitent.*

Quod oportet eos qui illuminantur, fidem addiscere, & quinta septimanæ feria Episcopo vel presbyteris renunciare.

Can. 79. *Partus virginis citra ullum dolorem.*

Abſque ullo dolore virginis partum eſſe conſiſtentes (ut qui ſine ſemine conſtitutus ſit) eos qui propter ignorantiam aliquid indecens faciunt , correctioni ſubjicimus. Unde quoniam aliqui poſt diem natalis Chriſti Dei noſtri reptantur, coquentes ſimilam & ſe hac mutuo donantes, prætextu ſ. honoris ſecundinarum impollurã Virginis matris; ſtatuiſmus ut deinceps nihil tale fiat à fidelibus. Nec enim hoc honor eſt virginis, quæ ſupra mentem & ſermonem quod comprehendere non poteſt verbum peperit carne, ex communibus & iis quæ in nobis ſunt, inenarrabilem eius partum meriti ac deſcribere. Si quis hoc fecerit clericus, deponatur; laicus ſegregetur.

Can. 80. *Clericus vel laicus per tres hebdomadas abſens ab Eccleſia punitur.*

Si quis Episcopus vel eorum qui in clero cenſentur, vel laicus nullam graviorem habeat neceſſitatem vel negotium difficile, ut à ſua Eccleſia abſit frequentius, ſed in civitate agens tribus diebus Dominicis una non conveniat, ſi clericus eſt, deponatur: ſi laicus, à communione ſeparetur.

Can. 81. *In trifagio non apponendam crucem.*

Petrus Fullo innovator hujus hæreſis quod trinitas ſit crucifixa, in 5 ſyn. gener. damnatur Author

Quoniam novimus in quibuſdam locis in trifagio acclamari poſt illud, Sãctus immortalis, ille crucifixus pro nobis, milerere nobis. Nos cum antiquis patribus ſtatuentes, anathematizamus eos qui deinceps talem ſuſceperint vocem in Eccleſia, vel aliàs ter ſancto hymno apponentes. Si trãſgreſſor fuerit ſacerdos, deponatur: ſi laicus, excommunicetur.

Trifagium appellant Graeci hymnum in quo Deus ter ſãctus nominatur, ut illi: Sãcte Deus, Sãcte ſortis, Sãcte & immortalis. Anathematizant ergo patres illos, qui ſic ac-

clamaverint, sancto Deo crucifixus, &c. Sancte fortis crucifixus, Sancte immortalis crucifixus, &c.

Can. 82. *Ut Christus deinceps in figura humana pingatur, non Agni.*

Inter venerabilium imaginum picturas Agnus digito precusoris monstratus depingitur, qui in figuram receptus est gratiae, adumbrans nobis verum illum per legem agnum Christum demonstratum. Antiquas ergo illas figuras & umbras velut quasdam veritatis notas adumbrationeque Ecclesiae traditus vendicantes, gratiam eisdem praeposimus, & veritatem hanc ut legis complementum suscipimus. Itaque hoc jam quidem re perfectum pictorum artibus ante omnium oculos praescribatur & picturam illius Agni Christi Dei nostri, qui tollit peccata mundi, ut humanus character valet exprimere, & in imaginibus in posterum pro vetere Agno erigendam sancimus per quam humilitatem Dei verbi contemplamur, & velut manu ducimur ad memoriam illius conversationis in carne, & passionis, ejusque mortis salutaris, & redemptionis quae huic pro mundo facta est.

Author.

Patres voluerunt cessare typos praesente veritate. Hinc prohibuerunt spiritum sanctum sub columba figurari, & Magos suos stella, & Christum sub vetere agno, sed humana ser-
ua.

Can. 83. *Mortuis non danda Eucharistia.*

Hoc idem
praecipit
c. 12. conc.

Nemo cadaveribus mortuorum Eucharistiam impartitur, scriptum est: Accipite & comedite. Cadavera nec accipere valent, nec comedere.

Antisiodoren. su-
pra

Canon 84. est can. 6. concilii Carthag. 3.
De baptizandis infantibus quando non est certum eos baptizatos.

Can. 85. *Quomodo libertas donata servis, valeat.*

Servi à propriis dominis libertate donati coram tribus testibus, ut hoc honore fruantur, sancimus.

Can. 86. *Contra alentes scorta.*

Qui scorta in perniciem animarum congregant & alunt, & clerici fuerint, deponantur: si laici segregentur.

Can. 87.

C.87. *Vir qui relicta uxore qui aliam ducit, adulter est.*

Quæ vitum reliquit adultera, si ad alium se contulit, secundum sacratum Basilium, qui optimè hoc ex Propheta Hieremia colligit, &c. & qui reliquerit legitimam uxorem & aliam duxerit, juxta Domini sententiam adulter est. Santicum est, ut hi tales per annum lugeant, per biennium sint audientes, per triennium subiaceant: & tandem sexto anno congregentur cum fidelibus, & ita demum mensa domini digni habeantur, si cum lachrymis penituerint.

Hier. 3.

Can. 88. *Ne quis jumentum in templum inducat.*

Nemo in sacra templa jumentum inducat: præter quam si quis iter faciens maxima opprimatur necessitate, & carens domuncula aut diversorio, ad hujusmodi templum diverit. Si enim jumentum nõ introduceret, forte illud periret, & ipse ob jumentum jacturam, inops concilij, ad celeriter viam capessendam mortis periculo objiceretur. Sabbatum enim propter hominem esse factum docemur. Quare præ omnibus æstimanda est hominis salus, & commoditas. Qui secus fecerit clericus, deponatur: laicus segregetur.

Can. 89. *Dies passionis Domini nostri jejunio celebrentur usque ad mediam noctem.*

Qui dies salutaris passionis in jejunio & oratione & compunctione cordis peragunt, oportet circa horam mediæ noctis magni sabbathi jejunos esse, cum Evangelistæ Matthæus & Lucas, ille per diëtionem, Vespere autem sabbathi: hic vero per profundum diluculum tarditatem noctis nobis præscribant.

Can. 90. *Ne dominicis diebus genua flectamus.*

Ne dominicis diebus genua flectamus, à divinis patribus nostris canonicè accepimus. Quare post vespertinum ingressum sacerdotum sabbatho ad altare, ut more observatum est, nemo genua flectit usque ad sequentem vesperam post Dominicam: in qua post accessum ad candelabium rursus genua flectentes, si preces domino offerimus, si celebramus resurrectionem Domini nostri Jesu Christi.

Can. 91. Contra feminas quæ abortus procurant.

Quæ pharimaca procurant abortus facientia, & quæ venena suscipiunt partus perimentia, pœna occisoris accensentur.

Can. 92. Puniantur raptores, & conscij.

Raptores sceminarum sub nomine consortij, sive parricidæ ipsi, sancivit synodus sancta ut clerici deponantur, laici anathematizentur.

Can. 93. Ne quis ad secunda vota transeat, nisi certus de morte conjugis.

Mulier quæ viro secedente & incomperito quo terratum agat antequam de morte certa sit, si alteri nupserit mœchatur. Similiter & militum uxores quæ nubunt ignorantes vitiorum facta, eidem subjaccantationi, ut quæ non expectant reditum viri peregrinantis. Quamquam in hæc re est quodammodo venia digna, quia plerumque mors præsumitur.

Can. 94. Ne quis ethnicè juret.

Jurantes juramenta ethnica, nos hujusmodi homines excommunicandos decernimus.

Can. 95. Qualiter suscipiendi hæretici.

Venientes ad Ecclesiam, hæreticos suscipimus secundum morem & ordinem traditum. Arianos quidem & Macedonianos & Novatianos, qui se puros sincerisque vocant & Tetradistas & Appollinaristas suscipimus, si libellos afferant, & execrentur quamlibet hæresim. De Paulianistis autem constitutio ab Ecclesia catholica facta est, ut omnino rebaptizentur. Eunomianos vero qui una submersione baptizantur, & Mōranistas, qui hic phryges dicuntur, & Sabellianos, & reliquas omnes hæreses, præsertim qui à Galatarum regione sunt profecti, venientes ad Ecclesiam non secus ac gentes suscipimus. Et primo die ipsos Christianos facimus. Secundo vero catechumenos. Tertio tamen ipsos auctorem postquam ter insufflavimus in faciem & aures, si illos iniciamus facimusque ut in Ecclesia numerentur, & audiant scripturas & tunc illos baptizamus. Manicheos vero & Valentianos & Marcionistas & hujusmodi hæresim libellos

Can. 19.

Concilij

Nica. &

cap. 7. &

8. Leod.

& c. 7. sy-

no. 2. lux-

sa editio-

nem Gra-

eam quo-

niã deest

in Latinis

exempla-

ribus.

oportet facere, & execrari hæresim & Nestorium, & Euty-
chæum, & Dioscorum & Severum, & reliquos hujusmodi
hæresum principes & omnes prolatas hæreses: & sic partici-
pes esse Sanctæ communionis.

Can. 6. Ne quis calamistratis crinibus incedat.

Qui per baptismum Christum induerunt, conversatio-
nem ejus in carne imituros professi sunt. Qui igitur capil-
los in perniciem intuentium ex cogitata quadã implicatio-
ne digerant intenteque ornant: veluti qualdã escas in fistris
animabus ex eo proponentes, ea ratione paterna pœna cu-
ramus, ut prædagogi ipsos instruentes, & modeste vivere do-
centes, ut cum reliquerint deceptionem hanc & ineptias, ad
perpetuam beatamque vitam assidue mentem convertant, &
in timore pure & caste converſentur, ad Deumque quantum
fieri potest, accedant, & interiorem potius quam exteriorem
hominem virtutibus ornent, ut nullas secum reliquias ferât
adversæ stoliditatis. Qui secus se gesserit, excommunicetur.

Can. 97. Qui templa prophanant, rescindi.

Qui cum uxore habitant vel temere alias sacra loca pro-
phanant, & sic in ipsis diversantur, ejciendos sancimus à
penetralibus ædium sanctarum. Qui hoc non servaverit, si
clericus est, deponatur: si laicus, segregetur.

Can. 98.

Qui mulierem alij desponsatam, vivente adhuc sponſo in
uxorem duxerit, judicio adulterij subjaceat.

Can. 99. Ne particula stata sacerdotibus offerantur.

Et hoc in Armeniorum regione fieri intelleximus, quos-
dam intus in sacris altaribus cum carniū portiones elixa-
verint, offerre particulas qualdam sacerdotibus, quæ solen-
niter à victimis abſcindebantur eas Iudaice distribuentes.
Quare sancimus ne sacerdotibus liceat præcipua certa-
que tornacula carniū ab offerentibus accipere, sed illis contem-
ti sint, quæ offerenti placuerint, & hujusmodi oblatio ex
ita Ecclesiam fiat. Qui secus fecerit, excommunicetur.

Can. 100. Ne turpes imagines pingere liceat.

Facile sensus corporei quæ sua sunt in animam derivant.
Picturas igitur oculorum præstigiatrices sive in tabulis, sive

alias propositæ, mentis corruptrices, & sufflammationum ad turpes voluptates incitrices, sancimus, ut nullatenus in posterum pingantur. Si quis autem hoc fecerit, excommunicetur.

Can. 101. Qua gestu accedere oportet ad Eucharistiam.

Hominem ad Dei imaginem factum divinus Apostolus vocat corpus Christi & templum. Cum omnem ergo sensibilem superet, qui salutari passione caelestem assecutus est dignitatem manducans & bibens Christum, omnino vitæ applicatur æternæ, anima & corpore sanctificatus particeps est Divinæ gratiæ. Quare si quis voluerit synaxis tempore communicare purissimo Christi corpore, & coram ipso participatione esse, manus in formam crucis figurans, sic adeat, & suscipiat gratiæ communionem. Eos enim qui pro manu vascula quædam aurea, vel ex alia materia construxerunt ad susceptionem Divini doni, & per illa immaculatam communionem volunt, nullo modo admittimus, ut præferentes materiam inanem hominique obnoxiam, Dei magni. Si quis sacerdos participes fecerit communionis, huiusmodi vascula admoventes, excommunicetur qui hæc infert.

Can. 102. In absolvendis à peccatis qua cura adhibenda.

*Infant 7.
concilij
Vormat-
cien.*

Oportet qui facultatem absolvendi & ligandi à Deo receperunt, peccati qualitatem speculentur, & peccatoris promptitudinem ad reversionem, ut sic medicamentum admoveant ægritudini aptum, ne si de peccato sine discrimine statuatur, aberrent à salute ægrotantis. Non enim simplex est peccati morbus verum varius & multiformis, plurimusque noxiis propaginibus suppululans, ob quas malum lōge lateque diffunditur ac serpit quousque tandem virtuti medicantis resistat. Igitur qui ostendere voluerit quantum valeat in spiritali medēdi arte, oportet attente rimari qualiter affectus sit qui peccavit, an ad salutem inclinaret, an contra moribus quibus familiariter assuovit, adversus se ægritudinem provocet inspicere: & quid ille secum deliberet ad redendum ad meliorem frugem, an obtemperet magistro, an mentis ulcus per admota pharmaca crescat: & sic misericordia æqua lauce impartiri. Summa enim ratio & Deo

& præfecto huic pastorali curæ errantem ovem reducere, & vulneratam ab angue curare, & nec per præcipitia desperationis detrodere, nec habenas laxare ad vitæ dissolutionem & contemptum, sed omnimodo qua pharmacis austerioribus, qua mollioribus, & lenioribus morbo contraire pugnareque ut alicui cicatricem obducatur, ut qui notos habeat poenitentiae fructus, & hominem ad claritatem illam supernam vacatum, prudenter gubernet. Utraque igitur scire oportet, & quæ sunt rigoris, & quæ commiserationis: sequi verò non eos qui superficiem traditarum figurarum suscipere, ut nos divinus Basilii docuit. Imperator Iustinianus fidelis in Deum Iesum Christum assistens omnibus decretis & obtemperans, subscripsit. Sanctissimus Papa Romanus Paulus Episcopus Constantin. novæ Romæ, definiens subscripsit. Similiter & reliqui Episcopi ex omni provincia subscripserunt 227.

Expliciantur canones sextæ synodi in Trullo congregatæ. In Decreto Gratiani ascribuntur aliquot decreta huic synodo, & septimæ enim generali, quæ inter supra scriptos Canones non continentur. Ex quo certo apparet vitio Typographorum id factum esse.

CONCILIUM TOLETANUM Concl.

12. tempore Agathonis Papæ, vel Leonis
Papæ, anno 1. Eringi regis.

Tolet. 124

Can. 1.

Agnosceitur verus Rex, & legitimus Banbæ successor Erin- Rex His-
giorum quem & divinum iudicium in regno prælegit, & de- paniarum
cessor princeps successorem sibi instituit, & totius populi elegit sibi
amabilitas exquisivit, unde subiecit synodus sic: Dignum suum suc-
est, ut sacerdotum ordo honorabiliter veneretur & suscipiat cessorem.
in regem. Unde non erit jam deinceps ab anathematis sen-
tentia alienus quisquis contra salutem ejus creverit vocem.

Can. 2. De his qui poenitentiam nescientes accipiunt.

Multos sæpe aspeximus in salute positos ultimum desperantes poenitentiae fructum: & rursus nimietate ægritudinis ita loquendi & sentiendi naturale perdidisse officium, ut nulla illis cura salutis suæ videretur inesse nullo etiam pristinae devotionis noscerentur desiderio aheolare: quo-

rum tamen casibus fraternitatis condolens ita talium necessitatis in fide susceperit sua, ut ultimum illis tribuatur viaticum, scilicet ne sine fructu pœnitentiæ videantur transire à sæculo. Quod si forsitan respiciente Domino salutis pristinae reformatur, agunt cautionibus vanis & oppositi-
 onibus execrandis, qualiter à se tonsuræ venerabile signum expellant atque habitum, religionis abjiciant, impudētissime asserentes ideo se nullis regulis Ecclesiasticæ disciplinæ sub hoc voto teneri, quia pœnitentiam nec ipsi petierunt, nec consentientes acceperunt: quorum impudentia divinæ bonitatis, quæ eos ad tam venerabile ac fecundi fructus vocavit sacramentum, turpiter immemor, & obstinata procacitas non aliquando diceret talia, si qualiter ad vitam pro sacrosancti lavacri gratia veniret, meminisset. Etenim parvulorum infantium ita originali peccato obnoxia, quæ nulli propter ætatem discernendi, vel expectandi sensui aptior judicetur, nisi ex sponsione fidelium baptismi accipiant sacramentum, nullo sensu, nulla etiam discretionis industria id apparere possunt. Unde sicut baptismus quod nescientibus parvulis sine ulla contentione in fide tantum proximorum recipiunt, ita pœnitentiæ donum, quod nescientibus illabitur, aliisque impugnantia violationis, hi qui illud acceperint observabunt. Si quis autem quolibet modo, pœnitentiam accipiens, hoc violaverit synodale institutum, ut vere transgressor paternis regulis feriantur. Nec enim ista statuente, sacerdotes quousque ut passim & licenter donum pœnitentiæ non pœnitentibus audeant prorogare absolvimus, sed hos qui qualiter forte pœnitentiam susceperint, ne ulterius ad militare cingulum redeant, religamus.

Can. 3. Ut quos regia admittit potestas, Clerus non evitet.

Vidimus nonnullos & flevimus ex numero culpatorum receptos in gratiam principum, extorres exitisse à collegio sacerdotum, ab eis nulla se abstinere sacerdotum communio, sed quos regia potestas in gratiam benignitatis receperit, aut participes mensæ suæ effecerit, hos sacerdotum & populorum conventus suscipere in Ecclesiasticam communionem debet, ut quod principalis pietas habet acceptum à sacerdotibus Dei non debeat esse extraneum.

Can. 17.

Ut in villulis nullus ordinetur Episcopus : in Sardicen. concil. 26. in Leodiceno 57. in Carthaginen. 2. cap. 5. & Carthaginen. 3. cap. 41.

Can. 5. *Contra sacerdotes qui non semper sacrificantes communicant.*

Relatum nobis est, quosdam de sacerdotibus non tot vicibus communionis sanctæ gratiam sumere, quot sacrificia in una die videntur offerre, sed in uno die, si plurima per se Deo offerant sacrificia, in omnibus se oblationibus à communionem suspendunt, & in sola tantum extrema sacrificii oblatione communionis sanctæ gratiam sumunt, cum dicat Apostolus : Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? Certum est quod hi qui sacrificantes non edunt, rei sunt Domini sacramenti. Quicumque ergo sacerdotum deinceps divino altari sacrificium oblaturus accesserit, & se à communionem suspendent, ab ipsa qua se indecenter privavit gratia communionis, anno uno repulsum se noverit.

Annotatio 1.

Ex hoc canone patet in more fuisse, plures uno die missas dici, aliqua urgente necessitate. In concilio Salegustadiensi c. 5. *Item decretum est dicitur, ut unusquisque presbyter in die non amplius quam tres missas celebrare præsumat.*

Annotatio 2.

In sola tantum extrema sacrificii, &c. Hunc morem celebrandi sæpius in die missæ sacrificium, & in ultimo sumendi communionis sanctæ gratiam, tempore Cypriani in usu fuisse, patet ex ejus Epist. 63. ad Cæcilium.

Can. 6. *De autoritate concessa Pontifici Toletano in promotiones Episcoporum.*

Dist. 23.

Cum lon-

gelateque

Toletanus

pon. profi-

cit novos

Ep. quos

regia pö-

cessus

prius eli-

git.

Illud quoque decernendum nobis occurrit, quod in quibusdam civitatibus decedentibus Episcopis propriis, dum differtur diu ordinatio successoris, non minima creatur officiorum divinatorum offensus. Unde placuit omnibus, (salvo privilegio uniuscujusque provincie) ut licitum maneat deinceps Toletano pontifici, quoscunque regalis potestas elegerit, & jam dicti Toletani pontificis judicium dignos esse probaverit, in quibuslibet provinciis præficere præsules & decedentibus Episcopis, eligere successores. Sic tamen, ut

quisquis ille fuerit post ordinationis suæ tempus infra trium mensium spatium proprii Metropolitani præsentiam visurus accedat, qualiter ejus autoritate vel disciplina instructus, condigna susceptæ sedis gubernacula teneat. Quod si per desidiam aut neglectum quilibet constituti temporis metas excesserit, excommunicetur. Hanc quoque definitionis formulam sicut de Episcopis, ita de cæteris rectoribus placuit observandam.

Annotation.

Studium & labor eligendi viros Episcopatibus præficiendos, penes reges tempore Gothorum erat, quod usque Romanorum Pontificum indulgentia, ad nostra tempora penes Hispaniæ reges resedit.

Can. 7.

De recepto testimonio personarum, quæ per legem testificandi licentiam perdiderunt. Nihil habet annotatione dignum.

Can. 8. De his qui uxores suas temere relinquunt.

Præceptum Domini est, ut excepta causa fornicationis, uxor à viro dimitti non debeat. Et ideo quicumque citra culpam criminis supradicti, uxorem suam quacunque occasione dimiserit, quia quos Deus junxit, ille separare disposuit, tam diu ab Ecclesiastica communione privatus, & à peccatu omnium Christianorum maneat alienus, quandiu societatem relictæ conjugis synceriter amplectatur & foveat. Ita tamè, ut qui jam admoniti à sacerdote semel bis, terque ut corrigerentur, ad thorum suæ conjugis noluerint redire, & à palatinæ dignitatis officio ipsi se separabunt, & insuper generosæ dignitatis testimonium quamdiu in culpa fuerint, amissuri sunt.

Can. 9.

De confirmatione legum quæ contra Iudæorum nequitiam promulgatæ sunt per Eringium regem.

Can. 10.

Consentiente pariter Domino nostro Eringio rege, hoc sanctum concilium definiuit, quod nullus audeat eos qui confugiunt ad Ecclesiam metu vel terrore, qui ibi resident, inde vi abstrahere.

13 q. 5.
Præceptum
Domini
est. Et in
Decret.
Ivo. lib.
Matt. 5.

D. 54. Et
si Iudæo-
rum servit
17 q. 4.
Definit
sanctum.

Can. 11.

Contra cultores idolorum, ut per regiam potestatem puniantur. Exod. 22. Deuter. 17.

Can. 12.

Ut annis singulis in unaquaque provincia concilium celebretur.

Can. 13.

Totum consumitur in gratiarum actionibus Deo, & Regi Eringio, & subscriptionibus Episcoporum,

Explicit concilium Toletanum 12.

Benedictus 2. Papa 81. sub Petro, patria Romanus, divina scripturae ita operam dedit, ut exercitatione & doctrina in rebus divinis singularis tunc haberetur. Ad hunc Constantinus Imperator 61. (hominis sanctitate permotus) sanctionem misit, ut deinceps quem clerus, populus, exercitusque Romanus in pontificem elegisset, eundem statim verum Christi Vicarium esse omnes crederent, nulla aut Constantino, Principis, aut Italiae Hexarchi expectata autoritate, ut antea fieri consueverat, id enim ratum erat in creando Pontifice, quod princeps confirmasset, vel qui ejus vices in Italia gerebat: sedit annum unum.

Ioannes 5. Antiochenus 82. sub Petro, sedit annos duos: vir singularis religionis, & mansuetudinis. Constantino Pogonato Imperat. circa annum Domini 685.

Conon Thracia oriundus 83. sub Petro, sedit ann. unum, Servius Antiochenus, 84. Papa sub Petro, sedit annos 9. Hic tempore Deodati Pontificis Rom. veniens in clerum Romanum asciscitur. Deinde vero ob ejus doctrinam & diligentiam circa mysteria, & rem divinam per ordines concitandens sanctae Susannae presbyter cum titulo ejus loci creatur. Nunc vocatur Cardinalis ejus tituli, inde assumptus est ad pontificatum, Iustiniano Imperatore 61.

Ioannes 6. Graecus, 85. sub Petro, sedit annos tres. Tempore hujus Pontificis, Sarraceni occupata Libya & Africa, transmissis Atlantico freto, omnes Hispanias praeter Astures & Cantabros occupant. Sub hoc floruit Beda, qui ob religionem & modestiam Venerabilis nuncupatus est, & Strabo, & Haymo Bedae fratres.

Ioannes 7. Papa 86. sub Petro, natione Graecus, sedit annos 2.

a. d. 676.

Ioan. 8.

Pap. 82.

a. d. 680.

Canon.

Pap. 83.

a. d. 681.

Serv. pap.

84. Hu-

ius temp.

Beda vi-

xit in

Anglia.

a. d. 690.

Ioan. 6.

pons. 85.

Ioann. 7.

pons. 86.

*Eodem Sy-
sin. pap.
87.*

Syfinius Cyrus 87. Papa sub Petro, sedit dies 10.
Constantinus Syrus 88. sub Petro, sedit annos 7. Prædi-
cti Pontif. fuerunt sub Iustiniano.

CONCILIUM TOLETANUM

*Constant.
pap. 18.
Conc. To-
let. 13. an.
de. 708.
Gr. 2. Pont.
89.*

13. ann. 4. ejusdem Regis Eringij, nihil habet
singulari annotatione dignum.

Gregorius 2. Papa 89. natione Romanus ex patre Mar-
cello sedit annos 16. menses 9. dies 12. Leone Iconomacho
Imperat. 68. Fuit hic Pontifex divina scriptura eruditus,
facundus eloquentia, constans animo, Ecclesiasticorum dog-
matum defensor, & contrariorum fortissimus impugnator.
Eo tempore fluvius Tyberis alveum suum egressus se per
campestria dedit, & intumuit inundatione aquarum mul-
tarum, & transcendit aliquibus locis & muris urbis, & ultra
basilicam sancti Marci per plateas se extendit, ita ut in via
lata ad unam & semis staturam aqua ejusdem fluminis ex-
crevisset.

*Item simi-
lis fuit
Paulo 4.
anno Do-
mini 1557
die 14.
Septem-
bris an.
do. 729.
Greg. 3.
pont. 90.*

Similis inundatio fuit sub Clemen. 7. anno Domini 1530
8. die Octobris.

Extant aliquot hujus pontificis Epistolæ, maximè ad
Thuringos, & Saxones, & Germanos, qui deserta fide, ad
idola colenda fuerant compulsi per paganos, ad quos mi-
sit Bonifacium Episcopum, qui eos ad fidem Catholicam
evocaret.

Gregorius tertius, 90. Papa sub Petro natione Cyrus, ex
patre Ioanne, sedit annos 10. menses 8. dies 25. vir mitis-
simus, valde sapiens in divinis scripturis sufficienter in-
structus. Græca latinaque lingua eruditus. Psalmos omnes
per ordinem retinens memoriter, & in eorum sensibus sub-
tilissima exercitatione limatus, Leone 3. Iconomacho Im-
peratore circa annum Domini 731.

Extant decreta illius quæ in synodo quadam instituit ob-
servanda, in quibus cavetur ne inter consanguineos cele-
brentur conjugia quomodo nunc cautum est in jure.

Extat Epistola ejus ad Bonifacium apud Germaniam le-
gatum, in qua consultus de duobus articulis, respondet. Pri-
mo legebatur in tua Epistola, ut quædam progenies propin-
quarum matrimonio copuletur. Dicimus quod oportuerat
quidem quandiu se agnoscent affinitate propinquos, ad hu-
jus copulæ non accedere societatem, sed quia temperantia

magis, & praesertim in tam barbaram gentem plus placet quam districtio censurae, concedendum est, ut post quartam generationem jungantur. Secundum, quod quaeris: Si mulier infirmitate correpta non voluerit debitum viro reddere, quid ejus faciat jugalis. Respondet, Bonum esset si sic permaneret, ut abstinentiae vacaret: sed quia hoc maritorum est, ille qui se non poterit continere, nubat magis: non tamen subsidij opera subtrahat ab illa, quam infirmitas praepedit, & non detestabilis culpa excludit.

Forfitan ea infirmitas praecessit vinculum matrimonij, & erat talis qua reddebat illam inapacem conjugij, quoniam si subsequuta est infirmitas conjugem, non daretur ea venia denuo nubendi. Annot.

Zacharias Papa 91. sub Petro, natione Graecus, ex patre Polychronio, sedit annos 10. menses 3. dies 14. vir mitissimus atque suavis, amator cleri & totius populi Romani, tardus ad irascendum, & velox ad miserendum. Constantino & Irene ejus matre Imperantibus. Hic invenit totam Italiam bellorum turbatione commotam: quam suo prudentissimo studio pene totam pacavit. Extat Epistola Bonifacij apud Germanos legati ad Zachariam Papam, in qua requirit voluntatem sedis Romanae, in quibusdam, quae visa sunt illi necessaria ad confirmandam fidem Germanorum Primum. Necessè habemus indicare paternitati vestrae, quia per Dei gratiam Germaniae populis aliquantulum correctis, tres ordinavimus Episcopos, & Provinciam in tres parochias discretevimus, & in illa tres urbes in quibus constituti & ordinati sunt, scriptis auctoritatis vestrae confirmari & stabiliti praecantes desideramus: ut si dominus voluerit, per auctoritatem & praecceptum sanctisque jussionibus Apostolicis fundatae & stabilitae sint tres in Germania Episcopales sedes, & ut praesentes vel futurae generationes non praesumant vel parochias corrumpere vel violare praecceptum Apostolicae sedis. Zac.
pent. 19.

Secundum, Notum sit similiter paternitati vestrae quod Carolomagnus Rex Francorum me acerfitum ad se rogavit, ut in parte regni Francorum, quae in sua est potestate, synodum inciperem congregare, & promisit se de Ecclesiastica religione quae jam longo tempore, id est non minus quam per 60. vel 70. annos calcata & dissipata fuit, aliquid corrigere & emendare velle, quapropterea si hoc, Deo

*Requirat. auctorita-
temp. pon.
Rom. ad
congregan-
dam syno-
dum.* inspirante, veraciter implere voluerit consilium & præcep-
tum sanctæ vestræ auctoritatis, id est Apostolicæ sedis ha-
bere & scire debeo. Tertium. Deinde si invenero apud illos
diaconos & presbyteros fornicarios & adulteros, & sic pro
populo sacras oblationes offerret, volo habere præceptum &
conscriptum auctoritatis vestræ quid de talibus definitis,
ut per responsum Apostolicum convincantur & arguantur
peccatores.

Quartum. Inveniuntur quidam inter eos Episcopi, qui li-
cet dicant se fornicarios vel adulteros nos esse, sunt tamen
ebriosi & incuriosi, vel venatores, & qui pugnant in exerci-
tu, armant, & effundunt propria manu sanguinem hominum
paganorum, sive Christianorum: Volo scire senten-
tiam vestram, quia servus legatus Apostolicæ sedis es-
se indignoscet, ut unum sit verbum meum hic & vestrum
ibi.

*Rogat. Bo-
nifacius si
possit elige-
re successo-
rum sedis
sua.* Quintum. De una re & concilium querere & licentiam
petere necesse habeo, eo quod veneranda memoriæ præde-
cessor vester, sicut audistis, in præsentia vestra mihi præce-
pit, ut presbyterum post obitum meum Deo volente, in Ec-
clesiastico ministerio heredem & successorem constituere
deberem, & hoc mihi si Dei voluntas est, placet; sed modo
dubito, & nescio si fieri possit, quia postea frater illius a vun-
culum ducis regis Francorum occidit, & adhuc ignoramus
qualiter ita discordia pacifari & finiri valeat. Ideo obsecro,
ut auctoritate vestra licentia sit, ut cum consilio servorum
Dei de ista electione faciam quod nobis in communi pro
Deo & pro Ecclesiæ utilitate, vel fructu spirituali, & defen-
sione religionis optimum esse videatur, & mihi inspirare di-
gnetur Deus: quia hoc videretur posse fieri, si contrarius
princeps fuerit.

Sextum. Querere & interrogare paternitati vestræ
concilium debeo de quadam confusione & scandalo præ-
dicationis, quæ nuper ad nos veniens, mentem no-
stram conturbavit, & sacerdotibus Ecclesiarum vere-
cundiam incuriebat, quia laicus quidam dicebat sibi
ab Apostolicæ sedis pontifice sanctæ memoriæ Gregorio
datam fuisse licentiam, ut in matrimonium acciperet vi-
duam avunculi sui, quæ & ipsa fuit uxor consobri-
& illa eo vivente discessit ab eo; & isti viro in tertio
gradu propinqua illius esse dignoscitur qui nunc eam acci-

pere desiderans, affirmat sibi licentiam datam, & deinde votum vovit Deo castitatis, & velata fuit, & iterum abjecto velamine maritata: tale enim matrimonium supradictus homo ab Apostolica sede sibi affirmabat esse concessum: quod non estimamus verum, quia synodus & Ecclesia in qua natus & nutritus fuit talem copulam & matrimonium, maximum scelus, & incestum & horribile flagitium, & damnabile piaculum fieri ex autoritate sanctæ scripturæ judicabant. Quapropter paternitas vestra hujus rei veritatem nobis indicare non dedignetur, ut Ecclesiæ sacerdotibus, vel populo Christiano inde scandala, vel chismata, vel novi errores non orientur & con- crevantur.

Septimum, Quia carnales homines idiotæ, Germani, vel *Pazile* Franci, si juxta Romanam urbem aliquid facere viderint *trahitur* ex his peccatis quæ nos prohibemus, licitum & concessum *in exem-* à sacerdotibus esse putant: & dum nobis improprium de- *plum quod* putant, scandalum vitæ accipiunt, sicut affirmant se vi- *Roma.* dere annis singulis in Romana urbe & juxta Ecclesiam sancti Petri in die vel nocte, quando Cal. Januarij intrant: paganorum consuetudine choros ducere per plateas, acclamationes ritu gentilium, & cantatione sacrilega celebrare, & mensas illa die vel nocte dapibus onerare. Quæ omnia eo quod ibi à carnalibus & insipientibus videntur, nobis hic improprium, & impedimentum prædicationis & doctrinæ perficiunt. Et si istas paganas paternitas vestra ibi in Romana urbe prohibuerit, & sibi mercedem, & nobis maximum profectum in doctrina Ecclesiastica perficiet. Hæc omnia, Domine charissime, propterea vobis nota fecimus, ut vestræ autoritatis responsum talibus dare possimus, & per cautelam vestræ doctrinæ oves Ecclesiæ non sequeantur, sed lupi rapaces superari pereant.

EPISTOLA ZACHARIÆ
Papæ ad Bonifacium Epif-
copum.

*Quomodo
cōstituta
da sedes
Episcopa.*

Suscipimus fraternitatis tuæ literas, & petis ut per autho- *D. 80. per* ritatem noſtræ sedis Episcopales ibidem sedes firmentur. *tot.*

Sed tua sancta fraternitas pertractet mature ; si expedit, aut si loca vel populorum turba talia esse probantur ut Episcopus habere mereatur. Memineris quod in sacris canonibus præcipimur observare, ut minime in villulas vel in modicas civitates Episcopos ordinemus, ne vilescat nomen Episcopi. Sed nos tuis literis provocati, quæ propoluiti absque mora concedi patimur, & statuimus per Apostolicam auctoritatem Episcopales illic sedes quæ per successione[m] Episcopos mereantur, & populis præint, atque in quibus verbum prædicationis subjectis insinuetur. Et nulli post hæc liceat hæc quæ à nobis sancita sunt quoquomodo violare, quæ auctoritate beati Petri Apostoli firma esse decernimus.

Doleo autem quod intimasti quod Carolomagnus te rogavit : Respondemus quod dum juvante Deo, quæ à præfato filio nostro promissa sunt, ad effectum perducta fuerint, tuaque fraternitas memorato concilio confederit, si quos repererit Episcopos, presbyteros aut diaconos contra canones vel statuta patrum excessisse, idest, in adulterio vel si plures uxores habuerunt, aut si sanguinem Christianorum sive Paganorum effuderunt, &c. nulla ratione apostolica auctoritate permittas sacerdotio fungi, quia tales à suis proprio ore falsi nominantur sacerdotes & pejores ac deteriores secularibus esse noscuntur, qui se neque à fornicationibus, nec à nefariis matrimoniis abstinere, neque ab hominum sanguinis effusione manus servant innoxias. Quales esse sacerdotes existimant, dicentes Domino : Sacerdotes mei semel nubant, & Aposto. Unius uxoris virum, &c. Et hoc ante susceptum sacerdotium uti licitum est, nam à die suscepti sacerdotij, etiam ab ipso proprio conjugio prohibendi sunt, &c. Quomodo se sacerdotio fungi considerant qui talibus sceleribus involuti esse monstrantur ? Qui peiora, secularium scelera committunt, ut plures uxores habere præsumant, quibus nec unam concessum est post susceptum ministerium atrectare. Iste namque, ut præmissi nec sacerdotio fungi patiantur, nec divina contingere mysteria commonemus.

Ad quintum. De eo autem quod tibi successorem constituisse dixisti, ut te jubente in tuo loco eligas Episcopum, hoc nulla ratione concedi patimur, quia contra omnem Ecclesiasticam regulam vel instituta patrum esse monstratur. Sed volumus ut tibi ministret, & sit in Evangelium

*Qualiter
olim per-
missum
est sacer-
dotibus
conjugium
Tit. 2.*

*7. q. 14.
De eo
autem
Non con-
ceditur
ut Epis.
supersti-
to alius
succes-
sorem su-
broget.
7. q. 1. c.
Potest.*

Christi adjutor. Nimis enim reprehensibile manifestum est, ut te vivente tibi alium substituamus. Sed hoc commune, ut quoad te divina jufferit clementia superesse, sine intermissione orare non cesses, ut tibi Deus illum successorem concedat qui eis possit esse placabilis & populum quem ad suam gratiam per vestrae sanctitatis induitiam vocare voluit irreprehensibiliter regere valeat, atque ad viam vitae elaborare perducere. Si autem contingat aliquem post tui transitum diem superesse, quem idoneum cognoveris & in qua voluntate fuerit definitum ea hora qua te de presenti seculo migratum cognoveris, praesentibus cunctis tibi successorem designa, ut huc veniat ordinandus. Hoc nulli alij concedi patimur, quod tibi, charitate cogente, largi censuimus.

*ut cum no-
stros Con-
ceditur
Boni ut
hora mor-
tis sibi
successor-
designet.*

Ad sextum, De isto autem qui viduam avunculi, &c. Absit hoc ut praedecessor noster ita praeciperet. Nec enim ab Apostolica sede illa diriguatur, quae contraria esse patrum sive canonum institutis perhibentur. Ideo admonere, adhortari, increpare eos frater ne cesses, quatenus a tali scelesto recedant matrimonio, ut non in aeternum percaant.

*Quantum
cavebat
Epis. Rom.
dispensa-
re contra
can.
Patrum.*

Ad septimum, De calendis vero Januariis, vel ceteris auguriis, vel aliis diversis observationibus, quae Gentili more observari dixisti apud B. Petrum Apost. vel in urbe Roma, hoc a nobis & omnibus Christianis detestabile & perniciosum esse judicamus, dicente Deo: Non augurabimini, neque observabitis somnia. Ita & a nobis cavendum esse censuimus ut nullis auguriis vel observationibus attendamus, quia omnia haec abscissa esse a patribus sumus edocti. Et quia per instigationem diaboli iterum pullulabant, a die qua nos jussit divina clementia Apostoli vicem gerere: illico omnia haec amputavimus. Pari enim modo volumus tuam sanctitatem populis tibi subditis praedicare, atque ad viam aeternae vitae perducere, &c. Deus te incolumen custodiat reverendissime frater.

*Levit. 19.
Num. 23.*

Extat altera Epistola ad eundem Bonifacium.

Reverendissimo fratri Bonifacio Episcopo, &c. Rerulerunt quod fuerit in eadem provincia sacerdos, qui Latinam linguam penitus ignorabat, & dum baptizaret, nesciens latinum eloquium infringens linguam, diceret: Baptizo te in nomine Patria, & Filia & Spiritu sancta, ac per hoc tua fraternitas consideravit rebaptizare. Sed sanctissime

frater, si ille qui baptizavit, non errorem introducens, aut hæresim, sed pro sola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam baptizans dixisset, non possumus consentire ut desuo baptizentur: quia quicumque baptizatus fuerit ab hæreticis in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti, ut tua fraternitas bene compertum habet nullo modo rebaptizari debet, sed per solam manus impositionem purgari. Vale frater.

SYNODUS SUB ZACHARIA PAPA
 mandato Apostolico à sancto Bonifacio & Fran-
 corum Episcopis sub Carlomagno duce habita
 anno 742.

In nomine Domini, &c. Ego Carlomagnus dux, &c. Anno ab incarnatione Christi 742. 11. cal. Martij cum consilio servorum Dei, & optimatum meorum, Episcopos qui in regno meo sunt cum presbyteris ad concilium & synodum pro timore Christi congregavi, Bonifacium Archiepiscopum ac reliquos Episcopos cum presbyteris eorum, ut mihi consilium darent, quomodo lex Dei & Ecclesiastica religio recuperetur quæ in diebus præteritorum principum dissipata corrui, & qualiter populus Christianus ad salutem animæ pervenire possit. Et ordinavimus consilio sacerdotum & optimatum meorum per civitates Episcopos, & constituimus super eos Archiepiscopum Bonifacium qui est missus sancti Petri.

Can. 1. Quæ sint prohibita Ecclesiasticis.

Statuimusque per annos singulos synodum congregari & falsos presbyteros, & adulteros vel fornicatores diaconos & clericos de peculiis Ecclesiarum abstulimus, degradavimus, & ad pœnitentiam coëgimus Et servis Dei per omnia omnibus armaturam portare vel pugnare, aut in exercitum & in hostem pergere omnino prohibemus, nisi illi tantummodo qui propter divinum ministerium, idest, Missarum divina adimpleda, & sanctorum patrocinia portanda ad hoc electi sunt, idest, unum vel duos Episcopos cum capellanis presbyteris princeps secum habeat, & unusquisque præfectus unum presbyterum, qui in hominibus peccata confitentibus indicare pœnitentiam possit. Nec non & illas venationes, & sylvas vagationes cum canibus omni-
 bus

*Permitti-
 tur prin-
 cipi ad
 sacra mi-
 nisteria
 unum
 aut duos
 Episcopos
 secum
 habere.*

bus servi Dei interdiximus. Similiter accipitres & falcones non habeant.

Can. 12. *In singulis quadragenis Episcopo presbyter rationem ministerij reddat.*

Decrevimus quoque juxta sanctorum canones: ut unusquisque presbyter in parochia habitans Episcopo illi subiectus sit, in cujus parochia habitat, & semper in quadragesima rationem & ordinem ministerij sui, puta de baptismo, de fide catholica, de precibus & ordine missarum Episcopo reddat & ostendat. Et quandocumque jure Episcopus circuit parochiam ad populos confirmandos, presbyter semper paratus sit ad suscipiendum Episcopum cum collectione & adiutorio populi qui ibi confirmari debet, & in cena Domini semper novum chrisma ab Episcopo quarat, & Episcopo testis assistet castitatis & vitæ & fidei, & doctrinæ illius.

Can. 3. *Absque probatione synodali ignoti Episcopi aut presbyteri non admittantur.*

Statuimus etiam ut secundum cautelam omnes indecunque supervenientes ignotos Episcopos, vel presbyteros ante probationem synodalem in Ecclesiasticum ministerium non admittamus.

Can. 4. *Vt cum presbyteris vel diaconibus nulla mulier cohabitaret.*

Decrevimus quoque ut presbyteri vel diaconi non sagis, laicorum more, sed cassulis utantur, ritu servorum Dei, nullus in domo sua mulierem habitare permittat.

Can. 5. *Episcopo sit cura spurcicias omnes Gentilitatis abjicere.*

Item decernimus ut unusquisque Episcopus in sua parochia sollicitudinem habeat, adjuvante Graphone, qui defensor Ecclesie est, ut populus Dei paganas non faciat, sed ut omnes spurcicias Gentilitatis abjiciat.

Explicit synodus sub Carlomagno.

Stephanus secundus Papa, qui sub Petro sedit annos 5 dies 28. vir singularis religionis & prudentiæ

Paulus primus, Papa 93. sub Petro, natione Romanus

Stephanus pont.

91

a. d. 750.

Pau. Pa

93. No. 100

Stephani secundi frater, sedit annos decem, mensem unum, vir tantæ pietatis & humanitatis, ut noctu cum duobus aut tribus familiaribus cubicula pauperum & ægrotantium circumiret, unumquemque eorum, & verbis & elemosynis ad recuperandum valetudinem cohortaretur, & carcerem quoque frequenter adibat.

a.d. 760.

Const. Pa.

a.d. 791.

Step. Pap.

a.d. 764.

Adrian.

Papa.

Constantinus secundus, Papa 94, sedit annum unum.

Stephanus tertius Sicularis, Papa 95, sedit annos tres, menses quinque.

Adrianus primus, Romanus, 96, Papa sub Petro sedit 23. annos, menses 10. dies 17. nequaquam à prædecessoribus degeneravit, cum quovis optimo pontifice comparari potest.

SYNODUS SECUNDA NICÆNA,

quam Græci septimam generalem appellant. Anno domini 780. Imperantibus Constantino & Irene ejus matre, sub Episcopo urbis Romæ Adriano 1. Papa, celebrata contra eos qui imagines in Ecclesiis damnant & ejiciunt, in qua imaginum expressiones adorandas & amplectendas relative decretum est, & honorandas reliquias sanctorum.

Actio prima.

Imperantibus piissimis Constantino cum matre sua Irene, conveniente sancta & œcumenica synodo in Nicæa Bithiniæ Petro archipresbytero Romanæ Ecclesiæ, & Petro Monacho Vicariis existentibus Apostolicæ sedis, presente Tarasio Archiepiscopo inclitæ Constantin. novæ Romæ, &c. cæteris Episcopis, &c.

Primo omnium venerunt in concilium tres Episcopi ex conciliabulo Ephesino, in quo damnatæ fuerant imagines, resipiscentes: & attulerunt libellos confessionis suæ. Primus erat Basiliius Ancyræ Episcopus, secundus Theodorus Cypri Episcopus Myron, & tertius Theodosius Episcopus Amorij. Basiliius Episcopus à libello sic cepit legere.

Confessio Catholica.

Credo & confiteor in Deum Patrem omnipotentem, &

in unicum dominum Christum Filium ejus unigenitum, *Basilij*
 & in sanctum Spiritum Dominum vivificantem, & Trini- *prius ha-*
 tatem consubstantialem in throno eodem consedentem, in *retici cō-*
 una Deitate, potestate & autoritate, adoraram & glorifi- *sess. cath.*
 catam in unius sanctæ Trinitatis & Domini Dei nostri Je-
 su Christi œconomia, quemadmodum sex sacræ œcume-
 nicæ synodi tradiderunt. Hæc omnia sic confiteor. Univer-
 sam autem hæreticorum linguæ incontinentiam abiciens
 execror: quemadmodum ipsi se reddiderunt execrabiles.
 Interpellans etiam intemeratæ virginis nostræ Deiparæ,
 sanctarum cœlestium potestatum, omniumque sanctorum
 intercessionem: horum etiam sanctas reliquias cum omni
 honore suscipiens, & amplectens honorifice veneror, firmi-
 ter credens me illorum sanctitatis fieri posse participem.
 Eodem modo venerandas imagines quæ œconomiam Je-
 su Christi Domini & Dei nostri qui propter salutem no-
 stram homo factus est, inviolatæ virginis domiæ nostræ
 Deiparæ, sanctorumque Apostolorum, Prophetarum, Mar-
 tyrum, & omnium sanctorum suscipio & amplector, eis-
 demque honorem debitum exhibeo: Abiciens & execrans
 ex toto animo & corde congregatam ex deprava mente &
 insania, & appellatam septimam synodum apud eos qui re-
 stant: sapiunt, nimirum quam juste & canonicè *pseudo synodon*
 hoc est lasum conciliabulum appellatum, utpote ab omni
 pietate & religione alienum, & à Deo traditæ Ecclesiasticæ
 legislatione audenter & præfracte, ne dicam impie, obla-
 trantem, venerandasque imagines contumelia afficientem,
 jubentemque has è medio sacrarum Ecclesiarum tolli, cui
 præfuit Theodosius falso nominatus Ephesi Episcopus: Sisi-
 nius item Pergæ cognomine Pastillas, Anathematis mi ejus-
 dem Basilij Ancyræ Episcopi.

Primus, Qui doctrinas sanctorum patrum & traditionem
 catholicæ Ecclesiæ contemnant cuique causantur & voces
 Arrii, Nestorij, Eutychis, & Dioscori jactant, dicentes
 quod nisi satis ex veteri & novo testamento instructi esse-
 mus, sanctorum patrum, sacrarum ex synodorum doctri-
 nas & catholicæ Ecclesiæ traditiones sequeremur, execra-
 tio.

Secundus, Qui iniquum diabolicarum insidiarum inven-
 tum, sacrarum imaginum cultum & ædificationem, ne-
 quaquam autem sanctorum patrum nostrorum traditio-
 nem, execratio.

Cæteri anathematissimi eadem continent, quæ & illi qui sunt in fine septimæ actionis.

Hæc quidem confiteor & approbo, & ex tota anima, corde & mente demonstro. Quod si autem sive ex calumnia, sive ex instinctu volens nolens ullo tēpore ab his descivero alienus sim & à sancta Trinitate, & à catholica Ecclesia,

Similiter & alij duo producerunt libellos confessionis suæ sequentes Basilium Ancyræ Episcopum ex Chrylostomo, ex Basilio in oratione in quadraginta martyres: probantes venerationem imaginum, & cinerum sanctorum martyrum: quos benigne excepit sacra synodus etiam restituta eis suis sedibus, in quibus continuo iussi sunt redire.

Deinde adducti sunt alij plures Episcopi ex eadem hæresi, & placuit sanctæ synodo secundum canonem octavum Nicænæ synodi, & tertium Ephesinæ, & Epistolam divi Basilij ad Amphilochem super simili negotio scriptam, eos ab hæresi venientes recipi cum manuum impositione.

Præcessit autem longa disputatio quomodo hæretici penitentes, cum redeunt ad Ecclesiam catholicam, sint recipiendi: sed ex sententiis patrum & Basilij, Athanasij, Cyrilli, Chrylostomi, & Sardicæ synodi deliberatum est eos cum manuum impositione recipiendos: & sic absoluta est actio prima,

Actio secunda.

Imperantibus Constantino, & Irene ejus matre, &c. ut in actione prima.

Primo producta est in synodo Epistola Adriani Archiepiscopi Romani ad Constantinum & Itēnem Augustos, in qua hæc insunt.

Primo historia Sylvestri & Constantini de lepra & exilio montis Soracte, de visione Apostolorum Petri & Pauli in somno, & de baptismo Constantini de quibus in præfatione concilij Nicæni.

Secundo Gregorij Nysseni locus pro veneratione imaginum.

Tertio Basilij magni testimonium in libro adversus Julianum de invocatione sanctorum, & imaginum veneratione.

Item Chrylostomi in eandem rem sententia.

Item Cyrilli ad idem locus.

Item Athanasij, & Ambrosij, ad Imperatorem Gratianum sententia.

Item Hieronymi locus de imagiibus habendis.

Item Stephani Episcopi Boitrorum sermo de imaginum veneratione.

In eadem actione lecta est Epistola synodica ejusdem Adriani Papæ ad Tarasium Patriarcham, in qua primo dicitur quod pictura illa veneranda in qua agnus digito præcursoris demonstratur, à sexta synodo probata sit, unde usus invaluit ejus frequentissimæ picturæ.

Deinde tractat de authoritate Romani pontificis, & quod Ecclesia Romana sit caput omnium Ecclesiarum.

Postremo adjectæ sunt sententiæ omnium Episcoporum & synodi.

Petrus, & Petri locum tenentes sanctissimi Papæ veteris Romæ Adriani dixerunt: Dicat nobis Tarasius Patriarcha regis urbis, consentitne literis sanctissimi Papæ, an minus?

Tarasius Patriarcha respondit: Nos patrum præceptis imbuti, sic confessi sumus, & confitemur, concordamus, & vim literarum lectarum confirmamus, & imaginum picturas secundum præscam patrum traditionem recipimus, & hac desiderio nostro adoramus, ut in nomine Christi Dei nostri & intemeratæ Deiparæ virginis, sanctorum Angelorum, & omnium sanctorum factas: sed apertis verbis testamur eos dumtaxat in unum Deum verum latere, hoc est cultum & fidem nostram referre & reponere.

Sancta synodus dixit: Universa sancta synodus sic credit & sic docet.

Petrus & Petri legati Apostolicæ sedis dixerunt: Dicat nobis sacra synodus, num recipiat sanctissimi Papæ veteris Rom. literas, an minus?

Sancta synodus respondit: Sequimur, recipimus, & probamus.

In eadem sententiam & reliqui Episcopi pronunciaverunt, sit sic absoluta est actio secunda.

Actio tertia.

In hoc secundo confesso, primo restitutus est Gregorius Episcopus Neocæsareæ ex heresi veniens, in priorem gradum dignitatis suæ. Secundo, producta est Epistola synodica Tarasij Archiepiscopi ad Episcopos Orientales, alia co-

rundem Episcoporum ad prædictum Tarasium : in quibus explicantur per capita sex synodi generales , & quæ in eis gesta sunt.

Deinde adduntur sequentia.

His itaque sex sacris synodis , quas solas universales agnoscimus , concorditer orthodoxa fides stabilita est, nec aliam præter has synodum accipimus. Locales autem synodos non averfamur , sed magis amamus , amplectimur , & recipimus earum etiam divinitus inspiratas canonicas constitutiones , correctiones , & utiles earum legiflationes summa observantia colimus. Apostolicas autem Ecclesiæ traditiones , quibus veneratio culturaque sanctorum docetur , recipimus & veneramur. Eos autem ut ministros , amicos , & filios Dei existentes honoramus. Honor enim qui a confertis idem sententiis invicem exhibetur , indicium est benevolentiae erga Dominum. Sunt enim prompularia Dei & pura Christi habitacula , spiritusque sancti immaculata specula. Sancti enim in Dei manu sunt, ob idque præciosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus. Servator noster Christus fontes salutes , sanctorum reliquias nobis reliquit multis modis beneficia fundentes, martyrum enim ossa virtutes multas operantur, atque id per Christum qui in ipsis habitat. Cum his etiam sanctas imagines reveretur principio adorantes Dei Verbi propter nos Incarnati Domini nostri & servatoris Iesu Christi , qui formam servi assumpsit , imaginem. Quamquam sciamus ipsam imaginem & typum Deitatis , quæ cum carne illius immaculata in convulsam unita est , minimè posse figuram præstare. Invisibilis enim est divina natura, nec depingi, nec figurari se permittit. Deum enim (ut ipse inquit) nemo vidit unquam sed humanitatis illius imaginem coloribus ducentes adoramus Veneramur etiam & adoramus. Veneramur etiam & adoramus imaginem Deiparæ , & Domine nostræ irreprehensibilis, immaculatae, & inexplicite castitatis matris, quæ illum peperit.

Quin etiam sanctorum Apostolorum , prophetarum , & victorum martyrum , sanctorumque & beatorum , velut amicorum Dei imagines colimus , non in materia , aut in coloribus honorem constituentem, sed per hoc officium nostrum , quod ipsis à Deo quorum typum imagines gestant , debemus impartientes , cum sciamus juxta Basilii , magni sententiam , quod imagini honor exhibitus , ad ipsum prototypum referatur.

*Sancti ut
filij Dei
coluntur.*

*Reliquia
sanctorum
virtutes
potentes.*

Omnia prædicta qui convenerant Episcopi receperunt & approbarunt, & subscripserunt omnes Episcopi num. 350. & sic absoluta est actio tertia.

Actio quarta.

Imperantibus Constantino & Irene ejus matre, conveniente sancta & universalis synodo, &c. juxta ordinem in prima actione præscriptum.

In hac actione quarta multa ex scriptura & sanctorum doctrinis afferuntur testimonia de usu pio & utili imaginum.

Quod in sacris scripturis imagines admittantur. Primo adducitur locus ex lib. Exodi, ibi facies propitiatorium, &c.

Secundo ex Numeris ibi: Ipsa est dedicatio altaris, &c.

Tertio ex Ezechiele, Introduxit me in templum, ut metiretur, &c.

Quarto ex Epistola ad Hebræos, Habebat quidem etiam prius tabernaculum justificationes, &c.

Item, temporibus Chrysostomi sanctorum imagines pingebantur: & ipse Chrysostomus habuit tabulam continentem picturam cordis Assyrionum veteris testamenti.

Item recensetur Gregorij Nyssæni pathetica oratio de pictura: in qua à patre Isaac immolabatur, in qua in hunc modum loquitur Gregorius: Vidi sæpius inscriptionis imaginem, & sine lachrymis transire non potui, cum tam efficaciter ob oculos poneret historiam, &c. Quibus verbis auditis, aliqui patres dixerunt: Si tanto doctore historia inspecta peperit utilitatem, lachrymas, quanto magis rudibus & idiotis utilitatem, & commoditatem afferret? Alij vero dixerunt, Si Gregorius vigilantissimus ad divina oracula, inspecta historia Abrahamæ flevit, quanto magis æconomia incarnati Domini nostri Iesu Christi verbi Dei nostri à nobis inspecta ad lachrymas & utilitatem contemplantibus nos adhortabitur? & Cyrillus eandem picturam suo tempore extitisse probat in Epistola ad Accacium Episcopum.

Extat adhuc sermo sancti Athanasij de imagine Domini nostri Iesu Christi, & de miraculo in Beryto civitate prodito, cum imago cæsa est à perfidis Judæis, & percusso latere sanctæ imaginis continuo exivit sanguis & aqua, &c.

Hic sermo totus lectus in concilio ad statuendam venerationem imaginum.

Ibidem annotatur, à patribus ratio cur miracula à nostris imaginibus nunc non edantur: nempe ut dicit Apostolus, quoniam miracula non credentibus data sunt, sed his qui in incredulitate versantur.

Ibidem docetur & decernitur à sanctis Episcopis quod templa non nugacibus & vanis picturis ornanda sunt, sed historiis veteris & novi testamenti parietes templi replere convenit: ut hi qui literas non norunt, nec sacram scripturam legere queunt, contemplatione picturæ in memoriam reducant, quinam germani vero illi Deo per fortia facta servierunt, atque in certamen excitentur laudatorum facinorum, per quæ cum celo terram commutaverunt.

Ibidem lecta est docta disputatio Leonij Episcopi Neopoleos Cypri contra Iudæos pro imaginibus sanctorum conservandis: est dialogus quidem satis elegans, lectione dignus desumptus ex lib. apologiæ ejus: extabant tunc & alia opera sancti Episcopi Leonij.

Item recensita sunt tria miracula ex lib. miraculorum sanctorum Cosmæ & Damiani pro statuenda imaginum veneratione.

Item traditur quod omnis honor imagini exhibitus ad prototypum refertur. Quod probatur primo ex 4. lib. contra Arrianos patris Athanasij.

Secundò ex eodice 30. capitum ad Amphilochem de Spiritu sancto beati Basil. c. 7. Ex quo colligitur falsum & stultum esse axioma, quod falsa synodus sperierat. Quicumque imaginem adorat, in duo Christum dividit, & quicumque imaginem aspiciens dixerit aut inscripserit ei, hoc est Christus, Christum dividit.

Deinde produxerunt vicarij Adriani Papæ veteris Romæ in codice parvo verba Basilij in Epistola ad Iulianum apostatam, quæ sic habent. Confiteor etiam filij incarnatam *εισαγωγίαν*. Deinde sanctam Mariam quæ secundum carnem illum peperit, hanc Deiparam vocans, suscipio n. sanctos apostolos prophetas, & martyres qui pro me apud Deum supplicent, quo per illorum mediationem propitius sit mihi Deus noster benignissimus, & remissionem peccatorum mihi gratis largiatur, quam ob causam & historias imaginum illorum honoro, & palam adoro: hoc enim nobis & à sanctis apostolis non est prohibendum, sed in omnibus Ecclesiis nostris eorum historias erigimus.

Postremo productæ & lectæ sunt, 4. Epist. i. Gregorij

Papæ Rom. ad Germanum patriarcham Constantinopolitanum, Alij tres Germani ad diversos Episcopos Orientis pro refellenda hac improbitate hæreticorum, & statuenda veneratione imaginum.

In confirmationem prædicti dogmatis adductus est ab Helia protopresbyte. o Ecclesiæ Deiparæ Virginis in Blachernis sextæ synodi, ca. 82.

Recitato itaque ab Helia prædicto canone, Tarasius patriarcha dixit.

Quæ est hæc ignorantia, qua plerique laborant circa hos canones; scandalum enim est dubitare, num sint sextæ synodi. Cognoscant igitur tales sextam synodum temporibus Constantini fuisse congregatam, nimirum contra eos qui tantummodo unam actionem & voluntatem in Christo collocant. Illi igitur hæreticos anathemate verberantes, orthodoxamque fidem confirmantes sub annum decimum-quartum imperij Constantini domum redierunt, post annos tamen quatuor, aut quinque iidem illi patres sub Iustiniano Constantini filio congregati prædictos canones ediderunt, neque hæc de re quisquam dubitet, nam qui temporibus Constantini subscripserunt, iidem illi sub Iustiniano quoque presentem hanc chartam subfigurarunt: quæ res satis clara est eorundem proprietarum manuum immutabili similitudine. Necessum autem erat post synodum universalem definitam, canones quoque Ecclesiasticos edere. Igitur ad recordationem salutaris illius mortis in carne positæ ex venerandis imaginibus nos manu duci declararunt, quod si autem in dispensationem Christi verbi Dei hoc modo manu ducimus, quales eos esse arbitrandum est, qui has subvertere conantur: Petrus primus presbyterorum in sancta Romana Ecclesia subscripsi: & ceteri Episcopi recipientes & approbantes omnia prædicta subscripserunt, & absoluta est actio quarta.

*Sexta
synodus.*

*Ex hac
sententia
apparet
novem canones qui
in exemplaribus Lati-
nis sextæ
synodi
scribun-
tur falso
ei synodo
ascribi.*

Actio quinta.

Imperantibus Constantino & Irene matre ejus, conveniente sancta & universali synodo, &c. Productus & lectus est liber quidem beati Ioannis Episcopi Thessalonicensis in quo disputat cum gentili quodam de usu imaginum, interrogante gentili, respondente vero Ioanne, objecit autem gentilis in hunc modum.

Sancte Deum verbum hominem factum icone exprima-

Disputatur an angeli sint corporei.

tis, quid ad angelos hoc facit quos ut homines pingitis & adoratis? Hi tamen homines non sunt sed intellectuales incorporei, & simpliciter existentes dicuntur. Sane ea ratione & à nobis Deos venerabiles existima, non enim sic quicquam absurdi agimus, quemadmodum nec vos cum angelos adoratis. Sanctus dixit: De Angelis & Archangelis, & eorum potestatibus quibus & nostras animas adiungo, ipsa catholica Ecclesia sic sentit esse quidem intelligibiles, sed non omnino corporis expertes & invisibiles, ut vos gentiles dicitis, verum tenui corpore præditos & aëreo sive igneo, ut scriptum est: Qui facit angelos suos spiritus & ministros ejus ignem urentem. Sic autem multos sanctorum patrum sensisse cognovimus, quorum est Basiliiu cognomento magnus, & beatus Athanasius & Methodius, & qui stant ab illis. Solummodo autem Deus incorporeus & informabilis: intelligibiles autem creaturæ nequaquam ex toto sunt incorporeæ, & imitabiles pictura existunt, quare etiam in loco existunt, & circumferentiam habent. Quanquam autem non sunt ut nos corporei, utpote ex quatuor elementis & crassa illa materia: nemo tamen vel angelos, vel dæmones vel animas dixerit incorporeas, multoties enim in proprio corpore visi sunt, sed ab illis in quibus dominus oculos aperuit. Nos igitur eos non ut Deum, sed ut creaturas intelligibiles & ministros Dei, non tamen ut vere incorporeos pingimus & colimus. Quod autem forma hominis pingantur, in causa est quod in ea visi sunt, si quando ministerium Dei apud homines obierunt.

Author.

Synodus non improbat, sed magis visa est approbare hanc sententiam, dicente Tarasio Patriarcha. Ostendit autem pater quod & angelos pingere oporteat, quando circumferibi possunt, & ut homines apparuerunt. Sacra synodus respondit: Etiam Domine, Aug. ad Nebridium Epist. 215. dicit Angelos aërea aut ætherea animantia, & in lib. de Eccl. dog. c. 11. dicit: Nihil incorporeum & invisibili natura credendum, nisi Deum solum. Et c. 12. creaturam omnem corpoream esse, Angelos & omnes virtutes cælestes corporeas esse credimus quod taliter circumferantur, sicut anima quæ carne clauditur. Et in q. 67. dixerat infimos Angelos animaliter vivere quod tamen in primo retract. temperatur. Et nuper Card. Cai. in Comment. ad Ephes. 2. dixit Dæmones esse aëreos spiritus. Hæc dixerunt eos

eres isti secuti Platone[m]. Et contra multi alij patres Ecclesie sentiunt, Angelos omnino incorporeos, quos, ut videtur, secuti sunt patres concilij Lateran. primi, dicentes: Deus ab initio, utramque de nihilo condidit creaturam corpoream & spiritualem, Angelicam scilicet & mundanam: Hæc illi, quibus verbis spirituale opposuerunt corporali. Sed hæc controversia nondum Ecclesie censura terminata est.

Deinde productus est ab Epiphanio diacono locum tenente Thomæ Episcopi Sardinie, codex quidam ex itinerariis falso inscriptis sanctorum Apostolorum, in quo multa indigna & ridicula de Christo domino legebantur, ut illum nec bibisse, nec edisse, nec pedibus terram calcasse, & his similia. quo lecto, sancta synodus dixit: omnis hæresis ab hoc libro dependet.

Rursus sancta synodus dixit. Anathema sit illi libro à principio usque ad calcem. Deinde Cosmas cubicularius protulit ex patriarchio codicem veteris testamenti cū scholiis suo loco apposis, in quo continebantur sequentia: Non erunt tibi Dij alieni præter me. Non facies tibi idolum, nec alicujus similitudinem. Quæcumque existunt in celo supra, aut quæcumque in terra, non adorabis ea, nec servies illis. Scholium. Et si facimus hominum pejorum similitudines, non tamen ea sunt ut adorentur ut Dei, sed ut eas videntes ad imitationem facinorum illorum irriteremur, si verò similitudines Christi facimus, sane non propter similitudinem adoramus, sed quo mens per ea que conspexit, sursum volet. Non enim imaginem corruptibilem hominis corruptibilis adoramus, sed quia Deus homo incommutate dignitatus est fieri, facimus illius imaginem velut hominis, quamvis sciamus eum natura Deum existentem. Non idem igitur Deum & imaginem dicimus, sed Deum cognoscentes, similitudinem in imaginem dispensationis illius humanæ figuramus. Gentiles autem errantes, similitudine Deos esse arbitrantur.

Annotatio.

Imagines possunt coli improprie, vel per accidens eodem genere cultus, quo exemplat ipsum colitur, & sic intelligi debent scholastici, cum dicunt, quod idem honor debetur imagini & exemplari: per se vero & proprie non sunt adorandæ eodem cultu quo ipsum exemplat, sicut consilium prohibet,

*Exod. 10.
Levit 6.
Qualiter
imagines
adorantur
à fidelibus.*

Post hæc lectæ sunt historiae quædam sanctorum cum miraculis quæ fiebant pro veneratione imaginum.

Prostremo lectis omnibus prædictis & aliis fragmentis scriptorum Ecclesiasticorum, tota synodus proclamavit: Divini loquorum patrum doctrinæ nos correxerunt: ex illis haurientes fidem & veritatem potati sumus, illos insequentes mendacium persecuti sumus. Nos venerandas imagines suscipimus. Nos ita non affectos anathemate denudemus; &c.

Actio sexta.

Hæc actio continet refutationem hæreticorum, qui Constantinopolitano conciliabulo, sub Leone hæretico Imperatore præidente Photio imagines damnaverant, quorum dicta referuntur per Gregorium, qui tunc fuerat conversus ad meliorem mentem, & redarguantur per Epiphanium. Distributa est hæc actio per sex tomos.

Tomus primus.

*Non est
vera syn.
qua au-
thoritate
Papa Ro.
caret.*

Quod non fuerit vera synodus sub Leone celebrata, quoniam non habuit cooperarium, ut hæc quæ nunc celebratur, Romanum Papam, nec illius sacerdotes, nec per vicarios, nec per provinciales literas, quæmadmodum fieri in synodis debet. Quin etiam nec concordantes sibi habuit Orientis Patriarchas, Alexandrinum, Antiochenum & urbis sanctæ summos Pontifices.

Secundo ostendit quod imagines ab Apostolorum temporibus in Ecclesia fuerint: quod potissimum probat ex canone 82. sextæ synodi, qua dicit in hunc modum

Sacra sexta & universalis synodus posteaquam sententiam suam de una voluntate Christi sub Constantino, qui per ea tempora imperium administrabat, cujusque natæ & voluntate conventus is erat indictus, pronunciasset, contingit Imperatorem de vita decedere, Iustiniano autem ejus filio Imperium adsumente, iterum unanimiter omnes divina voluntate post quatuor aut quinque annos congregati, de rebus Ecclesiasticis statumque earum correctione circiter duos & centum canones edidit, in quorum octuagesimo secundo de imaginibus sic tradiderunt.

In quibusdam venerandarum imaginum picturis agnus digito præcursoris indicatus, &c.

Videmus igitur omnes & intelligimus, quod & ante sacras

sex synodos, & post has etiam sanctorum picturæ in Eccle-
sia traditæ fuerint, non aliter ac sacra Evangelij lectio.
Nam quæ leguntur, ubi ad aures venerint, ad animum de-
inde legamus & transmittimus: & quæ oculis videmus in
picturis, ea quoque mente complectimur, atque ita per
duo ista invicem consequentia, lectionem & picturam, unde
cognitionem acquirimus, qua ad recordationem rerum
gestarum pervenitur. Unam ex duobus istis sensibus in Can-
ticis canticorum invenire licet efficacem conjunctionem. *Psal. 47.*
Sic enim ibi dicitur: Ostende mihi faciem tuam & audire
fac mihi vocem tuam, &c. quibus & adjungimus illud
Sicut audivimus, ita & vidimus.

Tomus secundus.

De sex synodis contra hæreticos celebratis quas recent-
sent hæretici Iconoclastæ. Deinde Epiphanius ostendit
picturam necessariam & utilem, quæ vulgus erudiat. Ni-
hil habet singulari annotatione dignum

Idem prosequitur in tertio Tomo, tantum eludi verbo
hæreticorum.

Tomus secundus.

Convenientes in scelestâ synodo dixerunt. Imaginum
falsi nominis prava appellatio nec Christi, nec Apostolo-
rum, nec patrum traditione crepit, &c.

Epiphanius respondet.

Quod autem cum multis aliis quæ in Ecclesia observan-
tur siue scriptura nobis imaginum veneratio tradita sit, ab
Apostolorum temporibus late per historias traditum est,
de imagine maxime Hæmorrhoidæ, quam multis scripto-
ribus confirmare possumus. Basilius magnus in diversis
opusculis suis mentionem imaginum facit. Gregorius etiam
illius & carne & spiritu frater, Nyssensi præsul in sermone
in Abraham idem sentit. Idem alter Gregorius, qui à theo-
logia nomen sortitus est, in versibus à se conditis qui de vir-
tute inscribuntur, assentit. Chrystost. etiam in oratione fu-
nebris in Meletium Episcopum Antiochiæ, & in sermone qui
inscribitur, quod veteris & novi testamenti unus sit legisla-
tor. Cyrillus in Epistola ad Acatium Episcopum Scythopo-
leus, Athanasius Episcopus Theopoleos, Sophronius Maxi-
mus. Sed quid hos nominatim citemus? Omnem enim san-
*Pro vene-
rations
imaginum
recensetur
patres
Ecclesia.*

Et patres nostri imagines receperunt, quam ob causam mendaces deprehenduntur in hoc quod dicunt non esse patrum traditionem.

*Qui imagines veli-
cunt etiam
contra natu-
ram
agunt.*

Et post pauca idem Epiphanius subdidit, qui imaginem Imperatoris videt, in ea ipsum Imperatorem contemplantur. Et qui imaginem ejusdem adorat, ipsum Imperatorem & adorat, hujus enim forma & figura illius est imago. Et quemadmodum despiciens imaginem Imperatoris, non aliter castigatur, quam si ipsam Imperatorem contumelia affecisset (cum tamen illa ipsa imago præter lignum & colores nihil sit) eodem modo qui typum sive figuram alicujus ignominia afficit, in illum ipsum quem typus representat, injurius est, quod quidem ipsa rerum natura representat. Hoc etiam universi mortales agnoscunt, patresque sanctos, ita tradidisse norunt, & eos qui aliter docent Ecclesie catholicæ, imo naturæ rerum contradicere.

Hæretici dixerunt.

Joan. 4. Tam ex scriptura divinitus afflata, quam ex patrum electorum testimoniis asserentibus piam nostram intentionem, exhibebimus nostram definitionem. Principio verbum divinx vocis sic dicentis præmittimus, Deus est spiritus. Quicumque Deum adoraverit, in spiritu & veritate adoret. Et iterum: Deum nemo vidit unquam, &c. nec formam ejus vidistis. Beati sunt, qui non viderunt, & crediderunt.

Epiphanius pro synodo.

1. Pet. 3.

Quoties recta dogmata homines juxta suam opinionem subvertere conantur, non miretur aliquis si scripturæ verba usurpent. Nam & omnes hæretici suorum errorum occasiones è divina scriptura collegerunt: & quæ rectè à spiritu sancto dicta erant, perversa animi sententia convellent atque hoc Coryphæus Apostolorum Petrus olim prædixerat dicens: Quæ imperiti & minime constantes secundum proprias cupiditates Pervertunt, &c. Quamobrem non est mirandum, si novæ istius pravitatis hæretici nobis è divina scriptura sumptiones quasdam adferunt. Et ideo quæ de invisibili & incomprehensibili Deitate dicta sunt, in dispensationem Domini nostri Iesu Christi secundum carnem commutarunt, ut illud, Deum nemo vidit unquam, quod de divina natura scriptum esse nemo ignorat.

Deut. 4.

Et illud : Nec vocem ejus audistis nec formam ejus vidistis. Quod si hæc secundum humanitatem quispiam intellexerit, totum Evangelium subvertet. Item cognovimus Deum esse spiritum, & qui adorant eum, in spiritu & veritate id facere debere, & quæ secundum fidem est, adorationem & cultum illi soli (utpote omnium Deo in trinitate laudato) offerendum. Non enim Christiani adorationem in spiritu & veritate imaginibus exhibuerunt, nec etiam divinæ crucis effigies, nec etiam unquam invisibilis & incomprehensibilis naturæ imaginem appararunt. Nam cum divinam crucis effigiem, & venerandas imagines amore & desiderio amplectimur, ad ipsum prototypum respicimus. Sed quemadmodum verbum caro factum est, ita quoque humanam ejus œconomiam describimus, & depingimus. Quam ob causam nugamenta illorum vana, & nupera, item putrida & à veritate exorbitantia deprehendantur.

Hæretici dixerunt.

Ait Dominus ad Moſen & populum. Non facies tibi idolum, neque omnem similitudinem quæcunque sunt in celo supra, & in terra infra. Quam ob causam in monte in medio ignis vocem verborum vos audistis, similitudinem autem non vidistis, sed tantummodo vocem.

Epiphanius pro synodo.

Quæ in veteri lege contra eos, qui in æt. filios israel vitulum adorabant, & Aegypti abominationibus insistebant, dicuntur, in Christianos quoque jactare non desinunt. Capiuntur autem labijs proprii ori. Utinã autem cogitassent, quia Dominus eam gentem ducturus erat in terram promissionis, in qua habitabant gentes quæ adorabant & colebant, daemones solem, lunam & astra, reliquasque creaturas, etiam volucres, quadrupedes, & serpentes; Deum autem verum ignorabant. Quare tam diligenter eis præcepit ne facerent visam similitudinem eorum quæ in celo, aut in terra sunt. Postquam autem eos ab idololatria abduxisset, iussissetque tabernaculum testimonij fabricari, Moſes sensibilia Cherubim habentia hominum formam obumbrantia, propitiatorum, quod Christum præfiguravit, (nam ipse propitiatio fuit pro peccatis nostris) formavit.

Heretici dixerunt.

- Rom. 1. Et mutaverunt gloriam immortalis Dei, per imaginem non solum mortalis hominis similitudinem effictam, & venerati sunt, & coluerunt ea quæ condita sunt, supra eum qui condidit. Et rursus: Si enim cognovimus Christum secundum carnem, jam non cognoscimus; per fidem enim ambulamus, non per speciem. Et hoc quod ab Apostolo aperte dictum est. Igitur fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.
- a. Cor. 5.
- Rom. 10.

Epiphanius pro synodo.

Clarum n. omnibus est, Apostolum gentes reprehendisse in eo quod ait: Commutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Infert etiam volucrum, quadrupedum, & serpentium. Dolose tamen illi totam phrasim contaminaverunt, ut per eam immutatam simpliciores inescerent, quasi Apostolus de imaginum in Ecclesia pictura verba faceret. Nam quæ ab Apostolo inferuntur, apertam habent manifestationem: volatilium n. quadrupedum, & serpentium mentionem facit. Item ea & venerati sunt, & coluerunt (creaturas scilicet) supra creatorem. Nosunt, n. qui in historiis triti sunt. Ægyptios olim boves, & reliqua animalia coluisse, ut diversa volatilia, mures, vespas, item vilia alia & abjecta animalium, Persæ vero ignem & solem adorabant. Græci præter ista quamvis creaturam colebant, quin etiam Hebræi quidam, ut testatur liber Regum, & prophetice enarrationes. Decepti denique sunt omnes, & gentes vanitatem induerunt, quare obscuratum est stultum cor eorum, & ante Christi adventum & post Christum, maxime tamen omnium antequam in Christum credidissent: clarum enim est hoc.

- Rom. 1. Ad illud verò. (Si n. cognovimus Christum secundum carnem, &c.) adducemus insignes huius loci interpretes. Ioannes Chrysostomus interpretando sic ait: Neminem fidelium iuxta carnem novimus. Quid n. si in carne fuerint, cum vita illa carnalis perierit: de Spiritibus enim nati sumus in spiritu. Novimus aliam vitam & statum qui in cælis est. Et mox ejusdem lucem Christum existentem ostendit quapropter etiam induxit: Si vero iuxta carnem Christum novimus, sed amplius jam non cognoscimus, quia

quia si possibilem cognovimus Christum, aut jam non amplius: non quod reliquerit carnem, nam cum hac veniet judicaturus terrarum orbem, &c.

Cyillus Alexandrinus idem illud dictum explicans, ita commentatur: Quod Paulus inquit, tale est: Verbum caro factum est & pro omnibus occubuit, atque ita illum cognovimus secundam carnem, sed amodo non cognoscimus. Nam etsi nunc sit in carne (resurrexit enim tertia die, ascendit in caelos.) Verum haec supra carnem considerantur. Non enim amplius moritur, nec ullam aliam carnis infirmitatem sustinet, omnibus enim his superior est.

Animadvertitis igitur qui adversari semper didicistis, quod non modo apostolicas sententias pervertitis: sed & sanctis patribus contraria statuitis?

Ad alium etiam locum ejusdem Apostoli (Per fidem ambulamus, & non per speciem) idem Chrysostomus enarrans ait: Porro ne quis audiens, peregrinatur à Domino, dicat: cur haec dicis? Alieni enim ab illo sumus, dum hic agimus, prius haec corrigat dicens: Per fidem enim ambulamus non per speciem, & hic quidem ista scimus, verum haec ita aperite. quod & alibi dicit in speculo & ænigmatè, tunc autem facie ad faciem.

Atque haec à divinis istis patribus dicta sunt.

Tomus quintus.

Gregorius pro haeticis.

Eadem etiam & apostolorum discipuli & successores divini patres nostri tradiderunt Epiphanius enim Cyprus, inter antesignanos praeclarus sic inquit: Estote memores dilecti filij, ne in Ecclesiam imagines inferatis, nec in sanctorum cœmeteriis eas statuatis, sed perpetuo circumferte Deum in cordibus vestris. quinetiam nec in domo communi tolerantur. Non enim fas est Christianum per oculos suspensum cœneri sed per occupationem mentis.

Epiphanius pro synodo.

Docet omnem Christianum cum libros aliquos adulterinos audit aut legit, respicere, nec omnino animum adhibere, Nam & inter Epistolas divini Apostoli quaedam fertur ad Laodicenses, quam patres nostri tanquam alienam reprobaverunt. Ad haec Manichæi Evangelium secundum Thomam

invenitur, quod Ecclesia catholica merito (ut impium)
 averfatur, quemadmodum etiam id quod nunc è beato patre
 nostro Epiphano dictum est, eum illius nequaquam exiſtat.
 Divinus enim hic pater octoginta capitum librum edidit,
 in quo omnes hærefes Gentiles & Judaicas, item quoque
 poſt Chriſtianifimum ſuſceptum inveſtae ſunt, damnavit: quo
 procul dubio & eam poſuiffet, quæ de imaginibus ab iſtis
 fertur, ſi alienam à Chriſti religione hanc exiſtimaffet. Ita
 & libros illos contra imagines nemo Chriſtianorum præ-
 ter iſtos novitatis magiſtros recipit. quod ſi tanto tempore
 in Eccleſia non ſunt recepti, quam ob rem nunc à vobis reci-
 pi debent? Attendamus autem qui floruerint per tempora
 ſupra dicti Patris noſtri Epiphani in Eccleſia, quos tanquã
 glorioſos doctores & iura munimẽta Eccleſiæ dicere poſſu-
 mus Proſecto Baſilius magnus, Greg. cognomento Theolog.
 Gre. Niſſeniſium Episcop. quem omnes patrum patrem vocant.
 Chryſoſt. Præter hos etiã Ambro. Amphiloſoch. Cyril. Hiero-
 ſolymorum Episc. quod ſi is qui hanc expoſitionem doctorũ
 contra venerandas imagines edidit, ait ſe à ſanctis patribus
 qui per ea tempora floruerunt, non fuiſſe receptum, quomo-
 do ea quæ ſancti patres non probaverunt, nos qui circa fines
 ſeculorum occurrimus, & indigni ſumus ut diſcipuli eorum
 vocemur, recipimus: præſertim cum falſo contra Eccle-
 ſiam edita ſint: Aperte cum iſta impia & intolerabili editio-
 ne. Neque hic linguas ſuas acuant & exerceant vaniloqui
 iſti aculatores rectè ſententium, quaſi illi qui antiquam
 Eccleſiæ traditionem accipiunt, beato Epiphano adver-
 ſentur. Nequaquam. Commentarium n. illud rejicimus
 beatum autem patrem catholicæ Eccleſiæ doctorem co-
 gnoſcimus. Nam & divini patres qui in quarta univerſali ſy-
 nodo fuerunt congregati, Epistolam quæ nomine Ibae Epiſ-
 copi Edeſiæ ad Marium Perſiam circumferebatur, anathe-
 mate damnaverunt quaſi Neſtorio conſentientem. Eodem
 etiã modo in facta quinta ſynodo convenerunt, ipſum
 autem Ibam nequaquam (non enim demonſtrari poterat
 quod eſſet Ibae.) quamobrem in anathematifmũ non ipſum
 Ibam voverunt, ſed Ibae Epistolam Dicebant enim Ibae, eam
 tamen illius nequaquam eſſet. Iudicare ergo omnes qui
 auditis, & verum à falſo diſcernite, quia editioes iſtæ non
 ſunt beatiſſimi patris, ſed potius Manichææ, quas veluti
 amara bile plenas fugiamus. Manichæi enim & quicun-
 que confuſionis fuerunt authores, contemplationem iſtam nun-
 quam ferre poterunt.

Gregorius pro hæreticis.

Similiter & Gregorius theologus in versibus suis dicit : Flagitium est fidem habere in coloribus & non in corde. Ea enim quæ in coloribus existit , faciliter eluitur , quæ vero in profundo mentis , illa mihi amica.

Epiphanius pro Synodo.

Perverse rursus cogitantes , & aliud dictum Gregorij theologi subiciunt , à dicto patre sic editum est. Flagitium fidem habere in coloribus , non in animis , quæ facile elui potest , sed profunditas mihi chara : Ab his autem sic falso scribunt. Flagitium est fidem habere in coloribus , & non in corde : ea enim quæ in coloribus existit , faciliter eluitur : quæ vero in profundo mentis , illa mihi amica. Beatus Greg. theologus in metricis suis opusculis dictum illud quod hi citant , ad moralem quandam sensum attulit. Corrigit enim vitam nostram , ut abstinemus à temporalibus & mundanis rebus , voluptatibus scilicet carnalibus , & spirituales rursus vitam (quæ ad caelestia perducatur) eligamus. Nec credamus mundo huic , nec temporaneis & non manentibus adhæreamus (hæc enim colores vocavit) sed potius spiritualib. & veris insistamus , quæ in corde stabilitæ manent , & in æternum manent.

Gregorius pro hæreticis.

Chrysostronus sic docet : Nos per scripta sanctorum fruimur præsentia , non sane corporum ipsorum , sed animarum imagines habentes. Nam quæ ab ipsis dicta sunt , animarum illorum imagines sunt. Maxima verò recti investigatio inquit Magnus Basilius) meditatio scripturarum divino afflatu nobis datarum. In his enim & rerum argumenta inveniuntur , & vitæ beatorum vitæ præscriptæ veluti imagines quedam animatæ.

Epiphanius pro synodo.

Qui quicquam recte sapit , nequaquam hæc ad subversionem sacrarum imaginum pertinere intellexerit. Omnibus enim manifestum est , cum audiamus virilia & fortia sanctorum facta , constantiam similitudinemque animorum illorum , nos beatificare , & laudare. Quinetiam cum in divinis scripturis sanctorum vitas legimus , eumque in picturis

casilem contemplatur : in memoriam revocamus quanto-
pere in Deum fervore fuerint accendi. Nam quæ oratio per
auditum exhibet : hæc scriptura tacens per imitationem
ostendit , ut magus inquit Basilus.

Gregorius pro hæreticis.

Et Alexandriae lumen Athanasius dixit : quomodo non
misericordie prosequendi sunt qui creaturas adorant , quod
illi qui vident , non videntibus cultum exhibent , & audien-
tes non audientes orant , precanturque ? Creatura n. à creatura
nunquam servabitur.

Epiphanius pro synodo.

Papæ ! quanta insania. Nunc enim novam quandam blas-
phemiam viam excogitantes , plene à veritate deviant. Nam
ea quæ divinus vit contra idola locutus est , hæc isti homines
etiam post cognitionem veritatis & confessionis sinceræ &
divinæ regenerationis tribuunt , & præter unum universotum
Dominum , creaturis Christianos & idololatriam commisisse
asserunt.

Gregorius pro hæreticis.

Similiter Amphiloehius Iconij Episcopus ita inquit. Non
enim nobis sanctorum corporales vultus in tabulis colori-
bus effigiate curæ est , quoniam his opus non habemus , sed
politice illorum virtutum memores esse debemus.

Epiphanius pro synodo.

Hæreticis proprium est mutilatas exquirere sententias.
Nam si quis studiose exquirat , haud facile hanc beati patris
sententiam invenerit contra venerandatum intaginum re-
presentationem ; sed affectionis animæ sanctorum viri-
litatem & constantiam celebrans , & prædicans virtutum
efficaciam , hæc dicit beatus pater : maxime quos nos ad imi-
tationem perducit. Non enim sanctos propter carnalem
amorem laudamus , nec pingimus sed quo virtutum illorum
simus memores. Et in libris quoque vitas illorum describi-
mus , in tabulisque illos depingimus : non quod hoc à no-
bis postulent ipsi , verum id nostra causa , & propter
utilitatem nostram facimus. Non enim solum passiones
martyrum nos instituunt , sed & contextus & scriptum de
illorum passionibus picturaque idem indicant. Unde , ut

veritatis verbum nos docet, hæc oportet facere, & illa non omittere. Hoc idem late disputat magnus Basilius in suis moralibus sermonibus. Asterius etiam Amalix Episcopus similiter docet veterem esse de imaginibus traditionem, ut patet præter alia ex sermone quem in Lazarum & divitem epulorum conscripsit.

Gregorius pro hæreticis.

Consentanea his etiam Theodorus Ancyre Episcopus sic docet: Sanctorum formas & species ex materialibus coloribus formari minime decorum putamus: horum autem virtutes, quæ per scripta traditæ sunt, veluti vivas quasdam imagines respicere subinde oportet. Ex his n. ad similitudinem imitationem & zelum pervenire possumus. Dicant enim nobis qui illas erigunt statuas, quænam utilitas ex illis ad se redit, an quod qualiscunque recordatio eos habet ex tali specie ac contemplatione? Sed manifestum est quod vana sit ejusmodi cogitatio, & diabolicæ deceptionis inventum.

Epiphanius pro synodo.

Mulci nostrum diligenter querentes & indagantes in sermonibus hujus Theodori præsentem sententiam, nusquam sane invenimus. Ex quo convincitur emanata esse testimonia ab istis citata: ideoque nec locum sermonis, nec librum unde hæc sententia descripta esset, designarunt. Deinde adducunt & quædam alia testimonia similia ex Eusebio Pamphilo hæretico, quæ Epiphanius contemnens, refellit, quoniam auctor in reprobum sensum traditus, Atrij placitis consentit, ut ex cunctis historicis suis libellis constat in quibus filium & verbum Dei creaturam vocat, & secundo adorandum loco. Huic apponit Epiphanius Athanasium in dogmatica ad Hesichium presbyterum Epistola, cujus initium: in quibus existimasti nos, &c. Et Cyrillum in Epistola ad Succensum, &c. & contrarium docentes.

Tomus sextus.

Continet tantum anathematismos 19. conciliabuli sub Leone habiti: in quorum septem prioribus recte sentiunt, & patrum traditionibus convenientia dicunt, quippe mysterium sanctæ Trinitatis, & incarnationis Dominicæ juxta orthodoxæ fidei regulas explicant. In reliquis vero anathematismis abrogandum imaginum usum & damnandum in Ecclesia catholica definiunt.

Aetio septima.

Conveniente sancta & universalis synodo, juxta divinum & piis Imperatorum à Deo electorum decretum, congregata in Nicæa, &c.

Definitio sancta, magna & universalis in Nicæa synodi secunda.

In hac definitione primo approbant sex universales synodos. Deinde pronunciant profitenturque symbolum fidei. Tertio damnant omnes hæreticos, quos & sex universales synodi damnaverunt. Ultimo subjiciunt sic.

Fatemur autem unanimiter nos Ecclesiasticas traditiones, sive scripto, sive consuetudine valentes & de ceteris retinere velle: quarum de numero est imaginum effigatio, & quæ historiæ Evangelicæ promissionis concinat ad credulitatem veræ & non phantasticæ incarnationis Dei, & ad utilitatem similitudinis, quam nobis exhibet utiliter inventam. His se sic habentibus regiam viam incedentes, & sanctorum nostrorum & divinatorum patrum doctrinæ insistentes, & catholicæ Ecclesiæ in qua sanctus spiritus habitat, traditionem observantes, deservimus cum omni diligentia & cura, venerandas & sanctas imagines ad modum & formam venerandæ & vivificantis crucis & coloribus & tessellis, aut alia quavis materia eammodò paratas dedicandas, & in templis sanctis Dei collocandas habendasque tum in sacris vasibus & vestibus, tum in parietibus & tabellis, in ædibus privatis, in viis publicis: maxime autem imaginem Domini & Dei servatoris nostri Jesu Christi, deinde interemeratæ Dominiæ nostræ Deiparæ, venerandorum Angelorum, & omnium deinde sanctorum virorum. quo scilicet per hanc imaginum picturam inspectionem omnes qui contemplantur, ad prototyporum memoriam & recordationem & desiderium veniant, illisque salutationem & honorariam adorationem exhibeant. Non tamen secundum fidem nostram veram litteram, quæ solum divinæ naturæ competit, sed quemadmodum typo venerandæ & vivificantis crucis, & sanctis Evangelii & reliquis sacris oblationibus suffitorum & luminarium reverenter accendimus, quemadmodum veteribus, pie in consuetudinem hoc adductum est: Imaginis enim honor in prototypum resultat, & qui adorat imaginem, in ea adorat quoque descriptum argu-

mentum. Sic enim sanctorum nostrorum patrum obtinet disciplina vel traditio catholica Ecclesie, quæ à finibus usque ad fines Evangelium suscepit. Igitur qui ausi fuerint aliud sentire, aut docere, aut more impiorum hæreticorum Ecclesiasticas traditiones contaminare, aut novam vaniloquentiam inducere, aut quicquam de consecratis in Ecclesia abjicere, Evangelij inquam depictum codicem, aut figuram crucis, aut imaginis alicujus picturam, aut reliquas martyrum, quas severit esse germanas & veras, aut contra ista vafre & impube aliquid cogitare, quod sit contra constitutionem Ecclesiasticam, aut uti tanquam communibus sacris Deo, repositis pretiosis, aut monasteriis reverendis, si fuerint Episcopi aut clerici, deponantur: si monachi, aut laici, communionem priventur.

*Reliquia
sanctorum
veneranda.*

Sancta synodus exclamavit: Omnes sic credimus, omnes idem sapimus, omnes approbantes subscripsimus. Hæc est fides Apostolorum, hæc est fides patrum, hæc est fides orthodoxorum, hæc fides orbem terrarum confirmavit. Credentes in unum Deum in Trinitate laudatum, venerandas imagines amplexamur, qui secus agunt, anathemate percelluntur, qui sic non sentiunt, ab Ecclesia depelluntur.

Quicunque secretitias sacrae scripturae de idolis contra venerandas imagines adducunt, anathema.

Qui venerandas imagines idola appellant, anathema.

Qui dicunt quod Christiani imagines ut Deos adorent, anathema.

Qui scientes communicant cum illis qui contra venerandas imagines sentiunt, aut eas debonellant, anathema.

qui præter Christum Dominum Deum nostrum dixerit alium nos à cultu idolotum liberasse, anathema.

qui audent Ecclesiam catholicam dicere idola aliquando suscepisse, anathema.

Si quis ex Iconoclastarum hæresi aliquem existentem defenderit, anathema.

Si quis Deum secundum humanitatem non circumscriptibili em confusus fuerit, anathema.

Si quis Evangelicas narrationes per p. Agram representatas non acceperit, anathema.

Si quis has non saluaverit in nomine Domini, & sanctorum ejus, anathema.

Si quis traditiones Ecclesie sive scripto, sive consuetudine valentes, non curaverit, anathema.

Ex hac septima synodo desumit argumenta Nicola. primus in Epistolas ad Michaellem Imperatorem.

SEPTIMA SYNODUS, QUÆ SEMEL excusa est Colonia, non habet suos Canones Latine excusos, nos autem ex Nomo canone Græco, ex quo canones sextæ synodi assumptimus, eo partim integros, partim in Epitomen redactos, ne cresceret volumen summe, hic adjecimus: interprete eodem Gentiano Herbeto, Gallo.

In primo canone hujus sanctæ synodi hæc dicunt patres. A sanctis Apostolis prius editos canones, & à sanctis universalibus & localibus synodis amplectentes, eos anathematizamus, qui ab ipsis anathematizati fuerunt, deponimus, qui depositi fuerunt, nihilque his adjecimus: non inexplebiles ut avari existentes: sed his quæ ab illis conficta sunt, contenti sumus. Atque hic est quidem scopus hujus canonis.

Annotatio.

Hic Can. Apostolorum tantum & synodalium canonum meminit, secundus tamen Can. synodi in Trullo aliorum quoque sanctorum decreta ut sacros canones observari jubet.

Can. 1. Non ordinandus quispiam, nisi saltem benovit Psalterium.

Dist. 38.

c. Omnes

Psallentes.

Decernimus quemlibet quidem, qui ad Episcopalem gradum est promovendus psalterium omnino nosse, ut ex eo omnem quoque suum clericum ita initiari moveat. A Metropolitanano autem bene examinari, an ad sacros canones diligenter ac cum persecutione, non autem cursim obiterque legendos, prompto paratoque sit animo, & sacrum etiam Evangelium, & librum divini apostoli, omnemque divinam scripturam, & in divinis præceptis versari, & populum docere. Nostræ enim hierarchie substantia, sunt eloquia divinitus tradita, divinarum scilicet scripturarum vera scientia: sicut & Magnus Diouysius ostendit, Si quis autem dubius fuerit animi, & non iubente hæc facere & docere voluerit: non ordinatur. Prophetici enim dicit Deus: Tu

repulisti scientiam, & ego te repellam, ne sis mihi sacerdos.

Can. 3. *Electioes Episcoporum qua vi principum procedunt, infirmari debent.*

Omni electionem quæ fit à magistratibus Episcopi, vel presbyteri, vel diaconi irritam manere ex canone dicente: Si quis Episcopus magistratibus secularibus usus per eos Ecclesiam obtinuerit deponatur & segregetur, & omnes qui cum eo communicant. Oportet enim eum qui est promovendus ad Episcopatum, ab Episcopis eligi, quemadmodum à sanctis patribus Nicææ decretum est, can. 4.

Annotatio.

In Episcopo electio proprie dicta est, in presbytero autem & diacono abusive pro ordinatione, quod non infrequenter offendes in canonibus.

Can. 4. *Pœna talionis puniendus antistes, qui injuste clericos arceat, vel templa claudit.*

Præco veritatis Paulus quendam veluti canonem Ephesiorum presbyteris imponens vel universæ potius sacerdotali multitudini sic libere dixit: Argentum, vel aurum, vel vestem nullius concupivi, omnia vobis ostendi, quoniam oportet sic laborantes infirmos acquirere, & apprehendere, dare beatum existimantes. Quocirca nos ab eo edocti statuitis ne turpis lucri gratia antistiti in mentem veniat quarere excusationes in peccatis, aurum, vel argentum, vel ullam aliam speciem ab iis qui sibi subsunt Episcopis vel clericis vel monachis exigere. Dicit enim Apostolus, Non debent liberi parentibus thesaurum parare, sed parentes liberis. Si quis ergo per auri extractionem, vel alicujus alius speciei, vel propter aliquam propriam affectionem à ministerio arceat inventus fuerit, vel segregare suorum clericorum aliquem, vel veteratidum templum claudere, ne in eo fiant divina mysteria, talionis erit legi obnoxius, ut qui sit mandati Dei transgressor. Præcipit enim & Petrus apostolorum summus: Pascite gregem Domini non coactè, sed spontaneè, &c.

In Can. 5. definiunt patres severe puniendos clericos qui per auri dationem primas sedes, priorisque honores quaerunt.

Sexto canone definitur, saltem semel in anno celebrari synodos provinciales, sicut patres sextæ synodi in Trullo statuerunt, can. 8. Additur autem non licere Metropolitano ex his quæ secum affert Episcopus, vel iumentum vel aliquam rem aliam petere. Si vero hoc fecisse deprehensus fuerit, reddet quadruplum.

Quoniam quidem Ecclesiasticum mos erat Tempia per sanctas martyrum reliquias consecrare.

Can. 7. *Ut templa sine reliquijs sanctorum non consecrentur.*

Qui venerabilium imaginum aspectum ex Ecclesia susceperunt, alios quoque mores reliquerunt quos quidem oporteat renovari, & tam ex iure scripto quam non scripto sic observari. quæcumque ergo templa consecrata sunt absque reliquijs martyrum, in eis fieri statim reliquiarum depositionem cum consuetis precibus. Qui autem templum consecraverit sine sanctis reliquijs, deponatur.

Judæi cum quorundam criminum rei agerentur, velent autem damnationem effugere, ad fidem Christianam sic accedebant, quod cavetur in sequenti canone.

Can. 8.

Quoniam Hebræorum religionis quidam errantes Christum Deum nostrum subsannare ausi sunt, sese Christianos esse fingentes, ipsi autem clanculum eum negantes, sabbata observantes, & multa alia Iudaica facientes: statimimus, ut nec ad communionem, nec ad orationem, nec ad Ecclesiam admittantur, sed aperte sint secundum suam religionem Hebræi: & nec filios eorum baptizent, nec servum emant, vel possideant. Si autem ex pura & sincera fide quis eorum convertatur, & ex toto corde confessus fuerit eum recipiant, & baptizent eorum filios. Et caveant ipsi se ab Hebræorum studiis, & institutis destitutos. Si autem non ita se gerant, eos nullo admittant modo.

Can. 9. *Hæreticorum scripta vulgo non permittantur.*

Puerilia omnia ludibria, furiosaque dicta ac scripta, quæ adversus sanctas imagines edita sunt opponere dari Episcopo Constantinopolitano, ut cum reliquis hæreticis libris reponantur. Si quis autem hæc eclare inventus fuerit, si sit Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur: si au-

tem laicus aut monachus, segregetur.

Canon 10. est ca. 17. & 18. sextæ synodi in Trullo, etiam 13. & 23. Chalcedonenſi.

Can. 11. est ca. 26. concilij Chalcedonenſis.

Can. 12. est ca. 39. Apoſt. Cavit ſynodus non alienandas res Eccleſiæ, aut monaſterij. Canon 13. est ca. 24. in concilio Chalcedonenſi, & 49. can. 9. ſynodi in Trullo.

Can. 14. *Absque Episcopi manus impositione nullus fiat lector.*

Nullus efficiatur lector absque Episcopi manus impositione. Hoc ipsum etiam in monacho servatur. Lectoris autem manuum impositionem licet in proprio monasterio etiam soli monasterij præfecto facere, si ipsi præfecto ab Episcopo manus est imposita. Similiter & ex antiqua consuetudine Episcopum, Episcopi permisso, oportet per manuum impositionem lectores creare.

Can. 15. *Ne aliquis clericus in duabus collocetur Ecclesiis.*

Clericus ab hoc deinceps tempore in duabus Ecclesiis non collocetur, hoc n. est negotiationis & turpis lucri proprium, & ab Ecclesiastica consuetudine alienum. Ab ipsa enim Domini voce audivimus non posse quenkquam duobus dominiis servire, aut unum amplectetur, & alterum negliget. Unusquisque ergo, ut vox est apostolica, in eo in quos vocatus est, debet manere, & in una Ecclesia assidere. Quæ n. propter turpe lucrum sunt in Ecclesiasticis negotiis, ea à Deo sunt aliena. Ad hujus autem vitæ usum sunt diversa studia: ex his ergo si quis velit, ea quæ sunt corpori ad usum necessaria, comparet. Dixit Apostolus: usui tuo, & his qui tecum sunt ministraverunt manus mex. Et hæc quidem in hac regia civitate, in his autem qui extra sunt locis propter hominum inopiam permittitur.

Can. 16. *Ne insignem vestem induat clericus.*

Omnis ornatus corporeus est à sacerdotali ordine alienus: Episcopos ergo vel clericos qui se splendidis & insignibus vestibus exornant corrigere oportet. Sin autem permittant, supplicio tradi, similiter & eos qui sunt unguentis delibuti. Et si inventi fuerint aliqui qui eos qui vilem & mo-

d. 96. ca.
Quoni-
videmus
Abbat-
nunc in
propriis
possunt
etiam le-
ctores
creare. 21. b.

Clericus
Matth. 3.
1. Cor. 7.
Malunt
patres ut
clericus
artificio
paret vi-
tium quam
ut duab.
collocetur
Ecclesiis.
Act. 20.
21. 7. 4.
Omnis
iactura.
Hæc
in aginum
irridebant
eos.

qui viliori-destum amictum induti sunt irrideant, pœna cortigan-
bus uteban- tur : à superioribus enim usque temporibus omnis vir-
tur vestibus sacerdotalis cum moderato & honesto indumento vet-
propter hu- satur.
militatem.

In Can. 17. prohibetur ne aliqui monacho permittatur oratorium extra monasterium ædificare, si non habeat ea quæ ad perfectionem domus pertinent.

In Can. 18. cavetur ne ulla ratione in Episcopatu aut monasterio mulier aliqua, ancilla vel libera versetur ad aliquod ministerium. Si secus fiat, Episcopus aut præfectus depunatur.

Duplicia vo- Can. 19 & c. 2. synodi Chalced. Additur ad illud, ne
cant mona- quis admittatur in monasterium per largitionem pecuniarum
stera quia cum sponte offertur.

in uno &
eodem viri
& mulieres
habitabant.

Can. 20. Ne fiant duplicia monasteria.

28. q. 2. Desi-
nimus.

Statuimus non fieri duplex monasterium, quoniam hoc sit multis scandalum & offensio. Si qua agerent sunt duplici, servetur secundum constitutionem patris Basilij, quæ sic definit: In uno monasterio ne versentur monachi & monachæ, nec monachus libere cum monacha loquatur, &c. Si autem eveniat ut aliquam cognatam monachus velit aspice- re, præsentem præfecta cum ea colloquatur exiguo & brevi sermone, mox ab ea recedat.

Habetur
etiam in 5.
c. Apost. & in
c. 62. sexta
synodi in
Trullo.

Can. 21.

Non oportet monachum vel monacham & proprium relin-
quere monasterium, & ad aliud se conferre. Si autem hoc
coningerit, ipsam in hospitem accipi est necessarium.

Can. 22.

Præsens canon prohibet laicis, ne cum scenicis ludiciis & saltationibus aut meretriciis vocibus comedant, sed ei qui nutrimentum dat, gratias agant. Porro monachis & sacerdotibus præcipit ne seorsum cum mulieribus comedant etiam si cognatæ fuerint, nisi peregre versentur, & non haberent ea quæ sunt ad usum necessaria. Hic est hujus canonis scopus.

Explicit septima synodus generalis cum suis canonibus. *an. do. 798.*
 Leo 3. Papa 97. natione Romanus, patre Azupio, vir *Leo 3. pons.*
 callus & integer, doctorum virorum ita amator, ut eos *97. an. do.*
 undequaque præmiis alliceret, eorumque consuetudine mi- *1555. die 4.*
 tum in modum delectaretur. Præterea vero ægrotos visitare *Mar. Come-*
 eosque ad patientiam adhortari, elemosynas indigentibus *ta apparuit*
 præbere, prædicationibus & admonitionibus, quibus plu- *die 23. ejus-*
 rimam ad eloquentiam & doctrinam valebat, incumbere *dem mens.*
 ei peculiare fuit. Moritur ann. 21. Pontificatus sui. Quo *Jul. pa. 3. ubi*
 etiam cometes apparuit, ut nonnulli putant tantæ calamita- *dium extre-*
 tis indicium. *mum clau-*

Predicti pontif. fuerunt sub Constantino & Irene ejus
 matre. Sub hoc pontifice translatum est imperium ad Ger-
 manos. Hic coronavit Carolum Magnum.

CONCILIUM MOGUNTIA CUM

celebratum anno salutis 813. 5. Id. Junij

Congregati sunt ad concilium celebrandum Episcopi, *Conc. Mo-*
 presbyteri, monachi jussione Caroli Imperatoris, qui *gunt.*
 inchoantes tractare de statu veræ religionis & profectu
 Christianæ plebis

Primo statuerunt de toto collegio clericorum sive laico- *In 3. tur-*
 rum tres turmas fieri, in hæc modum. *mas distin-*
 In prima turma confederant Episcopi cum quibusdam *guitur con-*
 notariis, legentes ac tractantes sanctura Evangelium & *cilium ad*
 Epistolas, & actus apostolorum, canones quoque ac diver- *instauran-*
 sa sanctorum Patrum opuscula, & pastoralementem librum Gre- *dum collap-*
 gorij, cum cæteris sanctis dogmatibus diligenti studio per- *sam Eccle-*
 quitentes: quibus modis statum Ecclesiæ Dei & Christianæ *siam.*
 plebis perfectum sana doctrina & exemplis justitiæ incon-
 vullum, largiente gratia Dei, perficere & conservare po-
 tuissent.

In secunda turma confederunt Abbates ac probati mona- *Secunda*
 chi regulam sancti Benedicti legentes ac tractantes dili- *turma.*
 genter, qualiter monachorum vitam in meliorem statum
 atque augmentum Dei gratia perducere potuissent.

In tertia turma sedent comites & iudices in mundanis *Tertia*
 legibus decernentes, vulgi justitias perquirentes, omnium *turma.*
 que advenientium causas diligenter examinantes, quibus
 poterant justitias terminare.

Can. 1. *Sine operibus fides mortua est.*

Inirium actionis nostrae de fide esse decrevimus, quae bonorum omnium est fundamentum, quia sine fide Deo placere non possumus, fides tamen indiget opere, quia fides sine operibus mortua est. Unde Greg. ille vere credit, qui exercet operando quod credit.

Can. 2. 3. & 4.

Commendant fidem, spem, charitatem, & sacramenta Christiana, secundum Romanum ordinem celebranda.

Can. 5.

Commendatur pax & concordia in populo Christi, quoniam ad unam & veram hereditatem regni caelestis vocati sumus ad quam cepimus pervenire.

Can. 6. & 7.

Commendatur Episcopis res pauperum.

Can. 8.

De convenientia Episcoporum cum laicis.

Can. 9. *De regulari observantia canonicorum.*

Decrevimus ut canonici clerici canonicè vivant, observantes divinam scripturam & doctrinam, & documenta sanctorum patrum, & nihil sine scientia Episcopi sui vel magistri eorum agere presumant, & ut simul manducent & dormiant, ubi his facultas id faciendi suppetit, vel qui de rebus Ecclesiasticis stipendia accipiunt, & in suo claustrò maneant, & singulis diebus mane primo ad lectionem veniant, & audiant quod eis impetatur. Ad mensam vero similiter lectionem audiant, obedientiam secundum canones suis magistris exhibeant.

Can. 10. *De vita clericorum.*

Placuit sancto concilio, ut qui dicunt se seculum reliquisse, & qui adhuc seculum sectantur, ita discernantur sicut in regula clericorum dictum est. His igitur lege pa-

trum cavetur, ut à vulgari vita seclusi à mundi voluptatibus sese abstineant. Non spectaculis, non pompis interfunt. Convivia inhonesta, turpia fugiant. Hieronymus ad Nepotianum dicit. Omnium Christianorum domos quasi proprias amare debemus, ut consolatores nos in moribus suis, potius quam convivas in prosperis noverint. Et Ilidonius: Clerici tantum convivium privata, non tantum pudica, sed & sobria colant, usus nequaquam incumbant, nec turpium occupationes licitorum, fraudisque alicujus studium non appetant. Amorem pecunie quasi matrem cunctotum criminum, fugiant, secularia officia negotiaque abiciant. Honorum gradus per ambitionem non tubeant: non vagis oculis, non infanti lingua, aut penulani tumidoque gestu incedant, sed pudorem ac verecundiam mentis, simplici habitu & ingressu ostendant: obsecrationem etiam verborum, sicut & operum, penitus exerceant, viduarum ac virginum visitationes frequentissimas fugiant, contubernia fornicarum nullatenus appetant, castimoniam quoque inviolati corporis perpetuo conservare studeant, senioribus, quoque debitam præbeant obedientiam, neque ullo jactantia studio se atollant. Postremo in doctrina, lectionibus, psalmis & hymnis, & canticis exercitio jugi incumbant. Tales enim debent esse, qui divinis cultibus se mancipandos student exhibere, scilicet ut dum scientia operam dant, doctrinae gratiam populis administrent.

Can. 11. De vita Monachorum.

Abbatibus autem censuimus cum monachis suis pleniter vivere, secundum doctrinam regulæ S. Benedicti, quantum humana permittit fragilitas.

Can. 12. Ne Monachi ad placita secularia veniant.

Hoc tamen omnino volumus, ut Monachi ad secularia placita nullatenus veniant, nec ipse abbas sine consensu Episcopi sui, & cum necessitas exigit, tunc per jussionem & concilium Episcopi illuc vadat: nequaquam tamen contentiones aut lites aliquas ibi movere præsumat, sed quietum querendum vel respondendum sit, per advocatos suos hoc faciat.

Can. 13.

Abbatibus cum monialibus regulariter vivant.

Can. 14.

Ministri altaris clerici vel monachi à negotiis secularibus omnino abstineant.

Can. 15.

Interpretatus est hic locus Paul. Philip. Imitatores mei estote, &c. ex Hieronym. in Comment. ad Galat. & August. in 3. lib. de Agone Christianorum.

Can. 16. & 17.

Quod clericos conveniat mundum & arma relinquere.

Can. 18.

De fictis virtutibus, & ex veris vitiis discernendis.

Can. 19.

Ut plures non mittantur in monasteria canonicorum, vel monachorum aut puellarum, quam sufferri possit.

Can. 20. De locis monasteriorum providendis.

Deinde dignum ac necessarium est ut missi per quæque loca directi simul cum Episcopis uniuscuiusque diocesis petipiant loca monasteriorum canonicorum pariter & monachorum, similiterque puellarum, si apto & congruo loco sine posita ubi commodum necessarium possit acquiri, quod ad utilitatem pertinet monasterij, sicut in sancta regula dicitur. Monasterium autem ita debet constitui, ut omnia necessaria intra monasterium exercentur, ut non sit necessitas monachis vel clericis vel puellis vagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorum. Similiter quoque ædificia monasteriorum (supradicti missi & cum eis Episcopi), per diversa loca prævideant, si apta sint, & congruenter sanctæ professioni composita; vel si claustrum firmum habeant, in quo salvari possint animæ in eis commotaneum sub disciplina canónica vel regulari. Ubi autem aliter in-

venta

Prospiciendum monasteriis, ut nulla sit necessitas monachis vagandi.

ventum fuerit, hoc omnimodo Episcopus loci ipsius faciat emendari, ita ut condignam professionis eorum custodiam habeant canonici vel monachi atque nonnanes, ne detur eis occasio malefaciendi, quod absit.

Can. 21.

Sciunt Episcopi qualiter canonici vivant.

Can. 22. De clericis vagis.

De clericis vagis seu de acephalis, idest de his qui sunt sine capite, neque in servicio Domini nostri, neque sub Episcopo, neque sub abbate, sed sine canonica vel regulari vita degentes, ut in libris Officiorum secundum capitulum & tertium de his dicit. Hos neque inter laicos secularium officiorum studia, neque inter clericos religio tenet divina, sed solivagos atque oberrantes sola turpis vita complectitur & vaga: quique dum nullum metuunt, explendæ voluptatis suæ licentiam sectantur, quasi animalia bruta libertate ac desiderio suo feruntur, habentes signum religionis, non religionis officium, hippocentauris similes, nec equi, nec homines. Tales omnino ubicumque inventi fuerint, præcipimus ut Episcopi sine ulla mora eos sub custodia constringant canonica, & nullatenus eos amplius ita errabundos & vagos secundum desideria voluptatum suarum vivere permittant. Sin autem Episcopis suis canonice obedire noluerint, excommunicentur, usque ad iudicium archiepiscopi regionis illius. Et si ille eos corrigere non valuerit, tunc omnino sub vinculis constringantur usque ad synodum, ut ibi eis indicetur: verum ad iudicium Domini nostri, aut ad istam magnam synodum afferentur sub custodia publica.

Can. 23. De clericis injuste tonsuratis.

De clericis vero hoc statuimus, ut qui hæcenus inventi sunt, siue in canonico siue in monachico ordine tonsurati sine eorum voluntate, si liberi sunt, ut ita permaneant: & deinceps cavendum, ut nullus tondeatur sine legitima ætate & spontanea voluntate, vel cum licentia Domini sui.

Can. 24.

*Diebus
Dominicis
&
aliis fe-
stivita-
tib. ver-
bum Dei
predican-
dum.*

De clericis aduentibus Imperatorem, hoc placet omnibus modis observari, quod de eis in sacris canonibus constitutum est.

Can. 25.

De officio prædicationis si forte Episcopus non fuerit in domo sua aut infirmus est, aut aliqua causa exigente non voluerit, nunquam tamen desit diebus Dominicis aut festivitibus qui verbum Dei prædicet, & juxta quod intelligere vulgus potest,

Can. 26.

Ut presbyteris per monasteria puellarum opportuno tempore liceat missarum solennia celebrare, & iterum ad proprias Ecclesias redire.

Can. 27. *Diligenter Chrisma custodiendum.*

Presbyteri sub sigillo custodiant chrisma, & nulli sub prætextu medicinæ vel maleficii donare inde præsumant, quod si fecerint, honore priventur.

Can. 28.

Presbyteri sine intermissione utantur oratiis, propter differentiam sacerdotii dignitatis.

Can. 29.

Ut laici presbyteros non ejiciant de Ecclesiis, neque constituent sine consensu Episcoporum suorum.

Can. 30.

Ut laici omnino munera injusta non exigant à presbyteris propter emendationem Ecclesiæ cuiquam presbytero.

Can. 31. *De Clericis fugitivis.*

Ut Unusquisque Episcopus in sua parochia diligenter presbyteros vel clericos inquirat unde sint, & si aliquem fugitivum invenerit, ad suum Episcopum redire faciat.

Can. 32. Quid sit Litaniam.

Litaniarum autem Græco nomine appellantur, quæ Latino dicuntur rogationes inter litanias autem & exomologeses hoc differt, quod exomologeses pro sola peccatorum confessione agantur: litaniarum vero dicantur propter rogandum Deum, & impetrandum in aliquo misericordiam ejus. Sed nunc jam utrumque vocabulum sub una dignatione habetur.

Can. 33. De Litaniam majore.

Placuit nobis ut Litaniam major observanda sit à cunctis Christianis diebus tribus, sicut legendo reperimus, & sicut sancti patres nostri instituerunt, non equitando nec pretiosis vestibus induti, sed discalceati, cinere & cilicio induti nisi infirmitas impedierit.

Can. 34. De quatuor temporibus observandis.

Constituimus ut quatuor tempora anni ab omnibus cum jejunio observentur, in mense Martio hebdomada prima, & feria quarta & sexta, & sabbatho veniant omnes ad Ecclesiam hora nona cum litanis ad Missarum solemniam. Similiter in mense Junio, hebdomada secunda, feria quarta & sexta, & sabbatho jejunetur usque ad horam nonam, & à carae ab omnibus absteineatur. Similiter in mense Septembris hebdomada tertia, & in mense Decembri hebdomada quæ fuerit plena ante vigil. Nata, Domini, sicut est in Romana Ecclesia traditum.

Can. 35. De indicto jejunio.

Si qui, indictum jejunium superbiendo contempserit, & observare cum cæteris Christianis noluerit, in Gangrensi conc. præcipitur ut anathematizetur, nisi emendare se studeat.

Can. 36. De festivitibus.

Festos dies in anno celebrari sancimus, hoc est diem dominicam Paschæ, cum omni honore & sobrietate venerari. Similiter feriam 2. 3 & 4. à feria quinta ante Missam licentia sit atandi vel seminandi, & hortum & vineam excolendi, & sepem circumcludendi, ab alio vero opere cessare debemus. Post Missam autem ab opere vacare. Diem Ascen-

Domini pleniter celebrare. Item Pentecostem similiter ut in Pascha. In natali apostolorum Petri & Pauli, diem unum. Nativitatem S. Ioannis Baptistæ, Assumptionem sanctæ Mariæ, Dedicationem S. Michaëlis, Nativitatem sancti Martini, sancti Andree. In natali Domini dies quatuor. Octavas Domini, Epiphaniam Domini, Purificationem S. Mariæ, & illas festivitates Martyrum vel Confessorum observare decrevimus, quorum in unaquaque parochia sancta corpora requiescunt. Similiter etiam dedicationem templi.

Can. 37. De Dominicis diebus.

Omnes dies Dominicos cum omni veneratione decrevimus observare, & à servili opere abstinere, & ut mercatus in eis minime sit, nec placitum ubi aliquis ad mortem vel ad pœnam judicetur.

Can. 38. De Decimis.

Admonemus vel præcipimus, ut decimam de omnibus dare non negligatur, quia Deus ipsas sibi dari constituit. Quia timendum est ut quisquis Deo debitum suum abstrahit, ne forte Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.

Can. 39. De fugientibus ad Ecclesiam.

Reum confugientem ad Ecclesiam nemo abstrahere audeat, nec inde donare ad pœnam vel ad mortem, ut honor Dei & sanctorum ejus conservetur: sed rectores Ecclesiarum, pacem & vitam ac membra ejus obtinere studeant, tamen legitime componant quod iniique fecit.

Can. 40.

Præcipimus ut in Ecclesiis, aut domibus, Ecclesiarumve actiis placita secularia minime fiant.

Can. 41.

Ecclesiæ antiquitus constitutæ, nec decimis, nec aliis possessionibus priventur, ita ut novis oratoriis tribuantur.

Can. 42.

Quicumque beneficium Ecclesiasticum habent ad recta

Ecclesie restauranda, vel ipsas Ecclesias emendandas, omnino adjuvent, & novam decimam reddant.

Can. 43. Ne solus presbyter peragat sacrificium.

Nullus presbyter ut nobis videtur, solus missam cantare valet recte. Quomodo enim dicit, Dominus vobiscum, vel tursum corda, admonet habere, & alia multa his similia, cum alius nemo cum eo sit.

Can. 44.

Oblationem quoque & pacem in Ecclesia facere jugiter admonetur populus Christianus, quia ipsa oblatio sibi & suis magnum remedium est animarum, & in ipsa pace vera unanimitas & concordia demonstratur.

Can. 45. De symbolo & oratione Dominica.

Symbolum quod est signaculum fidei, & orationem Dominicam discere, semper admonent sacerdotes populum Christianum. Volumusque ut disciplinam condignam habeant, qui hæc dicere negligunt, sive in jejunio, sive in alia castigatione emendentur. Propterea dignum est ut filios suos donent ad scholam, sive ad monasteria sive foras presbyteris, ut fidem catholicam recte discant & orationem Dominicam, ut domi alios edocere valeant. Et qui aliter non potuerit, vel in sua lingua hoc discat.

Can. 46. De malo ebrietatis.

Magnum malum ebrietatis, unde omnia vitia pullulant modis omnibus præcipimus cavere, & qui hoc cavere noluerit, excommunicandum eum esse decrevimus usque ad emendationem congruam.

Can. 47.

Deinde præcipimus ut unusquisque compater filios suos catholice instruat.

Can. 48.

Canticum turpe atque luxuriosum circa Ecclesias agere omnino contradicimus, quod ubicumque vitandum est.

Can. 49. *De subintroductis mulieribus.*

Omnibus igitur clericis feminas secum in domibus suis habere ultra licentiam canonum, firmiter sit contradictum.

Can. 50. *Quales debeant esse ministri Episcoporum.*

Omnibus igitur Episcopis, abbatibus, cunctoque clero omnino præcipimus vicedominos, præpositos, advocatos sive defensores bonos habere, non malos non crudeles, non cupidos, non perjuros, non falsitatem amantes, sed Deum timentes, & in omnibus justitiam diligentes. De iudicibus autem vel centenariis, atque tribunis seu vicariis dignum esse censemus, ut si mali reperti fuerint de ministerio suo abjiciantur.

Can. 51. *Corpora sanctorum de loco ad locum non transferantur.*

Deinceps vero corpora sanctorum de loco ad locum nullus præsumat transferre sine concilio principis vel Episcopi, & sanctæ synodi licentia.

Can. 52. *Qui mortui possunt in Ecclesia sepeliri.*

Nullus mortuus intra Ecclesiam sepeliatur, nisi Episcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, aut fideles laici.

Can. 53. *De incestuosis.*

Ut Episcopi incestuosos pariter investigare studeant, omnino præcipimus. Et si penitere noluerit, de Ecclesia expellantur, donec ad penitentiam revertantur.

Can. 54.

Contradiximus quoque, ut in quarta generatione nullus amplius conjugio copuletur, & si post interdictum inventum fuerit, separentur.

C. 55. *Ne proprium filium de baptismo quis suscipiat.*

Nullus igitur proprium filium vel filiam de fonte baptismatis suscipiat, nec filiolam nec commatrem ducat uxorem, nec illa cujus filium aut filiam ad confirmationem duxerit, ubi autem factum fuerit, separentur.

Can. 56. De damnatis nuptiis.

Si quis uxorem viduam duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, sed duabus sororibus nupserit, seu cum patre & filio: tales copulationes anathematizari & disjungi præcipimus, nec unquam amplius conjugio copulari, sed magnâ distictione feriri.

Can. 57. Clerici horis matutinis intersint.

Clericus quem intra muros civitatis suæ manere constituerit & matutinis hymnis sine probabili excusatione ægritudinis inventus fuerit defuisse, septem diebus à communione habeatur extraneus, quia ministrum sacrorum eo tempore quo non potest ab officio suo ulla honesta necessitas occupare, fas non est à salubri cessare.

CONCILIUM VORMACIENSE, EST provinciale.

Primo pronunciatur professio fidei Christianæ, in qua factus quæ habentur in symbolo explicantur: maxime illud de incarnatione Christi in hanc modum, Dei filius personam hominis non accepit: sed naturam. Naturam quippe nostram in unitatem suæ personæ assumpsit, & idcirco filius Dei & filius hominis unus est Christus. In eo namque quod filius est Dei, æqualis est patri: & in eo quod est filius hominis, minor est patre.

Can. primus.

Quid in sacrificio altaris offerri debeat, &c. nihil additur ad ea quæ in conc. Bracaren. tertio, c. 1. Estque can. 3. Apost.

Can. 2. Episcopus pro parvis causis neminem excommunicet.

Mandamus quod nullus sacerdotum quenquam rectæ fidei hominem pro parvis & levibus causis à communione suspendat, præter eas culpas pro quibus antiqui patres arceri jusserunt aliquid committentes.

Ca. 3. Qualiter se expurgare debeant fratres à furtis.

Sæpe contingit ut in monasteriis furtâ perpetrentur, & qui hæc committat, ignoratur. Idcirco statuimus ut quando

ipsi fratres de talib. sese expurgare debeant. Missa ab abbate celebretur, vel aliquo cui ipse abbas præceperit, præsentibus fratribus, & sic in ultima Missæ celebratione pro expurgatione sua, corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi percipiant, quatenus inde innocentes se esse ostendant. Ubi additur ad hæc, ut communicantibus dicatur, corpus Domini sit tibi hodie in probationem.

Annotatio.

Est derogatus hic canon de consec. dist. 2. ca. tribus, & aliis locis prohibetur, ne suspecto detur, Eucharistia. Et per B. Stephanum papam, ut S. Th. vult in 3. p. q. 8. ar. 6. ad 3.

Can. 4. De clericis iter agentibus sine Epistola Episc.

Presbytero, aut diacono, aut clerico sine Antistitis sui Epistola ambulanti, communionem in officio celebrando nullus impendat.

Can. 5. De parvulis à parentibus traditis monasteriis.

Si pater filium filiamque intra septa monasterij in infantia annis sub regulari tradiderit disciplina, non liceat eis postquam ad pubertatis pervenerint annos, egredi, & matrimonio copulari, quia nefas est ut oblati à parentibus Deo filiis voluptatum fræna laxentur. Igitur ut prædiximus non liceat eis susceptum habitum unquam deserere, sed convicti quod tonsuram aut religiosam vestem aliquando habuerint, in religionis cultu habituque velint nolint, permanere cogantur.

Can. 6. De professione monachorum.

Monachum ergo aut paterna devotio aut professio facit, Quicquid horum fuerit allegatum tenebit. Proinde huic ad mundum reverti intercludimus aditum, & omnes ad seculum interdiciamus regressus.

Can. 7. Cautus sit sacerdos erga pœnitentes.

De hoc supra can. 101. sexta synodi.

Pœnitentibus secundum differentiam peccatorum sacerdotis arbitrio pœnitentia decernatur. Debet itaque sacerdos in pœnitentia danda singulorum causas singulatim considerare: originem quoque modumque culparum, & affectus gemitusque delinquentium diligenter examinare.

manifesteque cognoscere, temporum etiam & personatum, locorum quoque & ætatum qualitates inspicere, ut etiam pro consideratione locorum, ætatum, vel temporum, seu pro qualitate delictorum atque gemituum uniuscujusque delinquentis, à sacris regulis oculos non reflectat.

Can. 8. De his qui sacerdotem sponte occiderint.

Qui sacerdotem morti voluntate tradiderit, carnem non comedat, nec vinum bibere præsumat: & jejuset usque ad vesperam, exceptis festis diebus atque Dominicis, arma non sumat, & ubicumque ire maluerit, nullo vehiculo deducatur, sed propriis pedibus proficiscatur. Ecclesiam quinquenni tempus non ingrediatur, sed cum sacramentorum officia aut Missarum solemnia celebrantur, ante fores basilicæ perseveret orans ac deprecans Dominum, ut tanto crimine abluatur. Post expletum vero quinquennium ingrediatur Ecclesiam, nondum vero communicet, sed inter audientes tantummodo stet, vel dum facultas conceditur sedeat. Et cum decimus anni cursus fuerit finitus, communicandi ei licentia concedatur, & equitandi tribuatur medela, maneatque in reliquis observationibus, & tres dies per hebdomadam jejuset, ut perfectius ad culmen purificationis perire mereatur.

Can. 9. De adulteris.

Si cujus uxor adulterium fecerit: aut vir in alienam uxorem irruerit, septem annis penitentiam agat,

Can. 10.

De his qui suspenduntur in patibulis, ne iis denegentur sepulturae, & quod oblationes pro eis fiant, & Missæ celebrentur.

Reliqua decreta hujus concilij sunt ex Cartag. conc. 2. 3. & 5. desumpta, ideo missa fecimus.

Rhemensis synodus sub Leone tertio anno Domini 813. congregata piissimum Carolum Cæsarem, more prisco-tum Imperatorum,

Capitula in hoc concilio ordinata universa tractant de institutione clericorum, aliqua duximus annotanda.

Can. 11.

Lectæ sunt sententiæ libri pastoralis beati Greg. in præ-
tia omnium, ut pastores Ecclesiæ intelligerent, quomodo ipsi
viverent, qualiter sibi subiectos deberent admonere, quoniam
recte eodem beato Gregorio, aliter monendi sunt prælati,
aliter subditi.

Can. 12.

Ventilata est ratio pœnitentiæ, ut sacerdotes certius intel-
ligerent quomodo confessiones recipere & pœnitentiam se-
cundum canonicam institutionem pœnitentibus deberent
indicare.

Can. 13.

Ventilata est ratio octo principaliorum vitiorum, ut unis-
quisque diversitatem illorum sciret, & ab aliis, Domino an-
xiliante, se intelligeret custodire, & aliis prædicare.

Can. 14. *Cui lectioni Episcopi incumbere debeant.*

Episcopi diligentius opera dent, lectionique divinæ
incumbant, id est canonicis libris & opusculis patrum, &
verbum Dei omnibus prædicent.

Can. 15. *Quid Episcopi prædicare debeant.*

Episcopi sermones & homilias sanctorum patrum, prout
omnes intelligere possint, secundum proprietatem linguæ
prædicare studeant.

Can. 16.

Et Episcopi & presbyteri examinent qualiter confitentibus
peccata dijudicent, & tempus pœnitentiæ constituent,

Can. 17. *Qualis debet esse mensa Episcoporum & Abbatum.*

Episcopi & Abbates ante joca turpia facere non permit-
tant, sed pauperes & indigentes secum ad mensam habeant,
& lectio divina ibi personet, & sumant cibum cum benedi-
ctione & laude Domini secundum Apostolum: sive man-
ducent, sive bibant omnia in laudem Dei faciant.

Can. 18. *Ut ministri Dei sobrii sint.*

Episcopi & Dei ministri non debent comessionibus & vinolentiis nimis incumbere, sed considerent sententiam Domini: Attendite ne graventur corda vestra crapula, &c. Moderate enim cibum & necessarium potum sumant, ut juxta Apostol. sobrii sint parati ad servitium Domini. Luc. 12.

Can. 19. *Non omnia delicta ab hominibus punienda.*

Episcopi & judices judicia disernant, quia sunt quedam judicanda modo, quedam Dei judicio reservanda, scriptum est: Nolite ante tempus judicare quoadusque veniat Dominus, &c. Et illius memores sint: In quo enim iudicio judicaveritis, ita & judicabitur de vobis. 1. Pet. 5.
1. Cor. 4.
Matth. 7.

Can. 20.

Ut Monachi ad placita secularia nullatenus vadant. an. d. 819.

Reliqua capitula in Laodicea, & Carthagen. 3. & 6. require. Stephanus
Pon. 98.

Stephanus Papa quartus sub Petro 98. vir sanctus, sedit menses septem, sub Ludovico Pio secundo Germano an. d. 820
Cæsare. Pascha.

Paschalis Romanus sedit annos septem, 99. Papa. sub Pont. 99.
Petro. an. d. 829

Eugenius secundus Papa 100. sub Petro.

Eugen. pon
100.

Eugenius secundus patria Romanus, sedit annos quatuor, menses sex, dies 14. sub hoc Eugenio celebrata est synodus apud villam Theodonis per Carolum Magnum congregata, ad cohibendum presumptionem quorundam tyrannorum in sacerdotes Domini grassantium. Nihil habet præterea.

Valentinus Papa 101. tantæ sanctitatis, ut nudum presbyter, sed diaconus summum Pontificatus gradum ascendere meruerit, sedit dies 40. an. d. 833.
Valent.
pon. 101.

Gregorius quartus 102. Papa sub Petro sedit annos 19. Sunt qui velint post mortem ejus annis 8. mensibus 7. diebus 9. sedem vacasse. Prædicti Pont. fuerunt sub Ludovico pio, secundo Germano Cæsare, à quo eorum quilibet sui pontificatus confirmationem petiit, adeo tunc premebatur Ecclesia Christi, ut recusatet electus pontificatum recipe- Eod. Gr.
Nota.

re priusquam à Caesare confirmaretur.

*a. d. 840.
Ser. pont.
103.*

Sub hoc, corpus S. Marci ab Alexandria à mercatoribus, Venetis in patriam delatum est ubi nunc in maxima veneratione habetur, extracto templo in celebriori urbis loco. Sergius secundus Papa 130. sub Petro sedit annos duos, mensem unum, dies 3. sub Lothario primo Germano Caesare 3. Is Pont. primus mutavit suum nomen, nam antea Os potci fuit appellatus.

a. d. 841

Leo pont.

104.

Iuan. 8.

pont. 105.

Leo 4. Papa 104. sub Petro.

Ioannes 8. Papa 105. sub Petro sedit annos 2. mensem 1. dies 4. De hoc ferunt quod malis artibus Pontificatum adeptus est, quoniam cum esset foemina, sexum mentitus est, & postea à servo compressa, doloribus circumventa mortua est. Haec vulgo feruntur, incertis tamen & obscuris authoribus.

a. d. 860.

Benedi-

ctus pon.

106.

a. d. 862.

Nicol.

pon. 107.

Benedictus 3. Papa 106. sub Petro, diu reluctatus & invitatus Pontificium munus suscepit. Sedit. annos 2. menses 5. sub hoc tempore magnae contentiones & tumultus exorti sunt propter electionem, sed hos sedavit Lotharius Imperator.

Nicolaus 1. Papa 107. natione Romanus, annos 19. mens. 6. dies 21. sub Ludovico 2. Germano Caesare 4. circa ann. Domini 858. Scripsit plures Decret. Epistol. ut patet ex volumine per Gratianum collectol. Extat Nicolai Papae antiqua & insignis Epist. ad Michaëlem Imperat. Constantinop. super depositione Ignatij Patriarchae Constantinopol. quem quidem Episc. Ab Ecclesia cui iure praesidebat, tyrannice projecerunt, & Photium quemdam ex foro ac seculari militia eductum, ac subito tonsuratum, eidem Ecclesiae contra sacros canones praefecerunt. Tractat multa in Epistola. Primum invehitur acriter in Imperatorem (servata tamē modestia Christi vicario digna) propter Epistolam quam ab eo acceperat, irreverentem admodum, blasphemis undique & iniuriis plenam. Docet ibidem, quanta secundum Deum sacerdotibus reverentia debeat, & quanta religione venerati sint Apostolicam sedem Catholici Imperat. ut ex historia Eccles. lib. 10. ca. 28. dist. 97 c. victor. facile constare potest.

*Haeretici
iudices esse
non possunt.*

Secundo demonstrat quomodo inimici & suspecti iudices esse non possunt.

Tertio idem de haereticis & excommunicatis demonstrat, quin neminem deicere potest ipse primo prostratus.

Quarto, eleganter & erudite disserit, quod subditi prælatos suos aut judicare, aut accusare aut leviter etiam reprehendere nec debent, nec possunt. In quod probandum inter cetera habet argumentum ex facto David, primi Regum c. 24. ubi legimus quod David percussit eorum, prælatos eo quod oram chlamydis Saulis abscidisset, &c. Sic, inquit, faciunt prælatorum mentes, si quando contra prælatos suos vix sese pro infirmitate sua continere valentes, leviam quendam loquantur, eorum manifesta mala tenuiter mordentes utique ad semetipsos redeunt, seque vehementissime vel de tenuissima verbi saceratione reprehendunt. Facta quippe præpositorum oris gladio ferienda non sunt. Secundo addit & aliud argumentum, quod & tempore ejus Pontificis adhuc ea servaretur consuetudo in Ecclesiis, ut nullus sacerdos majore suo sacerdote non innuente, cuiuslibet rei benedicere sit ausus. Sed & anterior sacerdos stans ad pronunciandum aliquam lectionem, benedictionem quidem proficiat, sed ei cuiuslibet inferior non audeat penitus benedicere, quia ad Hebræos legimus quod minor à majore benedicitur: per quod invenitur quanto censura frater inferiores quique à suis judicandis præpositis coercendi sunt, si hi nec ad benedicendum jus ullum penitus obtineant, ut revera appareat quod non est discipulus supra magistrum. Et si ad benedicendum non est, jus quanto minus ad maledicendum? Quocirca minor non accuset nec maledicat majorem sacerdotem.

*Subditi
nec leni-
ter repre-
hendere
prælatos
suos de-
bent.*
*Quanta
reveren-
tia à mi-
noribus
suis circa
majores
sacerdo-
tes.*

*D. 21. In
sanctum.
Sedes
Romana
à nomine
judicatur.*

*D. 21. c.
Nunc
autem.*

Quinto, Quod Romana sedes à nemine judicari potest: quod inter cetera duobus demonstratur exemplis. Primo Concilij Chalcedonensis, in quo sancti patres Dioseorum Alexandrinum Antistitem inter cetera idcirco potissimum, & sine ulla restitutione damnaverunt, quod ponens in cælum os suum, lingua ejus transeunte super terram, excommunicationem in sanctum Leonem Papam dictavit. Secundo exemp. concilij Romani in quo habetur sic. Unde factum est ut in concilio Episcoporum nullus in Marcellinum Papam, qui in tempore Diocletiani & Maximiani Augustorum idolis compulsus sacrificaverat, sed postea insignis martyr effectus est, sententiam proferre ausus fuerit, dum ei sapissime omnes dicerent: Tuo ore judica causam tuam, non nostro judicio. Et iterum: Noli audiri in nostro judicio, sed collige in sinu tuo causam tuam, ex te iustificaberis, & ex ore tuo condemnaberis. Et rursus, Prima se-

Ecclesia Rom. nul. la synod. privilegium aliquod contulit. D. 22. c. 1. Ultimo differuntur multa de primatu Rom. sedis. Maxima pars Epistolæ in hoc insumitur, ut demonstret hanc primam esse inter omnes, superque omnes potestatem habere, utpote quæ sola à Domino immediate super Petrum fundata fuerit. Ibidem, quod synodus absque autoritate Romani Pont. non valet. Deinde quod Ecclesiæ Romanæ non Nicæna nec ulla alia synodus privilegium aliquod tribuerat, & eam totius potestatis jura pleniter meruisse & cunctarum Christi ovium regimen accepisse, cum cæteras alias Episcopatum cathedras instituerit Ecclesia Romana.

Decreta ejusdem Nicolai ex Gratiani volumine in unum collecta, & in aliquot titulos distributa.

De sede Apostolica titulus primus.

a. 79. c. 1. c. 2. Si qui non papa sed apostata qui sine cæconica electione Cavdinalium eligitur. c. 1. qu. 7. Si quis. Si quis pecunia vel gratia humana, aut populari seu militari tumultu, Apostolicæ sedi, sine concordia & canonica electione Cardinalium ejus Ecclesiæ, & sequentium clericorum religiosorum inthronizatur, non Papa vel Apostolicus, sed apostaticus habeatur.

Contra contemntes mandata Apostolica.

a. 10. Si Romano- rum. Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones, vel decreta pro catholica fide vel Ecclesiastica disciplina, pro correctione imminantium & futurorum malorum à sedis Apostolicæ præfule salubriter promulgata contempserit, anathema sit.

Quanti facienda decreta Apostolica in his que ad fidem spectant.

a. 10. Si Romano- rum. Si Romanorum Pontificum decreto, cætorum opuscula tractatum approbantur, vel reprobantur, ita quod ut vere sedes Apostolica probatis, hodie teneatur acceptum, & quod illa repulit, hætenus inefficax habeatur: quanto potius ea quæ ipsa pro catholica fide, pro sanis dogmatibus & multis fidei necessitatibus & fidelium moribus diverso tempore scripsit, omni honore debent præferri & ab omnibus pro suis in quibuslibet necessitatibus vel oportunitatibus, discretionem vel dispensationem magistro, reverenter assimi.

De Imperatoribus titulus secundus.

Vbinam legistis Imperatores antecessores vestros synodalibus conventibus interfuisse, nisi forte in quibusdam ubi de fide tractatum est quæ universalis est, quæ omnium communis, quæ non solum ad clericos, verum etiam ad laicos & ad omnes omnino pertinet Christianos?

2. 96. Vbi
nam Im-
peratores
universa-
libus

dumtaxat
synodis in-

teresse pos-
sunt. d. 97.

Cum ad
verum.

Quæ spiritalia sunt, non ad Imperatores attinent.

Mediator Dei & hominum Christus Iesus, idem Rex & Pontifex actibus propriis & dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit ut Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur, quatenus spiritualis actio à carnalibus distaret incursum, & Deo militans, minime se negotiis secularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus divinis præsidere videretur, qui esset secularibus negotiis implicatus.

Non vita sed dignitas in sacerdotibus consideranda.

Non quales sacerdotes Domini sint, sed quid de Domino loquantur, est vobis magnopere providendum, nec in vicariis beati Petri apostoli vobis est attendendum quid sint, sed quid pro correctione Ecclesiarum, quid pro salute vestra fatigant. Nec enim illos dicetis inferiores Scribis & Phariseis sedentibus super cathedram Moysis, de quibus Dominus præcepit dicens: Quæcunque dixerint vobis facite, &c.

q. 1. Non
qualis

Malus
prælatus

non amit-
tit pote-

statem.
Matth.

De dignitate sacerdotali idem Nicolaus in Epist. ad Michaëlem Imperatorem, quæ incipit: Proposueramus, &c. in 2. tom. concil. multa dicit.

29. qu. 2.
Annon.

An non districta ultione feriendus est qui in duabus uxoribus adulterium Lamech & flagitium imitatus esse dignoscitur? Quod Dominus non nisi post septuaginta septem generationes suo salutifero adventu delevit, cum Cain fratricidium septima generatione aquis abolitum sit caraclysmi, id est diluvij.

- d. 14. c. 1. Episcopi ab omnium bestiarum, vel volucrium venatione penitus alieni existere, & ab immoderata filiarum suarum familiaritate, unde mala oriatur fama, abstinere debent. Nullam enim sanctum (ut ait beatus Hieronymus,) venatorem legimus. Episcopis dispensatio cœlestis seminis inpeneta est, si non sparserint, vix si tacuerint, sicut vas electionis formidat & clamat.
- d. 41. c. 5.
1. Cor. 9.

Propter infirmitatem impediti Pontifices abjiciendi non sunt.

Pontifices qui aliqua occupantur infirmitate abjiciendi non sunt nec alij in loco eorum consecrandi sunt, nisi ex hac fuerint luce subtracti. Quod si de ministerio sibi concessio conquerrantur: quæ licita sunt, sacerdotes explant. In iis vero quæ his præsumere non licet, vicinorum Episcoporum usque ad recipiendam sanitatem auxilia subrogentur.

Vt solliciti sint prelati ne vel coronam amittant.

- Ibidem.* Episcopus vero qui dominici gregis suscipiunt curam atque sollicitudinem, ab administratione eorum discedere non oportet, ut accepti talenti pulchritudo non deleatur, sed certamen eorum salubriter augeatur, & triplicem fructus.
- Ibidem.*

In persecutionibus Episcopus oves suas non deserat.

- Ibidem.* Sciscitaris, utrum cum à Normanis Episcopo depellaris, debeas de cætero in monasterio conversari: In quo scias, charissime frater, quod si perniciosum est proceram in tranquillitate navim deserere, quanto magis in fluctibus, ubi non dicimus quod persecutorum non fugiamus insidias, (maximeque paganorum) cum ad tempus sæviunt, & ob multitudinem delictorum nostrorum nocendi facultatem divinitus assequuntur, præsertim cum eis prodire ultro non debeamus, & multos prophetas & Apostolos, ipsam quoque Dominum hujusmodi fugisse infecutores luce claris constat, sed quod præcipue nos, qui tanquam arietes ductum gregibus præbemus, imo qui & horum pastores sumus Deo authore, cum eis periculis pro viribus persistere pro cætero conveniat. Et cum tranquillitas reddita divina fuerit pietate

pietate, sopitaque furentium infestatio mox gregem perquirere, & pace ac securitate prædicata erigere debemus.

Non licet Episcopis secularibus implicari negotiis. Quid n. ad Episcopos & milites Christi pertinet, nisi ut vacent orationibus?

27. q. 8.
Reprehensibile.

De presbyteris titulus quartus.

Nullus Missam audiat presbyteri quem scit concubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierem,

Dist. 32.
Nullus.

De sacerdote fornicario.

Sacerdotes si in fornicationis occiderint laqueum, & criminis manifestus sic actus, sacerdotij honorem habere non possunt secundum canonicæ institutionis auctoritatem.

Dist. 50.
Sacerdotes.

Etiam à sacerdote manifestè malo licitè sacramenta sumuntur.

Ab omni sacerdote & manifeste malo possunt fideles sacramenta percipere, quoniam mali bona administrando se tantummodo lædunt. Fax accensa sibi quidem detrimentum præstat, aliis vero lumen in tenebris administrat, & unde aliis commodum exhibet, inde sibi dispendium præbet. Sumite ergo, &c. qualiscumque enim sacerdos sit, quæ sancta sunt, coïnquirati non possunt.

15. q. 8. c. fin.

De clericis titulus quintus.

Clericus qui usque ad subdiaconatum caste vixit, uxorem ducere non potest.

32. Da illo.

Clericus qui Paganum occiderit, erit irregularis, nam discreti sunt milites seculi à militibus Ecclesiæ, quibus militate seculo non convenit.

d. 50. Clericus.

De votis monasticis titulus sextus.

Non debet quisquam ad regularem disciplinam invitus cogi: ideo Dominus non ferendum in via virgam, per quam violentia illa inferatur, præcepit, &c. Nullum enim bonum nisi voluntarium.

20. q. 3. Præsens.

De laicis titulus septimus.

Non debent laici presbyterum iudicare, nec de vita ejus quicquam investigare, sed Episcoporum iudicio quiete.

Dist. 18. sic.

quid id sit, est reservandum.

Facta pontificum Imperator judicare non debet.

*Dist. 96.
In scripturis.*

Non debet princeps secularis facta pontificum quorumcunque presbyterorumque judicare, exemplo Constantini Imperatoris, quem scripturae narrant dixisse Vere si propriis oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum qui in monachali habitu amicti sunt, peccantem, chlamydem meam expoliarem, & cooperirem eum, ne ab aliquibus videretur. Hoc dicimus cautos vos reddere cupientes ut si de Domini sacerdotibus (qui jure patres animarum dicuntur) aliquid contigerit vos audire, quod confusionem piis mentibus ingerat, non infranctos, sed pudoratos filios Noe imitantes, paternam verecundiam contegatis, ut affluentem benedictione repleri, sicut & illi, moderante Domino mereamini.

De Ecclesiis, titulus octavus.

*d. 1. 4. Si-
ent.*

Sicut antiquitus à sanctis patribus statutum est, statuimus ut major ecclesia per circuitum quadraginta passus habeat, capellæ vero vel minores ecclesie triginta. Qui autem confinia eorum confringere tentaverit, aut personam hominis aut bona ejus inde subtraxerit, nisi publicus latro erit quolque emendet, & nisi quod rapuerit, reddat, excommunicetur.

De baptismo, titulus nonus.

*d. 4. A
quodam
Iudæo.*

A quodam Iudæo, nescitis utrum Christiano an Pagano multos in patria vestra baptizatos asseritis, & quid inde sit agendum consulitis si profecto si in nomine Trinitatis vel tantum in nomine Christi (sicut in Actis Apostolorum legitur) baptizati sunt, rebaptizari non debent.

De penitentia, titulus decimus.

De publica penitentia, qua in valetores & grassatores itinerum penitere debent, habes 12. q. 2. c. de viro.

De penitentia publica interfectorum suorum conjugum &c. 33. q. 2. c. Interfectores.

Statuitur pœna pro matricidis.

*31. q. 2.
Latorem.*

Matricida sic peniteat, per unum annum integrum Ecclesiam non ingrediat, sed ante fores Basilicæ itans, orans

& deprecans Deum perseveret qualiter tanto cripiatur piaculo. Completo anno, introcundi in Ecclesiam licentiam habeat, tantum inter audientes stet, sed nondum communitur. Completis tribus annis, sacre communionis ei gratia concedatur, oblationes vero non offerat, nisi prius aliorum septem annorum curricula expleantur. His autem omnibus annis carnem non manducet, nec vinum bibere presumat exceptis festis diebus atque dominicis, & à Pascha usque ad Pentecostem. Et quocumque ire voluerit, nullo vehiculo deducatur, sed pedes proficiscatur. Arma non sumat, nisi contra Paganos. Iejunet autem tribus diebus per hebdomadam usque ad vesperam, & à propria & legitima conjugē non separetur, ne in fornicationis voragine corruat. Si autem ante annorum trium cursum finis vite illius appropinquaverit, corporis & sanguinis Domini nostri particeps fiat. Sin autem, ut supra statuimus efficiatur: tamen si illius conversionem & lachrymarum fontem in omnibus videritis floridis actionibus & optimis operibus pullulare, humanius circa eum sollicitudo pervigil appareat, mitisque in omnibus demonstrerit.

De matrimonio, titulus undecimus.

Sufficiat solus secundum leges consensus ad conjugium: qui solus si defuerit, cetera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur.

27. q. 7.
Sufficiat.

Nec uxorem ducere, nec convia facere in quadagesima convenire posse, ullo modo arbitror.

31. q. 4.
Nec uxorem.

Reliqui can. hujus tituli explicant impedimenta matrimonij: quæ quia circumferuntur in jure canonico, missa fecimus.

De bellis, titulus duodecimus.

Monomachiam in lege non assumimus, præceptam fuisse non repetimus cum hæc hujusmodi sectantes Deum solummodo tentare videantur.

2. q. 4.
Monomachiam.

Quod omni tempore sit à præliis abstinendum.

Si nulla urget necessitas, non solum quadagesimali tempore, sed etiam omni tempore est à præliis abstinendum. Sin autem inevitabilis urget importunitas, nec quadagesimali tempore pro defensione tam sua quam patriæ, seu legum paternarum, est bellorum præparationi proculdubio parcendum, ne Deum videatur homo tentare. si habet quod

23. q. 8. Si
nulla.

faciat, & suæ ac aliorum salutem consulere non procurat, & sanctæ religionis detrimenta non præcavet.

*a. d. 877.
Adrianus
pont. 107.*

Eadem vel aliqua capitula Nicolai Papæ omisimus, ne communia toties repeteremus.

Adrianus 2. Pap. 106. sedit ann. 5. mens. 9. dies sub Ludovico 2. Germano Cæsare quarto à clerico & populo electus est.

SYNODUS UNIVERSALIS VIII.

Constantinopoli anno Basilij Imperatoris tertio celebrata sub Adriano Papa 2.

De origine hujus synodi dixi in controversia quarta, & etiam cum ageremus de Nicolao primo Tota synodus consumitur in depositione Phouij & restitutione Ignatij Archiepiscopi Constantinopolitani.

Actio prima.

Anno tertio piissimorum Imperatorum Basilij & Constantini, convenientibus Donato & Stephano Episcopis & Marito diacono, & locum tenentibus Adriani sanctissimi Archiepiscopi senioris Romæ, & Ignatio Archiepiscopo Constantinopolitano novæ Romæ, &c. Hic primo synodus exegit à legatis Romæ sedis literas quibus notam facerent potestatem suam ac præsiderent in synodo. At illi producerunt Epistolam Adriani Papæ ad Basilium Imperatorem, cujus titulus est.

Adrianus Episcopus servus servorum Dei, piissimo Imperatori Basilio Augusto Christianissimo & desiderabilissimo filio Legationis excellentiæ tuæ, &c. Et post pauca subjungit. Volumus per vestræ pietatis industriam Constantinopoli numerosum celebrare concilium, cui nostri quoque missi præsidentes, & culparum personarumque differentias liquido cognoscentes, juxta quod in mandatis acceperunt, singulorum libere discretionibus exerceant: in quo sacro cœtu execrandi vanitatis concilij, quod adversum hanc sedem actum est, cuncta decernimus exemplaria à possessoribus suis ablata, contemplantibus cunctis, igne cremari; nec superesse apud quemlibet ex his omnibus saltem unum iota vel unum apicem, nisi quis totius clericatus, immo totius nominis Christiani (anathemate percussus) carere voluerit. Non enim tam detestandum collegium, nisi Ariminese sub Constantino, vel Ephesino

à Dióscoro congregato latrocínio comparandum decernimus. Et dilectos fratres meos Donatum sanctæ Ecclesiæ Hostiensis, & Stephanum Ecclesiæ Revesinæ reverendos Episcopos, atque filium meum Marinum apostolicæ sedis diaconum consiliarios nostros tuæ commendamus pietati. Precamur ut eos ob amorem præcipuorum apostolorum Petri & Pauli, à quorum sede mittuntur, benigne suscipias & tanquam nobis meritis aures, credulitatis accommodes.

Deinde productus est libellus à sancta Romanorum Ecclesia missus, & lectus audiente tota synodo, cujus summa est.

Anathematizamus omnes hæreses simul cum Inconomachis. Anathematizamus etiam Photium, qui contra sacras regulas, & sanctorum pontificum Romanorum veneranda decreta repente de curiali administratione, secularique militia sublatus (superstite Ignatio patriarcha) in Constantinopol. est pervasorie, imo tyrannice à quibusdam schismaticis, vel anathematizatis, atque depositis institutus Ecclesia donec sedis apostolicæ sanctionibus inobediens perseverans, ejus sententiam tam de se quam de Patriarcha nostro Ignatio sprevit, & conciliabuli acta, quod se authore contra sedem apostolicam congregatum est, anathematizare distulerit. Sequimur autem sanctam synodum & ampleximur, quam beate recordationis Papa Nicolaus, cui & ipse Dominus angelice summe pontifex Adriane subscripsisti, ante sacratissimum Petri & Pauli (apostolorum eximij) corpus celebravit. Simul & quæ tu ipse nuper egisti, & omnia quæ in his statuta sunt secundum decreti vestri moderationem venerabiliter conservabimus: recipientes quos recipiunt, & damnantes omnes qui in illis damnati sunt, & præcipue jam dictum Photium & Gregorium Syracusanum, participas videlicet, qui contra spirituales patrem suum linguas eximere minime formidarunt, atque perseverantes in schismate sequaces eorum, nec non & qui in illorum communionis societate permanserunt.

Sancta synodus dixit, Omnibus placet libellus à sancta Romanorum Ecclesia expositus.

Deinde lecta est definitio Episcoporum Orientis super depositione Ignatii, quæ facta fuerat priusquam vicarij senioris Romæ venissent, quæ conveniebat cum ea quæ facta sperat à synodo Romana præsentente Nicolao Papa. Et sic absoluta est actio prima.

*31. q. 1.
Lato.
definitio
synodi
Romanæ,
celebrata
sub
Nicolao:*

Actio secunda.

Ad hanc sessionem venerunt, qui ceciderant cum Photio, Episcopi, presbyteri, diaconi & subdiaconi, & proferentes libellos penitentiae coram synodo, recepti sunt ab ea cum sola manus impositione. Et absolutus est conventus secundus.

Actio tertia.

D. 63. c.
Adriani.

In hoc conventu lecta est Epistola Imperatoris Basilij, & Epistola Ignatij Patriarchae ad Nicolaum Papam, & deinde Epistola Adriani Papae ad Ignatium Patriarcham super damnatione Photij, & suorum sectatorum.

Actio quarta.

In hac sessione primo legitur Epistola Nicolai ad Michaëlem Imperatorem missa per Rhodoaldum & Zachariam olim Episcopos: in qua ostendit Cæsari, hominem laicum non promovendum ad sacerdotium subito, sed per suos gradus, sicut Sardicense concilium; ut de laicis non eligerentur antistites, in cap. 13. per omnia prohibuit. Item & Cælestinus papa in decreto suae sanctionis c. 21. & Leo Romanæ sedis pontifex hoc ipsum in decretalibus suis prohibuit c. 33. Item & Gelasius non solum Episcopos de laicis fieri prohibuit, sed etiam presbyteros ne talia præsumerent, venit in decretorum suorum c. 3.

Accedit, quod prædecessor noster Adrianus primus in Epistola quam Constantinopolim pro venerandis imaginibus destinaverat, ita instituit, ut amplius de laicis nullatenus ordinarentur antistites. Hæc Nicolaus. Subinde vero commendat venerationem sanctarum imaginum.

Secundo legitur altera ejusdem Nicolai ad Photium Epistola, in qua invenitur in illum propter usurpatum sacerdotium contra ordinem factorum canonum. Deinde ad illud quod scripserat ad Nicolaum Papam, quod exemplo aliorum patrum fecerat, respondet.

Temere & impudenter ad tanti honoris culmen ascendere præsumpisti, assumens tibi quasi à sanctissimo viro Nestario occasionem, quem sancta secunda synodus non ob aliud ad sacerdotalem eligere atque ordinare ex laicali ordine voluit dignitatem, nisi quia magnæ necessitatis contritione anxiebat, eo quod in Constantinopolitana Ecclesia

nullus clericorum inveniri poterat, qui pessimæ hæreseos nimboſa caligine non fuerat impeditus. Et ob hoc ne diutius dicta Ecclesia sub destitutione pastoris quasi viduata maneret, prædictum Nectarium expugnatorem hæreticorum, & defensorem Ecclesiarum ad Ecclesiasticam curam & dignitatem sacerdotalem secunda sancta synodus elegit. Sed ne hoc iterum fieret, non confirmavit, nec instituit. Et ideo licet contra patrum atque canonicas institutiones, quod per necessitatis fieri eventus comprobatur, non in auctoritate tenendum est: sed ne iterum talis proveniat necessitas, magis magisque cavendum.

De Tarasij quidem promotione, qui similiter ex laicali *Tarasius*
 ecclia ad Patriarchatus ex tempore culmen promotus est, quem *ex laico*
 & vos quasi in auctoritatem vestræ defensionis assumere *ordine as-*
 vultis, si sanctam, quæ apud vos tempore sanctissimi viri *sumitur*
 Adriani Papæ celebrata est, synodum diligentius scrutari *ad Ar-*
 fueritis, invenietis quid in eadem sanctissimus vir consul- *chiepise.*
 tus decevit, & quod dum ejus consecrationis reprehende-
 ret actus, errorem se pro tam præsumptiva factione ni-
 mium sustinere proficetur. Dicit enim quod nisi in erigen-
 dis imaginibus ferventius contra illorum depositores, atque
 conculeatores ut verus miles Christi resisteres, nequaquam
 vestræ consecrationi assensum præberemus, aut in ordine
 Patriarchatus vestram delectionem suscipere aus, quæ tan-
 tum declaratur inordinatè promota, quantum comprobatur
 contra Apostolica decreta enormiter præsumpta.

Beatissimum quoque Ambrosium splendidissimam lucer- *Hist. Eccl.*
 nam Ecclesiæ, qui ex catechumeno divino præfugio ad Epil- *l. 11. Am-*
 copalem per contentos gradus promotus est dignitatem, *brof. cate-*
 cui nobis pro vestro tutamine opponitis: Qui non iustinctu *chumen.*
 hominum, sed divina vocatione per miraculorum prodigia *assumi-*
 electus est. *tur ad*

Tertio legitur & alia Epistola Nicolai ad Imperatorem, *Episcopa-*
 quæ idem tractat argumentum. *tum.*

Actio quinta.

Ad sessionem venit Photius & stantem in præsentia pa-
 trum ininterrogaverunt eum tres legati, si susciperet constitu-
 ta sanctorum patrum. At Photius non respondit verbum sed
 tamen urgentibus vicariis senioris Romæ, tandem dixit
 Vocem meam etiam me tacente Deus audit.

Præsidentes synodi dixerunt: Per silentium non effugies

festiorem damnationem. Et eo præsentate fecerunt ut legerentur Epistolæ quæ in actione quarta fuerant lectæ. Quibus lectis, vicarij senioris Romæ dixerunt: Nos ergo non novum aliquod vel recens iudicium iudicabimus, aut introducemus, sed vetus ex multo tempore iudicatum à beatissimo Papa Nicolao, firmatum autem à sanctissimo Papa Adriano, & non non possumus commoveri à paternis definitionibus & legibus. Quem ergo nec sedes nostra apostolica, nec sedes receperunt Orientalium, quis de cætero Christianus esse volens, ulterius suscipiet? Sed talem coatum abjicimus, & anathematizamus, ne ulterius contra Ecclesiam talis quælibet alia forte in omne sæculum maligna introducat actio, nec remere à mundana potestate ejiciatur legitimus pontifex, & pro eo subrogetur alter iniique & illegaliter.

Sancta & universalis synodus exclamavit: Recipimus hæc omnia: valde quippe sunt discretæ, & congrua Ecclesiasticis regulis, atque legibus. Et sic commonitus est ad penitentiam Photius & dimissus, & absoluta est actio quinta.

Actio sexta.

Vocati sunt ad synodum Episcopi Photij, ante quos lectæ sunt Epistolæ Nicolai Papæ ad Michaëlem Imperatorem & photium per Leonem à secretis missæ (quasque quarta continet actio) eum nolens respicere, commonuit eos coram synodo Basilius Imperator. Et cum nec sic agnoscerent errorem suum, denuo commonuit eos Imperator dicens: Ecce qualiter & quoties admonuimus vos, & audistis, & non est vobis rationis sermo. Si enim vultis subijci admonitionibus omnium nostrum, Ecce potus & medicina: quod si non, Imperium nostrum præbet vobis inducias septem dierum, ut si quidem curam gesseritis salutis vestræ, bene & optime: si vero minime, ventura sexta feria in sancta & universali synodo stete omnes, & quicquid definerit universalis synodus fiet. Et absoluta est actio sexta.

Actio septima.

Ingressus est Photius ad synodum baculo innixus, quem ab eo Marinus Vicarius Romanus iussit auferri, dicens, Baculus signum est dignitatis pastoralis, quod hic habere nullatenus debet, qui lupus est, non pastor. Et horrabatur illum vicarij senioris Romæ ad faciendum libellum penitentiae: & tota synodus provocabat illum ad penitentiam.

sed ille eos è contrario cum suis Episcopis ad penitentiam magis impellebat.

LECTA Epistola Nicolai Papæ ad clerum Constantinopol., in qua late tractat hoc argumentum de scelestâ depositione Ignatij, & introductione Photij.

Mox recitata sunt gesta synodi quæ facta est ab Adriano Romano Papa super promotionem Photij. In tertia autem à locutione Adriani ad synodum sic habetur : Romanum pontificem de omnium Ecclesiarum præsulibus iudicasse non legimus. Licet enim Honorio ab Orientalibus post mortem anathema sit dictum, sciendum tamen est, quia fuerat super hæresi accusatus, propter quatuor solum licitum est minoribus, majorum suorum moribus resistere, vel prævios subsclusus libere respicere, quamvis & ibi nec Patriarcharum, nec cæterorum antistitum cuiquam de eo quamlibet fas fuerit, proferte sententiam, nisi ejusdem primæ sedis pontificis consensus præcessisset.

Adrianus Papa de prophano conciliabulo Constantinop. congregato penitus abolendo.

Conciliabulum vanitatis à Photio, & hujus fautore Michæle videlicet tyrannice imperante, Constantinopoli nuper adversus Apostolicæ sedis reverentiam & privilegium congregatum, utpote veritatis inimicum & omni facilitate repletum : cum & sibi consentientium animas interficiens Ephesino latrocinio comparandum fore statuimus & ipsius execranda gesta, quibuscunque habeantur monumentis inserta, summi judicis Domini nostri Iesu Christi, sanctorum Apostolorum principum Petri & Pauli, nostræque mediocritatis auctoritate penitus abolenda decernimus, ita ut igni tradantur, & anathemate perpetuo perecellantur. Similiter & de cæteris scripturis, quæ viris jam nominatis auctoribus contra eandem sedem tempore diverso sunt editæ gerendum diffinimus.

Pari etiam modo de conventiculis ab eisdem viris Michæle scilicet imperante, seu Photio Constantinopolitano invasore bis adversum fratrem & episcopum nostrum Ignatium factiose collectis, deliberamus.

Photium qui licet sit à decessore meo & à nobis pro criminibus ante patris jure damnatus & anathematizatus, nunc tamen quia recentioribus excessibus priores iniquitates transcendit, & ponens in cælum os suum adversus veneranda sed. Apost. privilegia nova temeritate prorupit, cui resistere minime formidavit apost. auctoritatis censuram iterato

Episc. Rom. non iudicatur à quoquam nisi in casu hæresis.

Hic damnatus synodus in templo Apostolorum celebrat. Constant. per Photium quæ habet 71. can.

De convul. sic. contra Ignatium collectis similiter abolendis.

*De Photio
in vase
iterato.
Damna-
tur & al-
tera syn.
Photij in
templo So-
phia cele-
brata ha-
bens 3.
can.*

damnamus, & anathematis nexibus innodamus. Si tamen viva voce ac propria apostolicæ sedis in omnibus obedire sponderit, & prophanum conciliabulum à se Constanti-nopoli, celebratum, damnaverit, laicæ communionis gra-tiam non negamus.

His sententiis subscripsit Adrianus Papa, etiam & alij Episcopi.

Post hæc verò Stephanus diaconus fecit anathematil-mum Photij, sequacium & cooperatorum ejus, in quo ip-sum Photium, ut sæculetum & tyrannum; ut schismaticum & damnatum, ut mæchum & parricidam, ut fabricatorem mendacij, & ut novum Dioscòrum anathematizat cum om-nibus sequacibus & fautoribus ejus.

Actio 8.

In conventu octavo tractatum est de abolendis chirogra-phis injustis, & universis actis conciliabulorum quæ à Pho-tio contra Papam Nicolaum & Patriarcham Ignatium ce-lebrata sunt, Quæ universa præcepto Imperatoris & synodi combusta sunt.

Deinde venerunt ad synodum aliqui sacerdotes Ieonoma-chi, & monitis sanctæ synodi & Imperatoris conversi, recepti sunt cum sola manus impositione.

Postremo Stephanus diaconus è suggestu anathematizavit Ieonomachos & Photium in hac forma. Concilio quod adhuc fremit contra venerabiles imagines, anathema.

His qui sumunt divinæ scripturæ dicta quæ sunt adver-sus idola, contra venerandas imagines, anathema. Cætera si-cut in synodo septima & universali, actione 7. in fine.

Actio 9.

Quæ nona continentur actione, Nunciatur synodo venil-se Joseph vicarium Alexandrinæ sedis: hujus hortante sy-nodo Epistola commendatitia legitur, & ipse receptus quæ acta sunt in octo actionibus prædictis approbat.

Mox examinantur falsi testes qui contra Ignatium jura-verunt, & cum præscripta à synodo satisfactione penitenti-æ recepti sunt ad communionem Ecclesiæ. Sic recepti sunt & cæteri qui defecerunt ad Photium deserto legitimo Antistite Ignatio.

Actio 10.

In postrema sessione annuente tota synodo, præceperunt vicarij senioris Romæ, ut legerentur canones quos statuerat sancta synodus: quos integros nec licuit transcribere propter intolerabilem codicum depravationem. Nactus sum exemplar quoddam Latinum, & per Amanuensem scriptum insigniter depravatum. Græcum aliquod exemplar cum quo conferrem Latinum nunquam potui videre, ideo plerisque canones in Epitome redegei.

Can. 1. De observatione canonum universalium & localium synodorum.

Regulas quæ sanctæ catholicæ, & apostolicæ, tam à sanctis Apostolis quam ab orthodoxorum universalibus necnon & localibus conciliis, vel etiam à quolibet deoquo patre ac magistro Ecclesiæ traditæ sunt, servare ac custodire profiteamur: quibus & propriam vitam, & mores, & omnem sacerdotij catalogum regamus. Sed & omnes qui Christiano censentur vocabulo, damnationibus & justificationibus quæ per illas prolatae sunt, canonicè subjici decernimus. Tenere quippe traditiones quas accepimus sive per sermonem, sive per Epistolam sanctorum qui ante fuerunt: Paulus aperte admonet.

Can. 2. Ut serventur definitiones Nicolai & Adriani Papa.

Secundus canon habet: ut conserventur definitiones synodicæ à beatissimo Nicolao Papa & Adriano Romanis Patriarchis pro defensione Eccl. Constant. ac restitutione Ignatij, atque Photij neophyti expulsionem, ac condemnationem ejusdem Photij. De quibus in actione 4.

Can. 3. Ut venerentur imagines.

Sacram imaginem Domini nostri Jesu Christi & omnium Sanctorum æquo honore cum libro sanctorum Evangeliorum adorari decernimus. Sicut enim per syllabarum eloquia, quæ in libro feruntur, salutem consequantur om-

nes, ita per colorum imaginariam operationem & sapientes & idiotæ cuncti, ex eo quod in promptu est, perscrutantur utilitate. Quæ enim in syllabis sermo hæc & scriptura quæ in coloribus prædicat, & commendat. Dignum est eam ut secundum congruentiam rationis, & antiquissimam traditionem propter honorem, qui ad principalia ipsa refertur, etiam derivative imagines honorentur, & adorentur, ut sanctorum Evangeliorum sacer liber, atque typus pretiosæ crucis.

Quartus canon declarat quod neophytus Photius nunquam fuerit Episcopus, nec illi qui in sacerdotali gradu consecrati sunt ab eo, putentur esse sacerdotes: sed subvertenda esse omnia quæcunque ille ad dandum aliis gradum sacerdotij operatus est.

Can. 5. Nullus ex laico ordine assumatur Episcopus

Nullus de Senatoria dignitate, vel de aliquo laicorum ordine nuper tonsus eligatur vel suspiciatur Patriarcha, nisi secundum definitionem quæ prolata ab hac sancta & magna synodo, scilicet si omnem gradum Ecclesiasticum transigens per definita nunc tempora irreprehensibilis inuenitur extiterit & probatus, ita ut in gradu lectorum annum compleat, in subdiacono verò duos, sitque diaconus tribus, & presbyter quatuor annis: bene placuit huic sanctæ & universali synodo eligi hunc & admitti.

Can. 6. Anathematizatur Photius.

Anathematizamus Photium. Primo propter nequissimam invasionem Eccle. Constantinop. cum aliis malis operibus suis. Secundo propter inventionem falsorum viciorum. Tertio propter concilium vanitatis quod celebrare tentavit. Quarto propter crimina quæ falso contra sanctissimum Papam Nicolaum in suo conciliabulo proposuit.

Can. 7. De non admittendis hostibus imaginum.

Valde proficuum est venerabiles imagines pingere, sed & proximo disciplinas divinæ ac humanæ sapientiæ docere. Non autem bonum est, nec omnino proficuum ab indignis horum aliquid fieri hujus rei gratia, nequaquam imagines operari in sacris templis, sed neque in quovis loco docere anathematizatos ab hac sancta & universali syno-

do, definitus & promulgatus, quousque à propria seductione ac malitia convertatur. Quisquis ergo post hanc definitionem ad picturæ sanctarum imaginum in Ecclesiis, aut doctrinæ actionem quoquomodo eos admiserit, si quidem clericus fuerit, proptio gradu periclitetur: si laicus, à communione privetur.

Can. 8. & 9.

Apparet ex actis octavæ sessionis hujus synodi solitum fuisse Photium, cum ejus vigeat hæresis, extorquere chirographos tum à quovis ordine clericorum, tum etiam à nobilibus usque ad cardines & pellationes, & reliquam plebis faciem, quibus promittebant se illi adhaeruros, pugnaturosque pro ejus opinione. Ipse præterea Photius solebat alias vicissim chirographos dare, quibus facultatem dabat ad docendum vel discendum. Ex hoc improbo more arripuere ansam & catholici, ut vellent à piis sacerdotibus habere syngraphas, ut discerent & docerent, essentque tuti & securi talibus muniti scripturis. Ob hoc sancitum est his duobus canonibus octavo & nono, ut qui creantur Episcopi vel Patriarchæ, nullos chirographos à catalogo clericorum exposculent, sed tantum fiant solennitates de more, & ut liceat omnibus idoneis discere vel docere libere, sine facultate per chirographos.

Can. 10. Ne quis vitet superiorem præfulem ante sententiam.

Nullus clericus ante diligentem examinationem & synodicam sententiam à communione proprii Patriarchæ se sepat, licet criminalem quamlibet causam ejus se nosse prætendat, nec recuset nomen ipsius referre inter divina mysteria. Idem statuimus de Episcopis erga proprios Metropolitans. Similiter & de Metropolitans circa Patriarcham suum. Qui verò contra fecerit, ab omni sacerdotali operatione & honore decidat.

Can. 11. Quod unica sit hominis anima.

Apparet quosdam id temporis in tantum impietatis venisse, ut hominem duas animas habere impudenter dogmatizarent. Tales igitur impietatis inventores & similia sentiētes, cum vetus & novum testamentum, omnesque Ecclesie patres unam animam rationalem habere hominē assererent

sancta & universalis synodus anathematizat.

Can. 12. *Ne quis potentia principum fretus assumat dignitatem Episcopi.*

Si quis Episcopus per versutiam vel tyrannidem principum suæ dignitatis consecrationem susceperit, deponatur, utpote qui non ex voluntate Dei, & ritu ac decreto Ecclesiastico, sed ex voluntate carnalis sensus ex hominibus & per homines Dei donum possidere voluit, vel consensit.

Can. 13. *Ex minoribus ordinibus assumantur ad majores.*

Decernimus, ut soli clerici magnæ Ecclesiæ qui in minoribus ordinibus morati sunt ad majores gradus & honores Ecclesiasticos, si digni inventiantur, ascendere debeant. Nullo tamen modo hi qui foris sunt, ad tales dignitates vel honores admittantur.

Can. 14. *In quanto honore habendi sunt Episcopi à principibus secularibus.*

Qui divina gratia Episcopalem sortiuntur dignitatem, ordinem celestis hierarchiæ referunt in terris. Quare merito sancimus, ut digno in honore tam à principibus quam à cæteris omnibus habeantur. Non oportet itaque ut principibus, vel viris militari dignitate præditis obviam longissime procedant ab eorum Ecclesiis: nec à mulis equisque descendant in occursum, aut timide abjecteque ante genua procidant, velut adoraturi. Imo vero non accedant ad mensas secularium principum, sed cum omni modestia quæ spiritalem deceat dignitatem, officia omnibus & debita tribuant, cui vestigal, vestigal, cui honorem, honorem. Dummodo principes, & pij Imperatores agnoscant, sibi æquales Episcopos, ut libere audeant reprehendere increpareque & principes cæteros qui militari honore fruuntur, si quid peccaverint. Si quis vero Episcopus post hanc sectionem, suam dehonestaverit dignitatem, cadens ab honore sibi per canones debito, vixeritque abjecte secundum veterem & agrestem consuetudinem, amoveatur per annum, & princeps qui in causa fuerit, excommunicetur per biennium.

Can. 15. *In quem usum Ecclesia possessiones servari
debeant.*

Decernimus, ut Episcopo vendere vel utcumque alienare vasa, aut vestes sanctas nec alias iustas possessiones vendere liceat propter hoc Ecclesiastici redditus laedantur, quos ad propriam utilitatem & in escam pauperum & peregrinorum sustentationem esse definimus. Nec etiam per emphyteosim salaria Ecclesiarum tribuere possit, excepta causa olim ab antiquis canonibus ordinata videlicet in redemptionem captivorum.

2. q. 1.
Apostolo.

Can. 16.

Colligere licet solemne fuisse in aulis principum stas quibusdam diebus componere aliquam laicam insignibus Episcopalis, qui & tonsura & ceteris ornamentis personatum Episcopum ageret: & creasse etiam ridiculum Patriarcham, quo se oblectarent. Quae omnia, ut in dedecus Ecclesiae accessita, prohibentur sub gravibus censuris.

Can. 17.

Quia depravata exemplaria reddunt hunc canonem insigniter obscurum, visum est hac summe illum complecti, & non integrum transcribere, triaque continet, canon praetens.

Author.

Primum, Quod Metropolitani super universos Episcopos qui ab ipsis promoventur, & sive per manus impositionem, sive per plaudationem Episcopalis dignitatis firmitatem accipiunt, habeant potestatem, videlicet ad convocandum eos, urgente necessitate, ad synodalem conventum; vel etiam ad coercendum illos & corrigendum, cum fama eos super quibusdam delictis forsitan accusaverit. Hoc primum est ex canone sexto Niceni concilij desumptum quem refert in hac forma: Quia & in Romanorum civitate hujusmodi mos prevaluit.

Secundum, Quoniam sunt quidam Episcoporum qui ne secundum vocationem Apostolici praesulis occurrant, se à mundi principibus impeditos causantur: Placuit talem excusationem omnimodo esse invalidam. Cum enim principes pro suis causis frequenter conventum agant, impium est ut summos praesules ad synodos pro Ecclesiasticis negotiis celebrandas impediant, vel quasdam à concillis

De Episc.
qui causantur se
impeditos
à mundi
principibus
ne
veniant
ad syno-
dos.

eorum prohibeant, licet tale impedimentum, & fectam prohibitionem Episcoporum suggestione diversis modis fieri didicerimus.

Tertium est: Illud autem tanquam perosum quiddam ab aurius nostris repulimus, quod à quibusdam imperitis dicitur, non posse synodum absque principali presentia celebrari, cum nusquam sacri canones convenire seculares principes conciliis sanxerint, sed solos antistites. Unde nec inter fuisse illos synodis, exceptis conciliis universalibus, invenimus. Nec enim fas est seculares principes spectatores fieri rerum quæ sacerdotibus Dei nonnunquam eveniunt.

Can. 18. Ut in Ecclesiis antiqua conserventur privilegia.

Placuit huic sanctæ & magnæ synodo, ut res vel privilegia quæ Dei Ecclesiis ex longa consuetudine pertinent, & sive à divinæ recordationis Imperatoribus, sive ab aliis Dei cultoribus in scriptis donata, & ab eis per annos 30. possessa sunt, nequaquam à potestate præfatis quæcumque persona sæcularis per potestatem subtrahat, aut per argumenta quælibet auferat, sed sint omnia in potestate ac usu præfatis Ecclesiæ quæcumque intra triginta spacium annorum ab Ecclesiis possessa fuisse noscuntur. Qui contra fecerit ut sacrilegus judicetur, & donec talia privilegia seu res restituerit, anathema sit.

Can. 19. Ne Metropolitanus gravet subiectos Episcopos.

Definivit sancta hæc & universalis synodus, nullum Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum relinquere propriam Ecclesiam, & sub occasione quasi visitationis ad alias accedere, & consumere redditus qui apud illos inveniuntur, ad Ecclesiasticam dispositionem, & alimenta pauperum. Sed tantum si cõtingat aliquem per illas Ecclesias necessario iter agere, tunc non alia nisi ex his quæ ad præfens de compedio præparata inveniuntur, cum reverentia & cum timore Dei dignanter accipiat, & maturius propositum iter perambulet. Si enim unum quemque Episcoporum Ecclesiæ propriæ rebus cum multa parcitate uti, & nullatenus in proprias utilitates importune ac sine ratione consumere redditus Ecclesiasticos sacri canones decernunt, qua putas impietate judicabitur dignus qui

qui aliis Episcopis commissas Ecclesias gravare non formidat: qui contra fecerit, deponatur & sequestretur ut sacrilegus, & alter idololatra factus, juxta magnum Apostolum.

Can. 20.

Hoc canone sancitum est ut possessiones in emphyteosim datas ab Ecclesia non liceat emphyteotam spoliare pretextu non servati pacti. Verum si per tres annos continuos pensionem non solverit, liceat tunc Ecclesie vindicare suas possessiones, dummodo id fiat ordine judiciali coram competente judice. qui secus fecerit, cogetur ad restitutionem in integrum. quod si noluerit parere deponatur.

Can. 21. *Quanta reverentia agendum est erga Episcopum Romanum.*

Definimus neminem prorsus mundi potentium quenquam eorum qui patriarchalibus sedibus præsunt inhonorare, aut movere à proprio throno tentare, sed omni reverentia & honore dignos judicare, præcipue quidem sanctissimum Papam senioris Romæ: deinceps autem Constantinopoleos Patriarcham. Deinde vero Alexandriæ, ac Antiochiæ, atque Hierosolymorum. Sed nec aliam quenquam conscriptiones contra sanctissimum Papam senioris Romæ ac verba complicate vel componere liceat sub occasione quasi diffamatoriorum quorundam criminum, quod & nuper Photius fecit, & multo ante Dioscorus. Quisquis autem tale facinus contra sedem Petri Principis Apostolorum ausus fuerit intentare, æqualem & eandem quam illi condemnationem recipiat. Porro si synodus universalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de sancta Romanorum Ecclesia quavis ambiguitas & controversia, oportet venerabiliter & cum convenienti reverentia de proposita questione sciscitari, & solutionem accipere, aut profectum facere: non tamen audacter sententiam dicere contra summos senioris Romæ pontifices.

Can. 22. *Ne princeps secularis se immisceat promotioni Episcoporum.*

Sancta & universalis synodus definit neminem laicorum principum vel potentium semet inferere electioni vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitæ, aut cujlibet Episcopi, ne videlicet inordinata hinc & incongrua fiat conlu-

fio vel contentio: præsertim cum nullam in talibus potestatem quenquam potestativorum vel cæterorum laicorum habere conveniat, sed potius silere, ac attendere sibi utique regulariter à collegio Ecclesiæ suscipiat suam electionem futuri pontificis. Quisquis autem seculariam principum & potentum vel alterius dignitatis laicæ advenus communiem, ac consentaneam, atque canonicam electionem Ecclesiastici ordinis agere tentaverit, anathema sit.

Can. 23. Ne quid præsumat agere Episcopus in aliena Ecclesia.

Nullus Episcoporum possessionum aliarum Ecclesiarum, locacionem sibi fieri ab alio Episcopo rogare, audeat; nec ipse rogatus suæ Ecclesiæ possessiones alicui conferat, nec etiam constituat presbyteros aut quemlibet alium clericum in Ecclesiis quæ sibi subjectæ non sunt, præter voluntatem Episcopi.

Can. 24. Ne Metropolita exerceant ministeria Episcopalia per subiectos.

Divina scriptura dicente Maledictus homo qui facit opus Domini negligenter: quidam Metropolitanorum extrema negligentia & desidia delapsi, præceptionibus suis subiectos ad se adducunt Episcopos & committunt eis Ecclesiæ propriæ divina officia & litanias, & cuncta omnino facta quæ ad se pertinent mysteria, ut per illos celebrent omnia: quæ per semetipsos alacriter agere debuerunt; ac per id eos qui Episcopalem dignitatem meruerunt quodammodo clericos sibi subiectos exhibent. Vacant iidem præter Ecclesiasticas leges secularibus curis, atque dispositionibus, dimittentibus perleverate in orationibus & obsecrationibus pro suis delictis, ac populi ignorantis, quod nusquam apud aliquos penitus invenitur; cum sit canonicis nimirum contrarium omnino præceptis. Hæc autem omnia magnis & multis ac vehementissimis damnationibus dignos huiusmodi statuta probantur enim tales per hæc quæ faciunt, etiam satanica prætantia & superbia languere. Quisquis ergo Metropolitanorum post hanc sanctæ ac universalis synodi definitionem eadem audacia vel superbia & contemptu abusus non per se cum timore & alacritate, seu conscientia bona debita ministeria in propria civitate, sed per subsaganeos Episcopos suos exercere tentaverit, penas exolvat

*Ecclesiastici
presules ab-
stineant à
curis secu-
laribus, &
vacant ora-
tioni & lo-
utioni.*

coram proprio Patriarcha, & aut corrigatur aut deponatur.

Can. 25. *Ut deponantur clerici qui defecerunt ad Photinum.*

Definimus, ut clerici rite prius ordinati à Methodio vel Ignatio, & resiliuerunt à consortio fidelium ut adhererent Photionis hæresi, & obdurati exemplo Pharaonis nolunt resipiscere, deponantur omnino, nec postea recipiantur in ordinem clericorum, uno semper exoli sint ut Esau. Nisi forte ad magnam penitentiam à misericordia Ecclesie admissi fuerint.

Can. 26. *De ordine appellationis.*

Ordo provocationis datur in hoc canone, ut qui se læsum arbitrat à proprio Episcopo, possit ad Metropolitanum appellare, qui datis dimissoriis ad se causam advocet. Liceat tamen Episcopis provocare ad Patriarcham, si crediderint se iniustitiam pati à Metropolitano, à quo litibus finis imponatur, ut nullatenus Metropolitani in Metropolitanam, aut Episcopus in Episcopum vicinum jus habeat.

Can. 17.

His canon decerni qualiter oporteat uti pallio, ut scilicet Episcopi non ultra statuta tempora & loca co utantur, ne siquam sit superbiæ aut arrogantie: Præterea monachi qui vita & doctrina ut Episcopi creentur meruerint, non tantum habens vestis que rationem ob novam dignitatem: non minus enim hoc arrogans esset, quam pallio inepte uti. Quisquis ergo Episcopus præter definita sibi, tempora se pallio induerit, aut monasticam vestem deposuerit, aut corrigatur, aut à Patriarcha proprio deponatur.

Postremo iussa vicariorum senioris Romæ prolatus est & lectus terminus, ut illi vocant, in quo admodum Epilogi continentur omnia acta sunt in hac sancta synodo. Primo ibi paucis explicantur mysteria sanctæ Trinitatis, & Dominicæ Incarnationis. Mox explicatur ratio septem synodorum generalium & probantur à tota synodo presentium. Deinde explicatur etiam intentio hujus octavæ synodi, & quæ acta sunt pro Ignatio Patriarcha contra Photinum: & ultima Episcoporum univertorum acclamatione recepta sunt & probata, subscribentibus universis: Primo vicariis

senioris Romæ. Secundo Ignatio Patriarcha Constantinop.
Tertio vicarius Ecclesiarum Orientis. Quarto Imperatori-
bus Basilio, Const. & Leone qui noluerunt ante vicario
subscribere. Postremo reliquis Episcopis. Et absoluta est
octava synodus generalis.

Extat allocutio quædam Basilij Imperatoris ad totam sy-
nodum, in qua post alia amica & gratulatoria verba sub-
jungit: Quisquis habet aliquid contra hanc sanctam &
universalem synodum, aut ejus canones, stet in medio, &
quæ sibi videntur dicat, sive sit de Ecclesiastico electo, sive
etiam laicus sit, aut ex his qui civilibus officiis mancipan-
tur. Quanquam non datum sit istis secundum canonicas di-
cendi quicquam penitus de Ecclesiasticis causis. Opus enim
hoc pontificum & sacerdotum est. Sed ex abundantia omne
eis iniquum obstruere volentes, licentiam præstamus omni-
bus, ut qui in mente habet quid ambiguum de his quæ de-
creta sunt in hac sancta synodo, hoc in medium exhibeat,
& suscipiat satisfactionis salubre remedium. Nam soluta
sancta & universali synodo qui apparuerit Ecclesiæ Dei con-
tradicens aut non communicans ei, quicumque ille sit, ve-
niam ab imperio nostro minime consequetur, sed iuste
condemnabitur, & à civitate nostra pelletur ut pestilens &
corruptor, & membrum putridum & inutile, & commune
corpus Ecclesiæ violans.

Explicit octava synodus universalis Constantin. celebrata.

In decreto Gratiani ascribuntur multa decreta huic octa-
væ synodo, quæ in exemplaribus Latinis non invenimus.
Unde vel falso illi ascribuntur vel Gratianus nactus fuit alia
exemplaria magis integra.

an. do. 877. Ioannes 9. Papa 109. sedit annos decem, dies duos sub
Ioan. 9. pon. Ludovico secundo Imperatore.

109. an. do. Martinus 2. Papa 110 malis artibus pontificatum adeptus
883. Mart. sedit annum unum, menses quinque sub Arnolpho Ger-
pont. 110. mano Cæsare sexto.

an. d. 888. Adrianus tertius Papa 111. sub Petro natione Romanus,
Adrian. 4. hic tanti animi fuit, ut initio sui pontificatus ad tenendam
pap. 111. populumque retulerit ne in creando pontifice Imperatoris
authoritas exspectaretur, utque libera essent & cleri & po-
puli suffragia, quod institutum à Nicolao primo tentatum
fortius quam incohatum fuerat, &c. Obiit anno primo
mense secundo sui pontificatus, sepeliturque in Basilica S.
Petri collachrymantibus omnibus tantum parentem tam ve-
pente sibi sublaturam esse.

CONCILIUM TRIBURIENSE

Provinciale, celebratum est sub Imperatore Arnolpho à viginti duobus Episcopis Germanorum, anno Domini. 895. ad reformationem morum & status non modo clericorum, sed etiam laicorum, à quo Gratianus transcripsit multa in volumine decretorum.

Quod excommunicati si post excommunicationem non se inclinaverint ad pœnitentiam, per principem paniti debent. *Can. 7.*

Ut Episcopus non deponatur nisi à duodecim Episcopis, presbyter à sex, diaconus à tribus. *Can. 10.*

Si quis clericus homicidium fecerit, etiam si nimium coactus, ab ordine cessare debet. *Can. 11.*

Ut præter Pascha & Pentecostem baptisma non celebretur, excepta necessitate peregritantiam. *Can. 12.*

Can. 13. Quibus de causis offerenda sint decima.

Decimæ offerendæ sunt à populo, ut hac ratione Deus placatus largius præstet quæ necessaria sunt, & ut ministri Ecclesiæ exinde revelari liberiores fiant ad spiritualis officij expletionem, & ut munus populi ex hinc in quotidiana oblatione Domino immoletur, necnon secundum statuta canonum in sustentationem pauperum & restorationem Ecclesiarum proficiant. Quatuor enim fieri partes juxta canones judicamus de decimis & oblationibus fidelium, ut una sit Episcopi, altera clericorum, tertia pauperum, quarta restorationi Ecclesiarum servetur, sicut in Epistola Gelasij Papæ ca. 27. legetur.

Can. 15. Vbi quis decimam solvit, ibi sepeliendus.

Ubiunque facultas rerum & opportunitas temporum suppetit, sepulturam morientium apud Ecclesiam ubi est Episc. sedes ordinamus celebrari quod si ex aliqua causa difficile æstimetur, ubi decimam persolvebat vivus, sepeliatur mortuus.

Can. 16. *Ne sepultura promortuis vendantur.*

*Elemosyna
profunt de-
functis.*

Interdictum sit omnib. Christianis terram mortuis vende-
re, & debitam sepulturam denegare, nisi forte proximi
& amici defuncti propter nomen Domini, & redemptionem
animæ viri gratis aliquid donare velint.

Can. 17. *Vbi sepeliendi sint laici.*

Nullus laicus in Ecclesia sepeliatur, nisi in cōmuni cōme-
terio: corpora tamen antiquitus in Ecclesia sepulta nequa-
quam proficiantur: sed pavimento de super facto nullo tu-
mutorum vestigio apparente Ecclesiæ reverentia cōservetur.

Can. 18. *De vasculis in quibus mysteria sacra confi-
ciuntur.*

*Vasa in qui-
bus, &c.*

Vasa in quibus sacrosancta conficiuntur mysteria calices
sunt & patenæ, de quibus Bonifacius martyr Episcopus
interrogatus si liceret in vasculis ligneis sacramenta confi-
cere, respondit. Quondam sacerdotes autem ligneis calicibus
utebantur: nunc è contra lignei sacerdotes autem utuntur
caliceibus. Zephyrinus 14. Roman. Episcopus patenis vitreis
Missas celebrari constituit. Nos statuimus ut deinceps nul-
lus sacerdos sacrum mysterium corporis & sanguinis Domi-
ni in ligneis vasculis ullo modo conficere præsumat.

Can. 19. *Ne vinum sine aqua in calice offeratur.*

*Est Can. 4.
secunda syno-
di.*

Non debet in calice Domini aut vinum solum aut aqua
sola offerri, sed utrumque permixtum, quia utrumque ex
lacere ejus profluxit: sed sic ut duæ partes sint vini, tertia
vero aquæ, quia major est majestas sanguinis Domini,
quam fragilitas populi, qui per aquam designatur, juxta il-
lud, populi multi, aquæ multæ.

Can. 20. *De rasura clericorum.*

*Num. 18.
Deut. 8.*

Clerici in hoc raduntur ut sollicitudinem coronæ Domini
in capitis suis gerant, quos & servos suos dici & esse vo-
luit, sortemque istorum se constituit, sicut de eis scriptum
est: Ego hereditas eorum, quos qui percusserit, aut inju-
ria aliqua affecerit, graviter puniri debet.

*2. q. 4. Si
quis pres-
byr.*

Can. 21. *Vt presbyteri jurare non cogantur.*

Presbyter in judicio ad jurandum cogi non debet, sed

vice sacramenti per sanctam consecrationem interrogatur: *Matth. 5.*
quia sacerdotes ex levi causa jurare non debent, cum Do-
minus in Evangelio discipulis suis dicat. Nolite jurare om-
ni re, &c. quod autem his abundantius est, à malo, idest Non
dixit. Quod amplius est, malum est, sed à malo, idest à malo
homine, de ejus incredulitate, cogitur jurare.

Qui infamia laborat, permittitur, ut per ignem candenti *Can. 22.*
ferro se purget. Colligitur ex hoc non esse natura sua ma-
lum. Sunt tamen hæc jam abrogata.

Can. 27. De his qui in clero jam deputati sunt.

Semel in clero deputati, nec ad militiam nec ad aliquam
veniant dignitatem mundanam ut in synodo Chalcedonen.
statutum est, c. 7. ne tales sint, sicut S. Isidorus dixit esse, si-
miles hippocentauris, qui nec equi, nec homines, sed quasi
bruta animalia libertate ac desiderio suo feruntur.

Can. 31. De furibus & latronibus.

Si inventus fuerit quis furtum aut rapinam exetece, & in
ipso diabolico actu mortem meretur incurrere, nullus pro
eo præsumat orare aut elemosynam dare, & elemosynã
pro eo data in memoriam nec clericorum, nec pauperum
veniat, sed execrabilis sordescat.

Annotatio.

Dura admodum est hæc sanctio; nec probabiliter præsu-
matur, cum in mortali peccato decessisse, de talibus ait S.
Augustinus: *Nemo te post mortem tuam fideliter redimit*

*Dura ad-
modum.*

Can. 35. Placita in diebus festis iudices non habeant.

sanctio.

Ut nullus iudex diebus festis vel dominicis seu jejuniorum
aut quadragesimæ placitum habere præsumat. Et ut nullus
peccans, eo veniat, in hoc sancto statuimus concilio, quia *Quid in je-
junio est
agendum.*
inde irascitur Deus, cum quando suo sancto servitio debet
populus desudare, inveniantur lites & contentiones frequen-
tate. Diebus vero dominicis & sanctorum festis, vigiliis &
orationibus insistendum, & ad Missas cuilibet Christiano
cum oblationibus est currendum, & tantum Deo vacandum.
Diebus quadragesimæ & jejuniorum summa devotione
jejunandum, & omni devotione est orandum, atque ad
unoquoque pro facultatibus suis elemosynæ tribuendæ, &
nullæ lites vel contentiones habendæ. Arguit enim Domi-

Dominus per prophetam, eos qui contentiones & lites tempore jejuniorum exercent.

Can. 39. De matrimonio inter alienigenas.

Si quis alienigenam, hoc est alienæ gentis, non tamen religionis, feminam in matrimonium duxerit, vel ita tenenda est, nec ultra ab eo separanda, excepta fornicationis causa, sicut synodus Romana ait, quod non dimittenda sit uxor post baptismum, quæ habita est & ante baptismum. In baptismo solvantur crimina, non tamen legitima conjugia.

Can. 40. Prohibetur matrimonium inter adulteros.

Extra de eo qui du. in ma. & c. cum haberet.

Qui uxorem alterius eo vivente constupravit, & insuper juramento confirmavit, si ambo ejus legitimum supervivissent maritum, ut ille fornicator illam adulteram adulterio pollutam sibi associaret legitimo conjugio: Nos tale conjugium anathematizamus, & Christianis omnibus observamus, quia non oportet Christianæ religioni ut ullus ea utatur in matrimonio cum qua prius pollutus est adulterio. Idem sine ulla limitatione prohibetur infra c. 51.

Can. 45. De illo qui cum duabus sororibus fuerit pollutus.

Qui cum duabus sororibus fuerit pollutus usque ad exitum vitæ poenitentis & continens permaneant, & soror quæ posterior scienter se cum eodem contumaculaverit, usque ad finem vitæ poenitens & continens perdat.

Can. 46. De confugiente ad Episcopum, ne ob adulterium à marito interficiatur.

Si cujus uxor constuprata fuerit, & propterea maritus capitali sententia delere illam machinaverit, ipsa vero urgentis mortis periculo ad Episcopos confugerit, & auxilium quaesierit, operosiore, si potest Episcopus, labore desudet ne occidatur, si vitam ei obtinere possit, reddat; sin autem omnino non reddat. Maritus vero quandiu ipsa vivat, nullo modo alteram ducat.

Can. 47. Statuitur pœna pro homicidio voluntario.

Qui voluntarie homicidium fecerit, quod in Ancyrano conc. c. 22. legitur, observet, quia instituta canonica

S. Patrum decreta nostro & omnium orthodoxorum iudicio inviolabilem habent firmitatem. Nobis tamen, quia pastores ovium Christi sumus pro moderni temporis qualitate, & hominum fragilitate, bonum & utile videtur, ut autoritate synodali modum castigationis imponamus ne prolixum tempus penitentiae generet fastidium negligentibus. Igitur si qui sponte homicidium fecerit 40. diebus ab ingressu Ecclesiae arceatur, & nihil manducet in illis 40. diebus praeter solum panem, & salem, nec bibat nisi puram aquam, nudis pedibus incedat, lineis non induatur vestibus nisi tantum femoralibus, secularia arma non portet, nullo vehiculo utatur, &c. Post illos 40. dies unum annum integrum ab introitu Ecclesiae suspendatur, & abstineat se à carne & casco & vind. Secundum vero & tertium annum, simili modo poeniteat: 4. autem annum & 5. 6. & 7. isto modo observet. Jejunet autem his singularis tres quadragesimas. Unam ante pascha Domini à casco & pinguibus piscibus, à vino & medone. Alteram ante nativitatem S. Ioan. Baptistae. Tertiam ante nativitatem Domini salvatoris jejunet, & abstineat se à carne & caeteris rebus praedictis. His septem annis rite expletis reconcilietur, & more poenitentium sacris altaribus & sanctae communioni restituatur, atque perfectionem consequatur, id est communionis Christi gratiam.

Unanimes subscripserunt 22. Episcopi praesidente & adjurante pio principe Arnolpho.

Reliqua capitula requirat Lector in volumine magno Conciliorum, quae susceperimus, ne alias dicta repeteremus.

Stephanus 5. Papa 112. sub Petro sedit annos 7.

Formosus 5. Papa 113. sedit annos 6. Iterum tum ingens dissidium fuit Romae de electione.

Bonifacius 6. Papa 114. sedit dies 26. De tempore quo sedit in sede Petri, magna controversia est inter scriptores.

Steph. 6. Pap. 15. sedit ann. 1. Hic magno odio persecutus est Formosi nomen, cujus & ordinationes omnes rescidit & damnavit. Iam enim tunc coeperat pontificum & virtus & integritas deficere.

Romanus 1. Papa 116. sedit menses 3. in quibus universa acta Stephani improbat & abrogat.

Theodorus, Papa 117. sedit dies 20.

Ioannes 3. Papa 118. sedit annos 2.

Benedictus 4. sedit annos 4.

Leo 5. Papa 120. sedit dies 40. quam Christophorus fa-

a. d. 390.

Steph. 5.

pont. 112.

a. d. 869.

Formosus 5.

pont. 123.

a. d. 901.

Bonif. 6.

pont. 114.

a. d. 901.

Steph. 9.

pont. 115.

a. d. 901.

Roma 2.

pont. 116.

a. d. 904.

Bened. 4.

pont. 119.

miliatis illius honore pontificatus spoliavit, cupidine quadam dominandi.

a. d. 907.

Christop.

1. pont. 121.

Serg. 3.

pont. 122.

Christop. 1. Papa 121. pontificatum malis artibus adeptum, male amisit, septimo mense dignitate ejectus monasticam vitam obire cogitur.

Sergius 3. Papa 122. sedit annos 7. Hic Christophorum à Monasterio tractum in vincula coniecit, & Formosi nomen subinde prosequitur, cujus corpus humatum truncari capite iussit: res plena horroris, ut videas quantum degenerabant pontifices à maioribus suis, ne cui mirum sit interim si qui abusus & perversæ opinioniones in Ecclesiam irreperunt.

a. d. 907.

Anast. 3.

Pap. 123.

a. d. 914.

Landus 1.

pont. 124.

Ioan. 11.

pont. 125.

Anastafius 3. Papa 123. sedit annos 2.

Landus 1. Papa 124. sedit menses 6.

Ioannes 11. Papa 125. sedit annos 13.

Leo 6. Papa 126. sedit menses 7. sub Henrico Germano, Cæsare 9.

Stephanus 7. Papa 127. sedit annos 2.

Ioannes 12. Papa 128. sedit annos 4.

Leo 7. Papa 129. sedit ann. 3. sub eodem Henrico Cæsare

Stephanus 8. Papa 130. sedit annos 3. menses 6. dies 20

Electus fuit sub Othone primo, Germano Cæsare decimo

Martinus 3. Papa 131. sedit annos 3.

Agap. 2.

pont. 132.

Agapetus 2. Papa 132. sedit annos 9. sub eodem Cæsare.

Ioannes 13. Papa 133. potentia patris fretus pontificium munus sibi delumit. Vir qui venationibus magis quam orationibus vacabat, & multa alia auditu indigna de eo dicuntur. Sedit annos 8. Is Othonem Cæsarea corona exornavit.

Bened. 5.

pon. 134.

Benedictus 5. Papa 134. sedit menses 6. Hunc ejecit Otho Imperator à sede sua, & compulsi clerum ut susciperet Leonem illius loco.

Leo 8.

pont. 135.

Leo 8. Papa 135. sedit annum 1.

Ioannes 14. Papa 136. sedit annos 6. Ab hoc Otho 2. corona imperij donatus est.

Bened. 6.

pont. 137.

Benedictus 6. Papa 137. sedit annum unum. Hic à Cynthio Romano civè captus, & in arce (quam sancti Angeli vocant) includitur, & eodem loco non multo post fame moritur sub Othone 2. Cæsare.

Donus 2.

pont. 138.

Donus secundus Papa 138. sedit annum unum sub eodem Cæsare.

Bonifacius 7. Papa 139. sedit menses septem, malis arti-

bus pontificatum adeptum, male amisit sub eodem Cæsare.

Benedictus 8. Papa 140. sedit annos octo sub eodem Cæsare.

Ioannes 15. Papa 141. sedit menses quatuor. Hic mense 3. sui pontificatus à Romanis, capitur, & in mole Adriani. *Ioan. 15. pont. 141.* inclusus pædore carceris & inedia moritur sub Othone 3. Germano Cæsare 141.

Ioannes 16. Papa 142. sedit menses 8. nihil commo- *Ioan. 16. pont. 142.* ratione dignum gessit hoc tempore, sub eodem Cæsare.

Ioannes 17. Papa 143. sedit annos decem menses 6. dies 10. sub eodem Cæsare.

Gregorius 5. Papa 144. sedit annos duos, menses quin- *Greg. 5. pont. 144.* que. Hic seditione quadam eiectus est à pontificatu, sed undecimo mense præsidio Imperatoris Othonis restitutus est.

Ioannes 18. hic fuit qui vivente Gregotio sedenti per tyrannidem occupavit. Moritur autem & cum ignominia decimo mense usurpati pontificatus sub eodem Cæsare. Annumeratur Papa 145.

Sylvester 2. Papa 146. malis artibus pontificatum ade- *Sylv. 2. pont. 146.* ptus, anno 4. moritur sub eodem Cæsare. Is magnus fuisse fertur.

Ioannes 19. Papa 147. sedit menses 4. dies 10. electus sub Henrico 2. Germano Cæsare 13.

Ioannes 20. Papa 148. sedit annos 4. menses 4. sub eodem Cæsare, ad otium conversus, nihil dignum memoria gessit.

Sexgus 4. Papa 149. sanctissimus pater Ecclesiæ, anno 1. *Serg. 4. pont. 149.* sui pontificatus moritur sub eodem Cæsare.

Benedictus 8. Papa 150. sedit annos 11. sub eodem Cæsare.

Ioannes 21. Papa 151. sedit annos undecim sub eodem Cæsare.

Benedictus 9. Papa 152. sedit annos 11. electus sub Cor- *Bened. 9. pont. 152.* rado 2. Germano Cæsare 14. Hunc propter ignaviam eiecerunt Romani à sede & in ejus locum successerunt Joannem Sabinum Episcopum, Sylvestrum tertium appellantes: sed post novem & quadragesima dies pullo adulterino pontifice Benedictus restituitur.

- Sylvest. 3.* Sylvester tertius annumeratur papa 153. qui tamen, ut diximus, non fuit vere papa, sed seditione populi inerusus.
- pont. 135.*
- Greg. 9.* Gregorius 6. papa 154. sedit annos 2. vivente adhuc Benedicto, à quo pontificatum, ut quidam volunt, accepit, quamvis alij aliud dicunt.
- pont. 154.*
- Clem 2.* Clemens 2. papa 155. in synodo pontifex creatur, impetrante & cogente Henrico 3. sed abeunte Imperat. Romani veneno pontificem è medio sustulere pontificatus sui mense nono.
- pont. 155.*
- Damas. 3.* Damasus 3. papa 156. per vim pontificatum occupat, nullo cleri populique consensu. Adeo inoleverat his mos, ut cuique ambitioso liceret Petri sedem invadere. Sed non diu tulit Deus hanc tyrannidem, nam 23. die usurpati pontificatus moritur, quare merito à nonnullis non recensetur inter pontifices.
- pont. 156.*
- an. d. 1046.* Leo 6. papa 157. anno Domini 1046. pontificatum optima ratione obtinuit, non assumens sibi honorem, sed à Deo vocatus velut alter Aaron, sic optimè functus est officio suo. Sedit annos quinque, menses duos & dies sex, sub Henrico 3. qui niger dictus est. Sub hoc tempus fuit Berengarius auctor erroris de sacramento eorum Dominicæ ejus error à Leone in concilio Vercellensi damnatus est.
- Leo 6.*
- pont. 157.*
- Victor. 2.* Victor 2. papa 158. hic magnam synodum Florentiæ habuit, in qua multos Episcopos tum symoniæ, tum fornicationis causa Episcopatu privavit, clerumque admonuit quid maxime ad se pertineret, proposita poena his qui leges transgrederebantur. Moritur anno 2. mense 3. die 14.
- pont. 158.*
- Steph. 9.* Stephanus 9. papa 159. sedit menses septem, dies octo.
- pont. 159.*
- Bened. 10.* Benedictus 10. papa 160. sedit menses 9. dies 20. ejectus est è sede, suborta Romæ contentione quadam super electione sua, subrogatus est ejus loco Gerardus quidam Episcopus Florentinus.
- pont. 160.*
- Nicol. 2. pon.* Nicolaus 2. papa 161. qui pro Benedicto successus est. Hic apud Lateranum habito concilio sacerdotali legem tulit quæ sic habet.
- 161. 1057.*
- pont. insti-* Si quis pecunia aut gratia humana, aut populari milita-
- tuisse dici-* tive tumultu sive concordia & canonica electione Cardina-
- in posterum* lium fuerit in throno Petri collocatus, is non Apostolicus,
- penes card.* sed apostaticus, id est à ratione deficiens merito vocetur.
- nales tan-* L. catque Cardinalibus, clericis & laicis Deum colentibus
- sum fore.* illum ut prædonem anathematizate, & quovis humano auxilio à sede Apostolica propellere, atque quovis in loco s

in urbe non liceat catholicos hujusce rei causa, congregare.

In eodem concilio ferunt revocatum ab errore suo Berengarium diaconum Andegavensis Ecclesie, qui arbitrabatur in sacramento Eucharistie non esse verum Christi corpus integrumque sanguinem, nisi ut in signo & figura: quem errorem instante & urgente Nicolao, publice confessus est. Tertio pontificatus sui anno moritur sub Henrico 3. Germano Cæsare 15.

Alexander secundus Papa 162. sedit annos undecim, menses sex sub eodem Cæsare. *Alex. 2. pont. 162.*

Gregorius 7. Papa 163. omnium bonorum consensu Pontifex creatur annos salutaris 1072. Habes formam electionis sue, & alia annotatione digna in Platina, ex quibus unum est, quod Henricum quartum Imperatorem, qui quia multis malis & injuriis affecerat Ecclesiam, Romanam, ipsum privatam prius omni regia administratione anathemate notavit, nec fuit absolutus, donec deposito regali ornamento, nudis pedibus quamvis aspera esset hyems, & gelu cuncta rigescerent, venit ad ipsum pontificem, & veniam petens absolvitur, & Ecclesie reconciliatur, pace iurejurando confirmata, integra obedientia promissa: sedit annos 12. mensem unum.

Victor tertius, Papa 164. ex abbate montis Cassini pontifex creatur, qui (ut aliqui ferunt) opera Henrici veneno in calicem injecto, dum sacrificat, necatur anno primo sui pontificatus sub Henrico 4. Cæsare Germano 16. *Vict. 3. pont. 164.*

Urbanus secundus, Papa 165. Hic Archiepiscopo Tolatano pallium & privilegia multa concessit, eundemque totius Hispanie primum instituit, & regem Galicia cum omni diocesi sancti Jacobi anathematis vinculo illigavit quia provincie Episcopum in carcerem inaudita causa conjecerat. Cisterciensium ordinem primo in Burgundia excitatum, sua auctoritate confirmavit. Sunt etiam qui scribant Cathusianos Monachos ejus pontificis tempore originem habuisse, quamvis alij temporibus Victoris tertij hoc adserbant. Sedit annos 12. sub eodem Cæsare. *Urb. 2. pont. 165. 1086.*

Paschalis secundus, Papa 166. Hunc totus clerus nolentem & laitantem Pontificem creat, quod diceret humeros suos nequaquam tanto oneri suffecturos. Sub hoc floruit Anselmus vir æque sanctus & doctus, & divus Bernardus vitz Monasticæ facile princeps, Abbas Claravallentis. Sedit autem Paschalis annos decem & octo, menses sex, *Pasch. 2. pont. 166.*

electus sub eodem Cæsare.

*Gelaf. 2.
pont. 167.*

Gelafius secundus, Papa 167. Hujus temporibus scribunt quidam habuisse originem Templarios milites, qui non longe à sepulchro Domini habitantes, peregrinos suscipiebant, eosque per loca facta armati ducebant, ac reducebant: quos eis sine periculo invisere loca facta liceret. Sedit annum unum.

*Calixt. 2.
pont. 168.*

Calixtus secundus, Papa 168. electus est in Cluniacensi cenobio, in quo loco obierat Gelafius. Verum is non prius pontificium habitum sibi desumpsit, quam intellexit se ab his quoque Cardinalibus, confirmari, quæ Romæ & in Italia remanserant. Anno 5. mensis 10. sui pontificatus moritur in Domino, electus sub Henrico 5. Germano Cæsare.

*Honor. 2.
pont. 169.*

Honorius 2. Papa 169. familiaritate præclatorum virorum mirifice delectatus est, quos & Romæ retinebat. Sub hoc floruit Hugo de sancto Victore qui scribendo sui ingenij præclaræ monumenta reliquit. Hujus tempore Arnulphus Christianæ religionis prædicator egregius clericorum insidiis necatur, quod acerbè nimiam in eorum lasciviam & libidinem inveheretur, quodque eorum pompam & in comparandis divitiis nimium studium improbare, pauper-tatem Christi & integerrimam vitam ad imitationem omnibus proponens. Moritur anno quinto sui pontificatus, & mense secundo sub eodem Cæsare.

*Inn. 2.
pont. 170.*

Innocentius 2. Papa 170. Contra hunc Petrus Romanus civis Rom. Antipapa (eo absente) creatur, Anacletusque vocatur: quem post dies aliquot Lotharius Germanorum rex Rom. expulit, & Innocentium restituit, sedit annos 14. menses 7. sub eodem Cæsare.

*Cælest. 2.
pont. 171.
Lucius 2.
pont. 172.*

Cælestinus 2. Papa 171. sedit menses 5. electus sub Cotrado Suevo Germano Cæsare 19.

Lucius 2. Papa 172. Hujus consensu in Galia: synodus Episcoporum & Abbatum facta est contra Biliardum philosophum peripateticum qui præsentè Ludovico rege, rationibus victus, non modo sententiam mutavit, sed monasticam vitam & religionem professus est. Sedit menses 7. dies quatuor sub eodem Cæsare.

*Eugen. 3.
pont. 173.*

Eugenius 3. Papa 173. antea sancti Anastasij Abbas, quem sanctus Bernardus monachum induerat, ad quem sedentem in cathedra Petri scripsit libros de consideratione, sua religione & eruditione refertissimos. Sedit annos 8.

mensis 4. dies 20. sub eodem Cæsare.

Anastasius 4. Papa 174. sedit annum unum, menses 4. sub *Anast. 4.*
eodem Cæsare. Tunc doctrina & vita florebat Richardus de *pon. 174.*
sancto Victore, cujus scripta nunc extant integra.

Adrianus 4. Papa 175. sedit annos 4. menses 10. sub eodem *Adr. 4. pon.*
Cæsare. *175. 176.*

Alexander 3. Papa 176. sub eodem Cæsare. Contra hunc *Alex. 3.*
electus est per tres Cardinales Octavianus Romanus civis. *pon. 176.*
Victor appellatus & fuit schisma in Ecclesia fere per 20. *Hic Senatus*
annos Alexander vero post longos & assiduos labores, cum *Veneti opera*
jam quieturus à tyrannicis perturbationibus videretur, pon- *contra vim*
tificatus sui anno 27. Romæ moritur, sublatis prius è medio *Impera. est*
quatuor schismaticis pontificibus, quorum seditionibus Ec- *in sede repo-*
clesia Romana fere subversa est. Sub hoc pontifice beatus *situs.*
Thomas Cantuariensis Archiepiscopus martyrj mercedem
assecurus est.

Lucius 3. Papa 177. Hic ab urbe dejectus, eo quod con- *Lucius 3.*
sulum nomen abolere adnitebatur, pontificatus sui anno 4. *pon. 177.*
mense 2. die 18. moritur Veronæ sub Friderico 1. Germano
Cæsare 20. Scribunt aliqui Petrum Comestorem, qui hi-
storiam utriusque testamenti conscripsit, in precio tunc
fuisse.

Urbanus 3. Papa 178. Hoc administrante sacerdotium oc- *Urba. 3.*
cupata est ab infidelibus Hierosolyma civitas sancta. Urban- *pon. 178.*
us proficiscens Venetias comparandæ classis gratia, dolo-
re animi quem ex calamitate Christianorum acceperat, Fer-
ratiz moritur pontificatus sui anno 1. mense 10. die 25. sub
eodem Cæsare.

Gregorius 8. Papa 179. tractat de recuperanda Hierosoly- *Greg. 8.*
ma, sed dum hæc agit, Pisis moritur pontificatus sui die *pon. 179.*
quinquagesimo septimo, sub eodem Cæsare.

Clemens 3. Papa 180. sedit annos tres menses quinque, *Clem. 3.*
sub eodem Cæsare. *pon. 180.*

Cælestinus 3. Papa 181. Hic Constantiniam monacham re- *Cælest. 3.*
ge Rogerio natam occulte è monasterio Pantomitano edu- *pon. 181.*
xit, & Henrico sexto dispensatione Apostolica in matrimo-
nium collocavit. Vir sanctissimus nihil in vita prætermisit,
quo terra sancta recuperaretur. Sedit annos sex, menses 7.
dies 11, electus sub Friderico primo.

Innocentius 3. Papa 182. vitæ ante pontificatum doctrina *Innoc. 3.*
& moribus insignis à Cælestino in numerum Cardina. re- *pon. 182.*
fettur, quo mortuo, omnium consensu in ejus loco pos-

tifex sufficitur, sub Henrico 6. Germano Cæsare 11. Hujus temporibus oborta apud Tolosam hæresis est quam, eodem procurante, beatus Dominicus, à quo ordo fratrum Prædicatorum fuit institutus, mira celeritate compefcuit.

CONCILIUM LATERANENSE

Concilium Lateranum maximum sub Innocentio tertio celebratum, anno salutis 1215. cui interfuit Hierosolymitanus & Constantinopolitanus Patriarcha, Metropolitani 70. Episcopi, 400. Abbates, 12. Priores conventuales, 800. Græci & Romani Imperij Legati, regum vero Hierusalem, Franciæ, Hispaniæ, & Angliæ & Cypri oratores. Papa moritur Perusij pontificatus sui anno 18. mense 7. die 6. Adjuvarunt hujus pontificis virtutem & doctrinam beati Dominici & beati Francisci Assinatis sanctitas, è quibus Prædicatorum & Minorum ordo ortum habuit.

ACTA CONCILII LATERAN. per Titulos distributa.

Can. 1. *De fide Catholica.*

In capitulo primo sunt articuli sequentes, qui ad fidem pertinent.

Unus est Deus indivisus in essentia & discretus in personis, creator omnium, &c. Is ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, corporalem & spiritualem, angelicam scilicet & mundanam. Deinde humanam quasi communem ex spiritu & corpore constitutam.

Diabolus à Deo quidem natura creatus est bonus, sed ipse per se factus est malus: homo vero diaboli suggestionem peccavit, &c.

Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam individua, & secundum personales proprietates est discreta, &c.

Unigenitus

Unigenitus Dei Filius à tota Trinitate communiter est incarnatus, ex Maria virgine Spiritu sancti cooperatione conceptus.

Omnes mortales cum suis propriis corporibus resurgent quæ nunc gestant, ut recipiant secundum merita sua sive bona fuerint, sive mala, mali cum diabolo poenam perpetuam, boni cum Christo gloriam sempiternam.

Una est fidelium universalis Ecclesia, extra quam nullus salvatur, &c.

De sacramento altaris.

Verum Christi corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem potestate divina, &c.

Hoc sacramentum nemo potest conficere, nisi sacerdos fuerit rite ordinatus secundum claves Ecclesie, quas ipse concessit apostolis & eorum successoribus Iesus Christus.

Sacramentum baptismi, quod cum invocatione Trinitatis consecratur in aqua, tam parvulis quam adultis in forma Ecclesie à quocunque rite collatum fuerit, proficit ad salutem, &c. Si tamen post susceptionem baptismi contingat prolabi in peccatum, per veram poenitentiam semper potest recuperari, &c.

Non solum virgines & continentes, verum etiam conjugati per fidem rectam & operationem bonam ad æternam mereantur beatitudinem pervenire, &c.

De summa trinit. & s. c. 2.

Can. 2. De errore abbatis Ioachimi.

Damnamus ergo & reprobamus libellum sive tractatum quem abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardum de unitate seu essentia Trinitatis, appellans hæreticum & insanum, pro eo quod in suis dixit sententiis quomodo quedam summa res est pater & filius & Spiritus sanctus, & illa non est generans, neque genita, nec procedens. Unde asserit quod ille non tam Trinitatem, quam quaternitatem asseribat in Deo, videlicet tres personas, & illam communem essentiam quasi quartam, manifeste protestans quod nulla res est quæ sit pater & filius & Spiritus sanctus (Hic deest aliquid) sunt una essentia, una substantia usaque natura, verum unitatem huiusmodi non veram & propriam, sed quasi collectivam, & similitudinariam esse fatetur, quemadmodum dicuntur multi homines unus populus, & multi fideles una Ecclesia, juxta

- Act. 4.* illud. Multitudinis credentium erat cor unum & anima una,
1. Cor. 6. Et qui adhæret Deo unus spiritus. Item, Qui plantat & qui
3. & 12. rigat, unum sunt, omnes unum corpus sumus in Christo.
3. Re. 12. Rufus in libro Regum, Populus meus & populus tuus unum
 sunt. Ad hanc autem suam sententiam astruendam illud
 potissimum verbum inducit quod Iesus Christus de fidelibus
 inquit in Evangelio: Volo pater, ut sint unum in nobis,
Ioan. 17. sicut & nos unum sumus, ut sint consummati in unum. Non
 enim ait, ut fideles Christi sint unum, i. una quædam res
 quæ communis sit omnibus, sed tantum sint unum, i. una
 Ecclesia propter catholicæ fidei unitatem, & tandem unum
 regnum propter unionem indissolubilis charitatis quemad-
1. Ioan. 5. modum in canonica Ioannis Epist. legitur. Quia tres sunt
 qui testimonium dant in cælo, Pater, & Verbum & Spiritus
 sanctus, & hi tres unum sunt, statimque subjungit: Et
 tres sunt qui testimonium dant in terra spiritus, aqua, & san-
 guis, & hi tres unum sunt, sicut in codicibus quibusdam
 invenitur. Nos autem, sacro & universalis concilio appro-
 bante, credimus & confitemur cum Petro, quod una quæ-
 dam res est incomprehensibilis quidem & inestimabilis,
 quæ veraciter est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, tres
 simul personæ, ac singulatim quælibet earundem: & ideo
 in Deo Trinitas est solummodo non quaternitas, quia quæ-
 libet trium personarum est illa res, videlicet substantia, es-
 sentia, sive natura divina, quæ sola est universorum princi-
 pium, præter quam aliud inveniri non potest: & illa res non
 est generans, neque genita, nec procedens, sed est pater qui
 generat, filius qui generatur, & spiritus sanctus qui procedit,
 ut distinctiones sint in personis & unitas in natura. Licet
 igitur alius sit pater, alius filius, alius spiritus sanctus, non
 tamen alius, sed id quidem pater est, & filius, & spiritus
 sanctus, i. omnino ut secundum orthodoxam & catholi-
Ioan. 10. cam fidem consubstantiales esse credantur. Pater enim ab
 æterno filium generando, suam substantiam ei dedisse, juxta
 quod ipse testatur: Pater quod dedit mihi, majus est omni-
 bus. At dici non potest quod partem suæ substantiæ illi de-
 derit: & partem retinuerit ipsi sibi, eum substantia patris
 indivisibilis sit utpote simplex sempiternus. Sed nec dici po-
 test, quod pater in filium transtulit suam substantiam ge-
 nerando, quasi sic dederit eam filio: quod non retinuerit
 ipsam sibi: alioquin deseruisset esse substantia. Pater ergo
 quod sine ulla diminutione filius nascendo substantiam

patris accepit, & ita pater & filius habent eandem substantiam, & sic eadem res est pater & filius & spiritus sanctus ab utroque procedens. Cum ego veritas pro fidelibus suis ad patrem orat, Volo, inquit, ut ipsi sint unum in nobis, sicut & nos unam sumus: hoc nomen, unum, pro fidelibus quidem accipitur ut intelligatur unio charitatis in gratia: pro personis vero divinis, ut attendatur identitatis in natura unitas quemadmodum veritas alibi ait: Estote perfecti sicut & pater vester caelestis perfectus est, perfectione naturae, utrumque videlicet suo modo quia inter creatorem & creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos major sit dissimilitudo notanda. Si quis igitur sententiam sive doctrinam praefati Ioachim in hac parte defendere, vel approbare praesumpserit, tanquam haereticus ab omnibus confutetur. In nullo tamen per hoc florenti monasterio, cuius ipse Ioachim exitit institutor, volumus derogari, quoniam regularis institutio est & observantia salutaris, maxime cum idem Ioachim omnia scripta sua nobis assignari iuraverit, apostolicæ sedis iudicio approbanda, seu etiam corrigenda, dictans Epistolam cui propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia quæ cunctorum fidelium disponente Domino mater est & magistra. Reprobatus etiam & damnatus perverissimum dogma impij Almarici, cujus mentem sic pater mendacij excceavit, ut ejus doctrina non tam haeretica censenda sit quam insana.

Aliter sunt unum fideles Christi, aliter tres persona di vina. Mark. 7. Non ipse Ioachim sed eius liber damnatur.

Annotatio.

Almaricus in Generali Concilio Lateranensi ea potissimum de causa celebrato, haereticos damnatus, & anathemati subiectus, postea iussu Philippi Gallorum Regis exhumatus crustusque est.

Can. 3. De haeticis.

Excommunicamus & anathematizamus omnem haeresim extollentem se adversus hanc sanctam orthodoxam & catholicam fidem, quam superius exposuimus, condemnantes universos haereticos, quibuscunque nominibus censeantur: facies quidem habentes diversas, sed caudas adinvicem colligatas, quia de vanitate conveniunt in idipsum.

Punitio Damnati verò secularibus potestatibus præsentibus aut
hæretic. eorum balivis relinquuntur animadversione debita punien-
secularib. di, clericis prius à suis ordinibus degradatis: ita quod bo-
potestatib. na hujusmodi damnatorum, si laici fuerint, confiscantur:
commis- si verò clerici, applicentur Ecclesiis à quibus stipendia per-
renda ceperunt.

Contra Qui autem inventi fuerint sola suspitione notabiles nisi
suspectos juxta considerationes suspitionis, qualitatemque personæ
de hæress. propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint,
 anathematis gladio feriantur, & ulque ad satisfactionem
 condignam ab omnibus evitentur, ita quod si per annum
 in excommunicatione persistierint, ex tunc velut hæretici
 condemnentur.

*Quod juramentum debeant præstare seculares
 potestates.*

Moneantur autem & inducantur, & si necesse fuerit, per
 censuram Ecclesiasticam compellantur seculares potestatis
 cujuscunque officij, etiam sicut reputari cupiunt & haberi
 fideles, ita pro defensione fidei præstent publice juramen-
 tum quod de terris suæ jurisdictioni subjectis universos
 hæreticos ab Ecclesia denotatos bona fide pro viribus ex-
 terminato studeant, ita quod amodo quodocunque quis
 fuerit in potestatem sive spirituales, sive temporalem as-
 sumptus, hoc teneatur capitulum firmare.

Si vero Dominus temporalis requisitus & monitus ab
 Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hac hæretica
 fœditate, per Metropolitanum & comprovinciales Epil-
 copos excommunicationis vinculo innodetur. Et si sa-
 tisfacere contempserit infra annum, significetur hoc sum-
 mo pontifici, ut ex tunc ipse vasallos ab ejus fidelitate
 denunciaret absolutos, & terram exponat catholicis occu-
 pandam qui eam exterminatis hæreticis sine ulla contradi-
 ctione possideant & in fidei pacitate conservent, salvo ju-
 re Domini principalis, dummodo super hoc ipse nullum
 præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat,
 eadem nihilominus lege servata circa eos qui non habent
 Dominos principales.

*De privilegiis concessis catholicis qui hæreticorum
 exterminio insistunt.*

Catholici vero qui crucis assumpto caractere ad hære-

licorum exterminium se acciderint, illa gaudeant indulgentia, illoque privilegio sint muniti, quod accedentibus in terræ sanctæ subsidium conceditur.

Excommunicentur qui sine licentia prædicant.

Quia vero nonnulli sub specie pietatis, virtutem ejus (juxta quod ait Apostolus) abnegantes auctoritatem sibi vindicant prædicandi, cum ipse Apostolus dicat: Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? omnes qui prohibiti, vel non missi, præter auctoritatem ab Apostolica sede vel catholico Episcopo loci susceptam publice vel privatim prædicationis officium usurpare præsumpserint, excommunicationis vinculo innodentur: nisi quantoquies respuerint, alia competenti poena plectantur.

2. Tim. 2.

Rom. 10.

Deponatur Episcopus qui ad expurgandas hæreses negligens inveniat.

Volimus igitur & mandamus, & in virtute obedientiæ districtæ præcipimus ut ad hæc efficaciter exequenda Episcopi per dioceses suas diligentèr invigilent, si canonicam effugere voluerint ultionem, Si quis enim Episcopus super expurgando de sua diocesi hæreticæ privatis fermento negligens fuerit vel remissus, cum id certis indiciis apparuerit, ab Episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alter substituat. idoneus, & qui velit & possit hæreticam confundere pravitatem.

Can. 4. De superbia Græcorum contra Latinos.

De hoc habes extra de hap. & ejus effectu, &c.

Can. 5. De ordine sedium Patriarchalium.

Ut post Romanam, Ecclesiam, quæ mater universorum Christi fidelium est & magistra, Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium. Hierosolymitana quartum locum obtineant, &c.

C. 6. Vt singulis annis provincialia celebrentur concilia.

Metropolitani singulis annis cum suis suffraganeis provincialia non omitant concilia celebrare, in quibus de corrigendis excessibus, & moribus reformandis præsertim in clero, diligentem habeant cum Dei timore tractatum, &c.

Can. 7. De correctione excessuum.

De hoc habes extra de officio iudicis ordinarij. c. Irrefragabili.

Can. 8. De inquisitionibus.

Extra. de accusa. Qualiter & quando. Contra delinquentes tribus modis potest procedi, per accusationem, denunciationem, & inquisitionem. Diligens tamen adhibeatur cautela, ut sicut accusationem legitima debet præcedere inscriptio, sic & denunciationem charitativa admonitio, & inquisitionem clamorosa insinuatio prævenire.

Can. 9. De diversis ritibus in eadem fide per Episcopum tolerandis.

Ibid. c. sequenti. De hoc habes extra de officio iudicis ordinarij. c. Quoniam.

Can. 10. De prædicatoribus instituendis cum Episcopi prædicare non valeant.

Officium epis. prædicare populo. Cùm sæpè contingat quod Episcopi propter occupationes multiplices, vel invaletudines corporales, seu occasiones alias (ne dicamus defectum scientiæ, quod in eis est reprobandum omnino nec de extero tolerandum) per se ipsos non sufficiunt ministrare populo verbum Dei, maxime per amplas dioceses & diffusas, generali constitutione sancimus, ut Episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum assumant, potentes in opere & sermone, qui plebes sibi commissas vice ipsorum (cum per se idem nequeant) sollicitè visitantes, eas verbo ædificent & exemplo, quibus ipsi cum indiguerint congrue necessaria ministrent: quos habebunt Episcopi coadjutores, & cooperatores non solum in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confessionibus, & penitentiis injungendis ac cæteris quæ ad salutem pertinent animarum. Si quis autem hoc neglexerit adimplere, districtæ subiaceat ultioni.

Can. 11.

Extra. de magistr. quib. De magistris scholasticis in Ecclesiis cathedralibus instituendis, de triennio in triennium celebrandis, &c.

Can. 12. *Extra de statu mona, in singulis.*

Can. 13.

De novis religionibus prohibitis.

Extra. de relig. domi. c. fin.

Can. 14. *De incontinentia clericorum punienda.*

De hoc habes extra de vita & honestate, ut laicorum.

Can. 15.

De arcenda ebrietate clericorum, ibidem c. seq.

Can. 16.

De juramentis clericorum, ibidem.

Can. 17. *De comessationibus prelatorum, & negligentia eorum super divinis officiis, &c.*

De hoc habetur de celebratione Missarum, c. dolentes.

Can. 18.

De iudicio sanguinis clericis interdicto, & de duello ab eis non exercendo. præcipue ne quisquam sacerdos & diaconus purgatione aquæ ferventis, vel frigidæ, seu ferri candentis ritum cujuscumque benedictionis aut consecrationis impendat, salvis nihilominus prohibitionibus de monomachiis sive duellis ante promulgatis, &c.

Extra. de cleric. vel monast. c. sententiis.

Can. 19.

Relinqui non sumus incorrectum, quod quidam clerici sic exponunt Ecclesias suppellectilibus propriis & etiam alienis, custodia ut domus potius laicæ quam Dei basilicæ videantur, &c.

Extra. de Eucharistia.

Can. 21. *Fideles omnes semel in anno confiteri tenentur.*

Extra. de pœni. c. omni.

Omnis utriusque sexus omnia sua peccata confiteatur si deliter saltem semel in anno proprio sacerdoti vel alieno, prius tamen à proprio sacerdote impetrata venia, quoniam aliter ille ipsum non potest absolvere vel ligare. Et suscipiat reverenter, ad minus in pascha Eucharistiæ sacramentum, nisi proprius sacerdos ab ejus perceptione duxerit abstinendum, &c. Sit autem sacerdos discretus & cautus

Can. 20. sess. syn.

cautus, diligenter inquirens & peccatoris circumstantias, & peccati, per quas prudenter intelligat male illi concilium debeat exhibere, & cujusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad sanandum ægrotum. Caveat autem omnino ne verbo vel signo vel alio quovis modo prodat aliquatenus peccatorum, sed si prudentiorum concilio indigerit, illud absque ulla expositione personæ caute requirât, &c.

Can. 21.

*Extra.
ibidem
c. seq.*

Quoniam infirmitas corporis nonnunquã ex peccato provenit, medici super omnia curent ad vocare medicos animarum, ut postquã infirmis fuerit de spiritali salute provisum, ad corporalis medecinæ remedium salubrius procedatur, cù causa cessante cesset effectus: cum anima sit multo præstantior corpore, sub anathemate prohibemus ne quis medicorũ pro corporali salute aliquid ægrotò suadeat, quod in periculum animæ convertatur.

Can. 24.

*Extra. de
electio.*

Triplex est sũtaxat viæ juridicæ electionis per inspirationem spiritus sancti, per scrutinium, per compromissionem: qui vero contra prædictas formas eligere tentaverit, eligendi (ea vice) potestate privetur, &c.

Can. 29. De multa providentia.

*Extra. de
prob. &
dig. c. cum
multa.*

Fuit in hoc concilio prohibitum, ut nullus diversas dignitates Ecclesiasticas & plures Ecclesias parochiales reciperet contra factorum canonum instituta. Hoc idem personibus decernimus observandum, addentes, ut in eadem Ecclesia nullus plures dignitates habere præsumat, aut personatus, etiam si curam non habeant animarum. Circa sublimes tamen & literatas personas, quæ majoribus sunt beneficiis honorandæ (cum ratio postulaverit) per sedem Apostolicam poterit dispensari, &c.

Can. 31.

*Extra. de
fil. pres.*

Ad abolendam pessimam quæ in plerisque inolevit Ecclesiis, corruptelam firmiter prohibemus, ne canonicorum filij (maxime spurij) canonici fiant in secularibus Ecclesiis in quibus instituti sunt patres, &c.

Can. 32.

Extirpandæ consuetudinis vitium in quibusdam partibus inolevit quod patroni Ecclesiarum parochialium, & alix quædam personæ, proventus ipsarum sibi penitus vendicantes presbyteris earundem servitio deputatis relinquunt adeo exiguam portionem, ut ex ea congrue nequeant sustentari, unde fit ut in his regionibus pene nullus inveniat sacerdos parochialis, qui vel modicam habeat notitiam literarum. Cum igitur os bovis triturantis alligari non debeat, &c. Statuimus ut portio sufficiens ipsis assignetur. Qui vero parochialem habet Ecclesiam, non per vicarium, sed per seipsum illi deserviat in ordine quem ipsius Ecclesia eum requirit, nisi forte præbendæ vel dignitati parochialis Ecclesia sit annexa: in quo casu concedimus, ut is qui talem habet præbendam vel dignitatem, cum oporteat eum in Ecclesia majori servire, in ipsa parochiali Ecclesia idoneum & perpetuū studeat habere vicarium canonicè institutum, &c. Illud autem penitus interdiciamus ne quis in fraudem de proventibus, Ecclesiæ (quæ curam proprii sacerdotis debet habere) pensionem alij quasi pro beneficio conferre præsumat, &c.

*Extra. de
prob. &
dign. c. ex-
tirpanda.*

Can. 41.

Nulla valet absque bona fide præscriptio, tam canonica quam civilis, cum sit generaliter omni constitutioni atque consuetudini derogandum, absque mortali peccato non potest observari. Unde oportet ut qui præscripsit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienæ.

*Extra. de
prescri.
Quoniam.*

Can. 46. Clerici etiam propter communes utilitates gravari non possunt.

Adversus consules & alios qui Ecclesias & viros Ecclesiasticos talis, seu collectis & exactionibus aliis gravare nituntur concilium Lateranense immunitati Ecclesiasticæ volens providere, præsumptores hujusmodi, sub anathematis distractione prohibuit, excommunicationi præcipiens subjacere transgressores & fautores eorum, donec satisfactionem impendant competentem. Verum si quando forsitan Episcopus simul cum clericis tantam necessitatem & utilitatem inspexerint, absque ulla coactione ad revelandas utilitates & necessitates communes, ubi laicorum non

*Extra. de
immun.
Ecc. Ad-
versus.*

non suppetunt facultates, subsidia per Eccle. duxerit conferenda prædicti laici humiliter & devote recipiant, cum actionibus gratiarum. Propter imprudenciam tamen quorundam, Romanum prius consulant pontificem, ejus interest communibus utilitatibus providere, &c.

Can. 50. Prohibitio copulae conjugalis quartum gradum non excedat.

*Extra. de
conf. &
aff. Non
debet.*

Prohibitio copulae conjugalis quartum consanguinitatis & affini. gradum de cætero non excedat quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest absque gravi dispendio hujusmodi prohibitio generaliter observari.

Can. 51.

*Extra. de
clande. de
spon. cum
inhibitio.*

Clandestina conjugia penitus inhibemus, &c.

Can. 54. Ut prius solvantur decimæ quam tributa.

*Extra. de
primi. &
obla. Can
non.*

Statuimus, ut exactionem tributorum & censuum præcedat solutio decimarum, vel saltem hi ad quos census & tributa indecimata pervenerint (quoniam res cum onere suo transit) per censuram Ecclesiasticam decimare cogantur Ecclesiis quibus jure debeantur.

Can. 58. Tempore interdicti possunt monachi divina celebrare.

*Extra. de
privileg.
Quod non
nullis.*

Celebrare divina possunt tam monachi quam clerici tempore interdicti, sed exclusis excommunicatis & interdictis, januis clausis & suppressa voce, non pulsatis campanis.

*Extra. de
reliqui.
& vene.
sanct. cum
de eo.*

Can. 62. De reliquiis sanctorum.

Cum ex eo quod quidam sanctorum reliquias exponunt venales, ut eas passim ostendant, Christianæ religioni sit detractum sæpius, in posterum præsentis decreto statuimus ut antiquæ reliquæ amodo extra capsam non ostendantur, ne exponantur venales. Inventas autem de novo nemo publice venerari præsumat nisi prius autoritate Romani pontificis fuerint approbatæ. Prælati vero de cætero non permittant illos qui ad eorum Ecclesias causa venerationis accedunt, vanis figmentis, aut falsis decipi documentis, sicut in plerisque locis occasione quæstus fieri consuevit. Eleemosynarum quoque quæstores quorum quidam sese alios mætiendo, abu-

siones nonnullas in sua prædicatione proponunt, admitti (nisi apostolicas vel diocesani Episcopi literas veras exhibeant) prohibemus, & tunc præter id quod in ipsis continebitur literis, nihil populo proponere permittantur.

Can. 62.

Qui autem ad quærendas elemosynas destinantur, modesti sint, & discreti, nec in tabernis aut locis incongruis hospitentur, nec inutiles faciant aut sumptuosas expensas, caventes omnino ne falsum religionis habitum gestent. Ad hæc quia per indiscretas indulgentias atque superfluas, quas quidam Ecclesiarum prælati facere non verentur, & claves Ecclesie contemnuntur, & pœnitentialis satisfactio enervatur, decernimus, ut cum dedicatur basilica, non extendatur indulgentia extra annum sive ab uno solo, sive à pluribus Episcopis dedicetur: ac deinde in anniversario dedicationis tempore quadraginta dies de injunctis pœnitentiis indulta remissio non excedat: & juxta hunc quoque dierum numerum indulgentiarum literas præcipimus moderari quæ pro quibuslibet causis aliquoties conceduntur, cum Romanus Pontifex (qui plenitudinem obtinet potestatis) hoc in talibus moderamen consueverit observare.

Questoras modesti & discreti.

Moderamen indulgentiarum.

Can. 63.

Ne pro consecrationibus Episcoporum aut benedictionibus, aut ordinibus clericorum aliquid accipiatur.

Extra. de simo. Sicut pro certo.

Can. 64. *Monacha pretio recepta una cum recipientibus de monasterio expellantur.*

Quoniam simoniaca labes adeo pleraque moniales infecit, ut vi aliquas sive pretio recipiant in sorores, paupertatis prætextu volentes hujuscemodi vitium palliare, ne id de cætero fiat pœnitens prohibemus, statuentes, ut quæcumque de cætero talem pravitatem commiserit iam accipiens quam recepta, sive sit subdita, sive prælata, sine spe restitutionis de suo monasterio expellatur, in locum arctioris regulæ ad agendam perpetuò pœnitentiam retrudenda.

Extra. ibidem.

Quoniam.

De his autem quæ ante synodale statutum aliter sunt receptæ, ita duximus providendum, ut remotæ de monasteriis, quæ perperam sunt ingressæ in aliis ejusdem ordinis collocentur.

Quod si propter nimiam multitudinem alibi forte nequiverint commode collocari, ne forte damnabiliter in seculo evagentur, recipiantur in eodem monasterio dispensatione de novo mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis. Hoc etiam circa monachos & alios regulares decernimus observandum. Verum ne per simplicitatem vel ignorantiam se valeant excusare, præcipimus, ut dioecesani Episcopi singulis annis hoc faciant per suas dioeceses publicari.

Can. 65. Extra ibidem.

Can. 66. Extra ibidem.

Can. 67. *Iudæi etiam compellendū sunt ad restituendas usuras.*

Extra. de usuris. Quando amplius. Quando coguntur Iudæi satisfacere pro usuris.

Statuimus ut si de cætero quocunque prætextu Iudæi à Christianis graves & immoderatas usuras extorserint, Christianorum eis participium subtrahatur, donec de immoderato gravamine satisfecerint competenter. Censura etiam Ecclesiastica Iudæos decernimus compellendos ad satisfaciendum Ecclesiis pro decimis & oblationibus debitis, quas à Christianis de domibus & possessionibus aliis percipere consueverant, antequam ad Iudæos quocunque titulo devenisset,

Can. 68.

Statuimus ut Iudæi utriusque sexus in omni Christianorum provincia, & in omni tempore qualitate habitus publice ab aliis populis distinguantur.

Can. 69.

Extra. de Iudæis & Sarracenis. Extra. ibid. Cum fit.

Nec Iudæi nec Pagani officiis publicis præficiantur. Postremo loco habetur in hoc concilio bulla expeditionis pro recuperanda terra sancta sanctissime edita, in qua expeditione omnes clerici mandato concilij bonam partem Ecclesiasticorum proventuum in subsidium terræ sanctæ traderunt, Papa vero & Cardinales integram. In reliquis capitalis remittimus lectorem ad magnum volumen conciliorum, quæ ne eadem pluries repeteremus, omisimus.

a. d. 12. 14. Honor. 3. pont. 183.

Explicit concilium Lateran. primum.
Honorius 3. Papa 183. Ordinem beati Dominici eo instante confirmat. Fridericum secundum anathemate notatum imperii dignitate privat.

Idem & ordinem beati Francisci comprobavit, quem biennio post Greg. in catalogo sanctorum retulit. Sedit an. 10. mens. 7. dies 13.

Gregorius 9. Pap. 184. Hic beatum Dominicum & beatum Franciscum in sanctos retulit, circa annum Domini 1240. Sedit annos quatuordecim, menses 5. sub Frederico secundo Germano Cæsare 24.

Cælestius 4. Pap. 185. sedit tantum dies 18. vacat sedes uno & viginti mensibus, donec Cardinales qui à Friderico Imperatore in carcere detinebantur, libertate donati sunt.

Innocentius 4. Pap. 186. Hic beatum Petrum Veronensem Ordin. Prædicatorum ab hæreticis occisum inter sanctos martyres retulit. Idem statuit ut Cardinales galero rubeo uterentur honestandi ordinis causa, & Hugonem ex ordine S. Dominici virum vita & doctrina insignem, in Cardinalis dignitatem evezit, qui commentarios in tota Biblia scripsit. Sub hoc floruit Alexander ordinis Minorum qui summam in Theologia inscripsit Sedit annos undecim menses 6. sub eodem Cæsare.

Alexander 4. Pap. 187. sedit an. 7. Vacat sedes mensibus 4. Hujus pontificis vita ab hominibus certe mirifice laudatur, electus sub Vvithelmo Germano Cæsare 26.

Urbanus 4. Pap. 188. Scribunt aliqui sub Urbano fuisse Albertum cognomento Magnum, & D. Thom. Aquinatem Ordinis Prædicatorum. Sedit autem annos 3. mens. 1. sub eodem Cæsare.

Clemens 4. Pap. 189. Hic uxorem & liberos habuerat, qua mortua factus est Episcopus, deinde Cardinalis, & absens electus Papa sub eodem Cæsare, sedit annos tres. Quo mortuo non solum inter populos Italix, quos in officio sanctissimus Pontifex autoritate sua continebat, verum etiam inter Cardinales discordia orta est de creando novo Pontifice, ut biennio sedes vacaverit Bona Ecclesix Clemens vir integerrimus adeo accurate dispensavit, cum haberet duas filias ex mortua uxore ante pontificatum susceptas, uni in monasterio collocatæ trigenta tantum libras dedit Altreri quæ marito suæ conditionis nupserat trecentas libras dotis nomine numeravit, & hac conditione ne quid unquam amplius peteret. Habuit & nepotem clericum, quem ubi cõperit tres præbendas habere, optione facere cõ-

Greg. 9.
pont. 184.

Cælest. 4.
pont. 185.

Innoc. 4.
pont. 186.
Sub hoc
etiam De-
cretalium
volumen
est edi-
tum.

Alex. 4.
pont. 187.

Urban. 4.
pont. 188.

an. d. 137.
Clem. 3.
pont. 187.

Deo, non
autem car
ni & san
guini ac
quievit
sanctus
Pontifex.
Processio
Spiritus
sancti à
patre &
filio proce
dit Unica
inspiratio
ne aterna
liter pro
cedit.
Usurarii.
non absol
vendi.
Innoc. 3.
pont. 191
Andr. 5.
pont. 192.
Ioan. 22.
pont. 193.
Hæretic.
sentent.
contra
asserentes
Christum
& eius
discipulos
nihil ha
buisse.
Errores
Ioan. de
Poliano.

pulit, ut quem vellet ex his retineret, & duas relinqueret. Instantibus autem amicis ut non tantum nepoti illa dimitteret, sed majora & plura tribueret, respondit se Deo, non autem carni & sanguini acquieturum, quem utinam universi pontifices imitati essent.

Gregorius 10. Papa 190. sub eodem Cæsare, sedit annos quatuor. Sub hoc celebratum est conc. Lugdunense generale, in quo sequens veritas definita est.

Fideli & devota professione fateatur quod spiritus sanctus æternaliter ex patre & ex filio non tanquam ex duobus principiis, sed tanquam ex uno principio, non duabus inspirationibus sed unica inspiratione procedit. Hoc professus est hæcenus, prædicavit, & docuit sacrosancta Romana Ecclesia, mater omnium fidelium & magistra. Hoc habet orthodoxorum patrum atque doctorum Latinorum pariter & Græcorum incommutabilis & vera sententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilis præmissæ veritatis ignorantiam in errores varios sunt prolapsi, nos sacro approbante concilio, damnamus & reprobamus omnes qui negare præsumpserint æternaliter spiritum sanctum ex patre & filio procedere: sive etiam temerario ausu asserere quod spiritus sanctus ex patre & filio tanquam ex duobus principiis, & non tanquam ex uno procedat. Habentur de summa Trinit. & fid. cath. in 6.

In eodem concilio mandatum est, quod nullus sacerdos manifestos usurarios ad confessionem admittat sive ipsos absolvat, nisi de usuris satisfecerint vel satisfaciendo pro suatum viribus facultatum præstent idoneam cautionem.

Innocentius 5. Papa 191. ex ordine sancti Dominici assumptus ad pontificatum anno Domini 1205. Sedit mensis 6. sub Rodolpho Germano Cæsare 17.

Adrianus quintus Papa 192. sedit dies quadraginta sub eodem Cæsare.

Ioannes 22. Papa 193. Vir literatus, sed in rebus gerendis, ut dicitur, parum prudens. Moritur Pontificatus sui mense 8. sub eodem Cæsare. Sub hoc facta est definitio contra eos qui dicunt Christum & eius discipulos nihil habuisse, & in his quæ habuerunt, nullum jus eis fuisse. Eiusmodi sententiam erroneam & hæreticam esse censendam declaratio extravagan. Cum inter nonnullos, de verb. signif. Sub eodem Ioanne 22. damnantur errores Ioannis de Poliano Doctoris Parisiensis.

Primus, quod confessi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones tenentur eadem peccata quae confessi fuerant, iterum confiteri proprio sacerdoti.

Secundus, quod stante omnis utriusque sexus, edicto in concilio generali, Rom. Pontif. non potest facere quod parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti confiteri, quem dicit esse parochianum curatum. Imo nec Deus posset hoc facere, quia (ut dicebat) implicat contradictionem.

Tertius, quod papa non potest dare potestatem generalem audiendi confessionem, imo nec Deus, quin confessus habenti licentiam, teneatur eadem confiteri proprio sacerdoti, quem dixit esse, ut praemittitur, proprium curatum. Praedictos articulos, & quemlibet eorum, tanquam falsos & erroneos, & à doctrina sacra devios, auctoritate Apostolica condemnamus & reprobamus, de fratrum nostrorum consilio, & contrariam esse catholicam fidem asserimus, scilicet quod illi qui praedictis fratribus confitentur non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quam si ea alias confessi fuissent eorum proprio sacerdoti juxta concilium generale. Habentur in extravag. communi. Vas electionis, &c.

Nicolaus 3. Papa 194. Scribunt historici neminem ante *Nicol. 3.*
ipsum sacrificasse religiosus visum, cum semper dum so- *pont. 194.*
lennia ageret, lachrymas funderet. Vacantibus Ecclesiis ec-
clerime consulebat, & eas statim optimo & idoneo mini-
stro committebat. Notarios & tabelliones à se, ut pestiferos
ejecit, Gregorium 10. Joannem 21. imitatus. Religionis
observantissimus, instituti S. Francisci, ob rerum huma-
narum contemptum, amator: ideo & decretali Epistola
quaedam suae regulae ambigua declaravit. Sedit annos tres,
menses quinque sub eodem Caesare. Vacat sedes menses
quinque.

Martinus 4. papa ann. 195. sedit ann. 4. mens. 1. *Mar. 4. p.*

Honorius 4. papa 196. sedit annos duos, sub eodem Ca- *195. Hon.*
sare. Vacat sedes menses decem propter aegritudinem Ca- *4 pont. 196.*
dinalium qua apud sanctam Sabinam correpti sunt. *Celest. 5.*

Nicolaus 4. papa 197. sedit annos 4. sub eodem Caesare, *pont. 198.*
assumptus ex ordine Minorum.

Caelestinus 5. papa 198. Deducta electione discordia
Cardinalium per biennium & 3. mens. assumptus est ex ere-
mo Petrus Moroneus vocatus Caelestinus. Verum cum

cum à priore vita ob pontificatum nequaquam declinaret, vilis est rebus agendis parum idoneus: hanc ob rem de abrogatione ejus mentio fieri coepta est inter Cardinales. Tandem persuasus est, ut à pontificatu se abdicaret, nec Ecclesia Dei ob imperitiam gubernantis periclitaretur. Quo facto Cœlestinus ad privatam vitam se redegit, & alterius subrogandi Pontificis Cardinalibus potestatem dedit, pontificatus sui mense 6. Imperatè Adolpho Germano Cæsare 18.

Cessit pontif. bonus pascere. ne oves periclitarentur Bonif. 3.

Bonifacius 8. Papa 199. Ab hoc ferunt deceptum Cœlestinum voce tanquam cœlitus missa per cannam ad eum factam, ut desereret pontificatum & Bonifacium institueret. Ingentia bella in Italia excitavit, Excommunicavit Gallorum regem Philippum, & titulum regni Gallici donavit Alberto Austriacæ domus, 1. Cæsari ut hac occasione tandem inter se conficerentur Germani & Galli. Postremo captus est Bonifacius, & in carcere perijt, Atque hinc est quod dicitur de eo: intravit ut vulpes, regnavit ut lupo, mortuus est ut canis, Sedit annos octo, menses 3, sub eodem Cæsare.

Benedictus 11. Papa 200. ex ordine sancti Dominici assumptus ad pontificatum, ita semper vixit, ut post mortem inter beatos merito censeatur. Sedit menses 8, dies 15. Electus est sub Alberto Germano Cæsare 29.

Clemens 5. Papa 201. sub eodem Cæsare. Hic apud Lugdunenses egit in Gallia, & jam inde ab hoc tempore i. an. 1305. translata est pontificia sedes ab urbe Roma Avinium Galliarum urbem, ubi ad septuaginta & quatuor annos remansit cum magno Christianorum commodo. Interim nova hæresis apud Novatienses per Dulcinum & Margaritam inventa est, qua mares & fœminæ simul habitantes in omnem libidinem prolabebantur, & Anabaptistarum more, qui nostra hæc ætate in incertum vagantur, senterunt nihil proprii habendum, non esse administrandas res publicas Christianis, & similes phanaticas opiniones habere. Sub hoc celebratum est conc. Viennæ, in quo & libr. Clementin. à se compositum edidit. Ferrur hoc ferme tempore Templarios olim Christi milites à nostris ad Sarracenos defecisse: Quam ob rem interfecti sunt quotquot comprehendi potuerunt, eorumque bona partim Rhodanis militibus, partim novis religionibus sunt attributa. Sedit ann. 8. mens. 10. dies 15.

Concilium Viennense generale sub Clemente quinto celebratum

celebratum: in quo probatae sunt constitutiones illae & definitiones quae in volumine Clementinarum feruntur. Una est sub hac forma: Doctrinam omnem seu positionem temere asserentem aut vertentem in dubium quod substantia animae rationalis, seu intellectualis, vere ac perfecte humani corporis non sit forma, velut erroneam, ac veritati catholicae inimicam, hoc sacro approbante concilio reprobamus: definiens ut cunctis nota sit fidei sinceræ veritas, ac præcludatur universis erroribus aditus, ne subintrent: quod quisquis deinceps asserere, defendere seu tenere pertinaciter præsumpserit, quod anima rationalis seu intellectiva non sit forma corporis humani per se & essentialiter, tanquam hæreticus sit censendus. Item baptisma unicum baptizatos omnes in Christo regenerans esse (sicut unus Deus, ac fides unica) ab omnibus fideliter confitendum, quod celebratur in aqua in nomine patris & filii & spiritus sancti, credimus esse tam adultis quam parvulis communiter perfectum remedium ad salutem. Verum quia quantum ad effectum baptismi in parvulis reperiuntur doctores quidam Theologi opiniones contrarias habuisse, quibusdam ex ipsis dicentibus per virtutem baptismi parvulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri, alios è contra asserentibus, quod & culpa eisdem in baptismo remittitur, & virtutes ac informans gratia infunduntur quo ad habitum, & si non pro illo tempore quo ad usum: Nos attendentes generalem efficaciam mortis Christi, per baptisma applicatur pariter omnibus baptizatis, opinionem secundam, quæ dicit tam parvulis quam adultis conferri in baptismo informantem gratiam & virtutes, tanquam probabilior, & dictis sanctorum & doctorum modernorum Theologiae magis consonam & concordem, sacro approbante concilio duximus eligendam. Habentur prædictæ definitiones in Cle. de sum. tri. & si. cath.

In eodem concilio facta est constitutio, ut festum corporis Christi celebretur feria 5. post octava Pentecostes, concessis indulgentiis iis qui in eo festo, vel sub octavis officio vel horis intererunt. Habetur in Clem. de reti. & venerat. sanctorum.

In eodem damnati sunt errores Begardorum & Beguinarum mulierum Alemaniae.

Primus, quod homo in vita præsentis tantum & talem perfectionis gradum potest acquirere, quod reddetur pe-

Tam parvulis quàm adultis in baptismo confertur gratia virtutesque infunduntur

Error Begardorum & Beguinarum, dicitur.

nitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non valebit. Nam (ut dicunt) si quis semper posset proficere, posset aliquis Christo perfectior inveniri.

Secundus, Iejunare non oportet hominem nec orare postquam gradum perfectionis huiusmodi fuerit assecutus: quia tunc sensualitas ita perfecte spiritui & rationi subiecta est, quod homo potest liberè corpori concedere quicquid placet.

Tertius quod illi qui sunt in prædicto gradu perfectionis, & spiritus libertatis, non sunt humanæ subiecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta Ecclesiæ obligantur: quia, ut asserunt, ubi spiritus Domini, ibi libertas.

Quartus, quod homo potest ita finalem beatitudinem secundum omnem gradum perfectionis in præsentem assequi, sicut eam in vita obtinebit beata.

Quintus, quod qualibet intellectualis creatura in seipsa naturaliter est beata, quodque anima non indiget lumine gloriæ ipsam elevante ad Deum videndum, & eo beate fruendum.

Sextus, quod in se actus exercere virtutum, est hominis imperfecti, & perfecta anima licentiat à se virtutes.

Septimus, quod mulieris osculum, cum ad hoc natura non inclinet, est mortale peccatum: actus autem carnalis, cum ad hoc natura inclinet, peccatum non est, maxime cum tentatur exercens.

Octavus error, quod in elevatione corporis Christi Iesus non debent assurgere, nec eidem reverentiam exhibere: asserentes quod esset imperfectionis ejusdem si à puritate & altitudine suæ contemplationis tantum descenderent, quod circa mysterium seu sacramentum Eucharistiæ, aut circa passionem humanitatis Christi aliqua cogitarent: Sacro approbante concilio, sectam ipsam cum præmissis erroribus damnamus & reprobamus omnino. Habetur in Clement. Ad nostrum, de hæreticis.

In eodem concilio. Si quis in illum errorem incidit, ut pertinaciter affirmare præsumat exercere usuras non esse peccatum: decernimus eum velut hæreticum puniendum. Locorum nihilominus ordinariis, & hæreticæ pravitatis inquisitoribus districtis injungentes, ut contra eos quos de errore huiusmodi diffamatos invenerint, aut suspectos, tanquam contra diffamatos vel suspectos de hæresi procedere non omittant. Habentur in Clem. de usuris c. Sane.

Ioan. 13. Papa 102. sedit annos 9. menses 4. Imperatore Ludovico bavaeo, in quem censuris pontificiis animadvertit. *Ioan. 13. pon. 102.*

Benedict. 12. Papa 103. sedit annos 4. menses 3. sub eodem Cæsare. Vir sanctissimus, omnibus collachrymantibus sepelitur. *Bon. 12. pon. 103.*

Clemens 6. Papa 104. sedit annos 10. mens. 6. Hic emittit (ut fertur) Avinium Franciæ, atque ita urbs hæc juris pontificij facta est. *Clem. 6. pon. 104.*

Innoc. 6. Papa 105. Hic præbendas Ecclesiasticas non nisi probatissimis sacerdotibus tum vita tum doctrina dedit. Fecitque ut omnes prælati ad Ecclesias suas proficiscerentur. Sedit, annos 9. menses 8. sub eodem Cæsare. *Inn. 6. pon. 105.*

Urban. 5. Papa 106. sedit annos 8. mens. 4. electus sub Carolo Germano Cæsare 12. *Urb. 5. pon. 106 Greg. 1. pon. 107.*

Greg. 11. Papa 107. electus sub eodem Cæsare. Hic Roma in Galliam transtulit iterum pontificiam sedem anno dom. 1136. motus maxime ex verbis cuiusdam Episcopi, qui interrogatus à pontifice, dum simul inambularet, cur non rediret ad Ecclesiam suam, quam malum erat tandiu sine pastore nudam relinqui? respondit, cur summe pontifex cæteris exemplum daturus, tuum Episcopatum non repetis? Mortuus est Romæ ann. dom. 1178. pontificatus anno 7. mense 5.

Post Greg. 11. ingens schisma ortum est. Itali Italum pontificem, Urbanum 6. dictum, crearunt, & is Romæ mansit. Galli item elegerunt pontificem in Italia, quem Clementem 7. appellarunt. Is Avinium se recipit. Erant itaque pontifices 2. alter in alterum censuris sæviebat. Duravit hoc schisma usque ad Concilium Constantiense.

Urbanus 6. Papa 108. pontificatus sui satis infelicitè acti anno 21. mense 8. Romæ moritur, Ruperto Cæsare *Urban 6. pon. 108.*

Bonifac. 9. Papa 109. sub eodem Cæsare. Hic annorum circiter triginta erat, cum pontificatum inivit: ita tamen vixit in tanta vel peccandi licentia, ut nulla ei voluptas impingi vel objici posset. Interim mortuo Clemente 7. adulterino Pontifice. Petrus de Luna (Benedictus 13. appellatus) Avinione sufficitur. *Bonif. 9. pon. 109.*

Bonifacius hic annatarum, hostium potentiam veritus, vel augendæ ditionis Ecclesiasticæ causa, ut aliqui volunt, ulum beneficiis Ecclesiasticis primus imposuit *ad. 1590.*

hac conditione, ut qui beneficium conſequeretur, dimidium annui proventus ſiſco apoſtolico perſolueret. Quamvis ſint qui hoc inventum Ioanni 22. aſcribant. Hanc conſuetudinem omnes admiferunt præter Anglos, qui id de ſolis Episcopati- bus conceſſere: de cæteris beneficiis non adeo. Sedit annos 14. meſes novem.

Innoc. pan. Innocentius 7. Papa 210. duobus annis ſacerdotio inſe-
210. liciter adminiſtrato mortuus eſt.

Greg. 12. Gregorius 12. Papa 211. Is promiſit ceſſurum ſe pontifica-
pon. 211. tui, ſi Benedictus inſidem non recuſaret. Cæterum fugiente Benedicto in Catalonia, relicta Avenione revocavit promiſſum ſuum Gregorius de reſignando Papatu: proinde concilio Piſis à Cardinalibus univerſis habito, uterque & Gregorius & Benedictus pontificatu ſunt depoſiti, & in locum eorum ſucceſſus tertius Papa Alexander quin- tus. Gregorius profugit Ariminum ubi manſit uſque ad Conſtantiensis concilij tempora. Alexander 5. Bononiæ egit.

Alex. 5. Alexander 5. Papa 212. ſedit meſes octo, ex ordine Mi-
pon. 212. norum aſſumptus, ſanctus Dei.

Joan. 24. Ioannes 24. Papa 213. Hic Ioannes 24. Bononiæ, Grego-
pon. 213. rius Arimini, Benedictus in Hiſpania ſuperſtites vixerunt, uſque dum opera Siſgismundi Imperatoris Conſtantiæ publica ſynodus cogereretur. Sunt autem tres hi pariter in eo concilio Papatu deſecti.

Mart. 5. Martinus 5. Papa 214. electus in concilio Conſtantiensi,
pon. 214. ſedit annos 14. meſes 3.

**ACTA CONCILII CONSTAN-
tienſis ſub Ioanne Papa 24. convocati & inchoa-
ti tempore ſchiſmatis. Ferbantur enim tunc tres pontifices, prædictus Ioannes & Benedictus 13. & Gregorius 12. Hoc concilium fuit œcumeni- cum, quia propter materiam ſchiſmatis tol- lendi univerſam Eccleſiam concernentem indi- ctum fuerat; cuique 4. Patriarcha, cum Archiepi- ſcopis & Episcopis interſuerunt: ex parte au- tem fuit approbatum, quoad ea nimirum, qua ibidem ad fidem pertinentia contra**

Vicleffum , Hussum , Matthæum , Dresdensẽm & Hieronymum Pragensem decreta & promulgata leguntur , ut dicemus infra in sessione XLV. & ultima. Quæ veto de auctoritate concilij supra pontificem constituerunt , sententia Florentini & Lateranensis conciliorum plane reprobata sunt. In sessione I. anno Domini præsentate Sigismundo Imperatore , promisit Ioan. 24. se cessurum Papatui sub hac forma : Ego Ioan. Papa 24. propter quietem totius populi Christiani profiteor , spondeo , promitto , & juro & voyco Deo & Ecclesiæ & huic facto concilio , sponte & libere dare pacem Ecclesiæ Christi per viam meæ simplicis cessionis Papatui , & eam facere & adimplere cum effectu juxta deliberationem præsentis concilij si & quando Petrus de Luna , Benedictus 13. & Angelus de Coratio , Gregorius 12. in suis obedientiis nuncupati Papatui quem prætendunt , per se vel procuratores suos legitimos simpliciter cedant , &c. Nihil ad hæc addiderunt in sessione secunda & tertia.

In sessione quarta & quinta, habetur sic definitum : quod ipsa synodus in Spiritu sancto congregata legitime generale concilium faciens Ecclesiam catholicam militantem representans potestatem à Christo immediate habet , cui quilibet cuiuscunque status vel dignitatis , etsi Papalis existat obedire tenetur in his quæ pertinet ad fidem & extirpationem dicti schismatis & reformationem generalem Ecclesiæ Dei in capite & membris.

Item declarat quod quicumque cuiuscunque conditionis status , dignitatis etiam Papalis qui mandatis , statutis , seu ordinationibus , aut præceptis hujus sacræ synodi & cuiuscunque alterius concilij generalis legitime congregati super præmissis sive ad ea pertinentibus factis vel faciendis obe-

dire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condigne pœnitentiæ subiciatur, & debite puniatur, &c.

Annotatio.

Hic definitur concilium generale habere à Christo immediatam auctoritatem, cui omnes obedire tenentur, etiam si Papalis dignitatis existat. Ex quo adversarij sic conficiunt Argumentum: vel hoc concilium est approbatum, vel non; si est approbatum, ergo verum est & recipiendum quod definit, si non, ergo perpetam deposuit Ioannem 23. Gregorium 12. & Benedictum 13. & elegit Martinum 5. cui postea omnes alij pontifices successerunt. Adde quod Martinus 5. Papa in ultima Sessione confirmavit omnia decreta circa fidem huius concilij Constantiensis: hoc autem decretum ad fidem pertinere videtur.

Ad hoc plura. Primo, concilium Constantiense esse legitimum & approbatum, sed nihilominus non definit absolute, concilia generalia habere à Christo potestatem supra pontifices, sed tantum in casu, id est, in tempore schismatis, quoniam nescitur quis sit verus Papa: nam dubius Papa habetur pro non Papa; & proinde habere super illum potestatem non est habere potestatem in Papam. Ita Turcematæ Campegina, & Sanderus.

Neque verum est, quod Martinus 5. confirmavit hoc decretum: ipse enim diserte dixit, se confirmaturum tantum ea decreta de fide, quæ facta erant conciliariter, id est more aliorum conciliorum re diligenter examinata constat autem hoc decretum sine ullo examine factum: concilio Constantiensi. Itaque Martinus, cum confirmavit decreta de fide conciliariter conclusa, intelligebat tantum de damnatione hæresum Vviclef & Hus. Neque sequitur si concilium in hoc erravit, errasse etiam deponendo Gregorio 12. & Ioanne 23. & Benedicto 13. nam, & si concilium sine Papa non possit definire nova dogmata fidei, potest tamen iudicare tempore schismatis, quis sit verus Papa, & providere Ecclesiæ de vero Pastore, quando is nullus, aut dubius est, quod recte fecit concilium Constant.

Vviclef.

Adde quod Ioannes & Gregorius non inviti depositi sunt: nam ipsi etiam sponte renunciarunt Papatui, ut patet ex actis concilij Constantiensis sess. 14. Benedictus autem non cessit, sed post ejus obitum Clemens 8. successor celsit Martino 5. quem omnis Ecclesia ut verum pontificem

venerabatur, id quod sufficit, ut Martinus esse possit verus Papa.

Item definit & ordinar sancta synodus quod Dominus Ioannes Papa 23. Romanam curiam & officia publica illius, &c. de hac civitate Constantiensi non muret sine deliberatione & consensu ipsius sanctæ synodi. Si quid contra tentaverit, totum sit irritum & inane.

In sexta & septima sessione tantum tractatum est de monendo & citando Ioanne Papa, qui fugerat à loco concilij.

In sessione octava pronunciata est sententia damnationis doctrinæ Ioannis Vviclef & articulorum 45. quorum tenor est qui sequitur.

1. Substantia panis materialis & vini materialis manent in sacramento altaris, &c.

2. Accidentis panis non manent sine subiecto in eodem sacramento.

3. Christus non est in eodem sacramento identice & realiter propria præsentia corporali.

4. Si Episcopus vel sacerdos est in peccato mortali, non ordinar, non conficit, non consecrat non baptizat.

5. Non est fundatum in Evangelio, quod Christus missam ordinaverit.

6. Deus debet obedire diabolo.

7. Si homo debite fuerit contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua & inutilis.

8. Si Papa sit præseitus & malus; & per consequens membrum diaboli, non habet potestatem super fideles nisi forte à Cæsare.

9. Post Urbanum 6. non est aliquis recipiendus in Papam, sed vivendum est more Græcorum sub propriis legibus.

10. Contra scripturam sacram est, quod Ecclesiastici habeant possessiones.

11. Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat esse excommunicatum à Deo; & qui sic excommunicat, est hæreticus.

12. Prælatus excommunicans clericum qui appellavit ad regem & ad concilium regni, eo ipso traditor esse regis & regni.

13. Illi qui dimitunt prædicare sive audire Verbum Dei propter excommunicationem hominum, sunt excommunicati.

14. Licet alicui diacono vel presbytero prædicare Verbum Dei absque authoritate sedis Apostolicæ vel Episcopi catholici.
15. Nullus est Dominus civilis, nullus est prælatus, nullus est Episcopus, dum est in peccato mortali.
16. Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ab Ecclesia, possessionatis habitualiter delinquentibus.
17. Populares possunt ad suum arbitrium Dominos delinquentis corrigere.
18. Decimæ sunt puræ elemosynæ, & parochiani possunt propter peccata suorum prælatorum ad libitum suum auferre eas.
19. Speciales orationes applicatæ uni personæ per prælatos vel religiosos, non plus prosunt eidem quam generales, cæteris paribus.
20. Conferens elemosynam fratribus est excommunicatus ipso facto.
21. Si quis ingreditur religionem privatam qualemcunque, redditur ineptior & inhabilior ad observantiam mandatorum Dei.
22. Sancti instituentes religiones privatas, sic instituendo peccaverunt.
23. Religiosi viventes in religionibus privatis, non sunt de religione Christiana.
24. Fratres tenentur per labores manuum victum querere, & non per mendicitatem. Prima pars est scandalose & præsumptuose asserta pro quanto sic generaliter & indistincte loquitur. Secunda erronea, pro quanto asserit mendicitatem fratribus non licere.
25. Omnes sunt simoniaci qui se obligant orate pro aliis, eis in temporalibus subvenientibus.
26. Oratio præscripti nulli valet.
27. Omnia de necessitate absoluta eveniunt.
28. Confirmatio juvenum, clericorum ordinatio, locorum consecratio reservatur Papæ & Episcopis propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.
29. Universitates studia, collegia gradationes & magisteria in eisdem sunt vana gentilitate introducta, & tantum profunt Ecclesiæ sicut diabolus.
30. Excommunicatio Papæ vel cujuscunque prælati non timenda, quia est censura Antichristi.

31. Peccant fundantes claustra, & ingredientes sunt viri diabolici.
32. Ditare clerum est contra regulam Christi.
33. Sylvester Papa & Constantinus Imperator erraverunt Ecclesiam dotando.
34. Omnes de ordine mendicantium sunt hæretici, & dantes eis elemosynam sunt excommunicati.
35. Ingredientes religionem sunt inhabiles ad observandum divina præcepta, & per consequens ad perveniendum ad regnum caelorum, nisi apostataverint ab eisdem.
36. Papa cum omnibus clericis suis possessionem habentibus sunt hæretici, eo quod possessionem habent.
37. Ecclesia Romana est synagoga Satanæ: nec Papa est immediatus Vicarius Christi, & Apostolorum.
38. Decretales Epistolæ sunt apocryphæ, & seducunt à fide Christi, & clerici sunt stulti qui student eis.
39. Imperator & Domini temporales seducti sunt à diabolo; ut Ecclesiam dotarent bonis temporalibus.
40. Electio Papæ à Cardinalibus per diabolum est introducta.
41. Non est de necessitate salutis credere Romanam Ecclesiam esse supremam inter alias Ecclesias: Error est, si per Romanam Ecclesiam intelligat universalem Ecclesiam aut concilium generale: aut pro quanto negat primatum summi pontificis super alias Ecclesias particulares.
42. Fatuum est credere indulgentiis Papæ & Episcoporum.
43. Juramenta illicita sunt, quæ fiunt ad roborandum humanos contractus & commercia civilia.
44. Augustinus, Benedictus, Bernardus damnati sunt, nisi penituerint de hoc quod habuerint possessiones, & instituerunt & intraverunt religiones. Et sic à Domino Papa usque ad ultimum religiosum omnes sunt hæretici.
45. Omnes religiones indifferenter introductæ sunt à diabolo.

Hos sancta synodus præfatos articulos 45. examinari fecit & sæpius recenseri: quibus examinatis, fuit repertum aliquos & plures ex ipsis fuisse & esse notorie hæreticos, & à sanctis patribus reprobatos, alios non catholicos sed erroneos: alios scandalosos & blasphemos; quosdam piatum aurium offensivos: nonnullos eorum temerarios & seditiosos. Propterea concilium pronunciat hæreticum Ioan-

Vniclef, ac memoriam ejusdem condemnat, & mandat exhumari ossa ipsius & cremari.

In 9. 10. & 11. nihil annotatione dignum actum est. In sessione 12. pronunciata est publica sententia definitiva depositionis à Papatu contra Ioannem Papam 24. propter recessum quem fecerat à civitate Constantiensi, & dicto sacro concilio generali clandestine noctu hora suspecta, & in habitu dissimulato, & propter scandalum datum ab illo turbativum pacis & unionis Ecclesie, à voto & promissione, & juramento per ipsum Ioannem Papam Deo & Ecclesie & huic sacro concilio præstito deviativum.

Item statuit & decernit sancta synodus pro honore unionis Ecclesie, quod nullo unquam tempore religatur in Papam Dominus Baltazar Costa, nuper Ioannes 24. nec Angelus de Coratio Gregorius 12. nec Petrus de Lusa Benedictus 13. in suis obedientiis sic nominati. Si contrarium fiat, id ipsum sit irritum & inane.

Sessio 13.

Cum in nonnullis mundi partibus quidam temerariè asserere præsumant populum Christianum debere sacramentum Eucharistie sub utraque panis & vini specie suscipere, & non solum sub specie panis, sed etiam sub specie vini populum laicum passim communicent, & post cœnam vel alias non jejuni, communicandum esse pertinaciter asserunt contra laudabilem Ecclesie consuetudinem rationabiliter approbatam, hinc est quod hoc generale concilium declarat, decernit & definit contra hunc errorem, quod licet Christus post cœnam instituerit, & suis discipulis administraverit sub utraque specie panis & vini hoc venerabile sacramentum: tamen hoc non obstante sacrorum canonum autoritas, & approbata consuetudo Ecclesie servavit & servat quod hujusmodi sacramentum nec conficiatur post cœnam, nec sumatur à non jejunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis à jure vel Ecclesia concessio vel admissio, &c. Et similiter quod licet in primitiva Ecclesia hujusmodi sacramentum reciperetur à fidelibus sub utraque specie, tamen hæc consuetudo ad evitandum aliqua pericula & scandala, est rationabiliter introducta, quod à conficientibus sub utraque specie & à laicis tantummodo sub specie panis suscipiatur, cum firmissime credendum sit, & nullatenus dubitandum, integrum Christi corpus

& sanguinem tam sub specie panis, quam sub specie vini veraciter contineri, &c. Quapropter dicere, quod hanc consuetudinem & legem observare sit sacrilegium aut illicitum, censeri debet erroneum, & pertinaciter asserentes oppositum præmissorum tanquam hæretici arcendi sunt, & graviter puniendi per diocesanos locorum, aut inquisitores hæreticæ pravitatis, &c. Item præcipimus sub pœna excommunicationis quod nullus presbyter communicet populum sub utraque specie panis & vini.

Sessio 14.

Carolus de Malatestis renuntiavit Papatui nomine Gregorij 14.

Sessio 15.

Articuli Ioannis Ussi damnati in concilio, quoniam publicè prædicabat Ioannem Vviclef, virum catholicum & auctorem Evangelicum.

1. Unica est sancta universalis Ecclesia, quæ est prædestinatorum universitas.
2. Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecerit actus quosdam actibus Ecclesiæ malignantium consimiles.
3. Præsciti non sunt partes Ecclesiæ, cum nulla pars ejus ab ea finaliter excidat, eo quod prædestinationis charitas quæ ipsam ligat non excidit.
4. Duæ naturæ divinitas & humanitas sunt: unus Christus.
5. Præscitus etsi aliquando sit in gratia secundum præsentem iustitiam, tamen nunquam est pars sanctæ Ecclesiæ: ac prædestinatus semper manet membrum Ecclesiæ, licet aliquando excidat à gratia adventitia, sed non à gratia prædestinationis.
6. Sumendo Ecclesiam pro convocatione prædestinatorum sive sint in gratia sive non, secundum præsentem iustitiam, isto modo Ecclesia est articulus fidei.
7. Petrus non fuit, neque est caput Ecclesiæ sanctæ catholicæ.
8. Sacerdotes quomodo liber criminose viventes sacerdotij polluant potestatem, & sicut filij infideles sentiant infideliter de septem sacramentis Ecclesiæ, de clavibus de censuris.
9. Papalis dignitas à Cæsare inolevit, & Papæ perfectio &

institutio à Cæsaris potentia emanavit.

10. Nullus sine revelatione asseveret rationabiliter de se vel alio, quod esset caput particularis Ecclesiæ: nec Romanus pontifex est caput Romanæ Ecclesiæ.

11. Non oportet credere quod ille quicumque est particularis Romanus pontifex, sit caput cuiuscunque particularis Ecclesiæ nisi Deus eum prædestinaverit.

12. Nemo gerit vicem Christi, vel Petri, nisi sequatur eum in moribus, cum nulla alia sequela sit pertinentior, nec aliter à Deo recipiar procuratoriam potestatem, quia ad illud officium Vicarij requiritur, & morum conformitas & instituentis autoritas.

13. Papa non est manifestus & verus successor Apostolorum Principis Petri, si vivit moribus contrariis Petro: & si querit avaritiam, tunc est Vicarius Iudæ Iscariotis. Et patè evidentia Cardinales non sunt manifesti & veri successores collegij aliorum Apostolorum Christi, nisi vixerint more Apostolorum, servantes consilia & mandata Domini nostri Iesu Christi.

14. Doctores docentes quod aliquis per censuram Ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit, iudicio seculari est tradendus: pro certo sequuntur in hoc Pontifices, Scribas, & Phariseos, qui Christum nolentem eis in omnibus obedire tradiderunt Pontio Pilato.

15. Obedientia Ecclesiastica est obedientia secundum adinventionem sacerdotum Ecclesiæ, propter expressam auctoritatem Ecclesiæ.

16. Quod nulla sint opera indifferentia, sed hæc sit divisio immediata humanorum operum, quod sint vel virtuosa vel vitiosa, quia si homo est vitiosus, & agat quicquam, tunc agit vitiose: & si est virtuosus, & agat quicquam, tunc agit virtuose: quia sicut peccatum inicit universaliter omnes actus hominis vitiosi: sic virtus vivificat omnes actus hominis virtuosi.

17. Sacerdos Christi vivens secundum legem ejus, & habens notitiam scripturæ, & affectum ad ædificandum populum, debet prædicare non obstante prætextu excommunicatione.

18. Quilibet prædicantis officium de mandato accipit, qui ad sacerdotium accedit, & illud mandatum debet exequi non obstante excommunicatione.

19. Per censuras Ecclesiasticas excommunicationis, sus-

penſionis vel interdicti ad ſui exaltationem clerus populum ſibi laicalem ſuppeditat, avaritiam multiplicat, malitiam protegit, viam præparat Antichriſto.

20. Si Papa eſt malus, & maxime ſi eſt præſeitus, tunc ut Iudas Apoſtolus, eſt diabolus, fur, & filius perditionis.

21. Gratia prædeſtinationis eſt vinculum quo corpus Eccleſiæ & quodlibet ejus membrum jungitur Chriſto capiti inſolubiliter.

22. Papa vel prælatus malus & præſeitus eſt æquivoce paſtor, & vere fur & latro.

23. Papa non debet dici ſanctiſſimus etiam ſecundum officium, quia alias rex deberet dici ſanctiſſimus ſecundum officium, & tortores & præcones dicerentur ſancti, imo & diabolus deberet dici ſanctus, cum ſit officarius Dei.

24. Si Papa vivat Chriſto contrarie, etiam ſi aſcenderet per legitimam electionem ſecundum conſtitutionem humanam, tamen aliunde aſcenderet quam per Chriſtum, dato etiam quod intraret per electionem à Deo principaliter factam: Nam Iudas Scarioth rite & legitime eſt electus à Deo Apoſtolus, & tamen aſcendit aliunde in ovile ovium.

25. Condemnatio 45. articulorum Ioannis V viclef per doctores facta, eſt irrationabilis & iniqua & male facta.

26. Non eo ipſo quo electores vel major pars eorum conſenſerit viva voce ſecundum ritus hominum in perſonam aliquam, eo ipſo illa perſona eſt legitime electa. Unde ſive electores bene vel male elegerint, operibus electi debemus credere.

27. Non eſt ſcintilla apparentiæ quod oportet eſſe unum caput in ſpiritualibus regens Eccleſiam, quod ſemper cum militanti Eccleſia converſetur & conſervetur.

28. Chriſtus ſine talibus capitibus monſtruoſis per ſervos veraces diſcipulos ſparſos per orbem terrarum melius ſuam Eccleſiam regularet.

29. Apoſtoli & fideles ſacerdotes Domini ſtrenue in neceſſariis ad ſalutem regularunt Eccleſiam antequam Papæ officium foret introductum.

30. Nullus eſt Dominus civilis, nullus eſt prælatus, nullus eſt Episcopopus dum eſt in peccato mortali.

Pronunciata eſt ſententia damnationis horum articulorum ſub eaſdem forma, qua condemnati ſunt articuli Ioannis V viclef.

Condemnatur articulus sequens.

Quilibet tyrannus potest & debet licite, & meritorie occidi per quemcumque vasallum suum vel subditum, etiam per clanculares invidias & subriles blandicias vel adulationes, non obstante quocumque præstito juramento seu confederatione factis cum eo, non expectata sententia vel mandato iudicis cuiuscumque. Adversus hunc errorem satagens hæc sancta synodus exurgere & ipsum funditus tollere, declarat & definit huiusmodi doctrinam erroneam esse in fide & in moribus, ipsamque tanquam hæreticam, scandalosam & ad fraudes, deceptiones, mendacia, proditioes perjuriam, vias dantem, reprobam & condemnat. Declarat insuper & decernit quod pertinaciter doctrinam hanc perniciosissimam asserentes sunt hæretici, & tanquam tales juxta canonicas sanctiones puniendi.

Sessiones 16. 17. & 18. nihil habent ictione dignum.

Sessio 19. Anno 1415. 25. die Septembris.

Abjuratio Hieronymi de Praga.

Ego Hieronymus de Praga artium liberalium magister, cognoscens veram catholicam Ecclesiam & apostolicam fidem, anathematizo omnem hæresim, præcipue eam de qua hæctenus infatuus fui, & quam præteritis temporibus, dogmatizaverunt & tenuerunt Ioannes Vviclef, & Ioannes Hus, in suis opusculis libellis, seu sermonibus ad clerum & ad populum. Consentio autem sanctæ Rom. Ecclesiæ & apostolicæ sedi, & huic sacro concilio, & ore ac corde profiteor in omnibus & per omnia, & præsertim de clavibus, sacramentis, ordinibus, officiis & censuris Ecclesiasticis, indulgentiis & reliquiis sanctorum, Ecclesiastica libertate, & de ceremoniis & aliis omnibus ad religionem Christianam pertinentibus.

In sessione 20. agitur causa civilis inter ducem Austriæ & Episcopum Tridentinum.

Sessio 21. anno 1416. 31. die mensis Maij.

Sententia contra Hieron. de Praga laicum magistrum in artibus qui post abjuracionem in sessione 19. annotatam audientiam publicam sibi dari in hac sancta synodo postulavit, qua sibi concessa, coram eadem synodo publice asseruit, dixit, & professus est quod præfata sententiæ dam-

nationis dictorum Ioannis Uviclef, & Ioannis Hus, inique confenserat, & illam sententiam approbando mentitus fuit, nec verebatur se confiteri mentitum, quinimmo confessionem super illorum damnatione revocabat nunc & in æternum, asserens se in libris Ioannis Uviclef, & Ioannis Hus, nullam unquam hæresim vel errorem legisse, licet ante fuerit confessus, &c. propter quæ sancta synodus prædictum Hiero. palmitem putridum, aridum, in vite non manentem, foras mittendum decrevit, ipsumque hæreticum, & in hæresim relapsum excommunicatum, anathematizatum pronunciat & declarat atque damnat. Qui Hiero. traditus est potestati seculari, & combustus.

Sessiones intermediæ totæ teruntur in citando & deponendo Petro de Luna Benedicto 13. nuncupato, & recipiendis oratoribus regum Aragonum, Castellæ & Navarræ.

Sessio 39. anno 1417. die 9. Octob.

Statutum de conciliis generalibus erga futura schismata. Edicto perpetuo sancimus & ordinamus, ut amodo concilia generalia celebrentur, ita quod primum à fine hujus concilij in quinquennium immediate sequens: secundum vero à fine illius in septennium, & deinceps de decennio in decennium perpetuo celebrentur in locis quæ summus Pontifex per mensem ante finem cujuslibet concilij approbante & consentiente concilio, vel in ejus defectu ipsum concilium deputare & assignare teneatur, ut sic per quandam continuationem semper aut concilium vigeat, aut per termini pendentiam expectetur: quem terminum licet summo Pontifici de suorum fratrum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio ob emergentes forte casus abbreviare, sed nullatenus prorogetur. Locum autem pro futuro celebrando concilio deputatum absque evidenti necessitate non mutet.

Sessio 40. Reformationes fienda per Papam una cum concilio antequam concilium dissolvatur.

Sacro sancta generalis synodus Constantiensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, statuit & decernit, quod futurus Rom. pontifex per Dei gratiam de proximo assumendus cum hoc sacro concilio deputandis per singulas nationes debet reformare Ecclesiam in capite & in membris, & curiâ Romanam

secundum æquitatem, & bonum regimen Ecclesiæ, antequam hoc concilium dissolvatur super materiis articulo-
 rum alias per nationes in reformatoria oblatorum, quæ sequuntur. Primo de numero, qualitate & natione dominorum Cardinalium. Item de Annatis, communi-
 bus servitiis & minutis. Item de collationibus beneficiorum, & gratis expectativis. Item de confirmationibus electionum. Item de causis in cura Romana tractandis, vel non. Item de appellationibus ad Romanam curiam. Item de officiis cancellariæ & poenitentiarie. Item de exemptionibus & incorporationibus tempore schismatis factis. Item de commendis. Item de fructibus medij temporis. Item de non alienandis bonis Romanæ Eccle. Item propter quæ & quomodo Papa possit corrigi & deponi. Item de extirpatione simoniæ. Item de dispensationibus. Item de provisione Papæ & Cardinalium. Item de indulgentiis. Item de decimis. Hoc adjecto quod facta per nationes deputatione prædicta, licet alijs de licentia Papæ libere ad propria remeare.

Sessio 41. anno 1417. die 8. Novembris.

Constitutio Papæ Clementis 6. super modo & forma observandis à Cardinalibus in conclavi existentibus super electione Pontificis. Decretum de non spoliando electum in Papam sub pena excommunicationis.

Die 11. Novembris anni suprascripti in festo sancti Martini reverendissimi patres in conclavi existentes Reverendissimum in Christo patrem Dominum Odonem de Columna sancti Gregorii diaconum Cardinalem, de Columna vulgariter nuncupatum, natione Romanum concorditer in Romanum Pontificem elegerunt, qui Martinus Papa nominari voluit, & sic per Serenissimum principem Sigismundum Romanorum regem una cum sancta synodo apud Ecclesiam majorem hujus civitatis Constantiensis fuit inthronizatus & coronatus Papa.

Sessio 42. nihil habet, quo juste possimus lectorem occupare.

Sess. 43. Prasidente Papa Martino 5. 21. mens. Martij, Decretum contra symoniam.

Martinus, &c. Multæ contra simoniacam praviratem olim factæ sunt constitutiones, quibus morbus ille non potuit competenter

competenter extirpari. Nos facto approbante concilio declaramus, quod ordinati simoniacæ ab excommunicatis suorum ordinum sint eo ipso suspensi. Electiones autem, postulationes, & confirmationes & quævis provisiones simoniacæ Ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, personarum, officiorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque deinceps factæ, nullæ sint ipso iure, nullumque per illa ius cuiquam acquiratur, nec promoti, confirmati aut provisi faciant fructus suos, sed ad illorum restitutionem tanquam iniuste ablata percipientes teneantur, statuentes insuper quod dantes & recipientes ipso facto sententias excommunicationis incurrant.

De decimis & alijs oneribus Ecclesiasticis.

Martinus, præcipimus, &c. Iura quæ prohibent inferioribus à Papa decimas & alia onera Ecclesiæ & personis Ecclesiasticis imponere districtius observari, per nos autem nullatenus imponatur generaliter super totum clerum, nisi ex magna & ardua causa & utilitate universalem Ecclesiam concernente, & de concilio & consensu & subscriptione fratrum nostrorum S. Rom. Ecclesiæ Cardinalium & prælatorum, quorum consilium commode haberi poterit. Nec specialiter in aliquo regno vel provincia inconsultis prælatis ipsius regni vel provincie, & ipsis non consentientibus, vel eorum majori parte & eo casu per personas Ecclesiasticas & autoritate apostolica duntaxat leventur. In sessione 44. (statuitur locus futuri concilij).

Session 45. & ultima de dissolutione concilij.

Martinus Papa 5. dixit quod omnia & singula determinata, conclusa & decreta in materijs fidei per præsens concilium concinaciter tenere & inviolabiliter observare volebat, & nunquam contraire quoquo modo. Ipsaque sic conciliatim facta approbat, & ratificat, & non aliter nec alio modo: quo dictum ipsum concilium absolvit, omnibus & singulis in eo existentibus ad propria remeandi, ipso approbante concilio facultatem fecit.

Bulla Martini 5. de condemnatione Ioannis Wiclef de Anglia. & Ioannis Vss. de Bohemia damnati in hoc sacro concilio Constant.

Martinus Episcopus, &c. Inter curas pastoralis curæ sollicitudines, &c.

Sequuntur errores Ioannis Vniuersalis . 45. & errores Ioannis Hus 30. in eadem forma qua supra recensiti.

Super præmissis autem articulis quilibet de eis suspectus seu in eorum assertione deprehensus iuxta hunc modum interrogetur. In primis utrum cognoverit Ioannem Vniuersalem de Anglia & Ioannem Hus de Bohemia, & Hieronymum de Praga. Item utrum teneat & credat quod quodlibet concilium generale, & etiam Constantiense uniuersalem Ecclesiam repræsentet. Item utrum credat quod illud, quod concilium Constantiense uniuersalem Ecclesiam repræsentans approbavit & approbat in favorem fidei & ad salutem animarum, quod hoc est ab uniuersis Christi fidelibus approbandum & tenendum. Item utrum credat & asserat quod in nullo casu sit licitum iurare. Item utrum credat quod ad mandatum iudicis iuramentum de veritate dicenda vel quodlibet aliud ad causam opportunam, etiam pro purificatione infamiae faciendum, sit licitum. Item utrum credat quod perjurium scienter commissum ex quacumque causa vel occasione pro conservatione vitæ corporalis vel propter alterius etiam in favorem fidei sit mortale peccatum. Item utrum credat deliberato animo quod contemnens ritum Ecclesiae, caeremonias exorcismi & catechismi, aquæ baptismalis consecrata peccet mortaliter. Item utrum credat quod post consecrationem sacerdotis in sacramento altaris sub velamento panis & vini non sit panis materialis, & vinum materiale, sed idem per omnia Christus qui fuit in cruce passus, & sedet ad dexteram Patris. Item utrum credat & asserat quod facta consecratione per sacerdotem, sub sola specie panis tantum, & præter speciem vini, sit vera caro & sanguis, & anima, & Deitas, & totus Christus ac idem corpus absolute, & sub una qualibet illarum specierum singulariter. Item utrum credat quod consuetudo communicandi personas laicas sub specie panis tantum, ab Ecclesia uniuersali observata & per sacrum concilium Constantiense approbata, sit seruanda, sic quod non liceat eam reprobare, aut sine Ecclesiae auctoritate pro libito immutare. Item utrum credat quod Christianus contemnens susceptionem sacramentorum confirmationis, vel extremæ unctionis, ac solemnisationis matrimonij, peccet mortaliter. Item utrum credat quod Christianus ultra contritionem cordis habita copia sacerdotis idonei, soli sacerdoti ex necessitate salutis confiteri teneatur & non laico, seu laicis, quantum

cinque bonis & devotis. Item utrum credat quod sacerdos in calibus sibi permissis possit peccatorem confessum & contritum à peccatis absolvere, & sic penitentiam injungere. Item, utrum credat quod malus sacerdos cum debita materia & forma & cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, vere conficiat, vere absolvat, vere baptizet, & vere conferat alia sacramenta. Item utrum credat quod B. Petrus fuerit vicarius Christi habens potestatem ligandi & solvendi super terram. Item utrum credat quod Papa canonicè electus, qui pro tempore fuerit, sit successor beati Petri, habens supremam potestatem in Ecclesia Dei. Item utrum credat auctoritatem jurisdictionis Papæ, Archiepiscopi, & Episcopi in solvendo & ligando esse majorem auctoritate simplicis sacerdotis, etiam si curam animarum habeat. Item utrum credat quod Papa omnibus Christianis vere contritis & confessis ex causa pia & justa possit concedere indulgentias in remissionem peccatorum, maxime pia loca visitantibus. Item utrum credat quod ex tali concessione, visitantes Ecclesias ipsas, & manus adjuatrices eis porrigentes ejusmodi indulgentias consequi possint. Item utrum credat quod singuli Episcopi suis subditis secundum limitationem sacrorum canonum hujusmodi indulgentias concedere possint. Item utrum credat & asserat licitum esse sanctorum reliquias & imagines à Christi fidelibus venerari. Item utrum credat quod Papa vel alius prælatus, vel ipsorum vicarij possint suum subditum Ecclesiasticum sive secularem propter inobedientiam sive contumaciam excommunicare, ita quod talis pro excommunicato sit habendus. Item utrum credat quod inobedientia sive contumacia excommunicatorum crescente, prælati vel eorum vicarij in spiritualibus habeant potestatem aggravandi, interdictum ponendi, & brachium seculare invocandi, & quod illis censuris per inferiores sit obediendum. Item utrum credat quod licet personis Ecclesiasticis absque peccato hujus mundi habere, possessiones & bona temporalia. Item utrum credat quod laicis ipsa ab eis auferre potestate propria non liceat etiam si male viverent personæ Ecclesiasticæ bona hujusmodi possidentes. Item utrum credat quod liceat laicis utriusque sexus viris & mulieribus prædicare Verbum Dei. Item utrum credat quod singulis sacerdotibus libere liceat prædicare Verbum Dei ubicunque, quandocunque & quibuscunque placuerit etiam si non sint missi. Item utrum

credat quod omnia peccata mortalia, & specialiter manifesta sint publice corrigenda & exirpanda.

Qui de præmissis hæresibus, vel articulis, vel aliquo præmissorum infamati fuerint, ad arbitrium vestrum expurgare teneantur. Aliis vero qui per testes, seu propriam confessionem vel alias legitimas probationes convicti fuerint de prædictis hæresibus vel articulis, vel aliquo præmissorum, eisdem articulos & errores solenniter & publice revocate, abjurare, penitentiam condignam subire cogantur invocato ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis, &c. Datum Constantiæ pontificatus nostri ann. Primo.

Finunt acta in concilio Constantiensi sub Martino quarto.

CONCILIIUM BASILIENSE IN præfatione annotatur quis modus sit observandus in publica sessione conciliorum generalium, & qui fuit observatus in concilio generali Constantiensi.

Concilium Basiliense inchoatum anno Domini 1431. præfidente Iuliano Cardinale sancti Angeli legato Apostolico legitima potestate à felicis recordationis Martino 5. & Eugenio 4. tunc recens electo facta. Hoc concilium Senis fuerat inchoatum, sed iustis de causis per Martinum 5. translatum Basileæ usque ad annum Domini 1442. continuatum est, decreto Constantiensis concilij statutum fuerat, ut Papiæ celebraretur: sed cum pestilente constitutione inficeretur Papiense eorum (ut dicit Chronicon Germanic.) placuit Pontifici concilium transferre Senas: cumque illuc ex multis nationibus convenirent multi quidem ex largitionibus promissis contra Martinum molerentur ut de pontificatu desiceretur: quod ubi animadvertit pontifex, statim concilij conventum dissolvit: ne quis calumniari posset pontificem sibi timere statuit post 7. anno, synodum generalem celebrandam, eique concilio locum deputavit Basileam. Sic ibi Paulus Langius in Chronico Cicerensi Laulannæ anno Domini 1448. prævia obsidione urbis dissolutum & dissipatum fuisse, acque ex glorioso principio humilem finem consecutum esse scribit: Item indicatur in Bulla Nicolai 5. quæ ad finem tess. 45. addita, apud Binium reperitur. Ibi tamen nihil aliud actum fuisse invenitur, quam quod in recessione Frederici Imperatoris Felix. 5. Antipapa creatus ad pa-

tem Ecclesie conciliandam, ad acta Basiliensis concilij improbandam, Pseudo pontificatum resignaverit, eaque de causa pacis & unitatis gratia approbaverit quæ de beneficiis in concilio Basiliensi constituta fuerant.

Sessio 2.

Hæc sancta synodus legitime congregata auctoritate Apostolica legitime interveniente sacris Constantien. Senem. & conciliis generalibus decernentibus atque ordinantibus fuit & est in hoc loco Basiliensis debite, legitime ac rite inchoata & congregata: ideo in præsentî sessione ordinat & declarat quæ sequuntur.

Primo declarat quod ipsa synodus in Spiritu sancto legitime congregata generale concilium faciens, & Ecclesiam militantem repræsentans, potestatem immediate à Christo habet, cui quilibet cujuscunque status vel dignitatis, etiam si Papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & extirpationem dicti schismatis, & generalem reformationem Ecclesie Dei in capite & in membris.

*Constant.
con. sess. 4.*

Item declarat quod quicumque cujuscunque status vel dignitatis, etiam si Papalis existat qui mandatis, statutis, seu ordinationibus aut præceptis hujus sacre synodi, & cujuscunque alterius concilij generalis legitime congregati super præmissis vel ad ea pertinentibus obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ poenitentiae subiciatur, & debite puniatur.

*Const. con.
sess. 5.**Sessio 3*

Primo repetuntur eadem decreta, quæ in sessione secunda sunt definita & declarata.

Secundo decernitur dissolutionem hujus concilij nullatenus fieri posse per Eugenium Papam, quoniam est contra decreta Constant. concilij, & tendit in grave periculum fidei & status Ecclesiastici turbationem & detrimentum atque scandalum totius populi Christiani. Agnoverant prælati in concilio tunc congregati quod Eugen. Pap. cum collegio Cardinalium dissolvisset illud concilium. In aliis sessionibus nihil habetur, tantum commonetur Papa ut veniat ad concilium, & accusatur ejus contumacia nolentis parere.

Eligantur Episcopi & quicumque alij prælati, ac confirmentur juxta statuta juris communis, nempe ut singulæ Ecclesie Episcopos, singula collegia, singuli conventus præatos sibi eligant: qui rursus ab illis confirmentur ad quos

de jure confirmatio spectat, nempe Episcopi à Metropolitanis, Metropolitanus à Papa, & inferiores prelati ab Episcopis.

Sessio 13. & 14. tota teritur in monendo & citando Eugenio Papa 4.

Sessio. 15.

Synodales congregationes singulis annis saltem semel sunt celebrandæ: Provincialia vero concilia ad minus de triennio in triennium, in quibus inter Missarum solemnitas vel post dixerant, vel alius ejus nomine, Verbum Dei proponat, exhortando omnes ad bonos mores sectandum, abstinendum à vitiis, & ad ea quæ pertinent ad Ecclesiasticam disciplinam & officia singulorum, & præsertim ut i) quibus animarum cura commissa est, diebus Dominicis & aliis solennibus plebem subjectam doctrinis & monitis salutaribus instruant. Postea legantur statuta provincialia & synodalia, & inter alia aliquis compendiosus tractatus docens quomodo sacramenta administrari debeant: & alia utilia pro instructione sacerdotum. Deinde ipse dixerant de vita & moribus subditorum solerter inquirat, labem simoniacæ pravitatis, contractus usurarios, concubinatum, fornicationem, & alia quævis crimina & excessus debita correctione cohibeat: Alienationes rerum Ecclesiasticarum à jure prohibitas revocet, clericorum abusus & aliorum subjectorum qui circa divinum officium & delationem debiti habitus defuerint, in melius reformet & emendet. Præcipua autem in ipsa synodo Episcopi cura sit inquirere ac debitis modis occurrere, ne aliquod dogma hæreticum, erroneum & scandalosum, sortilegia divinationes, incantationes, superstitiones, & quævis diabolica figmenta dixerant suam inficiant.

Sessio 16. & 17.

Eugenius Papa annullat dissolutionem ab eo factam concilij Basiliensis quia graves dissensiones ex prædicta dissolutione ortæ sunt, & graviores oriri possent, & decernit & declarat prædictum concilium à principio inchoationis suæ fuisse & esse legitimè congregatum, & revocat bullas quas ad dissolvendum illud concilium ante dederat.

Sessio. 18.

Reperuntur decreta concilij Constant. de authoritate & potestate conciliorum generalium absentibus legatis Papæ, ut supra in hoc Basiliensi concilio sessione 2. & 3. Quod concilium generale potestatem immediate à Christo habet cui quilibet cuiuscunque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur supra.

Sessio. 19.

In hac sessione promulgatur decretum quomodo prædicanda sit fides Iudæis & cæteris infidelibus cum Christianis commorantibus, & quomodo tractandi sunt illi quando durant infidelitate sua, & de his qui volunt ad fidem converteri, ut bona sua quæcunque habent mobilia & immobilia, eis intacta illæsaque permancant, nisi ex usura aut illicito quæstu fuerint acquisita, & nocæ sint personæ, quibus de jure sit restitutio facienda; quia tunc illis restitui omnino oportet. His vero personis non stantibus, quæ talia per manus Ecclesiæ in pios essent usus convertenda, hæc sancta synodus in favorem concedit suscepti baptismatis tanquam in pium usum apud eos remanere debere. Si vero conversionis tempore inopes & indigentes fuerint, per viscera misericordie Dei nostri omnes tam Ecclesiasticos quam seculares hæc sancta synodus exhortatur, ut ipsis conversis manus porrigant ad iustitias. Ipsi quoque diocesani non solum Christianos ad subveniendum illis exhortentur, sed etiam de redditibus Ecclesiarum quam de his quæ ad pauperum usus per seipos convertenda devolvuntur, huiusmodi neophytos sustentare non negligant, ipsosque detractionibus & contumeliis paternâ affectione defendant. Ne quoniam per gratiam baptismi cives sanctorum & domestici dei efficiuntur, longèque dignius sit regenerari spiritu quam nasci carne, lege præsentis statuimus ut civitatum & locorum in quibus sacro baptismo regenerantur, ibi libertatibus & immunitatibus gaudeant, quæ ratione dumtaxat nativitatis & originis alij consequuntur. Current insuper sacerdotes baptizantes & diocesani, ne cum Iudæis seu infidelibus, saltem per longum tempus conversentur: quoniam experientia teste mutuum inter se neophytorum conversationem ipsos in fine nostræ fragiliores reddere, ac saluti illorum plurimum officere

compertum est. Exhortatur hæc sancta synodus locorum ordinarios, ut quantum pro incremento fidei viderint expedire, curent & studeant neophytos ipsos cum originariis Christianis matrimonio copulare. Prohibeatur & iis neophytis sub gravibus pœnis ne mortuos more Iudæorum sepeliant, aut sabbatha aliasque solemnitates, & antiquæ sectæ ritus quodammodo observent, sed Eccl. & prædicationes nostras prout alij catholici frequentent, in omnibus se Christianorum moribus conformes reddant.

Sessio 20. Constitutio de concubina iis.

Si quis fuerit publicus concubinarius, à perceptione fructuum omnium suorum vel beneficiorum trium mensium spatio sit ipso facto suspensus, quos suus superior in fabricam vel aliam evidentem Ecclesiarum utilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, convertat. Deinde ejusmodi concubinarium monere teneatur ut concubinam dimittat: quam si non dimiserit, vel dimissam, aut aliam publice resumpserit jubet hæc sancta synodus, ut ipsum suis omnibus beneficiis omnino privet.

Sessio 21. De annatis.

Constitutio de annatis non exigendis tam in curia Romana quam alibi pro confirmatione electionum, vel admissione postulationum, aut aliqua collatione.

Altera constitutio quomodo divinam officium in Ecclesia celebrandum sit: quo tempore quisque debet esse in choro.

Turpem etiam illum abusum in quibusdam frequentatum Ecclesiis quo certis anni celebratibus nonnulli cum mitra, baculo, ac vestibus pontificalibus more Episcoporum benedixere; Alij ut reges ac duces induti, quod festum fatuorum vel innocentium vel puerorum in quibusdam regionibus nuncupant, ut alij latvales & theatrales locos; Alij choreas & tripudia marium ac mulierum facientes, homines ad spectacula & cachinnationes movent; Alij commestationes & convivia ibidem præparant, hæc sancta synodus detestans statuit & jubet ordinariis & Ecclesiarum rectoribus ne hæc aut similia ludibria nec etiam mercantias seu negotiationes mundanarum in Ecclesia, quæ domus orationis esse debet, ac etiam cœmeterio exerceri amplius permittant, transgressoresque per censuram Ecclesiasticam aliaque

juris remedia punire non negligent.

Sessio 22. De erroribus Archiepiscopi Nazareni.

Quendam libellum editum ab August. de Roma Archiep. Nazareno, cujus primus tractatus de sacramento divinitatis Iesu Christi & Ecclesie intitulatur. Secundus de Christo capite, & ejus inelyto principatu. Alius de charitate Christi circa electos, & de ejus infinito amore, tanquam non sanam & erroneam in fide doctrinam continentem, cum suis defensoriis, hæc sancta synodus damnat & reprobat, & potissime scandalosam assertionem erroneam in fide in ipso libello contentam, scilicet, Christus quotidie peccat, & ex quo fuit Christus quotidie peccavit, quamvis pro capite Ecclesie Christo Iesu dicat se non intelligere, sed ad membra sua, quæ cum Christo capite unum esse Christum asseruit, intelligentiam ejus esse referendam dicat. Nec non & propositiones istas, & eis in sententia similes, quas in articulos damnatos in concilio Constan. incidere declarat, scilicet non omnes fideles justificati, sunt membra Christi, sed soli prædestinati. Humana natura in Christo, vere est Christus, & eadem est persona Christi. Humana natura in Christo est persona verbi. Humanâ natura assumpta à verbo ex unione personali veraciter Deus naturalis & proprius, &c. Christus secundum voluntatem creatam tantum diligit naturam humanam unam persone verbi, quantum diligit naturam divinam: sicut duæ persone in divinis sunt æqualiter diligibiles, ita duæ nature in Christo humana & divina sunt æqualiter diligibiles propter personam communem.

Anima Christi videt Deum tam clare & intense, quantum clare & intense Deus videt seipsum.

Ratio suppositæ determinans humanam naturam in Christo, non realiter distinguitur ab ipsa natura determinata. Quas propositiones & alias ex eadem radice procedentes tanquam erroneas in fide damnat & reprobat hæc sancta synodus anno 1435.

Sessio 23.

qualis debet esse electio Pontificis. Secundo de modo & qualitate Cardinalium, ut numerum 14. non excedant, & de omnibus regionibus Christianitatis assumantur viri in scientia & motibus ac rerum experientia excellentes,

non minores 30. annis magistri seu licentiatum in jure divino vel humano. Sic saltem tertia vel quarta pars de magistris in sacra scriptura, non nepotes ex fratre vel sorore Romani Pontificis, aut alicujus Cardinalis viventis, non illegitime nati, non corpore vitati, nec alicujus criminis aut infamæ nota reserpsi.

Sessio 16. & 17.

Tractatur de admonitione & citatione contra Eugenium Papam & Cardinales.

Sessio 18. & 19.

In qua causatur contumacia Papæ, & declaratur contumax, quia tractabat de dissolutione ejus concilij.

Annotatio.

Circa translationem Concilij de uno in alium locum, & de ejus dissolutione Turrecremata in Summa de Eccl. l. 3. c. 66. dicit quod olim de hac magna fuit controversia inter Doctores, nam aliqui senserunt, id non posse facere Romanum Pontificem absque ipsius Concilij consensu: sed nunc dubitari non potest, quin id possit facere Romanus Pontifex rationabili & justa de causa: nimirum, si locus peste laboret, aut bello prematur, vel sit ab hostibus obsessus: Romanus enim Pontifex cum sit totius Ecclesiæ Pastor, & Concilio generali præsideat per se, vel legatos suos: potest sua auctoritate Concilium transferre ad alium locum, vel tempus, vel dissolvere. Ita ut ex eo tempore Concilium desinat esse legitimum, quia non amplius à Romani Pontificis auctoritate pendet & existit, cum eo contradicente Concilium procedit. Nec obstat Constitutio edita in Concilio Constantiensi sess. 39. quæ incipit, *Frequens*, Constitutio enim contra Romani Pontificis auctoritatem non valet: Unde Martinus quintus Pontifex qui in eo Concilio est creatus, legatis, quos ad Concilium Senonense miserat, potestatem dedit ut Concilium alio transferrent. Bene verum est in his casibus, in quibus generale Concilium sine auctoritate Romani Pontificis illegitime congregatur, sive à Cardinalibus, sive à Regibus, non posse Romanum Pontificem dissolvere, vel alio transferre, scilicet si congregatum sit, quia Papa est notorie hæreticus, vel quia duo vel plures dubij & incerti Pontifices sunt.

Sessio. 30.

Hæc sancta synodus decernit & declarat quod fideles laici sive clerici communicantes & non conscienties, non attrahuntur ex præcepto Domini ad suscipiendum sub utraque specie panis scilicet & vini, factum Eucharistiæ sacramentum, sed Ecclesia quæ regitur spiritu veritatis secum manente in æternum, & cum qua Christus manet usque ad consummationem sæculi, ordinare habet quomodo ipsis non conscientibus ministraretur, prout pro reverentia ipsius sacramenti & saluti si solum viderit expedire, & ut supra in concilio Const. sit.

Sessiones 31. & 32. tractant de præbendis Ecclesiasticis canonice per ordinarios conferendis, & de suspensione Eugenij Papæ 4.

Sessio 33.

De veritate fidei catholicæ per tres veritates. Primo definiunt quod generalis synodus in spiritu sancto legitime congregata generale concilium faciens, Ecclesiam militantem representans, potestatem à Christo immediate habet, cui cuilibet cujuscunque status etiam si Papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad fidem & ad extirpationem schismatum, & ad generalem reformationem Ecclesiæ in capite & in membris.

Secundo declarat quod quicumque cujuscunque dignitatis, etiam si Papalis existat, qui mandatis aut præceptis hujus sanctæ synodi & cujuscunque alicujus concilij generalis legitime congregati super præmissis, sive ad ea pertinentibus, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignæ poenitentiae subiciatur, & debite puniatur.

Tertio declarat quod ipsum generale concilium pro præmissis eaque concernentibus congregatum sine ipsius consensu, per nullum, quavis auctoritate, etiam si Papali dignitate præfulgeat, dissolvi, transferri, aut ad illud tempus prorogari potest.

Et licet has esse veritates fidei catholicæ satis constet ex pluribus declarationibus præcedentibus, ad majorem tamen soliditatem & firmitatem veritatum ipsarum hæc sancta synodus definit & declarat: primo quod veritas de potestate concilij generalis supra Papam, & quemlibet alterum declarata per Constantiense & hoc Basiliense generalia concilia, est veritas fidei catholicæ. Secundo, veritas hæc,

Ha tres veritates reproboavit & damnavit. Eugenius Papa, libello qui incipit Moses servus Dei, ut patet extra 38. sessione in Const. sessione 4 & 3. In Basili. sessio. 2.

quod Papa concilium generale legitime congregatum, sine eius consensu nullatenus potest dissolvere, est veritas catholice fidei. Tertio, quod veritatibus predictis pertinaciter repugnans est censendus hæreticus, anno 1439.

Sessio 34.

In hac & sequenti tractatur de depositione Eugenij Papæ & stabilitate concilij.

Sessio 36.

Hactenus difficilis questio in diversis partibus super conceptione ipsius gloriosæ virginis Mariæ matris Dei, & exordio sanctificationis ejus facta est, &c. Nos diligenter inspectis autoritatibus & rationibus quæ jam à pluribus annis ex parte utriusque doctrinæ allegatæ sunt, aliisque etiam plurimis super hac re visis & maturâ consideratione pensatis, doctrinam illam differentem gloriosam virginem Mariam, præveniente & operante divini numinis gratia singulari nunquam actualiter subjacuisse originali peccato, sed immanenti semper fuisse ab omni originali & actuali culpa, sanctamque & immaculatam, tanquam piam & consonam cultui Ecclesiastico, fidei catholice, rectæ rationi, & sacre scripturæ, approbandam fore & tenendam & amplectendam diffinimus & declaramus, nullique de cætero licitum esse in contrarium prædicare, seu docere, renovantes præterea institutionem de celebranda sanctæ ejus conceptione quæ sexto idus Decemb. antiqua & laudabili consuetudine celebratur.

*Sessio 37. & 38. Tractant de electione novi Pontificis.**Sessio 39.*

Deposito Eugenio fuit electus Amadeus dux Sabaudie, qui in solitudine Ripariæ à pluribus annis in virtute continentie fuerat conversatus.

Sessio sequens consensu electioni facta, nuncupatus est Felix Papa quintus.

Bulla Nicolai Papæ 5. qui successit Eugenio 4. De approbatione gestorum in concilio Basiliensi, propter securitatem animarum, & cavenda pericula conscientiarum. Confirmat Nicolaus Papa gesta per Amadeum nuncupatum Felicem quintum, & per congregatos in concilio Basiliensi,

quod spectat ad censuras & causas beneficiales. De aliis nihil, nec de probatione ejus concilij, anno 1449. sui pontificatus anno 3.

Annotatio.

Quæ in his duabus congregationibus Constantiensi & Basiliensi statuta sunt, non habent aliquod auctoritatis robur, nisi dumtaxat illa quæ in bulla Martini 5. aut Nicolai 5. pontificata auctoritate probata sunt, quorum paucis mentionem fecimus supra.

Eugenius quartus Papa 215. sedit annos 16. fuit electus Romæ anno 1431 vivente adhuc Sigismando Germano Cæsare 35.

Hic durante consilio Basiliensi convocavit concilium generale Ferrariæ, ut tractaretur de unione Ecclesiæ Orientalis cum Ecclesia Latina, ibi cepit celebrari præsentente Palæologo Imperatore & Patriarcha Constantin. cum aliis Ecclesiæ orientalis pontificibus, abbatibus, monachis & cruce signatis. Attamen inchoatum non potuit absolvi propter ingruentem pestem & translatum est ab Eugenio Florentiam, ubi & absolutum est. Celebratum est concilium prædictum per viginti & quinque sessiones, quarum sexdecim celebratæ sunt Ferrariæ, reliquæ vero Florentiæ. In quibus omnibus disputatum est inter Latinos & Græcos. Primum de processione spiritus sancti à filio: & an rite facta fuerit à Latinis ea additio in symbolo, filioque procedit, &c. Secundo, de igne purgatorio. Tertio, de Papæ principatu Quarto, de azymo & fermentato pane. Quinto, de panis in Eucharistia transmutatione. Quæ tamen disputationes solam contentionem inter Græcos & Latinos pepererunt, ut coacti fuerint cessare à disputatione, ut res citra ullam controversiam inter eos tractaretur: & sic facta est unio earum Ecclesiarum, & sequens definitio prædictorum articulorum sub hac forma.

CONCILIIUM FLORENTINUM.

Approbante hac sancta synodo Florentina definimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur & suscipiatur, quia spiritus sanctus à patre & filio æternaliter est, & essentiam suam, suumque esse subsistens habet ex patre simul & filio, & ex utroque æternaliter tanquam ab uno principio & unica inspiratione procedit: declarantes quod id quod sancti doctores & patres dicunt ex patre per filium procedere spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit,

ut per hoc significetur filium quoque esse secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos vero principium substantiæ spiritus sancti, sicut & patrem. Et quoniam omnia quæ patris sunt, ipse pater unigenito filio suo gignendo dedit præter esse patrem, hoc ipsum, quod spiritus sanctus procedit ex filio, ipse filius à patre æternaliter habet à quo æternaliter etiam genitus est.

*De parti-
cula illa,
filioque
procedit.*

Definimus etiam explicationem verborum illorum, filioque, veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter symbolo fuisse appositam.

Annotatio.

Verum non est quod garrunt Græci in Symbolo Nicæno assertum esse, spiritum sanctum ex solo Patre procedere. Consilium Constantinopolitanum Symbolo addidit illa verba, *qui ex Patre procedit*: sed non ait discretissimis verbis *qui ex solo Patre procedit*: illa enim particula *solo*, adjectio est Ieremiæ Patriarchæ, non consilij proprium verbum. Cur autem concilium non adjecerit ex filio, sed satis esse censuerit dicere, *qui ex Patre procedit*, ratio est in promptu quia eo tempore dubium non erat, an Spiritus sanctus ex filio procederet, idem hæretici concedebant, ut constat ex Basilio lib. 2. in Eunomium, sed, dubium erat de Patre, à quo alienum omnino Spiritum sanctum tanquam solius filij creaturam hæretici esse dicebant. Concilium igitur, ut remedium morbo adhiberet, id posuit in Symbolo quod necesse erat.

Item, in azymo sive fermentato pane tritico corpus Christi veraciter confici: sacerdotisque in altero ipsum Domini corpus conficere debere, unumquemque se, juxta suæ Ecclesiæ, sive Occidentalis sive Orientalis consuetudinem.

*In azymo
et fermentato
corpus
Christi
conficitur.*

Item, si vere penitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis penitentiæ fructibus de commissis satisfecerint, & omittis, eorum animas pœnis purgatorii purgari. Et ut à pœnis hujusmodi releventur, prodesse his virorum fidelium suffragia, missarum sc. sacrificia orationes & elemosynas & alia pietatis officia quæ à fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiæ instituta. Illorum etiam animas, qui post baptismum susceptam nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corpo-

*De purgato-
rio.*

ribus, vel eisdem exuta corporibus (prout superius dictum est) sunt purgatae, in caelum mox recipi & intueri clare ipsam Deum trinum & unum sicuti est, pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius. Illorum autem animas, quae in actuali mortali peccato, vel solo originali de- cedunt, mox infernum descendere, potius tamen disparibus puniendas.

*De peccata
originis.*

Annotatio.

Quod purgatorium detur, & animae ibi detentae suffragiis vivorum juvari possint, praeter id quod hic determinatum est, docent patres. Dionysius de Ecclesiastica hierarchia capit. 7. part. 3. ibi. *Accedens deinde venerandus Antistes, precem sacram super mortuum peragit, &c.* Nazianzenus oratione in Caesarium, circa finem. Ephrem in suo testa- mento, *Affidue, inquit, in vestris orationibus, meis me- moriam faciatis.* Cyrillus cateches. 5. Mystag. Epiphanius in fine operis contra haereticos, numerat inter dogmata Ec- clesiae, orationem pro defunctis, & haeresi 75. Atrium ha- reticum facit, quia hoc negabat. Chrysostomus homil. 41. in 1. Corinth. *Invetur, inquit, mortuus non lachrymis sed precibus, supplicationibus, elemosynis.* Et homil. 69. ad pop. homil. 32. in Marth. ho. 84. in Ioannem. Theodoretus lib. 5. histor. capit. 26. scribit, Theodosium juniorem pro- cubuisse ad reliquias sancti Ioannis Chrysostomi, & orasse pro animabus parentum suorum Arcadij & Eudoxiae jam defunctorum. Augustinus in lib. de cura agenda pro mortuis cap. 1. in Enchiridio, cap. 110. lib. 9. Confession. c. 13. & alibi pluries. Gregorius lib. 4. dialog. cap. 35. Isidorus lib. 1. de officiis cap. 18. *Nisi catholica Ecclesia, ait, crederet fidelibus defunctis dimitti peccata, non pro eorum spiri- tibus vel elemosynas faceret, vel Deo sacrificium offer- ret.* Bernadus serm. 66. in eand.

Item, definimus sanctam apostolicam sedem, & Ro- manum Pontificem in universum orbem tenere primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse beati Pe- tri principis apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusque Ecclesiae caput, & omnium Christianorum pa- trem ac doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi, regendi & gubernandi universalem Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quem- admodum etiam in gestis oecumenicorum conciliorum & in sacris canonibus continetur. Datum Florentiae in festo

*Romanus
pontifex
successor
Petri, &
Christi vi-
carius.*

sione publice synodali, anno 1436.

Dum hæc Florentiæ agerentur, in ultima sessione subita morte defunctus est Patriarcha Constantinopol. & quærentibus Græcis ac Latinis causam tam subitæ mortis eius famuli responderunt, ipsum postquam cœnasset, in penetrale domus scribendi causa, ut sui moris erat, intrasse, & dum scriberet, tremore ac animi langore affectum, statim occubuisse. Literæ autem sequentia continebant: Iosephi miseratione Divina Constantinopolis & novæ Romæ Archiepiscopus, & œcumenicus Patriarcha, quoniam ad extremum vitæ meæ perveni, idcirco pro meo munere dilectis filiis benignitate Dei meam sententiam his literis palam facio: Nam quæ Domini nostri Iesu-Christi catholica & apostolica Ecclesia Romæ veteris sentiat ac celebret, omnia, me quoque sentire credereque profiteor, ac ipsi plurimum acquiesco. Beatissimam autem patrum patrem ac summum pontificem Romæque veteris Papam, Domini nostri Iesu Christi vicarium esse concedere, atque annuarum purgatorium esse non inficio. Datum Florentiæ die octavo mensis Iunij anno 1439.

Dum iam absolveretur concilium, Armeniorum Patriarchæ legati ad synodum ipsam venerunt, dicentes se suamque Ecclesiam cum catholica conjungi, ac ipsum synodi decretum pie servare velle. Quibus benignissime susceptis sub quodam brevi compendio orthodoxæ fidei veritatem quam Romana profiteretur Ecclesia, per hoc decretum sacro approbante concilio ipsis etiam oratoribus ad hoc consentientibus tradidit Eugen. Papa. Quo ab eis accepto una cum Græcis Florentia discesserunt, & dissolutum est concilium.

Decreta concilij Florentini super unione Iacobitarum & Armeniorum.

In primis damus eis sanctum symbolum à centum quinquaginta Episcopis in œcumenico Constantinopolitano concilio editum, cum illa additione, filioque: ipsi symbolo declarandæ veritatis gratia, & urgente necessitate & rationabiliter apposita. Cujus tenor est: Credo in unum Deum, &c. Hoc autem symbolum sicut apud Latinos mos est, ita decernimus per omnes Armeniorum Ecclesias inter missarum solemnias singulis saltem Dominicis diebus, & majoribus solemnitatibus decantari vel legi.

Secundo

Secundo, tradimus eis definitionem quartæ & universalis synodi Chalcedonenfis, in quinto postea & sexto universalibus conciliis renovatam de duabus naturis in una Christi persona. Cujus tenor talis est.

Sufficeret quidem sapiens hoc, &c.

Tertio, definitionem de duabus Christi operationibus in prædicto sexto concilio promulgatam, &c.

Quarto instruximus eos, & declatavimus synodum Chalcedonenfem, & beatissimum Leonem sancte recte veritatem de duabus personæ Christi naturis superius descriptam definisse contra impia Nestorij & Eutychis dogmata. Injungimusque ut ipsum beatissimum Leonem (qui veræ fidei columna fuit & omni sanctitate & doctrina refertus) tanquam sanctum, & in catalogo sanctorum merito descriptum de cætero reputent & venerentur, atque non solum dictas tres synodos, sed & omnes alias universales auctoritates Romani pontificis legitime celebratas, sicut & cæteri fideles reverenter suscipiant.

Quinto, Ecclesiasticorum sacramentorum veritatem sub hac redigimus formula.

Septem sunt sacramenta nova legis.

Novæ legis septem sunt sacramenta, scilicet baptisimus, *Sacramenta* Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema Unctio, Ordo, *antiqua legis* & Matrimonium: quæ multum à sacramentis differunt *gratiam* antiquæ legis. Illa enim non causabant gratiam, sed eam *laudandam per* seipsum per passionem Christi dandam figurabant. Hæc vero *Christum si-*stra continent gratiam, & ipsam digne suscipientibus *gurabant.* conferunt.

Horum quinque prima ad spirituales uniuscujusque hominis in seipso perfectionem, duo ultima ad totius Ecclesiæ regimen multiplicationemque ordinata sunt. Per baptisimum enim spiritualiter renascimur: per confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide, renati autem & roborati, nutrimur divina Eucharistiæ alimonia. Quod si per peccatorum agritudinem incurrimus animæ, per pœnitentiam spiritualiter sanamur. Spiritualem etiam & corporalem, prout animæ expedit, per extremam unctionem. Per ordinem vero Ecclesiæ gubernatur & multiplicatur spiritualiter: per matrimonium corporaliter evagatur.

Ad quid ordinata sint sacramenta nova legis.

Hæc omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet *trib. perficiuntur sub-*stantiis tanquam materia, verbis tanquam forma; & persona *cramenta.*

*Triantum
sacramenta
characterem
imprimunt,
& ideo non
reiterantur
Janua vite
spiritualis
baptisatus
Ioan. 1.*

*Materia ba-
ptismi. For-
ma baptismi.*

*Minister
baptismi.*

*Effectus ba-
ptis. De sa-
cramenti cō-
firmationis
Minister sa-
cramenti cō-
firmationis
Episcop. All.
6.*

ministri conferentis sacramentum, cum intentione facien-
di quod facit Ecclesia. Quorum si aliquid desit, non perfici-
tur sacramentum. Inter hæc sacramenta tria sunt baptis-
mus, confirmatio, & ordo quæ characterem, id est spirituale
quoddam, signum à cæteris distinctum imprimunt in ani-
ma indelebile, unde in eadem persona non reiterantur, re-
liqua vero quatuor characterem non imprimunt, & reite-
rationem admittunt. Primum omnium sacramentorum
locum tenet baptismus, quod vitæ spiritualis janua est, per
ipsum enim membra Christi, ac de corpore efficiuntur Ec-
clesiæ. Et cum per primum hominem mors introierit in
universos, nisi ex aqua & spiritu sancto resalciuntur, non pos-
sumus (ut inquit veritas) in regnum celorum introire.

Materia huius sacramenti est aqua vera, & naturalis nec
refert frigida sit an calida: Forma autem est: Ego te bap-
tizo in nomine patris & filij, & spiritus sancti. Non tamen
negamus, quin & per illa verba, Baptizetur talis servus
Christi in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, vel bap-
tizetur manibus meis talis in nomine patris, & filij, & spiritus
sancti, verum perficiatur baptismus, quoniam cum princi-
palis causa, ex qua baptismus virtutem habet, sit sancta
Trinitas, instrumentalis autem sit minister qui tradit exte-
rius sacramentum, si exprimitur actus, qui per ipsam exte-
retur ministrum cum sanctæ Trinitatis invocatione perfici-
tur sacramentum. Minister huius sacramenti est sacerdos,
cui ex officio competit baptizare. In causa autem necessita-
tis, non solum sacerdos vel diaconus, sed etiam laicus &
mulier, imo etiam paganus & hæreticum baptizare potest,
dummodo formam seruetur Ecclesiæ, & facere intendat quod
facit Ecclesia.

Huius sacramenti effectus est remissio omnis culpæ ori-
ginalis, & actualis: omnis quoque poenæ quæ pro ipsa cul-
pa debetur, propterea baptizatis nulla pro peccatis præce-
ditis injungenda est satisfactio, sed morientes antequam
culpam aliquam committant, statim ad regnum celorum
& Dei visionem perveniunt.

Secundum sacramentum est confirmatio, cujus materia
est chrismum confectum ex oleo, quod nitorem significat
conferentis & balsamo quod nitorem significat bonæ fa-
mæ per Episcopum benedicto. Forma autem est, Signo te signo
crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine patris,
& filij, & spiritus sancti. Ordinarius minister est Episcopus.

Et cum ceteras unctiones simplex sacerdos valent exhibere, hanc non nisi Episcopus debet conferre, quia de solis Apostolis legitur (quorum vicem tenent Episcopi) quod per manus impositionem spiritum sanctum dabant. Loco autem illius manus impositionis datur in Ecclesia confirmatio. Legitur tamen aliquando per apostolicæ sedis dispensationem ex rationabili & urgente admodum causa simplicem sacerdotem chrismate per Episcopum confecto hoc administrasse confirmationis sacramentum.

Effectus autem hujus sacramenti est quia in eo datur spiritus sanctus ad robur, sicut datus est apostolis in die Pentecostes, ut Christianis audacter Christi confiteatur nomen: *1. Cor. 1.* Ideoque in fronte ubi verecundie sedes est, confirmandus insignitur, ne Christi nomen confiteri erabescat & præcipue crucem eius quæ Judæis est scandalum, gentibus autem stulticia propter quod signo crucis signatur.

Effectus confirmationis.

1. Cor. 1.

De sacramento Eucharistia.

Tertium est Eucharistia sacramentum, cujus materia est panis triticeus, & vinum de vite, cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet. Aqua autem ideo admiscetur, quoniam iuxta testimonia sanctorum patrum creditur ipsum Dominum in vino aqua permixto hoc instituisse sacramentum. Deinde quia hoc convenit dominicæ passionis representationi. Inquit enim beatus Alexander Papa 5. à beato Petro, sacramentorum oblationibus, quæ inter missarum solemnias Domino offerantur panis & vinum aqua permixtum offerri debet quia utrumque, id est sanguis & aqua ex latere Christi profluxisse legitur.

Quare apponatur aqua in vino. De con. di. 2. In sacramento- rum, &c.

Tertio etiam convenit ad significandum hujus sacramenti effectum, quia est unio populi Christiani ad Christum. Aqua enim populum significat, &c.

Forma hujus sacramenti sunt verba salvatoris quibus hoc conficitur sacramentum. Sacerdos enim in persona Christi loquens, hoc conficit sacramentum. Nam ipsorum verborum virtute substantia panis in corpus Christi & substantia vini in sanguinem convertuntur: ita tamen quod totus Christus continetur sub specie panis & totus sub specie vini sub qualibet quoque parte hostiæ consecratæ & vini consecrati, separatione facta totus est Christus.

Apo. 17.

Annotatis.

De transubstantiatione panis in carnem & vini in sanguinem

hem Domini nostri Iesu Chr. non solum fit determinatio in hoc concilio, verum & in concilio Lateranensi 3. sub Innocentio, qua disertis verbis concilium utitur voce *transsubstantiationis*, quæ dicit mutationem totius substantiæ in totam substantiam. Quod vero concilium hoc generale, cum iussit credi, panem post consecrationem esse corpus Domini, intellexerit, non esse corpus manendo panem, sed desinendo esse panem per mutationem in corpus, & provide definiat, transsubstantiari panem in corpus testantur 3. optimi viri, qui illis temporibus vixerunt, Lanfrancus, & Guichmundus & Anselmus.

*Effectus eu-
charistia.*

Hujus sacramenti effectus quem in anima operatur digne sumentis est adunatio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christo incorporatur, & membris eius unitur, sequitur quod per hoc sacramentum in sumentibus digne gratia augeatur: omnemque effectum, quem materialis cibus & potus quo ad vitam agunt corporalem, hoc idem quo ad vitam spiritualem & hoc sacramentum operatur.

*De sacra-
mento po-
nitentia.*

Quartum sacramentum est poenitentia, cujus quasi materia sunt actus poenitentis, qui in tres distinguuntur partes. Quarum prima est cordis contritio: ad quam pertinet, ut doleat de peccato commisso cum proposito non peccandi de cætero. Secunda est oris confessio ad quam pertinet ut peccator omnia peccata quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter. Tertia est satisfactio pro peccatis secundum arbitrium sacerdotis: quæ quidem præcipue fit per orationem, jejunium & elemosynam.

Forma hujus sacramenti est: Ego te absolvo, &c.

Minister hujus sacramenti est sacerdos, habens auctoritatem absolvendi, vel ordinariam, vel ex commissione superioris. Effectus hujus sacramenti est absolutio à peccatis.

*De extre-
mæ unctione.*

Quintum sacramentum est extrema unctio: cujus materia est oleum oliivæ per Episcopum benedictum. Hoc sacramentum nisi infirmo, de cujus morte timetur, dari non debet: qui ungendus est in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum, vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibidem vigentem. Forma hujus sacramenti est hæc: Per istam sanctam unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid peccasti per visum, &c.

Et similiter in aliis membris. Effectus vero est mentis sanatio, in quantum autem expedit, ipsius etiam corporis. De hoc sacramento habetur Jacobi 5.

Secundum sacramentum est ordinis, cujus materia est illud *De sacra-*
per cujus traditionem confertur ordo, sicut presbyteratus *mento or-*
traditur per calicis cum vino, & patenz cum pane porre- *dinis.*
tionem. Diaconatus vero per libri Evangeliorum dationem, sub-diaconatus per calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem. Et similiter de aliis per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem. Forma sacerdotij talis est: Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro vivis & mortuis in nomine patris & filij & spiritus sancti, & sic de aliorum ordinum formis. Ordinarius minister hujus sacramenti est Episcopus. Effectus, augmentum gratiæ, ut quis sit idoneus minister.

Septimum est sacramentum matrimonij, quod est signum *Effectus sa-*
conjunctionis Christi & Ecclesie, secundum Apostolum. *cramenti*
Causa efficiens matrimonij regulariter est mutus consensus *ordinis.*
per verba de presenti expressus.

Tria sunt bona matrimonij. Primum, proles suscipienda *Tria bona*
& educanda ad cultum Dei. Secundum, fides quam unus *matrimonij.*
conjugum alteri servare debet. Tertium indivisibilitas matrimonij propter hoc quod significat indivisibilem conjunctionem Christi & Ecclesie. quamvis autem ex causa fornicationis liceat thori separationem facere, non tamen aliud matrimonium contrahere fas est, cum matrimonij vinculum legitime contracti perpetuum sit.

Sexto, compendiosam illam fidei regulam per beatissimum Achanasium editam ipsis præbemus, videlicet. quicumque vult salvus esse, &c.

Septimo, discernimus unam atque eundem Deum veteris ac novi testamenti, hoc est legis & prophetarum atque Evangelij profiteamur authorem, quoniam eodem spiritu inspirante utriusque testamenti sancti locuti sunt, quorum libros suscipit & venterantur Ecclesia, qui titulis sequentibus continentur.

Quinque Moyse, idest, Genes. Exod. Levit. Num. Deut. Josue, Judic, Ruth: quatuor Regum, duo Paralipom, Esdras, Neemias, Tobias, Judith, Esther, Psal. David, Paral. Ecclesiast. Cantica cantorum. Sapien. Ecclesiasticus, Esaias, Hier. Baruch. Ezech. Dan. Duodecim prophetarum minores, idest Osee, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michias,

Nam, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malach. Duo Machabeorum. Quatuor Evangelia Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis: quatuordecim Epistolæ Pauli ad Rom. duæ ad Corinth. ad Galat. ad Ephes. ad Philippen. Duæ ad Thessalon. ad Coloss. Duæ ad Timoth. ad Titum, ad Philemonem ad Hebræos. Petri duæ, Ioannis tres, Iacobi, una Iudæ: Acta apostol. & apoc. Ioan. Propterea anathematizamus Manichæorum insaniam, qui duo principia posuerunt, unum visibilem, aliud invisibilem: & alium novi testamenti Deum, alium veteris esse dixerunt.

Rom. 7.

Octavo tradimus, quod in consecratione corporis Christi hæc uteretur forma Ecclesia Romana, Hoc est enim corpus meum: sanguinis vero, Hic est enim calix sanguinis mei. novi & æterni testamenti mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effunderetur in remissionem peccatorum. Panis vero triticeus in quo sacramentum conficitur, an eo die an antea decoctus sit nihil omnino refert, dummodo panis substantia maneat.

Decimo, quoniam asseritur nonnullos quartas nuptias tanquam condemnatas respicere, ne peccatum ubi non est esse putetur, cum secundum Apostolum mortuo viro mulier sit ab eius lege soluta, & nubendi cui vult in Domino habeat facultatem, nec distinguat mortuo primo, secundo vel tertio, declaramus non solum secundas ac tertias, sed & quartas atque ultiores si aliquod canonicum impedimentum non obstat, licite contrahi posse. Commendatiores tamen dicimus, si ulterius à conjugio abstinentes in castitate permanserint: quia sicut virginitatem viduitati, ita nuptias castam viduitatem laude ac merito præferendam esse censemus.

His omnibus explicatis prædicti Armeniorum oratores nomine suo & sui patriarchæ & omnium Armeniorum hæc saluberrima synodalia decreta cum omnibus suis capitulis declarationibus, definitionibus, nec non quicquid tenet & docet sancta Sedes Apostolica & Roman. Ecclesia, cum omni devotivæ & obedientiæ suscipiunt & amplectuntur.

Explicite concilium Florentinum.

Nicolaus 5. Papa 116. Hic cum esse indignum tanto magistratu arbitretur, supplex rogavit Cardinales, ut maturius Ecclesiæ consulere: & tandem invitatus assumpsit sacerdotium. quo per octo annos administrato, mortuus Fridencus 3. Germano Cæsare 37.

His temporibus anno 1453. die Maij 29. post diuinam obliuionem, gravissima tandem oppugnatione, potitus est Mahometes Turcarum Imperator urbe Constantinopoli, in caque tantam crudelitatem exercuit, ut nulla ratione id queat explicari.

Calixtus 3. Papa 217. Hic beatum Vincentium ordinis *Calixtus* Prædicatorum in sanctos retulit. Sedie annos tres sub eodem *pont. 217.* Cæfate.

Annotatio.

Vifum est neceffarium hoc loco summam duarum extravaganarum Martini quinti, & Calixti tertij fubijcere, & explicare conditiones quibus olim prædicti pontifices permiferunt ejuſmodi contractus, quibus enuntur annui census cum pacto retrovendendi, &c. Quoniam videmus nunc intolerabiles abusus exerceri hoc colore, & passim celebrari prædictos contractus vix una aut altera conditione ſervata, & hoc falso titulo emptionis multi præterunt ſuas aſuras. Decretum Martini 5. idem est & Calixti tertij.

Martinus Episcopus, &c. & Calixtus Episcopus, &c. Petitiõ dilectorum filiorum nobis exhibita continebat quod à tanto tempore cujus contrarij memoria hominum non exiſtit, quædam conſuetudo rationabilis obſervata per ſcripta, ac moribus utentium approbata ad communem utilitatem hominum introducta fuiſſet, pro quibus princeps, miles, ſive oppidanus partium earundem cum hoc expedite videbatur perſonæ Eccleſiaſticae aut ſeculari, collegio aut univerſitati ſuper bonis ſuis, oppidis, terris, agris, prædiis, domibus & hæreditatibus vendere conſuevit, & vendidit annuos census unius vel plurius marcarum, & pro qualibet marca annui census decem, undecim, tredecim, quatuordecim marcarum, aut plus vel minus ſecundum temporis qualitatem (prout ipſi contrahentes tunc inter ſe conveniant) ipſi venditori tunc integraliter in pecunia numerata ſolvi conſueverunt, bonis in ipſo contractu tunc expreſſis, pro ipſius census annui ſolucione in perpetuum obligati. Et ſemper in ipſis contractibus expreſſe ipſi venditoribus data fuit facultas atque gratia, quia ipſum annum census in toto vel in parte pro eadem ſumma denariorum quam ab ipſis emptoribus receperant, quocumque vellent libere abſque alicujus requiſitione, contradicitione vel aſſenſu poſſent extinguere, & redimere, ac ſe ab ipſius census

solutione ex tunc penitus liberare. Sed ad hoc huiusmodi census venditores inviti nequaquam per emptores arctari aut astringi valerent, etiam ipsis possessionibus & bonis obligatis penitus interemptis, seu destructis. Sed iidem ementes etiam si bona, domus, terræ, agri, possessiones & hereditates huiusmodi processu temporis ad omnimodæ destructionis sive desolationis reducerentur opprobrium, pecuniam ipsam etiam agendo perere non valerent.

Apud aliquos tamen an huiusmodi contractus emptionis & venditionis liciti existant, hæsitatur. quare pro parte eorundem nobis fuit humiliter supplicatum, ut an contractus huiusmodi liciti vel illiciti censeri debeant, declarare de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur competimus contractus huiusmodi juridicos, & juxta determinationem doctorum licitos fore, & juri communi conformes, ideo ipsorum censuum venditores ad illorum solutionem obligari auctoritate apostolica tenore presentium ex certa scientia declaramus, non obstantibus, &c.

Conditiones quibus annui census licite emi possunt & vendi.

Prima conditio, Oportet quod vendens designet & exprimat rem aliquam quam vendat, & alius eriat, puta demum, aut agros, &c. Et rei vel rerum designatarum tantum debet fieri emptio & venditio, & ea sola debent manere obligata ad solutionem prædicti census, & non alia vendentis bona, quia si universa alia bona cum persona vendente obligantur (ut fit apud nos) jam destruitur emptio & venditio & est oppignoratio, & fit contractus usurarius.

Secunda conditio, quod justo & competenti pretio ematur annuus census, & quo tempore celebratur contractus integraliter numeretur pecunia.

Tertia, quod in eodem contractu expresse venditori detur facultas, quod ipsi annuum censum in toto vel in parte pro eadem summa denariorum quam ab emptore recepit, quandoque velit, libere absque alienius requisitione aut contradictione possit extinguere vel redimere, & se ab ipsius census solutione ex tunc penitus liberare.

Quarta, quod ad redimendum annuum censum venditor invitus nullo modo obligari possit, sed liberam sit illi

vel solvere censum, vel redimere in toto vel in parte eadem numerata pecunia.

Quinta, quod si contingat aliquando bona ipsa, domus, agros, aut possessiones alias, quae obligata sunt ad solutionem census & quorum facta est emptio processu temporis omnino destrui, & penitus interire, ementes pecuniam ipsam quam dederunt pro praedictis bonis, repetere amplius nequaquam valebunt, quoniam ementis periculo debet perire res empta, alioquin non fuit vera emptio & venditio, sed contractus usurarius.

Sexta, non debet obligari ad censum res aliqua, nisi sit vendibilis res & fructuosa & annuus census, ad cuius solutionem talis res est obligata, non debet excedere valorem fructuum quos ex re ipsa percipere solet aut potest Dominus rei. Si enim plus est in annuo censu quam in fructibus rei venditae, iam destruitur emptio, & palliatur usura, & emens accipit rem ipsam in pignus suae pecuniae.

Servatis praedictis conditionibus utcuque tolerandos iudico tales contractus: aliqua eorum omissa, nulla ratione puto tolerandos.

Pius 2. Papa 118. Catharinam Senensem inter sanctas retulit, sedit annos sex, Friderico Caesare. *a. d. 1472.*

Paulus 2. Papa 219. sub eodem Caesare. Sacerdotio illa-
dabiliter procurato. 6. anno, mense 10. suae assumptionis, so-
las in cubiculo nemine vidente, secunda hora noctis apo-
plexia moritur. Suo tempore omnia officia Romae venalia
erant, & fere semper beneficia & Episcopatus his committe-
bat, qui officium aliquod venale haberent, unde elici
manus possent. *Pius 2.*
Paulus 2.
pont. 219.

Sixtus 4. Papa 220. Friderico Caesare. Hic Bonaventuram theologum albo sanctorum inscribi iussit. Moritur
assumptionis suae anno 13. Sub hoc pontifice & eius specia-
li commissione anno Domini 1479. facta est congregatio
per reverend. in Christo patrem Alphonsum Carillam archiepis-
copum Toleranum. Compluri multorum doctorum
theologiae, utriusque juris super libello confessionis edico
per Petrum Oxoniensem sacrae theologiae professorem, in
universitate Salmantina Hispaniae. Accepit autem praedictus
archiepiscopus Toleranus auctoritatem declarandi ac defini-
endi omnes propositiones & conclusiones falsas, erroneas,
haereticas, aut male sonantes quae in praefato libello con-
tinerentur. *Sixtus 4.*
pont. 220.

Conclusiones autem productæ ex libello dicti magistræ Oxomien discussæ & disputatæ, tandemque damnatæ sunt quæ sequuntur.

Prima conclusio, Peccata mortalia quantum ad culpam & pœnam alterius seculi deleantur per solam cordis contritionem sine ordine ad claves.

Secunda conclusio, quod confessio de peccatis in specie fuerit ex aliquo statuto universalis Ecclesiæ, non de jure divino.

Tertia conclusio, quod pravæ cogitationes confiteri non debent, sed sola displicentia deleantur sine ordine ad claves.

Quarta conclusio, quod confessio debet esse secreta, id est de peccatis secretis, non de manifestis.

Quinta, quod non sunt absolvendi pœnitentes nisi peccata prius pœnitentia eis injuncta.

Sexta, quod Papa non potest indulgere alicui vivo pœnam purgatorii.

Septima, quod Ecclesia urbis Romæ errare potest.

Octava, quod Papa non potest dispensare in statutis universalis Ecclesiæ.

Nona conclusio, quod sacramentum pœnitentiæ quantum ad collationem gratiæ sacramentum naturæ est, non alicujus institutionis veteris vel novi testamenti.

Quibus conclusionibus sic propositis, ac per plures dies sigillatim disputatis, recepto tandem ab eisdem doctoribus solemnij juramento, tactis sacro-sanctis Evangelij, & sententia excommunicationis in eos, & in eorum quemlibet primitus prolata, quod in prædictis questionibus dicerent veritatem secundum suam sententiam & conscientiam, vocisque eorum coram notario & testib. sigillatim in scriptis redactis 24. Maij, præfatus Reveren. dominus sedens pro tribunali, sententiam protulit, qua conclusiones prædictas tanquam hæreticas erroneas ac scandalosæ, & male sonantes, apostolica & primitivâ authoritate damnavit, ac damnandas decrevit librumque illum comburendum judicavit, quem illico promotor fiscalis curiæ tradidit sæculari.

Abjuratio dicti magistræ Petri Oxomensis in formam canonum.

Quoniam ego magister Petrus Oxomensis composueram

librum confessionis, continentem nonnullas propositiones, quas tunc credebam veras, & determinationi sanctæ matris Ecclesiæ & communi opinioni doctorum consonantes: sed quia primùm ex libro illo orta sunt maxima scandala in ordinibus fidelum, maxime in partibus horum regionum, adeo quod reverendissimus in domino pater ac dominus Archiepiscopus Toletanus autoritate apostolica (accessit quam plurimus magistris & sacre theologiæ doctoribus & aliis viris eruditissimis) maturo consilio ac deliberatione pronuntiavit & declaravit dictum librum continere nonnullas propositiones falsas, hæreticas, scandalosas, male sonantes & erroneas, & ideo comburendum, prout in sententia latius continetur, quapropter ego præfatus magister desiderans salutem animæ meæ ac proprium recognoscens errorem & culpam, dico & confiteor me graviter errasse in compositione dicti libelli, utpote continetis propositiones falsas, erroneas, scandalosas, hæreticas & male sonantes, quas ut tales confiteor & declaro: summittoque me determinationi sanctæ matris Ecclesiæ; & determinationi & sententiæ præfate & prolatae per dictum reverend. Dominum, cui ego ex nunc & specialiter & expresse assentior. Et cognoscens veram fidem, anathematizo omnem hæresim, maxime eam de qua hætenus sum infamatus, & consentio sanctæ matri Ecclesiæ Romanæ & sedis apostolicæ, & ore ac corde confiteor sacramenta Ecclesiæ & illam fidem tenere, quam Dominus Sixtus Papa modernus autoritate apostolica & Evangelica tenet: & per hæc sancta Dei Evangelia omnes qui contra hanc fidem venerint, cum suis doctrinis dignos æterna damnatione pronuncio. Celebrata est ea congregatio per quinquaginta duos viros doctos magistros, in theologia vel iure canonico, præsidente præfato reverendissimo. Accessit ad hæc specialis confirmatio eorum, quæ acta sunt in prædicta congregatione per Sixtum Papam quantum Exemplat autem bullæ, quæ confirmantur prædicta, habetur in bibliotheca Ecclesiæ Toletanæ, & extat alterum exemplat in monasterio sancti Vincentij instituti beati Dominici in urbe Placentina. quam confirmationem ego legi, & vidi in legitimo exemplari sed ne plus justo cresceret volumen hujus summe hinc nolui illam subijcere.

*Confirmatio
precedentis
sententiæ.*

Innocentius 8. Papa a 21. Fræderico Cæsare. Sedis annos septem.

*Innoc. 8.
pont. 22^o.*

*Alex. 6.**pont. 122.**Pius 3.**pont. 123.**Julius 2.**pont. 124.**Leo 10.**pont. 125.*

Alexander 6. Papa 122. patria hispanus ex gente Borgis originem duxit. Sedit annos 11. Electus imperante eodem Frederico.

Pius 3. Papa 123. Sedit dies 30. Maximiliano Cæsare 38. Julius 2. Papa 124. moritur bellica gloria clatus, pontificatus sui anno decimo, dum celebratur concilium Lateranense. Maximiliano Cæsare.

Leo 10. Papa 125. Cæsare. Maximiliano. Moritur pontificatus sui anno 9. Sub hoc Pontifice celebratum est concilium Lateranense.

CONCILIIUM LATERANENSE sub Iulio 2. & Leone 10.

Iulius 2. nuper electus iuravit se celebraturum concilium generale pro reformatione Ecclesie, & pace inter principes Christianos componenda. Requisitus autem post, ut prædictum iuramentum servaret, & juxta constitutionem concilij Constantien. expleto decennio à proximo concilio celebrato novum celebraret, ille tamen differebat. Tandem instantibus aliquibus prælatis Ecclesie, & urgentibus celebrationem concilij, & pontifice vel non valente, vel non volente, Bernardinus de Caravaia, Hispanus, & Federicus de sancto Severino Ecclesie Romane Cardinales, cum quibusdam aliis cardinalibus venerunt Pisas, deinde Mediolanum, & contra voluntatem & auctoritatem Rom. pontificis vocaverunt Episcopos & Christianos principes ad generale concilium in prædictis locis inductum. Contra hoc conciliabulum indixit Iulius pontifex generale concilium Romæ apud Lateranum celebrandum.

Sessio 1. 10. die mensis Maij, anni 1512.

Pontifex exhortatur synodum ad Ecclesie reformationem, & schismatis extinctionem, pacem inter Christianos principes componendam, & expeditionem contra infideles conficiendam. Mox annotatur per pontificem causa non celebrati concilij, cum toties ante fuisset promissum, nec tamen usque ad illum diem fuerat inchoatum, Præcipue autem fuit conflictus apud Ravennam civitatem Romanolæ, habitus inter exercitum ipsius Iulij pontificis, & regis Hispanie Ferdinandi cognomento catholici, & exercitum Ludovici regis Francorum, & aliorum adhaerentium conciliabulo Pisano. In quo conflictu fuerunt interfecta mul-

ta millia hominum. Et absoluta est actio prima.

Sessio 2. 27. mensis Maij ejusdem anni.

Legitur bulla in qua Pisanum conciliabulum damnatur, & omnia in eo gesta annullantur & irritantur. Lateranense quoque concilium legitime & spiritu sancto esse congregatum definitur. Excipiuntur suffragia omnium presentium.

Sessio 3. 3. Decemb. ejusdem anni.

Tantum legitur bulla, in qua iterum reprobantur omnia & singula per cardinales schismaticos acta tam in Transalpinis quam Cisalpinis locis. Revocantur quoque concessa privilegia, sive gratiæ per sedem apostolicam in eisdem locis.

Sessio 4. 10. Decemb. ejusdem anni, pontificatus Julij Papa anno 10. presidente eodem.

Legitur bulla in qua pragmatica sanctio, & gesta per conciliabulum Pisanum super eadem annullantur.

Sessio 5.

Presidente Episcopo Hostiensi Cardinale propter zgritudinem Julij pontificis 16. Februarij anni 1513.

Legitur bulla innovationis & confirmationis contra simoniacam pravitatem in electione pontificis non committendam. In qua sacro approbante concilio statuitur, quod electio Rom. pontificis per simoniam facta eo ipso nulla existat & sic electo nulla in spiritualibus vel temporalibus tribuatur facultas. Et cardinales qui simoniace aliquem elegerint, à suis ordinibus, dignitatibus & beneficiis sint absque alia declaratione privati. Mediatores etiam tam clerici quam laici cujuscunque dignitatis sint, privantur omnibus beneficiis, honoribus, & bonis eo ipso, & ad similia fieri inhabiles, &c.

Prædicta constitutio placuit universis Episcopis & patribus, exceptis quinque Episcopis.

Quattiduo post hanc sessionem 25. Februarij anni 1513. Julius 2. Papa obiit Romæ apud sanctum Petrum in palatio pontificum.

Feria sexta 11. Martij ejusdem anni eligitur canonice Episcopus Romanus & Papa univetsalis Ecclesiæ Cardinalis

Sessio 6. 27. Aprilis, prædicti anni.

Fit electio 24. prælatorum, qui adfuit cum cardinalibus in his quæ pertractanda sunt coram pontifice. Et distribui sunt per classes, una classis erat ad conferenda pertinentia ad componendam pacem inter principes, & extirpandum schisma. Alia ad tractandum quæ pertinent ad generalem reformationem curiæ. Tertia vero ad ea quæ pertinerent ad fidem & pragmaticam sanctionem.

Sessio 7. Feria 6. 17. Jun. 1513. presidente Leone 10.

Leguntur literæ subscriptæ per Bernadinum Caravali & Federicum de S. Severino olim cardinales, super materia abjuracionis schismatis & unionis Ecclesiæ, & confessionis erroris ipsorum, & veniæ petitionis propter suscitatum ab illis schisma, &c. qui post paucos dies in palatio apostolico pristinae dignitati sunt restituti in consistorio secreto post solemnem abjuracionem schismatis, venientes ad palacium tanquam privati clerici, & ante pedes Papæ abjurato schismate alta & intelligibili voce.

Sessio 8. 19. Decemb. anni 1513. presidente Leone 10.

Legitur schedula super fide animæ humanæ sub hac forma.

Quod anima hominis unica sit, ipsaque immortalis definiatur.

Cum diebus nostris nonnulli ausi sint dicere de natura animæ rationalis, quod mortalis sit, aut unica in cunctis hominibus, & aliqui temere philosophantes, secundum falsam philosophiam, verum esse asserverant, sacro approbante concilio damnamus & reprobamus, omnem asserentes animam intellectivam mortalem esse, aut unicam in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes: cum illa non solum vere & per se & essentialiter humani corporis forma existat, sicut in can. Clementis pap. 5. in generali Viennensi concilio edito continetur, verum & immortalis & pro corporum quibus infunditur multitudine singulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda sit. Quod manifeste constat ex Evangelio, cum Dominus ait, Animam autem occidere non possunt. Et alibi, qui odit animam suam in hoc modo, &c. Et etiam cum æternam pos-

nam & æterna supplicia pro merito vitæ judicandis repro-
mittit : alias incarnatio & alia Christi mysteria nobis mini-
me profuissent : nec resurrectio expectanda foret, ac sancti &
justi miserabiles essent juxta Paulum, omnibus homini-
bus. Cumque verum vero minime contradicat omnem asser-
tionem veritati illuminatæ fidei contrariam, omnino falsam
esse definimus, ut aliter dogmatizare non liceat, districtius
inhibentes, omnesque hujusmodi erroneis assercionibus in-
hærentes, tanquam hæreticos vitandos & puniendos fore
decernimus.

Insuper omnibus & singulis philosophis in universitati-
bus studiorum generalium, & alibi publice legentibus di-
strictè præcipimus, ut cum philosophorum principia aut
conclusiones in quibus à recta fide deviare noscantur, audi-
toribus suis legerint, seu explicaverint quale hoc de im-
mortalitate animæ, aut unitate, & mundi æternitate, ac alia
hujusmodi, teneantur eisdem veritatem religionis Christia-
næ omni conatu manifestam facere, & persuadendo, pro
posse docere, ac omni studio hujusmodi philosophorum ar-
gumenta cum omnia solubilia existant, pro vicibus exclude-
re atque resolvere.

Statuimus insuper ne quis de cætero in sacris ordinibus
constitutus, in studiis generalibus, vel alias publice audien-
do, philosophiæ aut poësis studia ultra quinquennium post
grammaticam & dialecticam, sine aliquo studio theologiæ,
aut juris pontificij incumbat. Verum exacto dicto quin-
quennio si illis studiis insudare voluerit, liberum sit ei, dum
tamen simul aut seorsum theologiæ, aut sacris canonibus
operam navaverit, ut in his sanctis & utilibus professioni-
bus sacerdotes Domini inveniunt, unde insectas philosophiæ
& poësis radices purgare & sanare valeant.

Hos canones per ordinarios locorum & rectores in uni-
versitatibus singulis annis in principio studij in virtute san-
ctæ obedientiæ publicari mandamus.

S. S. 9. 5. Maij 15. 14. presidente Leone Papa.

Legitur in hac sessione publice bulla reformationis curiæ
Romæ in qua sequentes canones subjiciuntur.

Decernimus ut servetur quod Innocent. Papa 3. in
Lateranensi concil. decrevit de ætate & gravitate mo-
rum, & literarum scientia in personis promovendis in

*Fides non
contraria-
tur vero.*

*Præcipitur
præceptor.
philosophiæ
ut discipulis
suis ostendat
& declarent
veritatem
religionis
Christiana.*

*Prohibetur
constitutis
in sacris or-
dinibus in-
cumbere poësis
studiis.*

Episcopos & abbates diligenter inquirenda.

Can. 2. Ne Episc. aut abbas amoveantur non promissa defensionis copia.

*Canon. 2. De
elect. cum in
cum.*

Statuimus ut nullus Episcopus aut abbas quovis instante aut requirente, nisi sibi copia & facultas legitimæ defensionis permittatur, etiam si crimina fuerint notoria, diligenterque partibus auditis causa plenarie probata fuerit, privari valeat. Neve aliquis prælatus invitus, nisi aliis iustis efficacibusque rationibus & causis transferatur, juxta formam ac decretum Constantiensis concilij.

Can. 3. Ne monasteria alicui commendentur.

Et quoniam ex commendis monasteriorum monasteria ipsa tam in spiritualibus quam in temporalibus graviter læduntur, quippe quorum ædificia partim commendatiorum negligentia, partim avaritia vel incuria collocabuntur, & in dies divinus cultus in eis magis diminuitur, volumus & sancimus, ut cum illa per obitum abbatum, qui illis præerant, vacaverint, nullo modo cuiquam possint commendari, sed de persona idonea, juxta præscriptam constitutionem, eis ita provideatur, ut illis idonei abbates prout decet, præfuarit sint.

Can. 4.

Uniones perpetuæ, præterquam in casibus à jure permittis, vel sine rationabili causa, nequaquam fiant.

Can. 5. Ne plura incompatibilia quis habeant.

Dispensationes autem ad plura incompatibilia ultra duo nisi qualificatis juxta formam juris communis non concedantur, nisi ex magna & urgente causa.

Can. 6. Ut cardinales assistant Romano pontifici.

Cum cardinalium officium in primis verteretur in frequenti Romani pontificis assistentia, & ledi apostolicæ negotijs. Statuimus ut omnes cardinales in Romana curia resideant, & qui sunt absentes, si in Italia, intra sex menses, si extra Italiam, intra annum à die publicationis præsentis constitutionis revertantur. Alioquin fructus beneficiorum, & omnium officiorum emolumenta amittant.

Can. 7.

Can. 7. De officio præceptorum puerorum.

Statuimus ut magistri scholarum & præceptores pueros suos sive adolefcentes, nedum in Grammatica & Rhetorica, ac cæteris hujusmodi instruere debeant, verum etiam docere teneantur ea quæ ad religionem pertinent, ut sunt præcepta divina, Articuli fidei, Sacri hymni, & Psalmi, ac Sanctorum vitæ, diebusque festivis nihil aliud eos docere possint, quam in rebus ad religionem & bonos mores pertinentibus. Eoque in illis instruere, hortari & cogere in quantum possint, teneantur, nedum ad missas, sed etiam ad vesperas, divinaque officia audienda ad Ecclesiam accedant. Similiter ad sermones audiendos impellant. Nihilque contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat eis legere permittant.

Can. 8. De innovatione constitutionum contra simoniacos.

Ut nefariæ simoniæ labes ac pestis non solum à Romana curia, sed ex omni etiam Christiana ditione in perpetuum deiciatur, constitutiones per antecessores nostros etiam in sacris conciliis editas contra hujusmodi simoniacos innovamus: easque inviolabiliter observari præcipimus.

Can. 9. Ut privetur beneficio, qui canonicas non recitaverit horas.

Statuimus & ordinamus, ut quilibet habens beneficium *Qui officium* cuius cura vel sine cura, si post sex menses ab obtento benefi- *non dixerit* cio divinum officium non dixerit, legitimo impedimento *beneficiorum* cessante beneficiorum suorum fructus inos non faciat, pro *fructus suos* rata omissionis officij, & temporis: sed eos tanquam injuste *non facit* perceptos, in fabricas hujusmodi beneficiorum, vel pauperum elemosynas erogare teneatur. Si vero ultra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitima monitione præcedente, beneficio ipso privetur, cum propter officium detur beneficium intelligitur autem officium omittere quod ad hoc ut beneficio privati possit, qui per quindecim dies illud bis saltem non dixerit.

Reliquos canones quia non necessarios judicavimus, huc minime transcripsimus

Sessio 10. 4. Maij 1515. presidente Leone
Papa 10.

In hac sessione edita est decretalis super confirmatione Montis pietatis sub hac forma.

Cum inter nonnullos controversiam quandam non sine populorum scandalo olim exortam esse competimus circa pauperum revelationem in mutuis eis publica autoritate faciendis, qui Montes Pietatis vulgo appellatur, quique à nonnullis prædecessoribus nostris probati & confirmati sunt, nonnullis etiam magistris & doctoribus dicentibus eos montes non esse licitos, in quibus aliquid ultra sortem per ministros huius montis ab ipsis pauperibus quibus mutuum datur, exigitur. Nos super hoc opportune providere volentes sacro approbante concilio declaramus, & definimus, Montes pietatis antedictos per respub. institutos, & autoritate sedis apostolicæ hactenus probatos, in quibus pro eorum impensis & indemnitate aliquid moderatum ad solas ministrorum impensas, & aliarum rerum ad illarum conservationem (ut præferat) pertinentium, pro eorum indemnitate duntaxat, ultra sortem absque lucro eorundem Montium recipitur: nec speciem mali præferre, nec peccandi incentivum præstare, nec ullo pacto improbari: quinimo meritivum esse ac laudari & probati debere tale mutuum & minime usurarium putari, liciteque eorum pietatem & misericordiam populis prædicare, etiam cum indulgentiis à sede apostolica tam ob causam concessis: & deinceps alios similes Montes cum apostolicæ sedis approbatione erigi posse. Multo tamen perfectius multoque sanctius fore, si omnino tales Montes gratuite constituerentur, hoc est illos erigentes, aliquos census assignarent, quibus, si non omni, saltem vel media ex parte huiusmodi Montium ministrorum solvantur impensæ, ut ad leviores solvendi portionem medio hoc pauperes gravari contingat.

Omnes autem religiosos & Ecclesiasticas ac seculares personas qui contra præsentis declarationis & sanctionis formam de cætero prædicare, seu disputare verbo vel scriptis ausi fuerint excommunicationis lætæ sententiæ poenam incurrere volumus, non obstantibus, &c.

In eadem sessione edita est decretalis, super impressione librorum, sub hac forma.

Sacro approbante concilio statumus & ordinamus, quod de cetero nullus librum aliquem sive aliam quatuorconque scripturam tam in urbe nostra quam in alijs civitatibus & dioccesibus imprimere seu imprimi facere præsumat, nisi prius in urbe per vicariam nostram & sacri palatii magistrum, in alijs vero dioccesibus per Episcopum vel alium ab Episcopo ad id deputandum & inquisitorem hæreticæ pravitatis illius diocesis in quibus librorum impressio ejusmodi fieret, diligenter examinetur, & per horum manu propria subscriptionem gratis & sine dilatione imponendam approbetur. qui autem secus præsumpserit, ultra librorum amissionem & illorum publicam combustionem excommunicationis sententia innodatus existat.

Annotatio.

Suares tomo 5. de censuris Episc. 23. sect. 7. refert & probat ex Cajet. & Navarr. has censuras non esse usu receptas: nihilominus in Concilio Tridentino sess. 4. innovata est censura circa impressionem librorum, & si regulares sint auctores, ultra examinationem & probationem, hujusmodi licentiam quoque à suis superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris juxta formam suarum ordinationum. Videndus est index Romanus, præsertim editus à felicis recordationis Clemente 8. ut in hujusmodi librorum impressione, ea serventur, quæ ibi statuuntur & ordinantur. Vide etiam infra Concilium Tridentinum sess. 4.

In eadem sessione statuitur, ut contra exemptos diocesani & alii locorum ordinarii procedere possint, quando ab illis quibus per apostolicam sedem mandata est illorum correctio, non corrigantur.

Ibidem definitur ut singulæ causæ quomodolibet Ecclesiasticum forum concernentes, in prima instantia extra Romanam curiam coram ordinariis locorum terminentur: & nulli ante diffinitivam sententiam liceat appellare, nec appellatio admittatur nisi ab interlocutoria.

Sessio undecima, 19. Decembris. 1516. presidente Leone 10.

In hac sessione edita est decretalis super modo prædicandi verbum Dei, in qua post alia multa subjicitur. Sacro approbante concilio statumus & ordinamus, ut nullus tam clericus secularis quam cujuscunque etiam mendicantis in ordinis regularis, aut quivis alius ad quem facultas prædi-

candi tam de iure quam de consuetudine, vel privilegio, aut alias pertinet, ad huiusmodi officium exercendam admittatur, nisi prius per superiorem suam diligenter examinatus (in qua re conscientiam ipsius superioris oneramus) ac morum honestate, ætate, doctrina probitate, prudentia, & vitæ exemplo ad illud aptus & idoneus reperiat. Et hic quocumque postea prædicaturus accesserit, de huiusmodi examine & idoneitate sua per literas, seu alias sui examinatoris approbatorisque Episcopis & aliis locorum ordinariis fidem legitime faciat. Mandamusque omnibus qui hoc onus sustinent, quique in futurum sustinebunt, ut Evangelicam veritatem & sanctam scripturam juxta declarationem & interpretationem doctorum quos Ecclesia vel usus diuturnus

Qua sint prohibita prædicatoribus prædicari.

approbavit, legendosque hactenus recepit, & in posterum recipiet, prædicent & explanent, nec quicquam eis ex proprio sensu contrarium vel dissonum adijciant: sed illis semper insistant quæ ab ipsius sacre scripturæ verbis rite ac sane ex præfatorum doctorum interpretationibus intellectis non discordant. Tempus quoque præfixum futurorum malorum, vel Antichristi adventum, aut certum diem iudicii prædicare vel asserere nequaquam præsumant, cum veritas dicat non esse nostrum nosse tempora vel momenta. Cæterum si quibusdam eorum Dominus futura quædam in Dei Ecclesia, inspiratione quapiam revelaverit, ut per Amos prophetam ipse promittit, & Paulus Apostolus inquit, Prophetia nolite spernere, & eos aliorum fabulorum & mendacium gregi connumerari vel aliter impediti minime volumus.

Act. 2.

*Amos. 35.
Thess. 3.*

Et quoniam res magni momenti est, eo quod non de facili credendum sit omni spiritui, sed sint probandi spiritus an ex Deo proveniant, volumus ut lege ordinata tales asserat inspirationes antequam publicentur aut populo prædicentur, ex tunc apostolicæ sedis examini reservatæ intelligantur. Quod si sine mora periculo id fieri non valeat, aut urgens necessitas aliud suaderet, tunc eodem ordine servato ordinario loci notificetur, ut ille adhibitis secum tribus aut quatuor doctis & gravibus viris, & huiusmodi negotio cum eis diligenter examinato quando id expedire videbunt, super quo eorum conscientias oneramus, licentiam concedere possint. Si qui autem contra præmissorum aliquid committere quicquam ausi fuerint, ex communicationis sententiam incurrant, à qua non nisi à Rom. poss. absolvantur.

Et ut harum exemplo alij attentare similia minime audeant, eis prædicationis officium interdictum esse perpetuo decernimus, non obstantibus quibuscunque privilegijs, &c.

In eadem sessione edita est decretalis, quæ disponebat circa religiosos, & eorum privilegia.

Sessio duodecima, 16. Martij, § 17. presidente Leone Papa 10.

In hac sessione prolata est decretalis cum censura excommunicationis maioris contra invadentes domos Cardinalium in nova electione Rom. pontif.

Hac sessione absolutum est concilium & confirmatum: & probata universa & singula quæ definita sunt in concilio per Leonem decimum.

Ambiguum tamen est censurae lætæ in hoc concilio sint usu receptæ, ut annotatur à Cardinali Caietano in sua summa, verbo Excommunicatio, & à me etiam ambigitur, pleræque earum usu non observantur, quo solo poterant abrogari. Explicet concilium Lateranense.

Temporibus Leonis decima suscitatus est novus Hæresis *Martinus Lutherus* arches in Germania Martinus Luther, qui primum contra indulgentias pontificis & prædicavit & scripsit. Deinde contra primatum Ecclesiæ Rom. niox contra cœlibatum, & cæteros ritus veteris Ecclesiæ. Nec quiescit donec Germaniam replevit novitatibus & hæresibus. Hunc namque motum habent hæretici, quoties uno verbo pietatem contempserint, & à veritatis via aberraverint, in multos & varios errores labi. Uniformis enim res veritas, mendacium autem in varia distrahitur. Post hunc ibidem anno 1525. *Thomas Monetarius* cionator Ecclesiasticus Thomas Monetarius dictus palam *Monetarius* docuit, restauraturum se collapsum Ecclesiæ statum. Gloriabaturque privatim sibi revelationes à Deo fieri, & ad evertendam tyrannidem impiorum gladium Gedeonis sibi commissum esse. Eduxit turmarum cohortes vulgi, iussitque nobilium domos diripi, & monasteriorum bona compilari. Hic primus auctor fuit phanatici illius erroris Anabaptistarum, qui etiam nunc passim turbas excitat in Germania. *Ioannes*

Eodem anno 1525. Ioannes Occolampadius Basileæ & *Occolampadius* Zuinglius primum outisium scriptis libellis damnatum *Zuinglius* Engacij errorem renovarunt, in participatione mentis *errorem* Dominicæ non distribuit verum corpus & sanguinem Chri-

*Berengariis
renovarunt.*

sti: tamen anno superiori idem quo odiosum arguementum infans homo Andreas Caroloftadius jam antea proposuerat

Et quoniam secta parit sectam, tota Germania divexitur multitudine sectarum & hæresum.

Adr. 6.

pont. 226.

Clem. 7.

pont. 227.

Paul. 3.

pont. 228.

Adrianus 6. Papa 226. vir eo magistratu dignus electus sub Carolo 5. Germano Cæsare 39. sedit annos circiter duos.

Clemens 7. Papa 227. sedit annos 10. menses totidem, sub eodem Cæsare.

Paulus 3. Papa 228. sub eodem Cæsare electus. Hic ad extringuendas hæreses suscitatas per Martinum Lutherum in Germ. concil. generale tamdiu multumque desideratum ab universis fidelibus indixit. Et primo Mantuam locum aptum assignavit Deinde aliquibus de causis Vicentiam: tertio Tridentum: Nec tunc quiquam factum est. Quarto rursus Tridentum designavit locum anno 1545. & aspirante Christo inchoatum est tertia-decima Decembris ejusdem anni, legatis & apostolicæ sedis vicariis presidentibus Joanne Mario Cardinale Episcopo Prænestino, & Marcello presbytero Cardinale sanctæ crucis, & Reginaldo Polo Anglo diacono Cardinale. Verum ea res quid tandem exitus habitura sit Deus novit. Faxit Christus quam feliciter & ex voto universorum fidelium inchoatum est, tã feliciter absolvatur.

Fuerunt & alia multa celebrata concilia, quæ non potuimus videre, vel quia non extant integra exemplaria, vel quia ad manus nostras nondum venerunt. Horum est unum concilium Viennense sub Clemente 5. celebratum, cuius integra exemplaria non licuit videre. Alterum est Lugdunen. sub Gregorio 10. quæ ambo fuerunt generalia.

Fuerunt & alia partim facta, partim prophana: ut apud Alverniam celebratum est provinciale concilium, cuius meminit Gratian. 6. q. 2. quod autem ibidem meminit conc. Varenfis. c. Si tantum. Item & apud Alphefum, de quo Gratian. 2. l. q. Illud vero. Item concilium apud Hermeriam, de quo Gratian. desumpsit in multis locis decreta. Item concilium celebratum apud Faventiam. Item aliud apud Alcum. Item aliud concilium Hipponense. Item concilium Gevenense. Item concilium Manetense. Item concilium Urbanense. Ex quibus singulis desumpsit decreta Gratianus. Horum tamen exemplaria non feruntur.

Conc. in

Sirm. 10.

Sub Julio Papa primo, partim sacrum, partim sacrilegum in Sirmio celebratum est concilium præcepto Constantini

Imperatoris : in quo Episcopi Orientales Arriani damnaverunt Photium, & catholici de fide sua propositiones ediderunt, quas habes supra ad quem conventum invitatus venit Osius Episcopus Hispanus. Sed cum eis consentire respiceret, Osius exulat tormenta longævus plagasque perpeffus est. Unde etiam pro fide Nic. necessitate vehementi definitionib. tunc editis consensit aut subscripsit. Hæc Socrates in hist. trip. 5. c. 6. & 7. Sed post eum celebrat. ab Liberio Episcopo Rom. & aliis pontificibus est pater Osius Arrian. Con. in Solencia. in exilium actus, quia noluit impia decreta Arrianorum in conc. Mediolan. propria subscriptione firmare, ut refert Theodoretus c. 16. ejusdem historiae. Ad hunc modum celebrant, Arriani decem concilia contendentes firmate suam fidem in Ecclesia, ut refert Athanasius in Epistola ad Aphros. Eorum unum est illud celebratum in Sclucia Iauria 160. Episcoporum, de quo Socrates in hist. tripl. 5. c. 34. Cujus acta recenset Sozomenus in eodem lib. c. 35.

Sub Leone Papa 1. jussu Theodolij Junioris coactum est concilium secundum Ephesinum prophanum, cui præfedit Dioscorus, qui Flavianum sanctissimum occidit, & legatos Leonis Papæ contempfit: Epistolas Leonis Papæ nec legi permisit, sed fidem Eurychis definivit, cui & sacerdotium restituit. Contra hunc Dioscorum anno 2. Mariam Imperatoris Chalcedone sancta facta est quarta synodus, quæ Dioscorum & Eurychem & deposuit & damnavit. Con. Eph. profanum.

Sub Leone 3. & Adriano, celebrata est synodus à Photio, qui usurpaverat sedem patriarchalem in templo Apostolorum, & habet 17. canones, & alia per eundem in æde sapientie quæ habet tres canones, seruntur in Nomocanone Græco: sed ambæ rejectæ & damnatæ sunt per octavam synodum in action. 7. & 8. Conc. sub Photio celebr.

Item concilium apud Compendium, cujus meminit Gratian. 6. q. 3. Placuit. & 13. q. 3. Mulier si sine & 33. q. 1. Si quis acceperit.

Item 14. quæst. 5. ex conc. apud Sanctum Medardum citatur decretum, quibus temporibus jurare prohibeantur. c. Decrevit.

Item conc. apud Belvacum, ex quo Græcia. De cons. dist. 4. Si quis voverit.

DECRETUM PRIMÆ SESSIONIS

Tridentinæ, pronuntiatum per Reverendum
dominum Episcopum Castrimaris Hispanum,
die 7. mens. Januarij, anno Domini 1545.

Modus vivendi in loco concilij.

Jacob. 5.

Eccles. 1.

Act. 1.

Sacro sancta Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, in ea præsidentibus tribus Apostolica sedis Legatis, agnoscens cum beato Iacobo Apostolo quod omne datum optimum, & omne donum perfectum desorsum est, descendens à patre luminum qui iis qui postulant à se sapientiam, dat omnibus affluenter, & non improperat eis, & simul sciens quod initium sapientiæ est timor Domini: Statuit & decrevit omnes & singulos Christi fideles in civitate Tridentina congregatos, exhortandos esse prout exhortatur, ut se à malis & peccatis hætenus commissis emendare, ac de cætero in timore Domini ambulare, & desideria carnis non perficere, orationibus instare, sæpius confiteri, Eucharistiæ sacramentum sumere, Ecclesias frequentare, præcepta denique divina quantum quisque poterit adimplere, necnon quotidie pro pace principum Christianorum & unitate Ecclesiæ privatim orare velint. Episcopos vero, & quoscunque alios in ordine sacerdotali constitutos œcumenicum Concilium in civitate hac celebrantes ut assidue Dei laudibus incumbere, hostias, laudes, preces offerre, sacrificium Missæ quolibet saltem die Dominico in quo Deus lucem condidit, & à mortuis resurrexit, Spiritum sanctum in discipulos infudit, peragere satagant facientes sicut idem Spiritus sanctus per Apostolum præcipit, obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro sanctissimo domino Papa, pro imperatore, pro Regibus & cæteris qui in dignitate constituti sunt, & pro omnibus hominibus ut quietam & tranquillam vitam agamus, pace fruamur, & si dei inclementum videamus. Præterea hortatur ut jejulent saltem singulis sextis feriis in memoriam passionis Domini nostri Iesu Christi & elemosynas pauperibus erogent. In Ecclesia autem cathedrali singulis quinq; feriis celebretur Missa de Spiritu sancto, cum litaniis, & aliis orationibus ad hoc institutis. In aliis vero Ecclesiis dicantur ad mi-

nus litaniz & orationes. Tempore autem quo sacra per-
 gentur, colloquutiones & confabulationes non fiant, sed ore
 & animo celebranti assistatur. Et quoniam oportet Episco- 1. Tim. 3.
 pos esse inreprehensibiles, sobrios, castos, domui suæ be- Tim. 1.
 ne præpositos, hortatur etiam ut ante omnia quilibet in
 mense seruet sobrietatem, moderationemque ciborum.
 Deinde quum in eo loco sæpe oriosi sermones ocin so-
 leant, ut in ipsorum Episcoporum mensis divinarum scriptu-
 rarum lectio admisceatur. Familiates vero suos unusquis-
 que instruat & erudiat, ne sint rixosi, vitiosi, impudici, cu-
 pidi, elati, blasphemis & voluptatum auctores & amatores:
 vitia demum fugiant, & virtutes amplectantur: & in vestira
 & cultu, & in omnibus actibus honestatem præferant, sicut
 decet ministros ministrorum Dei. Ad hæc quum hujus Sa-
 crofancti Concilij præcipua cura, sollicitudo, & intentio sit
 ut propulsatis hæresum tenebris, quæ per tot annos ope-
 ruerant terram, catholicæ veritatis lux, Iesu Christo, qui Ioan. 3.
 vera lux est, annuente, & candor puritasque resulgeat, &
 ea quæ reformatione egent, refoventur, ipsa Synodus hor-
 tatur omnes catholicos congregatos & congregandos atque
 eos præsertim qui sacrarum literarum peritiam habent, ut
 sedula meditatione diligenter secum considerent quibus
 potissimum viis & modis ipsius Synodi intentio dirigi, &
 optatum effectum sortiri possit, quo maturius & consultius
 damnari damnanda, & probari probanda queant, ac per to-
 tum orbem omnes uno ore & eadem fide glorificent Deum
 & Patrem Domini nostri Iesu Christi. In sententiis vero di-
 cendis, juxta Tolet. Conc. statutum, in loco benedictionis
 confedentibus, dominis sacerdotibus, nullus debeat aut im-
 modestis vocibus perstreperere, aut tumultibus perturbare: Nul-
 lus etiam falsis, vanisve aut obstinatis disceptationibus
 contendere: sed quicquid dicatur sic mitissima verborum
 probatione temperetur, ut nec audientes offendantur, nec
 recti iudicij acies perturbato animo inflectatur. Insuper ipsa
 sacra Synodus statuit & decrevit, quod si forte contigerit
 aliquos debito in loco non sedere, sententiam etiam sub
 verbo, placet proferte, congregationibus interesse, & alios
 quoscunque actus facere Concilio durante, nulli propterea
 præjudicium generetur, nullique novum jus acquiratur.

DECRETUM SECUNDA
Sessionis Conc. Trident. pronunciatum die
quarta mens. Febr. Anno Domini 1546. per
Reverendum Dominum Archiepiscopum Tur-
ritanum.

Confessio fidei

In nomine sanctæ & individue Trinitatis, patris & filii
& spiritus sancti, hæc sacrosancta œcumenica & generalis
Tridentina Synodus in spiritu sancto legitime congregata,
in ea præsentibus eisdem tribus Apost. sed. Legatis magni-
tudinem rerum tractandarum considerans præsertim earum
quæ duobus illis capitibus de extirpandis hæresib. & mori-
bus reformandis concidentur, quorum causa præcipue est
congregata: agnoscens autem cum apostolo non esse sibi
colluctationem adversus carnem & sanguinem, sed aversus
spirituales nequitias in cœlestibus: cum eodem omnes &
singulos in primis hortatur, ut confortentur in Domino &
in potentia virtutis ejus in omnibus sumentes scutum fi-
dei, in quo possint omnia tela nequissimi ignis extinguere:
atque galeam spei salutis accipiant cum gladio spiritus;
quod est verbum Dei. Itaque ut hæc pia ejus sollicitudo
principium & progressum suum per Dei gratiam habeat,
ante omnia statuit & decrevit præmittendam esse confessio-
nem fidei, Patrum exempla in hoc sequuta, qui sacratioribus
Conciliis hoc secutum contra omnes hæreses in principio
suarum actionum opponere consueverunt, quo solo aliquan-
do & infideles ad fidem traxerunt, & hæreticos expugna-
runt, & fideles confirmaverunt. quare symbolum fidei quo
sancta Ecclesia Romana utitur, tanquam principium illud
in quo omnes qui fidem Christi præstentur, necessario con-
veniunt ac fundamentum firmum & unicum contra quod
nunquam portæ inferi prævalebant, totidem verbis quibus
in omnibus Ecclesiis legitur, exprimendum esse censuit, quod
quidem ejusmodi est Credo in unum Deum, & c. ut est in
Missal. (*secundum decretum.*) Eadem Sacrosancta œcume-
nica & generalis Tridentina Synodus in spiritu sancto le-
gitime congregata, in eadem præsentibus eisdem tribus se-
dis Apostolicæ Legatis intelligens multos Prælatos ex di-
versis partib. accinctos esse itineri, nonnullos etiam in via
esse, quo huc veniant, cogitantque omnia ab ipsa sacra syno-

Ephes. 5.

*Ratio absen-
tia & indi-
cilio futura
sessionis.*

do decernenda, eo majoris apud omnes existimationis & honoris videri posse, quo majore fuerint & pleniore patrum concilio & præsentia sancita & corroborata: statuit & decrevit futuram sessionem post præsentem celebrandam esse die Iovis quæ subsequetur Dominicam Ixtate proxime futuram. Interim tamen non differri discussionem & examinationem eorum quæ ipsi Synodo discutienda & examinanda videbuntur.

Receptio & numeratio librorum Sacrorum veteris & novi Testamenti.

Sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ sedis Legatis, hoc sibi ante omnia perpetuo proponens, ut sublatis omnibus erroribus puritas ipsa Evangelij in Ecclesia conservetur, quod promissum ante per prophetas in scripturis sanctis dominus noster Iesus Christus Dei filius proprio ore primum promulgavit, deinde per suos Apostolos tanquam fontem omnis salutaris veritatis & morum disciplinæ, omni creaturæ prædicari iussit, prospiciensque hanc veritatem & disciplinam contineri in libris scriptis, & sine scripto, traditionibusque ipsius Christi quæ ab Apostolis acceptæ aut, ab ipsis apostolis spiritu sancto dictante quasi per manus traditæ ad nos usque pervenerunt: orthodoxorum Patrum exempla sequuta, omnes libros tam veteris quam novi Testamenti, quum utriusque unus Deus sit auctor, nec non traditiones ipsas tum ad fidem, tum ad mores pertinentes tanquam vel ore tenus à Christo vel à Spiritu sancto dictatas, & continua successione in Ecclesia catholica conservatas, patri pietatis affectu ac reverentia suscipit ac veneratur. Sacrorum vero librorum indicem huic decreto ascribendum censuit, ne cui dubitatio suboriri possit, quinam sint qui ab ipsa Synodo suscipiantur. Sunt vero infra scripti Testamenti veteris, quinque libri Moyſis, scilicet Genes. Exod. Levitic. Numer. Deut. deinde Iosue, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, Paralipomenon duo, Esdræ duo, primus scilicet & secundus, qui dicitur Nehemias, Tobias, Iudith, Esther, Job, Psalterium Davidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabolæ Salomonis, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Esaias, Hieremias,

Baruch, Ezechiel, Daniel: Duodecim Prophetæ minores, scilicet Osee, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nabum, Ahacuc; Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias: Duo Machabeorum; primus scilicet & secundus: Testamenti novi, quatuor Evangelia, scilicet secundum Marthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem. Acta apostolorum à Luca Evangelista conscripta: quatuordecim Epistolæ beati Pauli Apostoli, scilicet ad Romanos, ad Corinthios duæ, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, ad Thessalonicenses duæ, ad Timotheum duæ, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos. Petri Apostoli duæ: Ioannis Apostoli tres, Iacobi Apostoli una: Iudæ Apostoli una: Apocalypsis Ioannis Apostoli. Si quis autem libros integros cum omnibus suis partibus prout in Ecclesia catholica legi consueverunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro sacris & canonicis non susceperit, & traditiones prædictas sciens & prudens contempserit, anathema sit. Omnes itaque intelligant quo ordine & via ipsa Synodus, post iactum fidei confessionis fundamentum, sit progressura, & quibus potissimum testimonis ac præsidis in confirmandis dogmatibus & instaurandis in Ecclesia moribus sit usura.

Can. 2.

*Receptio
vulgata
editionis.*

Insuper eadem Sacrosancta Synodus considerans non parum utilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, si ex multis Latinis editionibus quæ circumferuntur sacrorum librorum quænam pro authentica habenda sit, innotescat: Statuit & decrevit, ut hæc ipsa vetus & vulgata editio, quæ longo tot seculorum usu in Ecclesia ipsa probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, aut expositionibus pro authentica habeatur, & quod eam nemo rejicere quovis pretextu audeat, vel præsumat.

Canon alius.

Modus interpretandi & imprimendi sacram scripturam.

Præterea ad coercenda petulantia ingenia, decrevit ut nemo suæ prudentiæ innixus in rebus fidei, & morum ad ædificationem doctrinæ Christianæ pertinentium, sacram scripturam ad suos sensus contorqueat, aut contra eum sensum quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia, cujus est iudicare de vero sensu & interpretatione sanctarum scripturarum, aut etiam contra unanimum consensum Pa-

rum, ipsam scripturam sacram interpretari audeat: etiam si hujusmodi interpretationes nullo unquam tempore in lucem edenda forent. Qui contraverint per ordinarios declarentur, & poenis à jure statutis puniantur,

Canon alius.

Sed & impressoribus modum in hac parte, ut patet est, imponere volens, qui jam sine modo, hoc est putantes sibi licere quicquid libet, sine licentia superiorum Ecclesiasticorum, ipsos scripturæ libros, & super illos annotationes & expositiones quomodolibet indifferentes sæpe tacito, sæpe etiam emendato privilegio, & quod est gravius, sine nomine authoris imprimant, alibi etiam impressos libros hujusmodi temere venales habent; decrevit & statuit ut post hæc sacra scriptura, potissimum vero hæc ipsa vetus & vulgata editio quam emendatissime imprimatur, nullique liceat imprimi facere quosvis libros de rebus sacris sive nomine autoris neque illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere nisi primum examinari probatique fuerint ab ordinario, sub poena anathematis & poenæ in canone concilij novissimi Lateranensis appositæ. Et si regulares fuerint, ultra examinationem & probationem hujusmodi, licentiam quoque à suis superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris juxta formam istarum ordinationum. Qui autem scriptos eos communicant vel evulgant, nisi ante examinari probatique fuerint, eisdem poenis subjaceant, quibus impressores. Et qui eos habuerint vel legierint, nisi authorem prodiderint, pro authoribus habeantur. Ipsa vero hujusmodi librorum probatio in scriptis detur, atque adeo in fronte libri vel scripti vel impressi authentice appareat.

Idque totum hoc, etiam probatio & examen, gratis fiat, ut probanda probentur, & improbanda reprobentur.

Vult hæc temeritatem illam reprimere volens, qua ad prophana quæque convertuntur & torquentur, & verba & sententiæ sacrorum scripturæ ad scurrilia scilicet, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, impias & diabolicas incantationes, divinationes, sortes, libellos etiam famulos: mandat & præcipit ad tollendam hujusmodi irreverentiam & contemptum, & ne de cætero quisquam quomodolibet verba sacrorum scripturæ ad hæc & similia audeat usurpare, ut omnes ejus generis corruptores, teme-

ratores, & violatores Verbi Dei, juris & arbitrij pœnis per Episcopos coercantur.

Item hæc sacrosancta Synodus statuit & decrevit, proximam futuram sessionem tenendam & celebrandam esse feria quinta post sacratissimum Festum Pentecostes.

P R I M U M D E G R E T U M
quartæ Sessionis Tridentini Concilij, 17.
mensis Iunij 1547. celebratæ.

De peccato originali.

Hebr. II.

Ut fides nostra catholica, sine qua impossibile est placere Deo, purgatis erroribus in sua sinceritate integra & illibata permaneat, & ne populus Christianus omni vento doctrinæ circumferatur: cum serpens ille antiquus humani generis perpetuus hostis inter plurima mala quibus Ecclesia Dei his nostris temp. perturbatur, etiam de peccato originali ejusque remedio non solum vetera, sed nova etiam dissidia excitaverit, sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina synodus in spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ sedis legatis, jam ad revocandos errantes, & nutantes confirmandos accedere volens, scripturarum & sanctorum Patrum, ac probatissimum conciliorum testimonia, & ipsius Ecclesiæ judicium & consensum sequuta, hæc de ipso peccato originali statuit, ac declarat.

Si quis non confitetur primum hominem Adam cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem & justitiam in qua positus fuerat amisisse, incurrisseque per offensam prævaricationis ejusmodi, iram & indignationem Dei, atque ideo mortem: quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captivitatem sub ejus potestate qui mortis deinde habuit imperium, hoc est diaboli, solumque Adam per illam prævaricationis offensam secundum corpus & animam in deterius commutatum fuisse anathema sit.

Si quis Adæ prævaricationem sibi & non ejus propagini asserit nocuisse, acceptam à Deo sanctitatem & justitiam quam perdidit, sibi soli & non nobis cum perdidisse, aut iniquitatem illum per inobedientiæ peccatum, mortem, & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfe-

diffe, non autem & peccatum quod mors est animæ, anathema sit : quum contradicat Apostolo dicenti : Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.

Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine unum est, & propagatione non imitatione transfusum, in omnibus inest unicuique proprium vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium asserit tolli, quam per meritum unius mediatoris Domini nostri Iesu Christi, qui nos Deo reconciliavit in sanguine suo, factus nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio : aut negat ipsum Iesu Christi meritum per baptismi sacramentum in forma Ecclesiæ rite collatum tam adultis quam parvulis applicari, anathema sit, quia non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. Unde illa vox. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et illa. Quicumque baptizati estis, Christum induistis.

Si quis parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, etiam si fuerint à baptizatis parentibus orti : aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati quod regenerationis lavacro necesse sit expiari ad vitam æternam consequendam : unde sit consequens, ut in eis forma baptismatis in remissione peccatorum non vera sed falsa intelligatur, anathema sit : quoniam non aliter intelligendum est id quod dixit Apostolus, Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt : nisi quemadmodum Ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hanc etiam regulam fidei, ex traditione Apostolorum etiam parvuli qui nihil peccatorum in semet ipsis adhuc committere potuerunt : ideo in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, ut in regeneratione mundeant, quod generatione contraxerunt. Nisi enim qui renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei.

Si quis per Iesu Christi Domini nostri gratiam quæ in baptismo confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit non tolli totum id quod vetam & propriam peccati rationem habet, sed illud dicit tantum radi aut non imputari, anathema sit. In renatis autem ni-

R. m. 5.

Act. 4.

Ioan. 10.

Gal. 3.

Rom. 5.

hil odit Deus : quia nihil est damnationis iis qui verè consepulti sunt cum Christo per baptisma in mortem , qui non secundum carnem ambulant , sed veterem hominem exuentes , & novum induentes , qui secundum Deum creatus est innocentes , immaculati , puri , innoxii , ac Deo dilecti effecti sunt , hæredes quidem Dei , coheredes autem Christi , ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cæli remoretur . Manere autem in baptizatis concupiscentiam vel fornicem hæc sancta synodus fateretur & sentit , quæ quum ad agonem relicta sit , nocere non consentientibus , & vitiositer per Iesum Christi gratiam repugnantibus non valet , quinimo qui legitime certaverit , coronabitur . Hanc concupiscentiam quam aliquando Apostolus peccatum appellat , sancta Synodus declarat Ecclesiam catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari , quod verè & proprie in renatis peccatum sit , sed quia ex peccato est , & ad peccatum inclinat . Si quis autem contrarium senserit , anathema sit .

SECUNDUM DECRETUM Reformationis quartæ sessionis Tridentinæ Synodi.

De lectione, & predicatione sacra scriptura.

— Eadem sacrosancta Synodus piis summorum pontificum & probatorum Conciliorum constitutionibus inhærens , easque amplectens , & adjiciens , ne cælestis ille thesaurus factorum librorum quem Spiritus Sanctus summa liberalitate hominibus tradidit , neglectus jaceat : statuit & decrevit quod in illis Ecclesiis , in quibus præbenda aut præstimonium , seu aliud quovis nomine nuncupatum stipendium pro lectoribus sacræ Theologiæ depuratum reperitur , Episcopi , Archiepiscopi , Primates , & alij locorum ordinarij eos qui præbendam , aut præstimonium , seu stipendium hujusmodi obtinent , ad ipsius sacræ scripturæ expositionem & interpretationem per seipsos si idonei fuerint , alioquin per idoneum substitutum ab eis Episcopis , Archiepiscopis , Primatibus , & aliis locorum ordinariis eligendum , etiam per subtractionem fructuum cogant & compellant . De cætero præbenda , præstimonium , aut stipendium hujusmodi

non nisi personis idoneis, & qui per seipfos id munus explicare possint, conferatur; & aliter facta provisio nulla sit & invalida.

In Ecclesijs autem Metropolitanis vel Cathedralibus, si civitas insignis vel populosa, ac etiam in collegiatis existentibus in aliquo insigni oppido etiam nullius diocesis, si ibi clerus numerosus fuerit, ubi nulla præbenda, aut præstimonium, seu stipendium huiusmodi deputatum reperitur, præbenda quomodocumque, præterquam ex causa resignationis, primo vacatura, cui aliud onus incomparabile iunctum non sit, ad eum usum ipso facto perpetuo constituta & deputata intelligatur. Et quamvis in ipsis Ecclesijs nulla vel non sufficiens præbenda foret, Metropolitanus vel Episcopus ipse per assignationem fructuum alicujus simplicis beneficii, ejusdem tamen debitis supportatis oneribus, vel per contributionem beneficiorum suæ civitatis & diocesis vel alias prout commodius fieri poterit, de capitulo consilio ita provideat, ut ipsa sacra scripturæ lectio habeatur: ita tamen, ut quæcumque aliæ lectiones, vel consuetudines, vel quavis alia ratione instituta, propter id minime prætermittantur.

Ecclesiæ vero quarum annui proventus tennes fuerint, & ubi tam exigua est cleri & populi multitudo, ut Theologiæ lectio in eis commode haberi non possit, saltem magistrum habeant ab Episcopo cum capitulo concilio eligendum, qui clericos aliosque scholares pauperes grammaticam gratis doceat: ut deinceps ad sacra scripturæ studia, annuente Deo, transire possint. Ideoque illi magistro grammaticæ, vel alicujus simplicis beneficii fructus quos tandiu percipiat, quandiu in docendo perseverit, assignentur, dum tamen beneficium ipsum suo debito non fraudetur obsequio: vel ex capitulari, vel ex Episcopali mensa, condigna aliqua merces persolvatur, vel alias Episcopus ipse aliquam rationem meat, suæ Ecclesiæ & diocesi accommodam, ne pia hæc, utilis acque fructuosa provisio quovis quæstro colore negligatur.

In Monasteriis quoque Monachorum ubi commode fieri id queat, etiam prælectio sacra scripturæ habeatur.

Qua in re si abbates negligentes fuerint, Episcopi locorum in hoc ut sedis Apostolorum delegati, eos ad id, opportunis remediis compellant.

In conventibus vero aliorum regularium, in quibus studia

commode vigere possunt, etiam lectio sacre scripturæ habeatur quæ lectio à capitulis generalibus vel provincialibus assignetur dignioribus magistris.

In Gymnasiis autem publicis, ut tam honorifica & ceterorum omnium maxime necessaria lectio hactenus instituta non fuerit, religiosissimorum Principum ac Reipublicarum pietate & charitate ad Catholicæ fidei defensionem & incrementum, sacreque doctrinæ conservationem & propagationem instituat: & ubi instituta foret & negligetur, restituatur.

Et ne sub specie pietatis, impietas disseminetur, statuit eadem sancta Synodus, neminem ad hujusmodi lectionis officium tam publice quàm privatim admittendum esse, qui prius ab Episcopo loci de vita, moribus & scientia examinatus & probatus non fuerit. Quod tamen de lectoribus in claustris Monachorum non intelligatur.

Docentes vero ipsam sacram scripturam, dum publice in scholis docuerint, & scholares qui in ipsis scholis student, privilegiis omnibus de perceptione fructuum, prebendarum, & beneficiorum suorum in absentia à jure concessis plene gaudeant & fruantur.

quia vero Christianæ Reipublicæ non minus necessaria est prædicatio Evangelij quam lectio, & hoc est præcipuum Episcoporum munus, statuit & decrevit eadem sancta Synodus: omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & omnes alios Ecclesiarum prælatos teneri per seipsum, si legitime impediti non fuerint, ad prædicandum sanctum Iesu Christi Evangelium.

Si vero contigerit Episcopos & alios prælatos legitimo detineri impedimento, juxta formam generalis Concilij viros idoneos assumere teneantur ad hujusmodi prædicationis officium salubriter exequendum. Si quis autem hoc adimplere contempserit, districtæ subiaceat ultioni.

Archipresbyteri quoque plebani, & quicumque parochiales, vel alias curam animarum habentes, Ecclesias quocumque modo obtinent, per se vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis, & festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua & earum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo ea quæ scite omnibus necessarium est ad salutem, annunciansque eis cum brevitate & facilitate sermonis vitia quæ eos declinare, & virtutes quas eos sectari oportet, ut poenam æternam eva-

dere, & cælestem gloriam consequi valeant. Id vero si quis eorum prætare negligat, etiam si ab Episcopi jurisdictione quavis ratione se exemptum esse prætenderet, etiam si Ecclesiæ quovis modo exemptæ dicerentur, aut alicui Monasterio etiam extra diocesim existenti forsitan annexæ vel unitæ, modo se ipsa in diocesi sint, provida pastoralis Episcoporum sollicitudo non desit, ne illud impleatur: Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Itaque ubi ab Episcopo monici, trium mensium spatio muneri suo defuerint, per censuras Ecclesiasticas seu alias ad ipsius Episcopi arbitrium cogantur. Ita ut etiam si ei sic expedire visum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri qui id præstet, honesta aliqua merces persolvatur, donec principalis ipse recipientis officium suum impleat. Si quæ vero parochiales Ecclesiæ reperiantur subjectæ Monasteriis in nulli diocesi existentibus: si Abbates & regulares prælati in prædictis negligentes fuerint à Metropolitanis in quorum provinciis dioceses ipsæ sitæ sunt, tanquam quo ad hoc sedis Apostolicæ delegatis compellantur. Neque hujus decreti executionem consuetudo vel exemptio, aut appellatio, aut reclamatio, sive recursus impedire valeat, quousque desuper à competenti iudice, qui summarie & sola facti veritate inspecta procedat, cognitum sit & decisum.

Regulares vero cujuscunque ordinis, nisi à suis superioribus de vita, moribus & scientia examinati & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Ecclesiis suorum ordinum prædicare non possint: cum qua licentia personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur antequam prædicare incipiant.

In Ecclesiis vero quæ suorum ordinum non sunt, ultra licentiam suorum superiorum etiam Episcopi licentiam habere teneantur, sine qua in ipsis Ecclesiis non suorum ordinum nullo modo prædicare possint. Ipsam autem licentiam Episcopi gratis concedant.

Si vero, quod absit, prædicator errores aut scandala disseminaverit in populum, etiam si in Monasterio sui vel alterius ordinis prædicet, Episcopus ei prædicationem interdicit. quod si hæreses prædicaverit, contra eum secundum juris dispositionem aut loci consuetudinem procedat, etiam si prædicator ipse generali vel speciali privilegio exemptum se esse prætenderet. quo casu Episcopus auctoritate apostolica, & tanquam sedis apostolicæ delegatus pro-

cedat. Curent autem Episcopi, ne quis prædicator vel ex falsis informationibus vel alias calumniose vexetur, ne justam de eis conquerendi occasionem habeat.

Caveant præterea Episcopi, ne aliquem vel eorum qui cum sint, nomine regulares, extra claustra tamen & obedientiam religionum suarum vivunt, vel presbyterorum secularium, nisi noti sint, & moribus atque doctrina probati, etiam quæsumlibet privilegiorum prætextu, in sua civitate vel diœcesi prædicare permittant, donec ab ipsis Episcopis super eo sancta sedes Apostolica consulatur: à qua privilegia hujusmodi, nisi tacita veritate, & expresso mendacio, ab indignis extorqueri verisimile non est.

*Contra de-
ferentes re-
liquias.*

Quætores vero elemosynarii, qui etiam quæstuatij vulgo dicuntur, cujuscunque conditionis existant nullo modo nec per se, nec per alium prædicare præsumant: & contra facientes, ab Episcopis & ordinariis locorum, privilegiis quibuscunque non obstantibus, opportunitis remediis omnino coercantur.

Item hæc sacrosancta Synodus statuit & decrevit, primam futuram sessionem tenendam & celebrandam esse die jovis feria quinta post festum beati Jacobi Apostoli.

DECRETUM DE PECCATO originali sacrosancti œcumenici Con- cilij Tridentini sessione quinta, uno Patrum consensu promulgatum.

PROLOGUS.

Sacrosancta œcumenica Tridentina synodus, in spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea nomine sanctissimi domini nostri Pauli divina providentia Papæ 3. Reverendissimis dominis, D. Joanne Maria de Monte, Episcopo Praenestino, & Marcello Gervino tituli sanctæ Crucis in Jerusalem presbytero, & Reginaldo Polo tituli sanctæ Mariæ in Comedio, sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalibus & Apostolicis de latere legatis. Et si oportet hæreses esse ut qui probati sunt, manifesti fiant, deest tamen ut fides catholica, sine qua impossibile est placere Deo, exiurpatis ex-

toribus universis, in una sinceritate integra & illibata permaneat, quo per eam Ecclesia sancta Dei de suis hostibus, à quibus nunquam non impetitur, gloriosissima triumphare possit. Cum igitur nostris etiam temporibus de peccato originali, & de illius remedio, quæ velut Christianæ nostræ fidei fores, omnibus citra controversiam manifestissima esse debuerant, serpens ille antiquus humani generis perpetuus hostis nova certamina suscitaverit, iam tandem ad revocandos errantes, & nutantes consistmandos sese accingens, indeque sumens exordium, unde morbus crepit, ne populus Christianus omni vento doctrinæ circumferatur, sacrarum scripturarum & sanctorum Patrum, & probatorum conciliorum testimonia, & ipsius catholice Ecclesie iudicium & consensum secuta, hæc de ipso peccato originali statuit.

C A N O N E S.

Si quis non confitetur primum hominem Adam, cum *De conf. dist. 24. can. firmisime.*
mandatum Dei in paradiso fuisse transgressus, statim sanctitatem & iustitiam in qua creatus fuit, amisisse, incurrisseque per offensam huiusmodi prævaricationis iram & indignationem Dei, atque adeo mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captivitatem sub eius potestate, qui deinde mortis habuit imperium, hoc est diaboli, totumque Adam per illam prævaricationis offensam, secundum corpus & animam in deterius commutatum fuisse, anathema sit.

2. Si quis soli Adæ prævaricationem suam non aliis etiam & ejus propagini asserit nocuisse, acceptam à Deo sanctitatem & iustitiam quam perdidit, non nobis, sed sibi soli perdidisse, inquinatoque illi per inobedientiæ peccatum, mortem & pœnas corporis tantum in omne genus humanum, & secundum communem legem transfudisse, non autem & peccatum, cui pro pœna debebatur utraque mors, corporis videlicet & animæ, anathema sit. Cum contradicac Apostolo dicenti, Per unum hominem peccatum intravit in mundum & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.

3. Si quis morbum huius originalis peccati, quod unum est & in nobis propagatione non imitatione diffusum re-
sider, unicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel aliud remedium asserit auferri, quam per meti-

1. Cor. 5.

tum unius Domini nostri Iesu Christi qui Deo nos in sanguine suo reconciliavit, factus nobis sanctificatio, iustitia & redemptio aut negat ipsam meritum nobis per fidem, & baptisani sacramentum applicari anathema sit. Hæc enim omnes Prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per manum eius, omnes qui credunt in eum, neque aliud nomen esse sub celo datum hominibus in quo oporteat nos salvos fieri. Unde illa vox, Ecce Agnus Dei ecce qui tollis peccata mundi, & illa, quicumque baptizati estis, Christum induistis.

Act. 10.

Act. 4.

Ioan. 1.

Galat. 3.

4. Si quis parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, etiam si faciant baptizatis parentibus orti, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lavacro necesse sit expiari ad vitam æternam consequendam, unde sit consequens ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est, quod ait Apostolus, Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt, nisi quemadmodum Ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hæc enim regulam fidei ex traditione Apostolorum, etiam parvuli, qui nihil peccatorum in semet ipsis adhuc committere potuerunt, ideo in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerant. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Hanc fidei & sanctorum patrum normam imitando hæc sancta synodus fatetur ac declarat, in baptisate per Iesu Christi gratiam, quam confert & continet, non modo remitti reatum originalis peccati, sed totum id auferri quod veram & propriam rationem peccati habet.

Rom. 5.

Ioan. 8.

5. Si quis ergo per Iesu Christi Domini nostri gratiam quæ in baptisate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam asserit non tolli totum id quod veram & propriam peccati rationem habet, sed illud dicit tantum radi aut non imputari, anathema sit. In renatis enim nihil odit Deus: quia nihil est damnationis iis qui verè conscripti sunt cum Christo per baptisima in mortem, qui non secundum carnem ambulant, sed veterem hominem exuentes, & novum

Rom. 8.

qui secundum Deum creatus est, induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti effecti sunt hæredes quidem Dei, coheredes autem Christi, ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cæli remoretur: Manere autem in baptizatis concupiscentiam vel fornicem hæc sancta synodus fateretur & sentit, quæ cum ad agonem relicta sit, nocere non contentionibus, & utiliter per Christi Iesu gratiam repugnantibus non valet, quinimo qui legitime certaverit coronabitur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat sancta synodus declarat, Ecclesiam catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod vere & proprie in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit, anathema sit. Rom. 7.

DECRETUM DE IUSTIFICATIONE factum Trident. in 6. sessione, die 13.

Iannarij 1547.

Cum hoc tempore non sine multarum animarum iactura, & gravi Ecclesiasticæ unitatis detrimento erronea quedam disseminata sit de iustificatione doctrina ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, Ecclesiæ tranquillitatem, & animarum salutem, sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata præsentibus in ea nomine sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Pauli divina providentia Papæ tertij, reverendi, dominis, dominis Ioanne Maria Episcopo Prænestino de Monte, & Marcello Tituli sanctæ Crucis in Ierusalem presbytero, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus & Apostolicis de latere legatis. Exponere intendit omnibus Christi fidelibus veram sanamque doctrinam ipsius iustificationis, quam sol iustus Christus Iesus fidei nostræ author & consummator docuit, Apostoli tradiderunt, & catholica Ecclesia, Spiritu sancto suggerente, perpetuo tenuit districtius inhibendo, ne deinceps audeat quisquam aliter credere, prædicare, aut docere quam prædicti decreto statuitur ac declaratur.

Can. 1. De natura & legis ad iustificandos homines imbecillitate.

Primum declarat sacrosancta synodus, ad iustificationis doctrinam probe & sincere intelligendam, oportere ut

Ephes. 2.

unusquisque agnoscat & fateatur, quod cum omnes homines in prævaricatione Adæ innocentiam perdidissent, facti immundi, & (ut Apostolus inquit) natura filii iræ, quemadmodum in decreto de peccato originali exposuit, usque adeo servi erant peccati & sub potestate diaboli ac mortis, ut non modo gentes per vim naturæ, sed ne Iudæi quidem per ipsam etiam literam legis Moyfi inde liberari aut surgere possent, tamen in eis liberum arbitrium minime extinctum esset, vitiis licet attenuatum & inclinatum.

Can. 2. De dispensatione & mysterio adventus Christi.

Quod factum est, ut cælestis pater, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, Christum Iesum filium suum & ante legem, & legis tempore, multis sanctis patribus declaratum ac promissum, cum venit beata illa plenitudo temporis, ad homines miserit, ut & Iudæos qui sub lege erant redimeret, & gentes quæ non sectabantur iustitiam, iustitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. Hanc proposuit Deus propitiorem per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris, non solum autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi.

Can. 3. Qui per Christum iustificamur.

Ephes. 1.

1. Ioan. 2.

Coloss. 5.

Verum etsi ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, sed ij duntaxat quibus meritum passionis eius communicatur. Nam sicut reuera homines nisi extemine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur iniusti, cum ea propagatione per ipsum dum concipiuntur propriam iniustitiam contrahant: ita nisi in Christo renascerentur, nunquam iustificarentur, cum ea renascentia, per meritum passionis eius, gratia qua iusti sunt illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apostolus gratias nos semper agere hortatur patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, & eripuit de potestate tenebrarum, transfuditque in regnum filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum.

Can. 4. Insinuaturs descriptio iustificationis impii, & modus ejus in statu gratia.

Quibus verbis iustificationis impii descriptio insinuaturs, ut sit translatio ab eo statu in quo homo nascitur filius pæ-

mi Adæ, in statum gratiæ & adoptionis filiorum Dei, per-
secundum Adam, Iesum Christum salvatorem doctrina.
Quæ quidem translatio post Evangelium promulgatum, sine *Ioan. 3.*
lavacro regenerationis, aut ejus voto, fieri non potest, sicut
scriptum est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu
sancto, non potest introire in regnum Dei.

*Can. 3. De necessitate præparationis ad justificationem
in adultis, & sende fit.*

Declarat præterea ipsius justificationis exordium in adul-
tis, à Deo, per Christum Iesum, præveniente, gratia, sumen-
dum esse, hoc est ad ejus vocatione, qui nullis eorum existen-
tibus meritis vocantur: ut qui per peccata à Deo aversi erant,
per ejus excitantem atque adjuvantem gratiam ad conver-
tendum se, ad suam ipsorum justificationem, eidem gratiæ
libere assentiendo & cooperando, disponantur: ita ut tangen-
te Deo cor hominis per spiritus sancti illuminationem, ne-
que homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam re-
cipiens, quippe qui & illam abicere potest, neque tamen si-
ne gratia Dei movere se ad justitiam coram Ilo libera sua
voluntate possit, unde in sacris literis eum dicitur, *Zach. 1.*
Convertimini ad me, & ego convertar ad vos libertatis nostræ ad-
monemur, cum respondemus, *Psal. 84.*
Convertete nos Domine ad te, &
convertemur, Dei nos gratia præveni consistemur.

Can. 6. Modus præparationis.

Disponuntur autem ad ipsam justitiam, dum excitati di-
vina gratia & adjuti, fidem ex auditu concipientes libere mo-
ventur in Deum, credentes vera esse quæ divinitus revelata
& promissa sunt: atque illud in primis, à Deo justificari
impium per gratiam ejus, per redemptionem quæ est in
Christo Iesu, & dum peccatores se esse intelligentes à divi-
næ justitiæ timore, quo utiliter concitantur, ad conside-
randam Dei misericordiam se convertendo in spem erigun-
tur, fidences Deum sibi propter Christum propitium fore, *Hebr. 1.*
illumque tamquam omnis justitiæ fontem diligere incipiunt,
ac propterea monentur adversus peccata per odium aliquod
& detestationem, hoc est per eam præsentiam quam ante
baptismum agi oportet, denique dum proponunt suscipere
baptismum, inchoare novam vitam, & servare divina
mandata. De hac dispositione scriptum est, Accedentem
ad Deum oportet credere quia est, & quod iniquitibus

Matth. 9.

Eccle. 1.

A. 2.

Matth. 18.

1. Reg. 2.

Ephes. 1.

Iacob. 2.

Galat. 5.

se remunerator sit; & , Confide fili: remittantur tibi peccata tua, & timor Domini expellit peccatum, & Pœnitentiam agite: & , Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum: & , Accipietis donum Spiritus Sancti: & , Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & Spiritus Sancti: docentes eos servare ea quæcunque mandavit vobis. Denique præparate corda vestra Domino.

Can. 7. *Quid justificatio impij, & qua ejus causa.*

Hanc dispositionem seu præparationem justificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio sed & sanctificatio, & renovatio interioris hominis, per voluntariam susceptionem gratiæ & donorum; unde homo ex injusto fit justus, & ex inimico fit amicus, ut fit hæres secundum spem vitæ æternæ. Hujus justificationis causæ sunt. Finalis quidem, gloria Dei & Christi ac vita æterna. Efficiens verò misericors Deus, qui gratuito abluat & sanctificat, signans & ungens spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ. Meritoria autem, dilectissimus ungenitus suus Dominus noster Iesus Christus, qui cum essemus inimici, propter nimiam charitatem qua dilexit nos, sua sanctissima passione, in ligno crucis nobis justificationem meruit, & pro nobis Deo patri satisfecit. Instrumentalis item, sacramentum baptismi quod est sacramentum fidei sine qua nulli unquam justificatio contigit. Demum unica formalis causâ est justitia Dei, non quia ipse justus est, sed quæ nos justos facit: quia videlicet ab eo donari renovamur spiritu mentis nostræ, & non modo reputamur, sed vere justî nominamur, & sumus, justitiam in nobis recipientes, unusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis, prout vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem & cooperationem. Quamquam enim nemo possit esse justus, nisi cui merita passionis Domini nostri Iesu Christi communicantur, id tamen in hac impij justificatione fit, dum ejusdem sanctissimæ passionis merito per spiritum sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum qui justificantur, atque ipsis inhæret. Unde in ipsa justificatione cum remissione peccatorum, hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum cui inseritur, fidem, spem, & charitatem. Nam fides, nisi ad eam spes accedat & charitas, neque unquam perfecte cum Christo, neque

corporis ejus vivum membrum efficit, qua ratione verissime dicitur fides sine operibus mortuam & otiosam esse: & in Christo Iesu neque circumcisionem aliquid valere, neque praprium, sed fidem quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante baptismi sacramentum ex Apostolorum traditione catholicæ ab Ecclesia petunt, cum petunt fidem vitam æternam præstantem quam sine spe & charitate fides præstare non potest: unde & statim verbum Christi audiunt: si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Itaque veram & Christianam justitiam accipientes, eam seu primam stolam, pro illa quam Adam sua inobedientia sibi & nobis per Christum Iesum illis donaram, candidam & immaculatam, jubentur statim tenari conservare, ut eam perfectant ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, & habeant vitam æternam.

Matth. 19.

Can. 8. Quomodo intelligatur impium per fidem, & gratis justificari.

Cum vero Apostolus dicit justificari hominem per fidem & gratis, ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiæ catholicæ consensus tenuit & expressit, ut scilicet per fidem ideo justificati dicamur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum & radix omnis justificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum ejus consortium pervenire. Gratis autem justificari ideo dicimur, quia nihil eorumque justificationem præcedant sive fides, sive opera, ipsam justificationis gratiam promeretur. Si enim gratia est jam non ex operibus alioquin, ut idem Apostolus inquit, gratia jam non est gratia.

Jacob. 2.

Can. 9. Contra inanem hæreticorum fiduciam.

Quamvis autem necessarium sit credere neque remitti neque remissa unquam fuisse peccata nisi gratis divina misericordia propter Christum, nemini tamen fiduciam & certitudinem remissionis peccatorum jactanti, & in ea sola quiescenti, peccata dimitti vel dimissa esse, dicendum est: cum apud hæreticos & schismaticos possit esse, imo nostra tempestate sit ut magna contra Ecclesiam Catholicam contentione prædicetur vana hæc & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud asserendum est, oportere eos qui vere justificati sunt, absque ulla omnino dubitatione apud semetipsos statuere se esse justificatos, neminemque à peccatis absolvi, ac justificari, nisi eum qui certo

credat se absolutum & justificatum esse, atque hæc sola si-
de absolutionem & justificationem perfici: quasi qui hoc non
credit, de Dei promissis, deque mortis & resurrectionis
Christi efficacia dubitet, nam sicut nemo pius de Dei miseri-
cordia, de Christi merito, deque sacramentorum virtute & effi-
cacia dubitare debet: sic quilibet dum seipsum suaque propria
infirmi-
tatem & indispositionem respicit, de gratia formidare
& timere potest, cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui
non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum.

Can. 10. *De accepta justificationis incremento.*

1. Cor. 4.

Apoc. 21.

Ecc. 18.

Incob. 2.

Sic ergo justificati, & amici Dei ac domestici facti euntes
de virtute in virtutem, renovantur, ut Apostolus inquit, de
die in diem: hoc est mortificando membra carnis suæ, &
exhibendo ea arma justitia in sanctificationem per observa-
tionem mandatorum Dei & Ecclesiæ, in ipsa justitia per
Christi gratiam accepta, cooperante fide, bonis operibus
crescent atque magis justificantur, sicut scriptum est. Qui
justus est, justificetur adhuc, & iterum. Ne verearis usque ad
mortem justificari, & rursus. Videtis quoniam ex operibus
justificatur homo, & non ex fide tantum: Hoc verò justitiæ
incrementum petit sancta Eccles. cum orat, Da nobis Domi-
ne fidei, spei, & charitatis augmentum.

Can. 11. *De observatione mandatorum, deque illius
necessitate & possibilitate.*

Matth. 12.

Joan. 14.

Natth. 6.

Nemo autem quantumvis justificatus liberum se esse ab
observatione mandatorum putare debet, nemo temeraria
illa, & à patribus sub anathemate prohibita voce uti, Dei
præcepta homini justificato ad observandum esse impossi-
bilia, nam Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet
& facere quod possis, & petere quod non possis, & adjuvat
ut possis, cujus mandata gravia non sunt, cujus jugum
suave est & onus leve: qui n. sunt filij Dei, Christum dili-
gunt, qui autem diligunt eum, ut ipsemet testatur, servant
sermões ejus, quod utique cum divino auxilio præstare
possunt: licet n. in hac mortali vita, quantumvis sancti &
justi, in levia saltem & quotidianâ, quæ etiam venialia dicuntur
peccata, quandoque cadant, non propterea desinunt esse
justi, nam justorum illa vox est, & humilis, & verax: Dimitte
nobis debita nostra, quo fit, ut justi ipsi eo magis se obli-

gatos ad ambulandum in via iustitiæ sentire debeant, quo liberati jam à peccato, servi autem facti Deo; *Tobit. 12.* & pie viventes, proficere possunt per Christum Iesum, per quem accessum habuerunt in gratiam istam. Deus namque sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur. Itaque nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola se hæredem esse constitutum, hæreditatemque consequatur, etiam si Christo non compatiatur, ut & conglorificetur, nam & Christus ipse (ut inquit Apostolus) cum esset filius Dei, didicit ex his quæ passus est obedientiam, & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Propterea Apostolus ipse mouet iustificatos dicens Nescitis quod ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit præmium? sic currite, ut comprehendatis: ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno non quasi ærem verberans, sed castigo corpus meum, & in servitutem redigo ne forte cum aliis prædicaverim ipse reprobus efficiar. Item princeps Apostolorum Petrus: Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis, hæc n. facientes, non peccabitis aliquando. Unde constat eos orthodoxæ religionis doctrinæ adversari qui dicunt iustum in omni bono opere saltem venialiter peccare, aut (quod intolerabilius est) poenas æternas mereri: atque etiam eos qui statuunt in omnibus operibus iustos peccare, si in illis suam ipsorum socordiam excitando, & sese ad currendum in stadio cohortando, cum hoc ut in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam cum scriptum sit, Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem; & de Moise dicit Apostolus, quod respiciebat in remunerationem. *Philip. 2.*
1. Cor. 9.
2. Petr. 1.
Psal. 124.
Hebr. 11.

Can. 12. Prædestinationis temerariam præsumptionem cavendam esse.

Nemo quoque quamdiu in hac mortalitate vivit, de arcano divinæ prædestinationis mysterio usque adeo præsumere debet, ut certo statuat se omnino esse in numero prædestinatorum, quasi verum esset, quod iustificatus aut amplius peccare non possit, aut si peccaverit, certam sibi retributionem promittere debeat. Nam nisi ex speciali revelatione sciri non potest quos Deus sibi elegerit.

Can. 13. De perseverantia munere.

Mat. 24.

Similiter de perseverantia munere, de quo scriptum est. Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit: quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo qui potens est eum qui stat, statueret ut perseveranter stet: & eum qui cadit, restitueret: nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine pollicetur: tametsi in Dei auxilio, firmissimam spem collocare, & reponere omnes debent. Deus nisi ipsi illius gratia defuerit, sicut coepit opus bonum, ita perficiet operans velle & perficere. Verumtamen qui se existimant stare, videant ne cadant & cum timore ac tremore salutem suam operentur, in laboribus, in vigiliis, in elemosynis, in orationibus, & oblationibus, in jeuniis, in castitate: formidare enim debent, scientes quod in spem gloriae, & nondum in gloria renati sunt de pugna quae super est cum carne, cum mundo, cum diabolo, in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolos obtemperent dicenti: Debitorum sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.

Philip. 2.

1. Cor. 8.

Rom. 8.

Can. 14. De lapsu & eorum reparatione.

Qui vero ab accepta justificationis gratia per peccatum exciderunt, tursus justificari poterunt, cum excitante Deo, per poenitentiae sacramentum merito Christi, amissam gratiam recuperare procuraverint. Hic enim justificationis modus est lapsi reparatio quam secundam post naufragium deperditae gratiae tabulam sancti patres apte nuncupant. Etenim pro his qui post baptismum in peccata labuntur Christus Iesus sacramentum instituit poenitentiae cum dixit: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Unde docendum est, Christiani homini poenitentiam post lapsum, multo aliam esse à baptismo: eaque contineri non modo cessationem à peccatis, & eorum detestationem, aut cor contritum & humiliatum, verum etiam eorundem sacramentalem confessionem, saltem in voto, & suo tempore faciendam, & sacerdotalem absolutionem. Itemque satisfactionem, per jejunia, elemosynas orationes, & alia pia spiritualis vitae exercitia non quidem pro pena aeterna, quae vel sacramento, vel sacramenti voto cum culpa remittitur,

Joan. 20.

sed pro pena temporalis quæ (ut sacrae litteræ docent) non tota semper , ut in baptismo sit dimittitur illis qui gratiæ Dei quam acceperunt , ingrati Spiritum sanctum contristaverunt & templum Dei violare non sunt veriti , de qua penitentia scriptum est : Memor esto unde excideris : age penitentiam , & prima opera fac , iterum , quæ secundum Deum tristitia est , penitentiam in salutem stabilem operatur : & rursus , Penitentiam agite , & facite fructus dignos penitentię .

Apo. 1.

2. Cor. 7.

Luc. 3.

Can. 15. *Quolibet peccato mortali amitti gratiam, sed non fidem.*

Adversus etiam hominum quorundam callida ingenia qui per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium , asserendum est non modo infidelitate , per quam & ipsa fides amittitur , sed etiam quocumque alio mortali peccato , quamvis non amittatur fides , acceptam justificationis gratiam amitti , divinæ legis doctrinam defendendo , quæ à regno Dei non solum infideles excludit , sed & fideles quoque fornicarios , adulteros , molles , masculorum concubitores , fures , avaros , ebriosos , maledicos , rapaces , ceterosque omnes qui lethalia committunt peccata , à quibus cum divinæ gratiæ adjumento abstinere possunt , & pro quibus à Christi gratia separantur .

1. Cor. 15.

Can. 16. *De fructu justificationis, hoc est , de merito bonorum operum , deque ipsius meriti ratione.*

Hac igitur ratione justificatis hominibus sive acceptam gratiam perpetuo conservaverint , sive amissam recuperaverint , proponenda sunt Apostoli verba , Abundate in omni opere bono , scientes quod labor vester non est inanis in Domino . Non enim injustus est Deus , ut obliviscatur operis vestri , & dilectionis , quam ostendistis in nomine ipsius & , Nolite amittere confidentiam vestram , quæ magnam habet remunerationem . Atque ideo bene operantibus usque in finem , & in Deo sperantibus proponenda est vita æterna & tanquam gratia , filii Dei per Christum Iesum misericorditer promissa : & tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus & meritis fideliter reddenda . Hæc est enim illa corona justitiæ , quam post suam certamen & cursum repositam sibi esse aiebat Apostolus à

1. Cor. 15.

2. Tim. 4.

justo iudice sibi reddendam : non autem sibi , sed & omnibus qui diligunt adventum ejus. Cum enim ille ipse Christus Iesus tanquam caput in membra , & tanquam vitis in palmes in ipsos justificatos jugiter virtutem influat , quæ virtus bona eorum opera semper antecedit , comitatur & subsequitur , & sine qua nullo pacto Deo grata & meritoria esse possunt : nihil ipsis justificatis amplius deesse credendum est , quo minus plene , illis quidem operibus quæ in Deo sunt facta divine legi pro hujus vitæ statu satisfecisse , vitam æternam suo etiam tempore (si tamen in gratia decesserint) consequendam verè promeruisse censeatur , cum Christus Salvator noster dicat : Si quis bibet ex aqua quam ego dabo ei , non sitiet in æternum , sed fiet in eos fons aquæ salientis in vitam æternam : ita neque propria nostra iustitia , tanquam ex nobis propria statuitur , neque ignoratur aut repudiatur iustitia Dei , quæ etiam iustitia nostra dicitur , quia per eam nobis inhaerentem justificamur , illa eadem Dei est , quia à Deo nobis infunditur per Christi meritum. Neque vetò illud omittendum est quod licet bonis operibus in sacris literis atque adeo tribuatur , ut etiam qui unum ex minimis suis pocum aquæ feigidæ dederit , promittat Christus eum non esse sua mercede cariturum : & Apostolus testetur , id quod in præsentem est momentaneum & leve tribulationis nostræ , supra modum in sublimitate æternam gloriæ pondus operari in nobis : absit tamen ut Christianus homo in seipso , vel confidat , vel glorietur , & non in domino , cujus tanta est erga omnes homines bonitas , ut eorum velit esse merita , quæ sunt ipsius dona. Et qui in multis offendimus omnes , unusquisque sicut misericordiam & bonitatem , ita severitatem & iudicium ante oculos habere debet : neque seipsum aliquis , etiam si nihil sibi conscius fuerit , iudicare : quoniam omnis hominum vita non humano iudicio examinanda & indicanda est , sed Dei , qui illuminabit abscondita tenebrarum , & manifestabit consilia cordium : & tunc laus erit unicuique à Deo , qui (ut scriptum est) reddet unicuique secundum opera sua.

Post hanc catholicam de justificatione doctrinam , quam nisi quisque fideliter firmiterque receperit , justificari non poterit : placuit sanctæ Synodo hos canones subjungete , ut omnes sciant non solum quid tenere & sequi , sed etiam quid vitare & fugere debeant.

Ioan. 4.

Marc. 9.

Matth. 10.

1. Cor. 4.

1. Cor. 4.

Matth. 16.

Rom. 2.

C A N O N E S.

1. Si quis dixerit hominem suis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinam fiant, absque divina per Christum Iesum gratia posse justificari coram Deo, anathema sit.
2. Si quis dixerit ad hoc solum divinam gratiam per Christum Iesum dari, ut facilius homo iuste vivere, ac vitam æternam promereri possit, quasi per liberum arbitrium sine gratia utrumque, sed ægrè tamen & difficulter possit, anathema sit.
3. Si quis dixerit sine præveniente Spiritus sancti inspiratione, atque ejus adjutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut penitere posse, sicut oportet ut ei justificationis gratia conferatur, anathema sit.
4. Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum, nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque vocanti quod ad obtinendam justificationis gratiam se disponat ac præparet, neque posse dissentire si velit, sed velut inanime quoddam nihil omnino agere mereque passive se habere, anathema sit.
5. Si quis liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum & extinctam esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, imo titulum sine re, figmentum denique à Satana inventum in Ecclesiam, anathema sit.
6. Si quis dixerit non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona, Deum operari non permittit solum, sed etiam proptie & per se adeo ut sit ejus proptium opus non minus proditio Iudæ, quam vocatio Pauli, anathema sit.
7. Si quis dixerit opera omnia quæ ante justificationem fiunt, quacunque ratione facta sint, vere esse peccata vel odiû Dei mereri, aut quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto eum gravius peccare, anathema sit.
8. Si quis dixerit gehennæ metum per quem ad Dei misericordiam de peccatis dolendo confugimus vel à peccando abstinemus, peccatum esse aut peccatores pejores facere, anathema sit.
9. Si quis dixerit sola fide impium justificari, ita ut intelligat nihil aliud requiri quod ad justificationis gratiam consequendam cooperetur, nulla ex parte necesse esse eum suæ voluntatis motu præparari atque disponi, anathema sit.

10. Si quis dixerit homines sine Christi iustitia, per quam nobis meruit justificari, aut per eam ipsam formaliter iustos esse, anathema sit.
11. Si quis dixerit hominem justificari vel sola imputatione iustitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusâ gratia & charitate, quæ in cordibus eorum per Spiritum sanctum diffundatur, atque illi inhæreat, aut etiam gratiam qua justificamur, esse tantum favorem Dei, anathema sit.
12. Si quis dixerit fidem justificantem nihil aliud esse quam fiduciam divinæ misericordiæ peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solam esse qua justificamur, anathema sit.
13. Si quis dixerit omni homini ad remissionem peccatorum assequendam, necessarium esse ut credat certo & absque ulla hæsitacione propriæ infirmitatis & indispositionis peccata sibi esse remissa, anathema sit.
14. Si quis dixerit hominem à peccatis absolvi, ac justificari ex eo quo se absolvi ac justificari certo credat: aut neminem vere esse justificatum, nisi qui credit se esse justificatum, & hac sola fide absolutionem & justificationem perfici, anathema sit.
15. Si quis dixerit hominem renatum, & justificatum teneri ex fide ad credendam se certo esse in numero prædestinatorum, anathema sit.
16. Si quis magnum illud usque in finem perseverantis donum secreto habiturum absoluta & infallibili certitudine vixerit, nisi hoc ex speciali revelatione didicerit, anathema sit.
17. Si quis justificationis gratiam non nisi prædestinati ad vitam contingere dixerit, reliquos vero omnes qui vocantur vocari quidem, sed gratiam non accipere, ut potest divina potestate prædestinatos ad malum, anathema sit.
18. Si quis dixerit Dei præcepta, homini etiam justificato & sub gratia constituto, esse ad observandum impossibilia, anathema sit.
19. Si quis dixerit nihil præceptum esse in Evangelio præter fidem, cætera esse indifferentia, neque præcepta, neque prohibita, sed libera: aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos, anathema sit.
20. Si quis hominem justificatum, & quantumlibet perfectum dixerit non teneri ad observantiam mandatorum Dei & Ecclesiæ, sed tantum ad credendum, quasi vero

Evangelium sic nuda & absoluta promissio vitæ æternæ, sine conditione observationis mandatorum, anathema sit.

21. Si quis dixerit Christum Iesum à Deo hominibus datum fuisse ut redemptorem cui fiant, non etiam ut legislatorem cui obediant, anathema sit.

22. Si quis dixerit justificatum vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseverare posse, vel cum eo non posse, anathema sit.

23. Si quis hominem semel justificatum dixerit amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideo eum qui labitur & peccat, numquam vere fuisse justificatum: aut contra, posse eum tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de beata Virgine tenet Ecclesia, anathema sit.

24. Si quis dixerit iustitiam acceptam non servari, atque etiam non augeri coram Deo per bona opera, sed opera ipsa fructus solummodo & signa esse justificationis adeptæ, non etiam ipsius augendæ causa, anathema sit.

25. Si quis in quolibet bono opere iustum saltem venialiter peccare dixerit, aut, (quod intolerabilius est mortaliter, atque ideo penas æternas mereri, tantumque ob id non damnari, quia Deus opera non imputet ad damnationem, anathema sit.

26. Si quis dixerit iustos non debere pro bonis operibus que in Deo fuerint facta, expectare & sperare æternam retributionem à Deo per ejus misericordiam & Iesu Christi meritum, si bene agendo & divina mandata custodiendo usque in finem perseveraverint, anathema sit.

27. Si quis dixerit nullum esse mortale peccatum nisi infidelitatis, aut nullo alio quantumvis gravi & enormi, præterquam infidelitatis, peccato semel acceptam gratiam amitti, anathema sit.

28. Si quis dixerit amissa per peccatum gratia, simul, & fidem semper amitti: aut fidem quæ remanet, non esse veram fidem, licet non sit viva: aut eum qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum, anathema sit.

29. Si quis dixerit eum qui post baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere: aut posse quidem, sed sola fide amissam iustitiam recuperare, sine sacramento penitentiae, prout sancta Romana & universalis Ecclesia à Christo Domino & ejus Apostolis edocta, hucusque pro-

sessu esse, servavit & docuit anathema sit.

30. Si quis post acceptam justificationis gratiam; cuilibet peccatori poenitenti, ita culpam remitti & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, ut nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exolvendæ, vel in hoc sæculo, vel in futuro in purgatorio antequam ad regna cælorum aditus patere possit, anathema sit.

31. Si quis dixerit justificatum peccare, cum intuitu æternæ mercedis bene operatur, anathema sit.

32. Si quis dixerit hominis justificati bona opera, ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius justificati merita: aut ipsum justificatum bonis operibus quæ ab eo per Dei gratiam & Iesu Christi meritum (cujus vivum membrum est) sunt, non vere mereri augmentum gratiæ, vitam æternam & ipsius vitæ æternæ (si tantum in gratia discesserit) consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum, anathema sit.

33. Si quis dixerit per hanc doctrinam catholicam de justificatione à sancta Synodo hoc præsentis Decreto expressam, aliqua ex parte gloriæ Dei, vel meritis Iesu Christi Domini nostri derogari, & non potius veritatem fidei nostræ, Dei denique ac Iesu Christi gloriam illustrari, anathema sit.

DECRETUM DE SACRAMENTIS

Ecclesiæ, & de residentia ac reformandis in Ecclesia moribus factum in Sacrosancta Oecumenica & generali Tridentina Synodo, VII. Sessione die 3. Martij 1547.

Ad consummationem salutaris de justificatione doctrinæ (quæ in præcedenti proxima sessione uno omnium patrum consensu promulgata fuit) consentaneum visum est de sanctissimis Ecclesiæ sacramentis agere: per quæ omnes vera justitia vel incipit, vel cœpta augetur, vel amissa reparatur: propterea sacrosancta oecumenica & generalis Tridentina Synodus in spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem apostolicæ sedis legatis, ad errores eliminandos, & extirpandas hæreses, quæ circa sanctissima ipsa sacramenta hæc nostra tempestate, cum de damnatis olim à patribus nostris hæresibus suscitæ, tum etiam de novo adinventæ sunt: quæ catholicæ

Ecclesie puritati, & animarum saluti magnopere officunt sanctarum scripturarum doctrinae, apostolicis traditionibus, atque aliorum conciliorum & patrum consensui inhaerendo, hos praesentes Canones statuendos & decernendos censuit; reliquos qui supersunt ad cecepti operis perfectionem, deinceps divino spiritu adjuvante editura,

Canones de sacramentis in genere.

Si quis dixerit sacramenta novae legis non fuisse omnia à Iesus Christo Domino nostro instituta, aut esse plura vel pauciora quam septem, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem & Matrimonium: aut etiam aliquod horum septem non esse verè & propriè sacramentum, anathema sit.

2. Si quis dixerit ea ipsa novae legis sacramenta à sacramentis antiquae legis non differre, nisi quia caeremoniae sunt aliae, & alij ritus externi, anathema sit.

3. Si quis dixerit hæc septem sacramenta ita esse inter se paria, ut nulla ratione aliud sit alio dignius, anathema sit.

4. Si quis dixerit sacramenta novae legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua, & sine eis aut eorum voto per solam fidem homines à Deo gratiam justificationis adipisci licet omnia singulis necessaria non sint, anathema sit.

5. Si quis dixerit hæc sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse, anathema sit.

6. Si quis dixerit sacramenta novae legis non continere gratiam quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre quasi signa tantum externa sine acceptæ per fidem gratiæ vel justitiæ & novae quaedam Christianae perfectionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus, anathema sit.

7. Si quis dixerit non dari gratiam per hujusmodi sacramenta semper & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiam si rite ea suscipiant, sed aliquando & aliquibus, anathema sit.

8. Si quis dixerit ipsa novae legis sacramenta opere operato non conferre gratiam, sed solum fidem divinae promissionis ad gratiam consequendam sufficere, anathema sit.

9. Si quis dixerit in tribus sacramentis, Baptismo scilicet Confirmatione & Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale & indelebile, unde exiterari non possunt, anathema sit.

10. Si quis dixerit Christianos omnes in verbo & omnibus sacramentis administrandis habere potestatem, anathema sit.

11. Si quis dixerit in ministris, dum sacramenta faciunt & conferunt, non requiri intentionem, saltem faciendi quod facit Ecclesia, anathema sit.

12. Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia quæ ad sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent servaverit, non conficere aut conferre sacramentum, anathema sit.

13. Si quis dixerit, receptos & approbatos & Ecclesie catholice ritus in solemnibus sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum pastorem mutari posse, anathema sit.

DE BAPTISMO.

1. Si quis dixerit baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum baptismo Christi, anathema sit.

2. Si quis dixerit aquam veram & naturalem non esse de necessitate baptismi, atque ideo verba illa Domini Iesu Christi, Nisi quis tenarus fuerit ex aqua & spiritu sancto, ad metaphoram aliquam detorserit, anathema sit.

3. Si quis dixerit in Ecclesia Romana, quæ omnium Ecclesiarum mater est & magistra, non esse veram de baptismi sermone doctrinam, anathema sit.

4. Si quis dixerit baptismum, qui etiam datur ab hæreticis in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum baptismum, anathema sit.

5. Si quis dixerit baptismum liberum esse, hoc est non necessarium ad salutem, anathema sit.

6. Si quis dixerit baptizatum non posse etiam si velit gratiam amittere quantumcumque peccet, nisi nolit credere, anathema sit.

7. Si quis dixerit baptizatos per baptismum ipsam solius tantum fidei debitores fieri, non autem universæ legis Christi servandæ, anathema sit.

8. Si quis dixerit baptizatos liberos esse ab omnibus sanctæ Ecclesiæ præceptis, quæ vel scripta vel tradita sunt, ita ut ea observare non teneantur, nisi se sua sponte illis submittere voluerint, anathema sit.
9. Si quis dixerit ita revocandos esse homines ad baptismi suscepti memoriam, ut vota omnia quæ post baptismum sunt, vi promissionis in baptismo ipso jam factæ irrita esse intelligant, quasi per ea & fideli quam professi sunt, detrahatur & ipsi baptismi, anathema sit.
10. Si quis dixerit peccata omnia quæ post baptismum sunt, sola recordatione, & fide suscepti baptismi, vel dimitti, vel venialia fieri, anathema sit.
11. Si quis dixerit verum & tunc collatum baptismum iterandum esse illi qui apud infideles fidem Christi negaverit cum ad penitentiam convertitur, anathema sit.
12. Si quis dixerit neminem esse baptizandum nisi ea ætate qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo, anathema sit.
13. Si quis dixerit parvulos, eo quod actum credendi non habent, suscepto baptismi inter fideles computandos non esse: ac propterea cum ad annos discretionis pervenerint, esse rebaptizandos: aut prætere omitti eorum baptismum, quam eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesiæ anathema sit.
14. Si quis dixerit hujusmodi parvulos cum adoluerint interrogandos esse an ratum habere velint, quod patrum eorum nomine dum baptizarentur polliciti sunt, & ubi se nolle responderint suo esse arbitrio relinquendos, nec aliam inierim penam ad Christianam vitam cogendos, nisi ut Eucharistiæ aliorumque sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant, anathema sit.

DE CONFIRMATIONE.

1. Si quis dixerit confirmationem baptizatorum otiosam cæremoniam esse, & non potius verum & proprium sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse, quam catechesim quandam, qua adolescentiæ proximi, fidei suæ rationem coram Ecclesia exponebant, anathema sit.
2. Si quis dixerit injurios esse Spiritui sancto eos qui sacro confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuunt, anathema sit.
3. Si quis dixerit sanctæ confirmationis ordinatum minus

strum non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem sacerdotem, anathema sit.

Eadem sacrosancta synodus eisdem præsentibus legatis inceptum residentia, & reformationis negotium, ad Dei laudem & Christianæ religionis incrementum profequi intendens, ut sequitur, statuendum censuit. Salva semper in omnibus sedis Apostolicæ autoritate.

1. Ad cathedralium Ecclesiarum regimen, nullus nisi ex legitimo matrimonio natus, & ætate matura, gravitate morum literarumque scientia, juxta constitutionem Alexandri III. quæ incipit, *Cum in cunctis*, in concilio Lateranensi promulgatam præditus assumatur.

2. Nemo quacumque etiam dignitate, gradu, & præmientia præfulgens, plures metropolitanas seu cathedrales Ecclesias in titulum sive commendam, aut alio quovis nomine contra factorum canonum instituta recipere, & simul retinere præsumat, cum valde felix sit ille censendus, cui unam Ecclesiam bene ac fructuose, & cum animarum sibi commissarum salute regere contigerit. Qui autem plures Ecclesias contra præsentis Decreti tenorem tunc detinent, una quam maluerint retenta, reliquas infra sex menses (si ad liberam sedis Apostolicæ dispositionem pertineant) alias infra annum dimittere teneantur. Alioquin Ecclesiæ ipsæ, ultimò obtemperata duntaxat excepta, eo ipso vacare censentur.

3. Inferiora beneficia, præsertim curam animarum habentia, personis dignis & habilibus, & quæ in loco residere ac per seipsum curam ipsam exercere valeant, juxta constitutionem Alexandri III. Lateranensis, quæ incipit, *Quia nonnullis*, & aliam Gregorij X. in generali Lugdunensi concilio, quæ incipit, *Licet canon*, editam, conferantur: Aliter autem facta collatio, sive provisio, omnino irritetur: & ordinarius collator pœnas constitutionis concilij generalis, quæ incipit, *Grave nimis*, se noverit incursurum.

4. Quicumque plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia Ecclesiastica, sive per viam unionis ad vitam, seu commendæ perpetuæ, aut alio quocumque nomine & titulo, contra formam sacrorum canonum, & præsertim constitutionis Innocentij III. quæ incipit, *De multa*, recipere ac simul retinere præsumperit: beneficiis ipsius, juxta ip-

sius constitutionis dispositionem, ipso jure etiam presentis canonis vigore privatus existat.

5. Ordinarij locorum quoscumque plura curata, aut alias incompatibilia beneficia Ecclesiastica obtinentes dispensationes suas exhibere districtè compellant, & alias procedant juxta constitutionem Gregorij X. in generali Lugdunensi concilio editam, quæ incipit, *Ordinarij*. Quam eadem sacrosancta Synodus innovandam censeat, & innovat. Addens insuper quod ipsi Ordinarij, etiam per idoneorum vicariorum deputationem, & congruæ portiois fructuum assignationem omnino provideant, ut animarum cura nullatenus negligatur: & beneficia ipsa debitis obsequiis minimè defraudentur appellationibus & exemptionibus quibuscumque, etiam cum judicum specialium deputatione, & illorum inhibitionibus, in præmissis nemini suffragantibus.

6. Uniones perpetuæ à XL. annis circa factæ, examinari ab ordinariis tanquam à sede Apostolica delegatis possint, & quæ per subreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint irritæ declarentur. Ille vero quæ à dicto tempore citra concessæ, nondum in toto vel in parte sortitæ sunt effectum, & quæ deinceps ad cujusvis instantiam fient (nisi eas ex legitimis aut aliis rationabilibus causis coram loci ordinario vocatis quorum interest, verificandis factas fuisse constituerit) per subreptionem obtentæ præsumantur: ac propterea, nisi aliter à sede Apostolica declaratum fuerit, viribus omnino careant.

7. Beneficia Ecclesiastica curata, quæ cathedralibus collegiatis seu aliis Ecclesiis vel monasteriis, beneficiis seu collegiis, aut piis locis quibuscumque, perpetuo unita & annexa reperiuntur, ab ordinariis locorum annis singulis visitentur: qui sollicitè providere procurent, ut per idoneos vicarios perpetuos (nisi ipsis ordinariis pro bono Ecclesiarum regimini aliter expedire videbitur) ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut majori vel minori arbitrio ipsorum ordinariorum, portione etiam super certa re assignanda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur, appellationibus, privilegiis, exemptionibus, etiam cum judicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuscumque, in præmissis minime suffragantibus.

8. Locorum ordinarij, Ecclesias quascumque, quomodolibet exemptas auctoritate Apostolica singulis annis visitare

teneantur, & opportunis remediis providere, ut quæ reparatione indigent, reparentur; & cura animarum, si qua illis imminet, aliisque debitis obsequiis, minime defraudentur, Appellationibus, privilegiis, consuetudinibus etiam ab immemorabili tempore præscriptis, iudicium deputationibus, & illorum inhibitionibus penitus exclusis.

9. Ad majores Ecclesias promoti, munus consecrationis infra tempus à jure statutum suscipiant, & protogationes ultra sex menses concessæ, nulli suffragentur.

10. Non liceat capitulis Ecclesiarum sede vacante, infra annum à die vacationis ordinandi licentiam aut literas dimissorias seu reverendas (ut aliqui vocant) tam ex jure communis dispositione, quam etiam cujusvis privilegi, aut consuetudinis vigore alicui qui beneficii Ecclesiastici recepti sive recipiendi occasione archatus non fuerit, concedere: si secus fiat, capitulum contraveniens Ecclesiastico subjaceat interdicto: & sic ordinati, si in minoribus ordinibus constituti, nullo privilegio clericali, præsertim in criminalibus gaudeant, in majoribus vero ab executione ordinum ad beneplacitum futuri prælati sint ipso jure suspensi.

11. Facultates de promovendis à quocunque non suffragentur nisi habentibus legitimam causam, ob quam à propriis Episcopis ordinari non possint, in literis exprimendam: & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in sua diocesi residente, aut pro eo pontificalia exercente, diligenti prævio examine.

12. Facultates de non promovendo, præterquam in casibus à jure expressis concessæ, ad annum tantum suffragentur.

13. Præsentati, seu electi vel nominati à quibusvis Ecclesiasticis personis, etiam sedis Apostolicæ nunciis, ad quævis Ecclesiastica beneficia non instituantur, nec confirmentur, neque admittantur: etiam prætextu cujusvis privilegi, seu consuetudinis etiam ab immemorabili tempore præscriptæ, nisi fuerint prius à locorum ordinariis examinati, & idonei reperti, & nullus appellationis remedio se tueri possit, quominus examen subite teneatur: præsentatis tantum electis, seu nominatis ab universitatibus, seu collegiis generalium studiorum exceptis.

14. In exemptorum causis constitutio Innocentij IV.

quæ incipit, *Volentes*, in generali concilio Lugdunensi edita seruetur : quam eadem sacrosancta Synodus innovandam censuit, & innovat : Addendo insuper, quòd in civilibus causis mercedum, & miserabilium personarum clerici seculares aut regulares extra monasterium degentes quomodolibet exempti, etiàm si certum iudicem à sede Apostolica deputatum in parribus habeant : in aliis verò si ipsum iudicem non habuerint, coram locorum ordinariis, tanquam in hoc ab ipsa sede delegatis, conveniri, & iure medio ad solvendum debitum cogi & compelli possint : Privilegiis, exemptionibus, conservatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus adversus præmissa nequaquam valituris.

14. Curent ordinarij, ut hospitalia quæcunque à suis administratoribus quocunque illi nomine censeantur, etiàm quomodolibet exemptis, fideliter & diligenter gubernentur : Constitutione Concilij Viennen. quæ incipiunt, *Quia contingit, forma servata*. Quas quidem constitutiones eadem sancta Synodus innovandas duxit & innovat, cum derogationibus in eis contentis.

Eadem sacrosancta Synodus, eisdem præsentibus Apostolicæ sedis legatis, ad restituendam collapsam admodum Ecclesiasticam disciplinam, depravatòsque in clero & populo Christiano mores emendandos se accingere volens : ab his qui majoribus Ecclesiis præsunt, initium censuit esse sumendum. Integritas enim præsentium, salus est subditorum. Confidens itaque per Domini ac Dei nostri misericordiam, providamque ipsius Dei in terris vicarij solertiam, omnino futurum, ut Ecclesiarum regimen (onus quippe angelicis humeris formidandum) qui maxime digni fuerint, quorùmque prior vita ac omnis ætas à puerilibus exordiis usque ad perfectiores annos per disciplinam Ecclesiasticam stipendia laudabiliter acta testimonium præbeat, secundum venerabiles beatorum Patrum sanctiones assumantur : omnes, Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitans, & cathedralibus Ecclesiis quibuscunque, quovis nomine ac titulo præfectos monet, ac monitos esse vult, ut attendentes sibi & universo gregi, in quo Spiritus sanctus posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, vigilent : sicut Apostolus præcipit, In omnibus laborent, & ministerium suum impleant. Implere autem illud se nequaquam posse sciant, si greges sibi commissos merce-

nariorum more deserant; atque ovium suarum (quarum sanguis de eorum manibus est à supremo iudice requirendus) custodiæ minime incumbant: cum certissimum sit, non admitti pastoris excusationem si lupo oves comedit, & pastor nescit. Ac nihilominus quia nonnulli (quod vehementer dolendum est) hos tempore réperiuntur qui propriæ etiam salutis immemores, terrenâque cælestibus, ac divinis humana præferentes in diversis curis vagantur, aut negotiorum temporalium sollicitudine ovili derelicto, atque ovium sibi commissarum cura neglecta, se detinent occupatos. Placuit sacrosanctæ Synodo antiquos Canones, qui temporum atque hominum injuria penè in deluetudinem abiierunt, adversus non residentes promulgatos innovare; quem admodum virtute præsentis Decreti innovat: ac ulterius pro firmiori eorundem residentia, & reformandis in Ecclesia moribus, in hunc qui sequitur modum statuere atque sancire.

1. Si quis à patriarchali, primatiali, metropolitana seu cathedrali Ecclesia sibi quocunque titulo, causa, nomine seu jure commissa, quacunque ille dignitate, gradu, ac præminetia præfulgeat (legitimo impedimento, seu iustis & rationabilibus causis cessantibus) sex mensibus continuis extra suam diocesim morando abfuerit, quartæ partis fructuum unius anni fabricæ Ecclesiæ, & pauperibus loci per superiorem Ecclesiasticum applicandorum, pœnam ipso jure incurrat, quod si per alios sex menses in hujusmodi absentia perseveraverit, aliam quartam partem fructuum similiter applicandam eo ipso amittat. Crescente vero contumacia (ut severiori suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitanum verò absentem suffraganeus Episcopus antiquior residens, sub pœna interdicti ingressus Ecclesiæ, eo ipso incurrendâ infra tres menses per litteras seu nuntium Romano Pontifici denunciare teneatur: qui in ipsos absentes, prout cuiusque major aut minor contumacia exegerit, suæ supremæ sedis auctoritate animadvertere, & in Ecclesiis ipsis de pastoribus utilioribus providere poterit, sicut in Domino noverit salubriter expedire.

2. Episcopi inferiores quævis beneficia Ecclesiastica personalem residentiam de jure seu consuetudine exigentia, in titulum sive commendam obtinentes, ab eorum ordinariis (quemadmodum eis pro bono Ecclesiarum reguntur)

ne, & divini cultus augmento, locorum & personarum qualitate pensata, expediens videbitur) opportuni juris remediis residere cogantur: Nullique privilegia seu indulta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipiendis suffragentur; indulgens verò, & dispensationibus temporalibus ex veris & rationabilibus causis tantum concessis, & coram ordinario legitimè probandis, in suo robore permanentis. Quibus casibus, nihilominus officium sit Episcoporum tanquam in hac parte à sede apostolica delegatorum providere, ut per deputationem idoneorum vicariorum & congruæ portionis fructuum assignationem cura animarum nullatenus negligatur, nemini quoad hoc privilegio seu exemptione quacunque suffragante.

3. Ecclesiarum prælati ad corrigendos subditorum excessus, prudenter ac diligenter intendant & nemo clericus secularis cujusvis personalis vel regularis extra monasterium degens, etiam sui ordinis privilegij prætextu tutus censeatur, quo minus si deliquerit, ab ordinario loci, tanquam super hoc à sede Apostolica delegato, secundum canonicas sanctiones, visitari, puniri, & corrigi valeat.

4. Capitula cathedralium & aliarum majorum Ecclesiarum, illorumque personæ, nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententiis, juramentis, concordiis (quæ tantum suos obligent authores, non etiam successores) tueri se possint, quo minus à suis Episcopis, & aliis majoribus prælatis, per seipso, vel illis quibus sibi videbitur adjunctis, juxta canonicas sanctiones, toties, quoties opus fuerit, visitari, corrigi, & emendari, etiam auctoritate apostolica possint, & valeant.

5. Nulli Episcopo liceat cujusvis privilegij prætextu, pontificalia in alterius diocesi exercere, nisi de ordinario loci expressa licentia, & in personas eidem ordinario subjectas tantum. Si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio pontificalium, & sic ordinati ab executione ordinum sint ipso jure suspensi.

Dum celebraretur hoc concilium mortuus est Paulus tertius die 9. Novembris 1549. sub quo fuerat inchoatum. Post hunc Paulum successit in pontificatu Julius tertius anno Domini 1550. mensis Februarij, & sub isto continuatum est idem concilium, & data sunt in eo aliqua fidei definitio- nes, & decreta sunt aliqua statuta ad mores corrigendos, quæ omnia sequenti ordine disposita sunt.

DECRETUM, DE SANCTISSIMO

Eucharistiæ sacramento, publicatum in tertia
Sessione Tridentina, sub Julio Papæ tertio die 21,
Octobris 1551.

Sacrosancta, œcumenica, & generalis, Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata: præsentibus in ea, eisdem sanctæ sedis Apostol. legato, & nunciis.

Et si in eum finem non absque peculiari scilicet ducta, & gubernatione convenerit ut veram & antiquam, de fide, & sacramentis doctrinam exponere: & ut hæresibus omnibus & aliis gravissimis incommodis, quibus Dei Ecclesia miserè nunc exagitur, & in multas, & varias partes scinditur, remedium afferret: hoc præsertim jam inde à principio in votis habuit, ut spiritus convelleret zizaniam execrabilem errorem & schismatum quam inimicus homo iis nostris calamitosiss temporibus, in doctrina fidei, usu & cultu sacrosanctæ Eucharistiæ superseminavit. quam alioquin salvator noster in Ecclesia, tanquam symbolum reliquit ejus unitatis, & charitatis, qua Christianos omnes inter se conjunctos, & copulatos esse voluit. Itaque eadem sacrosancta synodus, sanam, & sinceram illam de venerabili hoc & divino Eucharistiæ sacramento, doctrinam tradens quam semper catholica Ecclesia, ab ipso Iesu Christo, Domino nostro & ejus apostolis erudita, atque à Spiritu sancto, illi omnem veritatem in dies suggerente, edocta retinuit & ad finem usque seculi conservabit: omnibus Christi fidelibus interdicit, ne post hæc de sanctissima Eucharistia aliter credere, docere, aut prædicare audeant, quàm ut est, hoc præsentis decreto, explicatum, atque diffinitum.

*Can. 1. De reali præsentia Domini nostri Iesu Christi,
in Eucharistia sacramento.*

Principio docet sancta synodus, & apertè ac simpliciter profiteretur: in almo sanctæ Eucharistiæ sacramento, post panis, & vini consecrationem, D. N. Iesum Christum, verum Deum, atque hominem, vere, realiter ac substantialiter, sub specie illarum rerum sensibilium contineri. Nec enim hæc inter se pugnant, ut ipse salvator noster, semper ad dexteram patris in cælis assideat, juxta modum existendi

naturalem : & ut multis nihilominus aliis in locis , sacramentaliter præseus , sua substantia nobis adsit : ea existendi ratione , quam etsi verbis exprimere vix possumus , possibilem tamen esse Deo , cogitatione per fidem illustrata , assequi possumus , & constantissimè credere debemus. Ita enim majores nostri omnes , quotquot in vera Christi Ecclesia fuerunt , qui de sanctissimo hoc sacramento differuerunt apertissimè professi sunt : hoc tam admirabile sacramentum , in ultima cœna , redemptorem nostrum instituisse , cum post panis , viniq̄ue benedictionem : se , suum ipsius corpus , illis præbere , ac suum sanguinem : discretis ac perspicuis verbis , testatus est. Quæ verba à sanctis Evangelistis commemorata , & à divo Paulo postea repetita : cum propriam illam , & apertissimam significationem præ se ferant , secundum quam à patribus intellecta sunt : indignissimum sanè flagitium est , ea , à quibusdam contentiosis , & pravis hominibus ad fictitios , & imaginarios tropos , quibus veritas carnis & sanguinis Christi negatur , contra universum Ecclesiæ sensum detorqueri : quæ tanquam columna , & firmamentum veritatis , hæc , ab impiis hominibus excogitata commenta velut sathanica , detestata est : grato semper , & memore animo præstantissimum hoc Christi beneficium agnoscens.

Can. 2. De ratione institutionis hujus sanctissimi Sacramenti.

Ergo salvator noster , discessurus ex hoc mundo ad patrem , sacramentum hoc instituit : in quo divitias divini sui , erga homines , amoris velut effudit : Memoriam faciens mirabilium suorum. Et , in illius sumptione , colere nos sui memoriam præcepit : suamque annunciare mortem : donec ipse ad judicandum mundum veniat. Sumi autem voluit sacramentum hoc tanquam spiritualem animarum cibum : quo alantur , & confortentur viventes , vita illius qui dixit : qui manducat me , & ipse viver propter me , & tanquam antidotum , quo liberemur à culpis quotidianis , & à peccatis mortalibus præservemur. Pignus præterea id esse voluit futuræ nostræ gloriæ , & perpetuæ felicitatis à Deo quæ symbolum unius corporis , cuius ipse caput existit : cuique nos tanquam membra arctissima fidei , spei , & charitatis connexionem astrictos esse voluit : ut id ip-

ipsum omnes disceremus, neque essent in nobis schismata.

**Can. 3. De excellentia sanctissimæ Eucharistiæ,
super reliqua sacramenta.**

Commune hoc quidem est sanctissimæ Eucharistiæ, cum cæteris sacramentis, symbolum esse rei sacræ, & inviçibilis gratiæ formam visibilem: verum, illud in ea excellens, & singulare reperitur: quod reliqua sacramenta, tunc primum sanctificandi vim habent, cum quis illis utitur: ac in Eucharistia ipsa, sanctitatis author, ante usus est. Nondum enim Eucharistiam de manu Domini, apostoli susceperant: cum verè tamen ipse affirmaret, corpus suum esse, quod præbebat. Et semper hæc fides in Ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem, verum Domini nostri corpus, verumque ejus sanguinem sub panis & vini specie, una cum ipsius anima, & divinitate existere: sed corpus quidem sub specie panis, & sanguinem sub vini specie vi verborum: ipsum autem corpus sub specie vini, & sanguinem sub specie panis, animamque sub utramque vi naturalis illius connexionis & concomitantis, qua partes Christi Domini qui jam ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus, inter se copulantur divinitatem porro, propter admirabilem illam ejus cum corpore, & anima hypostaticam unionem. Quapropter, verissimum est tantumdem sub altera specie, atque sub utraque contineri: totus enim & integer Christus sub panis specie, & sub quavis ipsius speciei parte: totus item sub vini specie, & sub ejus partibus existit.

Can. 4. De transsubstantiatione.

Quoniam autem Christus, redemptor noster corpus suum, id quod sub specie panis offerebat, verè esse dixit: ideo persuasum semper in Ecclesia Dei fuit: idque nunc denudò, sancta hæc synodus declarat, per consecrationem panis & vini conversionem fieri totius substantiæ panis, in substantiam corporis Christi Domini nostri: & totius substantiæ vini in substantiam sanguinis ejus, quæ conversio convenienter & propriè à sancta catholica Ecclesia, transsubstantiatio est appellata.

**Can. 5. De cultu, & veneratione huic sanctissimo
sacramento exhibenda.**

Nullus itaque dubitandi locus relinquitur quin omnes
Christi

Christi fideles, pro more in catholica Ecclesia semper recepto: lactæ cultum: qui vere debetur huic sanctissimo sacramento, in veneratione adhibeant. Neque enim minus est adorandum: quod fuerit à Domino, ut sumatur, institutum. Nam illum eundem Deum præsentem in eo, adesse credimus, quem pater æternus, introducens in orbem terrarum, dicit: & adorent eum omnes angeli Dei: quam Magi procedentes, adoraverunt: quem denique in Galilæa ab Apollolis adoratum fuisse scriptura testatur.

Declarat præterea sancta Synodus: piè, & religiosè admodum in Dei Ecclesia, inductum fuisse hunc morem: ut singulis annis peculiari quodam, & festo die, præcellum hoc & venerabile sacramentum, singulari veneratione, & solemnitate, celebraretur: utque in processibus, reverenter, & honorificè, illud per vias, & loca publica circumferretur. Equissimum est enim sacros aliquos statutos esse dies: cum Christiani omnes singulari ac rara quadam significatione, gratos & memores teneantur animos erga communem Dominum, & redemptorem, pro tam ineffabili & planè divino beneficio quo mortis ejus victoria, & triumphus repræsentatur. Ac sic quidem oportuit, victricem veritatem de mendacio, & hæresi, triumphum agere: ut ejus adversarii, in conspectu tanti splendoris, & in tanta universæ Ecclesiæ lætitiæ positi: vel debilitati & fracti, tabescent: vel pudore affecti, & confusi, aliquando resipiscant.

Can. 6. De asservando Eucharistia sacramento, & ad infirmos deferendo.

Consuetudo asservandi in sacrario sanctam Eucharistiam, adeo antiqua est, ut eam sæculum etiam Nicæni concilij signaverit. Porro, deferri ipsam sacram Eucharistiam ad infirmos, & in hunc usum in Ecclesiis conservari: præterquam quod cum summa æquitate, & ratione, conjunctum est: tum multis in conciliis præceptum invenitur: & vetustissimo catholicæ Ecclesiæ more, est observatum. Quare sancta hæc synodus, retinendum omnino salutarem hunc & necessarium morem, statuit.

Can. 7. De preparatione, quæ adhibenda est ut dignè quis sanctam Eucharistiam percipiat.

Si non decet, ad sacras ullas functiones quampiam acce-

debe, nisi sancte: certe, quo magis sanctitas, & divinitas, celestis hujus sacramenti, viro Christiano comperta citius diligentius cavere ille debet, ne absque magna reverentia, & sanctitate, ad id percipiendum accedat: præsertim cum illa plena formidinis verba apud Apostolum legamus. Qui manducat, & bibit indigne: iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Quare communicare volenti, revocandum est in memoriam ejus præceptum: Prober autem seipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullius sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione, ad sacram Eucharistiam accedere debeat: quod à Christianis omnibus etiam ab iis sacerdotibus quibus ex officio incumbit celebrare, hæc sancta synodus, perpetuo servandam esse decrevit: modo non desit illis copia confessoris. Quod si necessitate urgente, sacerdos absque prævia confessione celebraverit, quam primum confiteatur.

Can. 8. De usu admirabilis hujus sacramenti.

Quod ad usum autem, recte & sapienter, patres nostri rationes, hoc sanctum sacramentum accipiendi, distinxerunt. Quosdam enim docuerunt, sacramentaliter dumtaxat id sumere ut peccatores: alios tantum spiritualiter, illos nimirum qui voto propositum illum caelestem panem edentes, fide viva, quæ per dilectionem operatur, fructum ejus, & utilitatem sentiunt. Tertio porro sacramentaliter simul & spiritualiter: hi autem sunt, qui ira se prius probant, & instruunt: ut vestem nuptialem indui, ad divinam hanc mentam accedant: in sacramentali autem sumptione, semper in Ecclesia Dei, mos fuit, ut laici, à sacerdotibus communionem acciperent: sacerdotes autem celebrantes, seipsum communicarent: qui mos, tanquam ex traditione Apostolica delocandus, jure, ac merito retineri debet.

Demum vero, paterno affectu, admonet sancta synodus, hortatur, rogat, obsecrat, per viscera misericordiae Domini nostri: ut omnes, & singuli, qui Christiano nomine censentur, in hoc unitatis signo, in hoc vinculo charitatis, in hoc concordiae symbolo, jam tandem aliquando conveniant, & concordent. Memoresque tantæ maiestatis & tam eximij amoris Jesu Christi Domini nostri: qui dilectam animam

suam, in nostræ salutis precium : & carnem suam nobis dedit ad manducandum : hæc sacra mysteria corporis & sanguinis ejus, ea fidei constantia, & firmitate, ea animi devotione, ea pietate & cultu, credant & venerentur : ut panem illum supersubstantialem frequenter suscipere possint. Et is vere eis sit animæ vita : & perpetua sanitas mentis ; cujus vigore confortati, ex hujus miseræ peregrinationis itinere ad cœlestem patriam pervenire valeant : eundem panem Angelorum quem modo sub panis velaminibus edunt, absque ullo velamine manducaturi.

Quoniam autem non est satis, veritatem dicere, nisi & detegantur, & refellantur errores : placuit sanctæ synodo, hos canones subiungere : ut omnes, jam agnita doctrina catholica, intelligant quoque quæ ab illis hæretes caveri vitarique debeant.

CANONES DE SACRAMENTO Eucharistiæ.

Primus Canon.

Si quis negaverit, in sanctissimo Eucharistiæ sacramento contineri vere, realiter & substantialiter corpus & sanguinem, una cum anima, & divinitate Domini nostri Iesu Christi : ac proinde totum Christum : sed dixerit, tantummodo esse in eo ut in signo, vel figura aut virtute, anathema sit.

Can. 1.

Si quis dixerit in sacrosanctæ Eucharistiæ sacramento, remanere substantiam panis, & vini, una cum corpore, & sanguine Domini nostri Iesu Christi : negaveritque mirabilem illam, & singularem conversionem, totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem manentibus duntaxat speciebus panis, & vini : quam quidem conversionem Catholica Ecclesia, aptissime transsubstantiationem appellat, anathema sit.

Can. 3.

Si quis negaverit ; in venerabili sacramento Eucharistiæ sub unaquaque specie, & sub singulis cujusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri anathe-

Can. 11.

Si quis dixerit : solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum sanctissimum Eucharistiæ sacramentum : anathema sit. Et ne tantum sacramentum , indigne ; atque ideo in mortem , condemnationem sumatur : statuit , atque declarat , ipsa sancta Synodus : illis quos conscientia peccati mortalis gravat , quantumcumque etiam se contritos existiment , habitâ copâ confessoris , necessario præmittendam esse confessionem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere , prædicare , vel pertinaciter asserere seu etiam publice disputando defendere , præsumpserit : ex ipso excommunicatus existat.

DECRETUM SUPER REFORMATIONEM
publicarum , Sessione habita xi.
octobris , 1564.

Eadem sancta Tridentina synodus , præsentibus in ea eisdem sac. & sedis Apostolicæ , Legato , & Nunciis , intendens nonnulla statuere , quæ ad jurisdictionem pertinent Episcoporum : ut juxta proximæ Sessionis decretum ; illi , in commissis sibi Ecclesiis eo libentius resideant , quo facilius & commodius , sibi subiectos regere , & in vita , ac morum honestate , continere poterint : illud primum eos admonendos censet , ut , se pastores , non præcursores esse meminerint : atque ita præse sibi subditis oportere : ut non in eis dominantur : sed illos , tanquam filios , & fratres diligant : elaborentque ut hortando , & monendo ab illicitis deterreant : ne , ubi deliquerint , debitis eos penis ecclesie , cogantur. quos tamen , si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit , illa Apostoli est ab eis servanda præceptio , ut illorum arguant , obsecrent , increpent , in omni bonitate & patientia , cum sæpe plus erga corrigendos agat benevolentia , quam austeritas ; plus exhortatio , quam comminatio : plus charitas quam potestas. Sin autem , ob delicti gravitatem , virga opus fuerit : tunc cum mansuetudine rigoris cum misericordia judicium , cum lenitate severitas adhibenda est : ut sine asperitate disciplina populi salutaris , ac necessaria , conservetur : & qui correcti fuerint emendentur : aut si respicere noluerint ceteri (salubri in eos animadversionis exemplo) à vitis decer-

reantur. Cum sit diligens, & pijs simul pastoris officium morbis ovium, levia primum adhibere fomenta: post, ubi morbi gravitas ita postulet, ad veriora, & graviora remedia descendere: sin autem nec ea quidem proficiant illis submovendis, ceteras saltem oves à contagionis periculo liberare.

Cum igitur rei criminum, plerumque ad evitandas penas, & Episcoporum subterfugienda judicia, querelas & gravamina simulent: & appellationis diffugio iudicis processum impediunt: ne remedio, ad innocentiae praesidium instituto, ad iniquitatis defensionem abutantur: atque ut huiusmodi eorum calliditati, & tergiversationi occurratur ita statuit, & decrevit.

Can. 1.

In causis vifitationis & correctionis, five habilitatis & inhabilitatis, nec non criminalibus, ab Episcopo, seu illius in spiritualibus vicario generali: ante diffinitivam sententiam ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine, non appelleretur: nec Episcopus seu vicarius, appellationi huiusmodi, tanquam frivolaë, deferre teneatur: sed ea, à quacunque inhibitione, ab appellationis iudicio emanata, nec non, omni stylo, & consuetudine, etiam immemorabili contraria non obstant: ad ulteriora valeat procedere: nisi gravem huiusmodi per diffinitivam sententiam reparari, vel ab ipsa diffinitiva appellari non possit: quibus casibus sacrorum, & antiquorum canonum statuta, illibata persistent.

Can. 2.

A sententia Episcopi, vel ipsius in spiritualibus vicarij generalis, in criminibus, appellationis causa (ubi appellationi locus fuerit) si apostolica auctoritate, in partibus, committi contigerit: metropolitano, seu illius etiam vicario in spiritualibus generali: aut si ille aliqua de causa suspectus foret, ultra duas legales distas distet, seu ab ipso appellatum fuerit uni ex vicinioribus Episcopis, seu illocum vicariis, non autem inferioribus committatur.

Can. 3.

Reus, ab Episcopo, aut ejus vicario in spiritualibus generali, in criminali causa, appellare coram iudice possit:

ei, ad quem appellavit, acta primæ instantiæ omnino perducatur: & iudex, nisi illis visis, ad ejus absolutionem minime procedat: is autem à quo appellatum fuerit, intra xxx. dies, acta ipsa postulanti gratis exhibeat: alioqui absque illis causa appellationis hujusmodi prout in iustitia sua assensu terminetur. Cum verò tam gravia nonnunquam sint delicta, ab Ecclesiasticis commissa personis: ut, ob eorum atrocitatem è sacris ordinibus deponendæ, & curiæ sint tradendæ seculari: in quo secundum sacros canones, certus Episcoporum numerus requiritur, quos si omnes adhibere difficile esset, debita juris executio differretur, si quando autem intervenire possent, eorum residentia intermitteretur: propterea statuit, & decrevit.

Can. 4.

Episcopo, per se, seu illius vicarium in spiritualibus generalem, contra clericum in sacris etiam presbyteratus ordinibus constitutum, etiam ad illius condemnationem, nec non verbalem depositionem, & per seipsam etiam actualem, atque solemnem degradationem ab ipsi ordinibus, & gradibus Ecclesiasticis: in casibus, in quibus aliorum Episcoporum præsentia, in numero è canonibus distincto requiritur: & absque illis procedere liceat: adhibitis tamen & in hoc sibi assensibus, totidem abbatibus, usum mitræ & baculi, ex privilegio Apostolico habentibus: si in civitate, aut diocesi reperiri, & commode interesse possint. Alioquin aliis personis, in Ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graves ac juris scientia commendabiles existant.

Et quoniam post perfectas causas, quæ tamen satis probabiles videntur, interdum accidit; ut nonnulli ejusmodi gratias extorqueant; per quas, pœnæ illis, Episcoporum juxta severitatem inflicta, aut remittuntur omnino aut minuuntur: cum non ferendum sit, ut mendacium, quod tantopere Deo displicet, non modo ipsam impunitum sit, verum etiam alterius delicti veniam impetret mentienti: idcirco, ut sequitur, statuit, & decrevit.

Can. 5.

Episcopus apud Ecclesiam suam residens, de surreptione & obreptione gratiæ, quæ super absolutione alicujus publici criminis, vel delicti, de quo ipse inquirere cœperit &

aut remissione pœnæ, ad quam criminofus per eum condemnatus fuerit: falſis precibus impetratur: per ſeipſum tanquam ſedis apoſtolicæ delegatus, etiam ſui marie cognoſcas: ipſamque gratiam poſtquam per falſi narrationem, aut veri taciturnitatem, obtentam eſſe, legitime conſtiterit, non admittat.

Quoniam vero ſubditi Epifcopo, tameſi jure correpti fuerint, magnopere tamen eum odiſſe; & tanquam injuria affecti ſint, falſa illi crimina objicere ſolent, ut quoque pacto poſſint, ei moleſtiam exhibeant, cujus vexationis timor plerunque illum, ad inquirenda, & punienda eorum delicta, ſigniorum reddit: ideoque, ne in magno ſuo, & Eccleſiæ incommodo, gregem ſibi creditum relinquere: ac non ſine Epifcopalis dignitatis diminutione, vagari cogantur, ita ſtatuit & decrevit.

Can. 6.

Epifcopus: niſi ob cauſam, ex qua deponendus, ſive privandus veniret: etiam ſi ex officio, aut per inquisitionem ſeu denunciationem, vel accusationem, ſive alio quovis modo proceſſatur: ut perſonaliter compareat, nequaquam citetur vel moneatur.

Can. 7.

Teſtes in cauſa criminali, ad informationem, vel judicia ſeu alias in cauſa principali, contra Epifcopum: niſi conſeſtes & bonæ converſationis exiſtimationis, & famæ fuerint, non recipiantur: & ſi odio, temeritate, aut cupiditate, aliquid depoſuerint, gravibus pœnis mulſentur.

Can. 8.

Cauſæ Epifcoporum, cum pro criminis objecti qualitate comparere debeant, coram pontifice maximo referantur ac per ipſam terminentur.

DECRETUM PROROGATIONIS
diffinitionis quatuor articulorum de ſacramento Eucharistiæ, & ſalvi conducti Proteſtantibus danti, publicatum in ſeſſione 21. Octob. 1551.

Eadem ſancta Synodus, errores omnes, qui ſuper hoc ſuo-

Optimo sacramento repullularunt, tanquam vepres ex agro Domini evellere, ac omnium fidelium saluti prospicere cupiens, quo idianis precibus, Deo omnipotenti piè oblati, inter alios ad hoc sacramentum pertinentes articulos, diligentissima veritatis catholicæ inquisitione tractatos plurimis, accuratissimisque pro rerum gravitate disputationibus habitis: cognitis quoque præstantissimorum theologorum sententiis: hoc etiam tractabat, An necessarium sit ad salutem, & divino jure præceptum, ut singuli Christi fideles, sub utraque specie, ipsum venerabile sacramentum accipiant: & nec minus sumat, qui sub altera quam qui sub utraque communicat: & an erraverit sancta mater Ecclesia laicos, & non celebrantes sacerdotes, sub panis specie dumtaxat communicando. Et an parvuli etiam communicandi sint. Sed quoniam ex nobilissima Germaniæ provincia, ij, qui se Protestantes nominant, super his ipsis articulis, antequam diffiniantur, audiri à sancta Synodo cupiunt: & eam ob causam fidem publicam ab illa postularunt: ut, ipsis tuto huc venire & in hac urbe commorari, ac libere corâ Synodo dicere, atque proponere quæ senserint & postea, cum libuerit recedere liceat: sancta ipsa Synodus, licet magno desiderio, eorum adventum multos antea menses expectarit: tamen ut pia mater quæ ingemiscit, & parturit summopere id desiderans, ac laborans, ut in his, qui Christiano nomine censentur, nulla sint Schismata, sed quemadmodum eundem omnes Deum, & redemptorem agnoscunt, ita idem dicant, idem credant, idem sapiant: confidens in Dei misericordia: & sperans fore, ut illi in sanctissimam, & salutarem unius fidei, spei, charitatisque concordiam redigantur, libenter eis, in hac re morem gerens securitatem & fidem, ut petierunt, publicam, quam salvum conductum vocât, quo ad se pertinet, ejus qui infra scriptus erit, tenoris dedit, atque concessit: & eorum causa, diffinitionem illorum articulorum ad secundam sessionem, distulit. quam ut illi commode ei interesse possent in diem sextum conversionis D. Pauli quæ erit vigesima quinta, die mensis Januarii anni sequentis, indixit. Illud ve præterea statuit, ut in eadem sessione de sacrificio missæ agatur, propter magnam utriusque rei connexionem: interea, sessione proxima de Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis Sacramentis, tractandum. Illam autè die festo D. Catharinæ virginis & martyris (quæ erit vigesima quinta Novembris) habendam esse

decrevit. Simulque in utraque materia reformationis prole-
quatur.

**DOCTRINA DE SANCTISSIMIS,
Pœnitentiæ, & Extremæ Unctionis sacramen-
tis :
publicata in Sessione quarta Tridentina, die 25.
Novembri. 1562.**

Sacrosancta, œcumenica generalis, Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata : præsentibus in ea eisdem, sanctæ Apostolicæ sedis Legato, & Nunciis : quamvis in decreto de justificatione, multus fuerit, de pœnitentiæ sacramento, propter locorum cognationem, necessaria quædam ratione sermo interpositus : tanta nihilominus, circa illud nostra hæc ætate diversorum errorum est multitudo : ut non parum publicæ utilitatis retulerit, de eo exactiorem, & pleniorẽ diffinitionem tradidisse : in qua demonstratis, & convulsis, spiritus sancti præsidio, universis erroribus, catholica veritas, perspicua, & illustris fieret : quam nunc sanctæ hæc Synodus Christianis omnibus perpetuo servandam proponit.

**Can. 1. De necessitate, & institutione sacramenti
Pœnitentiæ.**

Si ea, in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, ut justitiam in Baptismo, ipsius beneficio, & gratiam susceptam, constanter tuerentur : non fuisset opus aliud ab ipso baptismo sacramentum, ad peccatorum remissionem, esse institutum. Quoniam autem Deus, dives in misericordia, cognovit signum nostrum ; illis etiam vitæ remedium contulit, qui sese postea in peccati servitutem, & dæmonis potestatem tradidissent, sacramentum videlicet pœnitentiæ : quo lapsis, post baptismum, beneficium mortis Christi applicatur. Fuit quidem pœnitentiæ universis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quovis tempore, ad gratiam, & justitiam assequendam necessaria : illis etiam, qui baptismi sacramento ablui perivissent : ut perversitate abjecta & eliminata, tantam Dei offensionem, cum peccati odio, & pio

Ezech. 1. animi dolore detestarentur. Unde Propheeta ait, Convul-

timini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Dominus etiam dixit: Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Et princeps Apostolorum Petrus peccatoribus baptismo initiandis, pœnitentiam commendans dicebat: Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum. Porro nec ante adventum Christi, pœnitentia erat sacramentum: nec est, post adventum illius cuiquam ante baptismum. Dominus autem sacramentum tunc præcipue instituit, cum à mortuis excitatus, insufflavit in discipulos suos, dicens: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittentur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt: Quo tam insigni facto & verbis tam perspicuis, potestatem remittendi, & retinendi peccata: ad reconciliandos fideles post baptismum lapsos: Apostolis, & eorum legitimis successoribus, fuisse communicatam, universorum patrum consensus semper intellexit. Et Novatianos, remittendi potestatem olim pertinaciter negantes, magna ratione, Ecclesia catholica, tanquam hæreticos explosit atque condemnavit. Quare verissimum hunc illorum verborum Domini sensum, sancta hæc Synodus probans, & recipiens; damnat eorum commentitias interpretationes; qui verba illa, ad potestatem prædicandi verbum Dei, & Christi Evangelium annunciandi; contra hujusmodi sacramenti institutionem, falso detorquent.

Can. 2. De differentia sacramenti pœnitentia, & baptismi.

Cæterum hoc sacramentum, multis rationibus à baptismo differre dignoscitur. Nam præterquam quod materia, & forma, quibus sacramenti essentia perficitur, longissime distent: constat certè, baptismi ministram, judicem esse non oportere: cum Ecclesia in neminem judicium exerceat, qui non prius in ipsam, per baptismi januam fuerit ingressus: Quid enim mihi (inquit Apostolus) de his: qui foris sunt judicare? Secus est de domesticis, quo Christus Dominus lavacro baptismi, sui corporis membra semel effecit: nam hos, si se postea crimine aliquo contaminaverint, non jam recepto baptismo abluuntur, cum id, in Ecclesia catholica, nulla ratione liceat: sed ante hoc tribunal, tanquam reos, sibi voluit, ut per facer.

dotum sententiam : non semel, sed quoties ab admittis peccatis, ad ipsum penitentes confugerint, possent liberari. Alius est præterea baptismi, & alius penitentiae fructus: per baptismum enim Christum induentes, nova prorsus in isto efficiuntur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remissionem consequentes: ad quam tamen novitatem, & integritatem, per sacramentum penitentiae, sine nostris magnis fletibus, & laboribus, divina id exigente justitia, pervenire nequaquam possumus: ut merito, penitentia, laboriosus quidam baptismus à sanctis patribus dictus fuerit. Est autem hoc sacramentum penitentiae, lapsis post baptismum, ad salutem necessarium: ut nondum regeneratis, ipse baptismus,

Can. 3. De partibus, & fructu hujus sacramenti.

Docet præterea sancta synodus sacramenti penitentiae formam, in qua præcipue ipsius vis sita est in illis ministris verbis positam esse. Ego te absolvo, &c. quibus quidem de Ecclesiae sanctae more, preces quædam laudabiliter adjunguntur: ad ipsius tamen formae essentiam nequaquam spectant: neque ad ipsius sacramenti administrationem sunt necessariae. Sunt autem quasi materia hujus sacramenti, ipsius penitentis actus, nempe contritio, confessio, & satisfactio, qui, quatenus, in penitente, ad integritatem sacramenti, ad plenamque, & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione, requiruntur: hac ratione, partes penitentiae dicuntur. Sane vero res & effectus hujus sacramenti, quantum ad ejus vim, & efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo; quam interdum in viris piis, & cum devotione hoc sacramentum percipientibus conscientiae pax, ac serenitas, cum vehementi spiritus consolatione, consequi solet. Hæc de partibus, & effectu hujus sacramenti, sancta synodus tradens, simul eorum sententias damnat: uti penitentiae partes, incultos conscientiae terrores, & fidem esse contendunt.

Can. 4. De contritione.

Contritio, quæ primum locum inter dictos penitentis actus habet: animi dolor, ac detestatio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero. Fuit autem, quo vis tempore, ad impetrandam veniam peccatorum, hic contritionis motus necessarius: & in homine post baptis-

num lapso, ita demum præparat ad remissionem peccatorum: si cum fiducia divinæ misericordiæ, & voto præstandi reliqua, conjunctus sit, quæ ad rite suscipiendum hoc sacramentum requiruntur. Declarat igitur sancta synodus, hanc contritionem non solum cessationem à peccato, & vitæ novæ propositum, & inchoationem: sed veteris etiam odium continere, juxta illud: Proficite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus prævaricati estis: & facite vobis cor novum, & spiritum novum. Et certe, qui illos sanctorum clamores consideraverit: Tibi soli peccavi & malum coram te feci: Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ: & alios hujusmodi generis: facile intelliget eos ex vehementi quodam antea vitæ odio: & ingenti peccatorum detestatione, manasse. Docet præterea: etsi contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc sacramentum actu suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem, ipsi contritioni sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam. Illam verò contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur: quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum, metu communiter concipitur: si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ: declarat, non solum non facere hominem hypocritam, verum etiam donum Dei esse & spiritus sancti impulsu non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo pœnitens adjutus, viam sibi ad justitiam parat, & quamvis sine sacramento pœnitentiæ, per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam, in sacramento pœnitentiæ impetrandam disponit. Hoc enim timore utiliter concussi Nini vitæ ad Ionæ prædicationem plenam terroribus, pœnitentiam egerunt, & misericordiam à Domino impetrarunt, quamobrem falso quidam calumniantur catholicos scriptores, quasi tradiderint sacramentum pœnitentiæ, absque bono motu suscipientiam, gratiam conferre, quod nunquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit: sed & falso docent, contritionem esse extortam, & coactam: non liberam, & voluntariam.

Can. 5.

Ex institutione sacramenti pœnitentiæ jam explicata, uni;

versa Ecclesia semper intellexit, institutam etiam esse à
 Domino integram peccatorum confessionem: & omnibus
 post baptismum lapsis jure divino, necessariam existere,
 quia Dominus noster Iesus Christus, de terris ascen-
 surus ad caelos, sacerdotes, sui ipsius vicarios reliquit tan-
 quam praesides, & iudices: ad quos omnia mortalia cri-
 mina deferantur, in quae Christi fideles ceciderint, quo
 pro potestate clavium, remissionis, aut retentionis pec-
 catorum sententiam pronunciant. Constat enim sacerdotes
 iudicium hoc, incognita causa, exercere non potuisse: ne-
 que aequitatem quidem illos, in poenis injungendis, ser-
 vare potuisse: si in genere duntaxat & non potius in spe-
 cie, ac sigillatim, sua ipsi peccata declarassent. Ex his col-
 ligitur: oportere, à poenitentibus omnia peccata mortalia,
 quorum post diligentem sui discussionem conscientiam
 habent in confessione recenseri, etiam si occultissima
 illa sint: & tantum adversus duo ultima decalogi praecep-
 ta commissa: quae nonnunquam animum gravius lau-
 ciant & periculosiora sunt his, quae in manifesto admit-
 tuntur. Nam venialia, quibus à gratia Dei non excludi-
 mur, & in quae frequentius labimur: quamquam rectè, &
 utiliter, citràque omnem praesumptionem, in confessione
 dicantur: quod piorum hominum usus demonstrat: taceri
 tamen citrà culpam, multisque aliis remediis expiari pos-
 sunt. Verum cum universa mortalia peccata, etiam cogi-
 tationes, homines irae filios, & Dei inimicos reddant:
 necessum est omnium etiam veniam, cum aperta, & vere-
 cunda confessione, à Deo quaerere. Itaque dum omnia
 quae memoriae occurrunt, peccata, Christi fideles confiteri
 audent: proculdubio omnia divinae misericordiae igno-
 scenda exponunt, qui verò seculi faciunt, & scienter ali-
 qua retinent: nihil divinae bonitati per sacerdotem remit-
 tendum proponunt. Si enim erubescat aegrotus vulnus me-
 dico detegere, quod ignorat medicina non curat. Colli-
 gitur praeterea etiam eas circumstantias in confessione ex-
 plicandas esse quae speciem peccati mutant: quod sine il-
 lis peccata ipsa neque à poenitentibus integrè exponantur,
 nec iudicibus innotescant: & fieri nequeat, ut de gravi-
 tate criminum rectè censere possint, & poenam, quam oportet
 pro illis, poenitentibus imponere. Unde alienum à ra-
 tione est, docere circumstantias has, ab hominibus ovibus
 excogitatas fuisse, aut unam tantum circumstantiam con-

pendam esse : nempe peccasse in fratrem. Sed & impium est, confessionem quæ hoc ratione fieri præcipitur, impossibilem dicere, aut carnificinam conscientiarum appellare. Constat enim, nihil aliud in Ecclesia, à penitentibus exigi : quam, ut postquam quisque diligentius se excusserit : & conscientia suæ sinus omnes, & latebras exploraverit : ea peccata confiteatur, quibus se Dominum, & Deum suum, mortaliter offendisse meminerit. Reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt : in universum, eadem confessione inclusa esse intelliguntur. Pro quibus *Psal. 18.* fideliter, cum propheta dicimus : ab occultis meis munda me Domine. Ipsa vero, hujusmodi confessionis difficultas, ac peccata detegendi verècundia, gravis quidem videri posset : nisi tot, tantisque commodis, & consolationibus relevaretur : quæ omnibus digne ad hoc sacramentum accedentibus, per absolutionem certissime conferuntur. Cæterum, quo ad modum confitendi, secreto apud solum sacerdotem : & si Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, tum ob Ecclesiæ offensæ ædificationem, delicta sua publice confiteri possit : non est tamen hoc divino præcepto mandatum, nec satis consultè, humana aliqua lege præciperetur, ut delicta præsertim secreta : publica essent confessione aperienda. Unde cum à sanctissimis, & antiquissimis patribus, magno unanimique consensu, secreta confessio sacramentalis : qua ab initio Ecclesia sancta usæ est, & modo etiam utitur : fuerit semper commendata : manifeste refellitur inanis eorum calumnia, qui eam à divino mandato alienam : & inventum humanum esse : atque à patribus, in Concilio Lateranen. congregatis, injuriam habuisse : docere non verentur. Nec enim per Lateranen. concilium, Ecclesia statuit : ut Christi fideles confiteantur : quod jure divino necessarium, & institutum esse, intellexerat : sed ut præceptum confessionis, saltem semel in anno, ab omnibus, & singulis, cum ad annos discretionis pervenissent, impleteretur. Unde jam in universa Ecclesia cum ingenti animarum fructu fidelium observatur mos ille salutaris confitendi, sacro illo & maxime acceptabili tempore quadragesimæ : quem morem hæc sancta synodus maxime probat, & amplectitur, tanquam pie & merito, retinendum.

Can. 6. De ministro & absolutione hujus sacramenti.

Matth. 15.

Joan. 21.

Circa ministrum autem hujus sacramenti, declarat sancta synodus falsas esse, & à veritate Evangelij penitus alienas, doctrinas omnes, quæ ad alios quosvis homines præter Episcopos, & sacerdotes, Clavium ministerium perniciose extendunt: putantes, verba illa Domini: Quæcunque alligaveritis super terram, erunt alligata & in cælo: & quæcunque solveritis super terram, erunt soluta & in cælo: & quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt: ad omnes Christi fideles, indifferenter, & promiscue, contra institutionem hujus sacramenti, ita fuisse dicta, ut quivis potentiam habeat remittendi peccata: publica quidem, per correctionem, si correptus acquieverit: secreta vero per spontaneam confessionem, cuicumque factam. Docet quoque etiam sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus sancti in ordinatione collatam, tanquam Christi ministros functionem remittendi peccata exercere: eosque prave sentire, qui in malis sacerdotibus, hanc potentiam non esse contendunt. Quamvis autem absolutio sacerdotis, alij beneficij sit dispensatio, tamen non est solum nudum ministerium, vel annunciandi Evangelium, vel declarandi remissa esse peccata: sed ad instar actus judicialis, quo ab ipso velut à iudice sententiam pronuntiatur. Atque ideo non debet penitens, adeo sibi de sua ipsius fide blandiri: ut etiam si multa illi adsit contritio, & sacerdoti animus, serio agendi, & vere absolvendi desit; putet tamen se, propter suam solam fidem, vere & coram Deo, esse absolutum; nec enim fides, sine poenitentia, remissionem ullam peccatorum præstaret; nec is esset, nisi salutis suæ negligentissimus; qui sacerdotem, joco se absolventem, cognosceret; & non alium, serio agentem, sedulo requireret.

Can. 7. De casuum reservatione.

quoniam igitur natura & ratio judicij illud exposcit; ut sententia in subditos duntaxat feratur; persuasum semper in Ecclesia Dei fuit; & verissimum esse synodus hæc confirmat; nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut

aut subdelegatum non habet jurisdictionem. Magnopere vero ad Christiani populi disciplinam pertinere, sanctissimis partibus nostris visum est: ut atrociora quædam, & graviori crimina, non à quibusvis sed à summis duntaxat sacerdotibus absolverentur. Unde merito pontifices maximi pro suprema potestate, sibi in Ecclesia universa tradita: causas aliquas crimini graviores, suo potuerunt peculiari iudicio reservare. Neque dubitandum est, quando omnia, quæ à Deo sunt ordinata sunt: quia hoc idem Episcop. omnibus in sua cuique diocesi in edificationem tamen, non in destructionem liceat: pro illis, in subditos tradita, supra reliquos inferiores sacerdotes auctoritate, præsertim quo ad illa, quibus excommunicationis censura annexa est. Hanc autem delictorum reservationem, consonum est divinæ auctoritati, non tantum in externa politica sed etiam coram Deo vim habere: veruntamen pie admodum ne hæc ipsa occasione, aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit: ut nulla sit reservatio in articulo mortis: atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes, à quibusvis peccatis & censuris absolvere possint: extra quem articulum sacerdotes, cum nihil possint in casibus reservatis ad unum pœnitentibus persuadere nitantur, ut ad superiores, & legitimos iudices, pro beneficio absolutionis, accedat.

Can. 8. De satisfactionis necessitate & fructu.

Demum quo ad satisfactionem, quæ ex omnibus pœnitentiæ partibus, quemadmodum à patribus nostris, Christiano populo, fuit perpetuo tempore commendata: ita una, maxime nostra ætate, summo pietatis prætextu impugnatur ab his, qui speciem pietatis habent, virtutem autem ejus abnegarunt. Sancta Synodus declarat, falsum omnino esse, & à verbo Dei alienum: culpam à Domino nunquam remitti, quin universa etiam pœna condonetur. Perspicua enim, & illustra, in sacris litteris, exempla reperiuntur, quibus præter divinam traditionem, hic error quam manifestissime revincitur. Sanæ & divinæ justitiæ ratio exigere videtur: ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante baptismum per ignorantiam deliquerint: aliter vero, qui semel à peccati & dæmonis servitute liberati, & accepto Spiritus sancti dono, scientes, templum Dei violare, & Spiritum sanctum contristare, non formidaverint. Et divinam clementiam decet: ne ita nobis, absque ulla satisfac-

Gen. 38.
1. Reg. 12.
Num. 11.
& 20.

cione, peccata dimittantur: ut occasione accepta, peccata
 leviora putantes, velut injuriæ, & contumeliosi spiritui
 sancto, in graviora labamur: thesaurizantes nobis iram,
 in die iræ. Proculdubio enim magnopere à peccato re-
 vocant, & quasi fixo quoſdam coercent, hæc satisfactio-
 nis pœnæ: cautioreſque & vigilantiores, in futurum pec-
 nitentes efficiunt; moderant quoque peccatorum reliquiis,
 & vitioſos habitus male vivendo comparatos, contrariis
 virtutum actionibus tollunt. Neque vero ſecurior ulla via,
 in Eccleſia Dei, unquam exiſtimata fuit, ad amovendum
 imminentem in Domino pœnam, quam ut hæc peniten-
 tiæ opera homines, cum vero animi dolore, frequentant.
 Accedit ad hæc, quod dum ſatisfaciendo, patimur pro
 peccatis: Chriſto Jeſu qui pro peccatis noſtris ſatisfecit,
 ex quo omnis noſtra ſufficiencia eſt, conformes efficiuntur,
 cetiſſimamque inde partem habentes: quod ſi compati-
 mur, & conglomerabimur. Neque vero, ita noſtra eſt ſa-
 tisfactio hæc, quam pro peccatis noſtris exolvimus, ut
 non ſit per Chriſtum Jeſum; nam qui ex nobis, tanquam
 ex nobis, nihil poſſumus; eo cooperante qui nos confor-
 tat, omnia poſſumus; ita non habet homo unde gloriatur,
 ſed omnis gloriatio noſtra in Chriſto eſt; in quo vivimus,
 in quo meremur, in quo ſatisfacimus facientes fructus
 dignos penitentia: qui ex illo vim habent, ab illo of-
 feruntur patri: & per illum acceptantur à patre. Debent er-
 go ſacerdotes Domini, quantum ſpiritus, & prudentia
 ſuſceperint; pro qualitate criminum, & penitentiam facili-
 tate, ſalutares, & convenientes ſatisfactiones injungere:
 ne ſi forte peccatis conniveant, & indulgentius cum pen-
 itentibus agant, leviffima quædam opera pro graviffimis
 delictis injungendo, alienorum peccatorum participes effi-
 ciamur. Habeant autem præ oculis: ut ſatisfactio, quam
 imponunt, non ſit tantum ad novæ vitæ cuſtodiam, & in-
 firmitatis medicamentum: ſed etiam ad præteritorum
 peccatorum vindictam, & caſtigationem: nam claves ſa-
 cerdotum, non ad ſolvendum duntaxat, ſed ad ligandum
 conſeſſas etiam, antiqui patres & credunt, & docent. Neque
 propterea exiſtimarunt ſacramentum penitentia: eſſe forum
 iræ, vel pœnarum: ſicut nemo unquam catholicis ſenſit,
 ex huiusmodi noſtris ſatisfactionibus vim meriti, & ſatisfa-
 ctionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel obſcurari, vel aliquo
 ex parte imminui: quod dum Novatores intelligere vo-

Iunt, ita aptissimam poenitentiam, novam vitam esse docent, ut omnem satisfactionis vim, & usum tollant.

Can. 9. *De operibus satisfactionis.*

Docet præterea; tantam esse divinæ munificentiae largitatem; ut non solum peccatis sponte à nobis, pro vendicando peccato, susceptis: aut sacerdotis arbitrio, pro mensura delicti impositis: sed etiam (quod maximum amoris argumentum est) temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum patrem per Christum Iesum, satisfacere valeamus.

Can. 10. *Doctrina de sacramento extremae unctionis.*

Visum est autem sanctæ Synodo, præcedenti doctrinæ de poenitentia, adungere ea: quæ sequuntur, de sacramento extremæ unctionis; quod non modo poenitentiz, sed etiam totius Christianæ viæ, quæ perpetua poenitentia esse debet, consummativum existimatum est à patribus. Primum itaque circa illius institutionem declarat, & docet quod clementissimus Redemptor noster, qui servis suis quovis tempore, voluit de salutaribus remediis adversus omnia omnium hostium tela, esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in sacramentis aliis præparavit, quibus Christiani conservare se integros, dum viverent, ab omni graviore spiritus incommodo possint; ita extremæ unctionis sacramento, finem vitæ, tanquam firmissimo quodam præsidio, munivit. Nam, etsi adversarius noster, occasiones per omnem vitam quærat, & capter, ut devorare animas nostras quoquo modo possit; nullum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes suæ versutiz nervos intendat, ad perdendos nos penitus; & à fiducia etiam, si possit divinæ misericordiz deturbandos; quam cum impendere nobis exitum vitæ, prospicit. Instituta est autem sacra hæc unctio infirmorum, tanquam vere, & proprie sacramentum novi testamenti, à Christo Domino nostro, apud Marcum quidem Marc. 5. Jacob. 6. insinuatam; per Iacobum autem Apostolum, ac Domini fratrem, fidelibus commendatam, ac promulgatam. Infirmatur (inquit) quis in vobis; inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent supra eum, ungentes eum oleo, in nomine Domini; & oratio fidei salvabit infirmum, & alle-

viabit eum Dominus , & si in peccatis sit , dimittentur ei .
 Quibus verbis , ut ex Apostolica traditione , per manus ac-
 cepta , Ecclesia didicit : docet , materiam , formam , proprium
 ministerium , & effectum hujus salutaris sacramenti . Intellexit
 eam Ecclesia , materiam esse oleum , ab Episcopo benedi-
 ctum . Nam unctio , aptissime , Spiritus sancti gratiam , qua
 invisibiliter anima aegrotantis inungitur , repraesentat : for-
 mam deinde , esse illa verba , Per illam unctionem , &c . Res-
 porro , & effectus hujus sacramenti , illis verbis explicatur . Et
 oratio fidei salvabit infirmum , & alleviabit eum Dominus :
 & , si in peccatis sit , dimittentur ei : etenim gratia est Spi-
 ritus sancti : cujus unctio , delicta (si quae sint adhuc expianda)
 ac peccati reliquias , abstergit , & aegroti animam allevat ,
 & confirmat : magnam in eo divinae misericordiae fiduciam
 excitando : quia infirmus sublevatus , & morbi incommo-
 da , ac labores levius fert , & tentationibus daemonis , cal-
 zaneo insidiantis , facilius resistit ; & sanitatem corporis ,
 interdum , ubi saluti animae expedierit , consequitur . Tam
 vero quod attinet ad prescriptionem eorum , qui , & susci-
 pere , & ministrare hoc sacramentum debent : haud obscure
 fuit illud etiam in verbis praedictis traditum , nam & osten-
 ditur illic proprios hujus sacramenti ministros esse Ec-
 clesiae presbyteros : quo nomine eo loco , non arate senio-
 res , aut primores in populo intelligendi veniunt : sed aut
 Episcopi , aut sacerdotes ab ipsis rite ordinati , per imposi-
 tionem manuum presbyteri . Declaratur etiam , esse hanc un-
 ctionem infirmis adhibendam : illis vero praesertim qui tam
 periculose decumbunt , ut in exitu vitae consti-uti videan-
 tur : unde & sacramentum exeuntium , nuncupatur . Quod si
 infirmi , post susceptam hanc unctionem , convalescerint , ite-
 rum hujus sacramenti subsidio , juvari poterunt , cum in
 aliud simile vitae discrimen inciderint . Quare nulla ra-
 tione audiendi sunt , qui contra tam apertam , & diluci-
 dam Apostoli Jacobi sententiam docent : hanc unctionem ,
 vel figmentum esse humanum , vel ritum a patribus accep-
 tum : nec mandatum Dei , nec promissionem gratiae habentem :
 & qui illam cessasse asserunt , quasi ad gratiam cura-
 tionum , duntaxat in primitiva Ecclesia referenda esset : &
 qui dicunt ritum , & usum , quem sancta Romana Eccle-
 sia , in hujus sacramenti administratione , observat , Jacobi
 Apostoli sententiae repugnare : acque ideo in alium commu-
 tandum esse : & denique , qui hanc extremam unctionem

à fidelibus sine peccato, contemni posse, affirmant: hæc enim omnia manifestissime pugnant, cum perspicuis tanti Apostoli verbis. Nec profecto Ecclesia Romana, aliorum omnium mater, & magistra, aliud in hac administranda unctione: quantum ad ea quæ hujus sacramenti substantiam perficitur, observat, quam quod beatus Jacobus præscripsit. Nec verotanti sacramenti contemptus, absque ingenti scelere, & ipsius Spiritus sancti injuria, esse posset.

Hæc sunt quæ de penitentia, & extrema unctionis, sacramentis, hæc sancta œcumenica Synodus profiteretur, & docet; atque omnibus Christi fidelibus credenda, & tenenda proponit. Sequentes autem canones inviolabiliter servandos esse, tradit: & asserentes contrarium, perpetuo damnat, & anathematizat.

CANONES DE SACRAMENTIS

*Pœnitentiæ & Extremae Unctionis, publicati in
sessione Tridentina, habita 25. No-
vembri, 1551.*

Can. primus.

Si quis dixerit, in catholica Ecclesia, penitentiam non esse verè & propriè sacramentum pro fidelibus, quosies post baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandus à Christo Domino nostro institutum, anathema sit.

Can. 2.

Si quis sacramenta confundens, ipsum baptismum penitentia sacramentum esse dixerit, quæ hæc duo sacramenta distincta non sint; atque ideo penitentiam, non rectè secundam post naufragium tabulam appellari: anathema sit.

Can. 3.

Si quis dixerit: verba illa Domini salvatoris: Accipite spiritum sanctum, quorum remisistis peccata remittantur eis, & quorum retinueritis retenta sunt: non esse intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata in sacramento penitentia, sicut Ecclesia Catholica, ab initio semper intellexit; detorsit autem contra institutionem hujus sacramenti, ad auctoritatem prædicandi Evangelium: anathema sit.

Can. 4.

Si quis negaverit, ad integram, & perfectam peccatorum remissionem, requiri tres actus in poenitentia, quasi materiam sacramenti poenitentiae, videlicet, contritionem confessionem, & satisfactionem, quae tres poenitentiae partes dicuntur, aut dixerit, duas tantum esse poenitentiae partes, retro, scilicet incussos conscientiae agnito peccato; & fidem conceptam ex Evangelio, vel absolutione qua credit quis sibi per Christum remissa peccata; anathema sit.

Can. 5.

Si quis dixerit, eam contritionem, quae paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum: qua quis recogitat annos suos, in amaritudine animae suae, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, fertilitatem, amissionem aeternae beatitudinis, & aeternae damnationis incursum: cum proposito melioris vitae, non esse verum, & utilem dolorem, nec praeparare ad gratiam; sed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem; demum illam esse dolorem coactum, & non liberum ac voluntarium: anathema sit.

Can. 6.

Si quis negaverit, confessionem sacramentalem, vel institutam, vel ad salutem necessariam esse, jure divino, aut dixerit, modum secrete confitendi, soli sacerdoti; quem Ecclesia catholica ab initio semper observavit, & observat alienam esse ab institutione, & mandato Christi, & inventum esse humanum; anathema sit.

Can. 7.

Si quis dixerit: in sacramento poenitentiae, ad remissionem peccatorum, necessariam non esse jure divino, confiteri omnia & singula peccata mortalia; quorum memoria, cum debita & diligenti praemeditatione habeatur, etiam occulta, & quae sunt contra duo ultima decalogi praeccepta, & circumstantias quae peccati speciem mutant: sed eam confessionem tantum esse utilem, ad erudiendum & consolandum poenitentem, & olim observatam fuisse tantum ad satisfactionem canonicam imponendam; aut dixe-

rit, eos qui omnia peccata confiteri student, nihil relinquere velle divinæ misericordis ignoscendum demum non licere confiteri peccata venialia, anathema sit.

Can. 8.

Si quis dixerit; confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia servat, esse impossibilem & traditionem humanam, à piis abolendam, aut ad eam non teneri omnes, & singulos utriusque sexus Christi fideles juxta magni Concilij Lateranensis constitutionem, semel in anno, & eo id suadendum esse Christi fidelibus ut non conticeantur tempore quadragesimæ, anathema sit.

Can. 9.

Si quis dixerit; absolutionem sacramentalem sacerdotis, non esse actum judiciale, sed nudum ministerium pronuntiandi, & declarandi remissa esse peccata consistenti, modo tantum credat se esse absolutum, aut sacerdos, non serio sed joco absolvat, aut dixerit, non requiri confessionem penitentis, ut sacerdos eum absolvere possit; anathema sit.

Can. 10.

Si quis dixerit; sacerdotes, qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi, & solvendi non habere; aut non solos sacerdotes esse ministros absolutionis; sed omnibus & singulis Christi fidelibus esse dictum; Quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata in caelo, & quæcunque solveritis super terram, erunt soluta & in caelo; & quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt; quorum verborum virtute quilibet absolvere possit peccata publica quidem per correptionem dumtaxat, si correptus acquieverit; secreta vero, per spontaneam confessionem, anathema sit.

Can. 11.

Si quis dixerit; Episcopos non habere jus reservandi sibi casus, nisi quoad externam politiam; atque ideo casuum reservationem non prohibere quominus sacerdos à resecratis vere absolvat; anathema sit,

Can. 12.

Si quis dixerit : totam pœnam , simul cum culpa , remitti semper à Deo , satisfactionemque pœnitentium , non esse aliam quam fidem , qua apprehendunt Christum pro eis satisfecisse : anathema sit.

Can. 13.

Si quis dixerit pro peccatis , quoad pœnam temporalem , minime Deo , per Christi merita , satisfieri pœnis ab inflictis , & patienter toleratis : vel à sacerdote injunctis ; sed neque sponte susceptis , aut jejuniis , orationibus , elemosinis , vel aliis etiam pietatis operibus atque ideo optimam pœnitentiam esse tantum novam vitam : anathema sit.

Can. 14.

Si quis dixerit : satisfactiones quibus pœnitentes per Christum solum peccata redimunt non esse cultus Dei : sed traditiones hominum : doctrinam de gratia & verum Dei cultum , atque ipsam beneficium mortis Christi , observantes , anathema sit.

Can. 15.

Si quis dixerit ; claves Ecclesiæ esse datas tantum ad solvendum , non etiam ad ligandum : & propterea sacerdotes dum imponunt pœnas confitentibus , agere contra finem clavium , & contra institutionem Christi ; & fictionem esse , quod virtute clavium sublata , pœna æterna , & pœna temporalis plerumque exolvenda remaneat : anathema sit.

CANONES DE SACRAMENTO Extremæ Unctionis.

Si quis dixerit : Extremam Unctionem , non esse vere , & proprie sacramentum , à Christo Domino nostro institutum , & à beato Iacobo apostolo promulgatum : sed ritum tantum acceptum à patribus : aut figmentum humanum : anath. sit.

Can. 2.

Si quis dixerit : sacram infirmorum unctionem , non conferre gratiam , nec remittere peccata , nec allevare insti-

mos, sed jam cessasse, quasi olim tantum fuerint gratia curationum: anathema sit.

Can. 3.

Si quis dixerit: Extremæ unctionis ritum, & usum quem observat sancta Romana Ecclesia, repugnare sententiæ beati Jacobi Apostoli: ideoque eum mutandum, posseque à Christianis absque peccato, contemni: anathema sit.

Can. 4.

Si quis dixerit presbyteros Ecclesiæ, quos beatus Iacobus adducendos esse ad infirmum unguendum, hortatur, non esse sacerdotes, ab Episcopo ordinatos: sed ætate seniores, in quavis communitate: ob idque proprium Extremæ unctionis ministrum, non esse solum sacerdotem: anathema sit.

DECRETUM DE REFORMATIONE
publicatum in Sessione quarta concilij Tri-
dentini, xxv. Novembris anno 1551.

Proœmium.

CUM proprie Episcoporum munus sit subditorum omnia vitia redarguere: hoc illis præcipue cavendum erit, ne clerici, præsertim ad animarum curam constituti criminosi sint, neve inhonestam vitam, ipsis conniventibus ducant. Nam, si eos, pravis, & corruptis moribus esse perducant: quo pacto laicos, de ipsorum vitiis redarguent? qui uno ab eis sermone convinci possent, quam clericis ipsis patiantur esse deteriores. Qua etiam libertate, laicos corripere poterunt sacerdotes: cum tacite sibi ipsi respondeant, eadem se admisisse, quæ corripiant? Monebunt propterea Episcopi suos clericos in quocunque ordine fuerint: ut conversatione sermone, & scientia, commisso sibi Dei populo præeant: memores eius, quod scriptum est: Sancti estote, quia & ego sanctus sum. Et juxta Apostoli vocem, Nemini dent ullam offensionem, ut non vituperetur ministeriû eorum, sed in omnibus exhibeant se, sicut ministros Dei: ne illud prophetæ dictum impleatur in eis: Sacerdotes mei contaminant sancta, & reprobant legem. Ut autem ipsi Episcopi id liberius exequi, ac quoquam prætextu desuper impedire nequeant: eadem sacrosancta Tridentina Synodus: præsi-

dentibus in ea, eisdem Apollolica sedis Legato, & nunciis; hos qui sequuntur canones, statuendos, & decretendos dixit.

Can. primus.

Cum honestius, ac tutius sic subiecto, debitam præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deservire, quam cum præpositorum scandalo, graduum altiorum appetere dignitatem; ei, cui ascensus ad sacros ordines, à suo prælato, ex quacumque causa etiam ob occultum crimen, quomodolibet etiam extrajudicialiter fuerit interdictus, aut qui à suis ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus Ecclesiasticis fuerit suspensus; nulla, contra ipsius prælati voluntatem, concessa licentia, de se promoveri faciendo; aut ad superiores ordines, gradus, & dignitates sive honores, relicturio suffragetur.

Can. 2.

Et quoniam nonnulli Episcopi Ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, clero carentes, & populo Christiano; cum fere vagabundi sint, & permanentem sedem non habeant; non quæ Iesu Christi, sed alienas oves incerto proprio pastore quærentes; dum per hanc sanctam Synodum, se pontificalia officia; in alterius diocesis nisi de loci ordinarij expressa licentia, & in personas eisdem ordinario subiectas tantum) exercere prohibitos vident, in locis fraudem & contemptum quasi Episcopalem cathedram, in loco nullius diocesis, sua temeritate eligunt; & quoscunque ad se venientes, etiam si suorum Episcoporum, seu prælatorum, literas commendatitias non habeant, clericali characterè insignire, & ad sacros etiam presbyteratus ordines promovere præsumunt: quo plerumque fit, ut minus idonei, & rudes, ac ignari, & qui à suo Episcopo tanquam inhabiles, & indigni eieciti fuerint, ordinari, nec divina officia peragere, nec Ecclesiastica sacramenta recte valeant ministrare. Nemo Episcoporum, qui titularis vocantur; etiam si in loco nullius diocesis etiam exempto, aut aliquo Monasterio cujuscvis ordinis resederint, aut moram traxerint; vigore cujuscvis privilegij, sibi de promovendo quoscunque ad se venientes, pro tempore concessi; alterius subditam, etiam præteritu familiaritatis continuæ commensalitatæ suæ, absque sui proprij prælati et

presso consensu aut literis dimissoriis, ad aliquos sacros aut minores ordines, vel primam tonsuram promoveri seu ordinare valeat, contra faciens ab exercitio pontificalium, per annum arceatur; taliter vero promotus, ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo prælato visum fuerit, ipso jure sit suspensus.

Can. 3.

Episcopus quoscunque suos clericos, præsertim in sacris constitutos absque suo præcedenti examine, & commendatiis literis quacunque autoritate promotos; licet tanquam habiles ab eo, à quo ordinati sunt, probatos; quos tamen ad divina officia celebranda, seu Ecclesiastica sacramenta ministranda, minus idoneos, & capaces repererit; à susceptorum ordinum exercitio, ad tempus, de quo ei videbitur, suspendere, & illis ne in altari, aut aliquo ordine ministrent, interdiceret possit.

Can. 4.

Omnes Ecclesiarum prælati; qui ad corrigendum subditorum excessus diligenter intendere debent, & à quibus nullus clericus per hujus sanctæ Synodi statuta, cujusvis privilegij prætextu tutus censetur, quod minus juxta canonicas sanctiones visitari, puniri, & infringi possit; si in Ecclesiis suis resederint; quoscunque seculares clericos, qualitercunque exemptos; qui alias suæ jurisdictioni subessent, de eorum excessibus, criminibus, & delictis, quoties & quando opus fuerit; etiam extra visitationem tanquam ad hoc apostolicæ sedis delegati, corrigendi, & castigandi facultatem habeant; quibuscunque exceptionibus, declarationibus, consuetudinibus, sententiis, jaramentis, concordiis, quæ tantum suos obligant atque, ipsis clericis, ac eorum consanguineis, capellanis, familiaribus, procuratoribus, & aliis quibuslibet, ipsorum exemplorum contemplatione, & intuitu, minime suffragantibus.

Can. 5.

Insuper cum nonnulli; qui sub prætextu, quod super bonis, & rebus, ac juribus suis, diversæ eis injuriæ, ac molestiæ inferantur, certos judices per litteras conservatorias deputari obtinent; qui illos à molestiis & injuriis hujusmodi tueantur, ac defendant; & in possessionem, seu

quasi bonorum, rerum, ac jurium suorum, manu teneant, & conservent: nec super illos eos molestatim permittant: ejusmodi literas in plerisque contra concedentis mentem, in reprobum sensum detorqueant: ita ut nemini omnium cujuscunque dignitatis, & conditionis sit, etiam si capitulum fuerit, conservatoris literarum, cum quibuscunque clausulis aut decretis, quorumcunque judicum deputatione, quocunque etiam alio pre-textu, aut colore concessæ, suffragentur ad hoc: ut coram suo Episcopo sine alio superiore ordinario, in criminalibus aut mixtis causis, accuri & conveniri, ac contra eum inquiri, & procedi non possit: aut quo minus si qua jura ei ex collisione competierint, super illis libere valeat apud judicem ordinarium conveniri. In civilibus etiam causis, si ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos conservatores judices, in judicium trahere minime liceat. Quod si, in his causis in quibus ipse reus fuerit, conigerit ut electus ab eo conservator, ab actore suspectus esse dicatur: aut si qua inter ipsos judices conservatorem, & ordinarium controversia, super competentiam jurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur donec per arbitros, in forma juris electos, super susceptione, aut jurisdictionis competentia, fuerit judicatum. Familiaribus vero ejus, qui hujusmodi literis conservatoriis uteri solent, nihil illarum prosint, præterquam duobus duntaxat: si tamen illi, propriis ejus sumptibus vixerit. Nemo etiam similibus literarum beneficia ultra quinquagnum gaudere possit. Non liceat quoque conservatoribus judicibus, unum habere tribunal erectum, in causis vero mercedum, aut miserabilium personarum, hujus sanctæ Synodi super hoc decretum in suo robore permaneat. Universitates autem generales, ac collegia doctorum, seu scholarium, & regularia loca, nec non hospitalia, actu hospitalitatem servantia ac universitarum, collegiorum, iocorum & hospitalium hujusmodi personarum: in præcæto canone minime comprehensa, sed exempta omnino sint, & esse intelligantur.

Can. 3.

Quia verò, etsi habitus non facit Monachum oportet tamen clericos, vestes proprio congruentes ordini, semper deferre: ut per decentiam habitus extrinsecæ, morum honestatem intrinsecam ostendant: tanta autem hodie aliquo-

rum inolevit temeritas, religionisque contemptus, ut propriam dignitatem, & honorem clericalem parvi pendentes, velles etiam deferant publice laicales: pedes in diversis ponentes, unum in divinis, alterum in carnalibus: propterea omnes Ecclesiasticæ personæ, quarumcunque exemptæ: quæ aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia, aut beneficia qualicumque Ecclesiastica obtinuerint, si postquam ab Episcopo suo, etiam per edictum publicum moniti fuerint honestum habitum clericalem, illorum ordini, & dignitati congruentem, & juxta ipsius Episcopi ordinationem & mandatum, non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, ab officio, & beneficio, ac fructibus, redditibus, & proventibus ipsorum beneficiorum: nec non si semel correpti, denuo in hoc deliquerint: etiam per privationem officiorum, & beneficiorum hujusmodi, coerceri possint, & debeant: secundum constitutionem Clementis quinti, in concilio Viennæ editam: quæ incipit, *Quoniam innovando, & ampliando.*

Can. 7.

Eum etiam qui per industriam occiderit proximum suum & per insidias, ab altari avelli debeat, quia sua voluntate homicidium perpetraverit: etiam si crimen, id nec ordine judiciario privatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit: nullo tempore, ad sacros ordines promoveri possit nec illi aliqua Ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeant animarum conferre liceat: sed omni ordine, ac beneficio & officio Ecclesiastico, perpetuo. Si vero homicidium, non ex proposito, sed casu vel vim vi repellendo, ut qui se à morte defenderet: fuisse commissam narretur: quam ob causam, etiam ad sacrorum ordinum, & altaris ministerium, beneficia quæcunque, & dignitates, jure quodammodo dispensatio debeat, committatur loci ordinatio: aut, ex causa Metropolitanæ, seu viciniori Episcopo: quia non nisi causa cognita, & probatis processibus ac narratis nec aliter, dispensare possit.

Can. 8.

Præterea, quia nonnulli quorum etiam aliqui veri sunt pastores, ac proprias oves habent: alienis etiam ovibus præesse quærunt & ita alienis subditis quandoque intendunt, ut suorum curam negligens: quicumque, etiam Episcopus

copali præditus dignitate, qui alienos subditos puniendi privilegium habuerit; contra clericos sibi non subditos, præsertim in sacris constitutos; quorumcumque etiam atrocium criminum reos; nisi cum proprii ipsorum clericorum Episcopi, si apud Ecclesiam resederit, aut personæ ab ipso Episcopo deputandæ, interventu nequaquam procedere debeat; & alias processus, inde sequuta quæcumque, viribus omnino careant.

Can. 9.

Et quia jure optimo distinctæ fuerunt dioceses, & parochiæ, ac unicuique gregi, proprii tributi pastores, & infatorum rectores, qui suarum quisque ovium curam habeant; ne ordo Ecclesiasticus non confundatur, aut una & eadem Ecclesia, duarum quodammodo diocesium fiat, non sine gravi eorum incommodo, qui illi subditi fuerint: beneficia unius diocesis, etiam si parochiales Ecclesiæ, Vicariæ perpetuæ, aut simplicia beneficia, seu præstimonialia, aut præstimonialia portiones fuerint, etiam ratione ad augendum cultum divinum, aut numerum beneficiorum, aut alia quacumque de causa: alterius diocesis beneficio, aut monasterio, seu collegio, vel loco etiam pio, pertuo non uniantur: decretum hujus sanctæ Synodi, super hujusmodi unionibus, in hoc declarando.

Can. 10.

Regularia beneficia: in titulum regularibus professis provideri consueverunt, cum per obitum, aut resignationem, vel alias, illa in titulum obtinentis vacare contigerit: religionis tantum illius ordinis, vel his, qui habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur, & non aliis: ne vestem lino, lanaque contextam induant: conferantur.

Can. 11.

Quia vero regulares, de uno ad alium ordinem translati facile à suo superiore licentiam standi extra Monasterium obtinere solent, ex quo vagandi, & apostatandi occasio tribuitur: nemo cujuscumque ordinis prælatus, vel superior, vigore cujuscumque facultatis, aliquem ad habitum, & professionem committere possit: nisi, ut in ordine ipso, ad quem transfertur, sub sui superioris obedientia, in

clausico perpetuo maneat, ac taliter translatus, etiam si canonicorum regularium fuerit, ad beneficia secularia, etiam curata: omnino incapax existat.

Can. 12.

Nemo etiam cuiusvis dignitatis Ecclesiasticæ, vel secularis quacunq[ue] ratione: nisi Ecclesiam, beneficium, aut capellam de novo fundaverit, & construxerit: seu jam erectam, quæ tamen sine sufficienti dote fuerit, de suis propriis, & patrimonialibus bonis competenter dotaverit: jus patronatus impetrare aut obtinere possit, aut debeat. In casu autem foundationis, aut dotationis, huiusmodi institutio, Episcopo & non alteri inferiori, reservetur.

Can. 13:

Non licet præterea patrono, cuiusvis privilegij prætextu aliquem ad beneficia sui juris patronatus: nisi Episcopo loci ordinatio, ad quem provisio, seu institutio ipsius beneficii, cessante privilegio, jure pertineret: quoquo modo præsentare: alias præsentatio, ac institutio, forsan sequitur, nullæ sint, & esse censentur.

Declarat præterea sancta Synodus, futura Sessione: quam ad xxv. diem Ianuar. subsequentis anni M. D. LII. habendam esse, jam decrevit: una cum sacrificio missæ, agendum, & tractandum esse de sacramento ordinis: & prosequendam esse materiam de reformatione.

Hucusque progressum fuit in Concilio Tridentino. Interim vero Iulius 3. Papa 229. sibi diem extremum claudie die 23. Martij 1555. cui successit. Marcellus I. electus die 9. Aprilis: is obiit paucis diebus post quam electus fuerat: cui successit Paulus 4. dies 22. Maij anno Domini 1555. qui mortuus est anno Domini 1559. post hunc Paulum summo Cardinalium omnium suffragio assumptus est in Pontificalem dignitatem Pius quartus Papa 232. eodem anno 1559. die 26. Decembris. A quo (Deo favente) hoc sacrum œcumenicum concilium, ante tot annos, à toto Christiano Orbe desideratum, tantis laboribus procuratum, tandem Tridentini, ad extirpandas hæreses, tollenda schismata, reformandos mores, pacemque inter Christianos principes componendam, fuit convocatum ac absolutum in totius Reipublicæ Christianæ utilitatem.

Sessio prima facta 18. Ianuarij 1562. sub Pio quarto

pontifica nihil habet, quo iuste possimus lectorem occupare, In secunda sessione statuitur hic saluus conductus.

SALVUS CONDUCTUS CONCESSUS

Germanicæ nationi in congregatione generali, die 4. Martij 1552.

Sacrosancta, Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus; in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ sedis legatis, universis fidem facit: quod omnibus & singulis Sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Popularibus & aliis quibuscunque viris, cujuscunque status, & conditionis, aut qualitatis existant, Germanicæ Provinciæ, & Nationis, Civitatibus, & aliis locis ejusdem, & omnibus aliis Ecclesiasticis & sæcularibus, præsertim Augustanæ confessionis personis: qui, aut quæ, una cum ipsis, ad hoc generale Tridentinum Concilium venient, aut mittentur, ac profecturi sunt, aut hucusque venerunt quocunque nomine censeantur, aut valeant nuncupari, tenore præsentium, publicam fidem & plenissimam, verissimamque securitatem quam saluum conductum appellant, libere ad hanc Tridentinam civitatem veniendi, ibidemque manendi, standi, morandi, proponendi, loquendi una cum ipsa Synodo, de quibuscunque negotiis tractandi, examinandi, discutiendi: & omnia quæcunque ipsis libuerit, ac articulos quoscunque, tam scripto, quam verbo libere offerendi, propalandi, eosque scripturis sacris, & beatorum patrum verbis, sententiis, & rationibus declarandi, astruendi, & persuadendi: & si opus fuerit, etiam ad objecta concilij generalis respondendi: & cum iis, qui a concilio delecti fuerint, disputandi aut charitative, absque omni impedimento conferendi, opprobriis, convitiis, ac contumeliis penitus semotis, & signanter quod causæ controversiæ secundum sacram scripturam, & Apostolorum traditiones probata concilia & catholicæ Ecclesiæ consensum, & sanctorum Patrum auctoritates in prædicto concilio Tridentino tractentur: illo etiam addito, ut religionis prætextu aut delictorum circa eam commissorum: aut committendorum minimè puniantur, impertitur, ac omnino concedit: sic etiam, ut propter illorum præsentiam, neque in itinere

aut quocumque locorum, eundo, manendo, aut redeundo, nec in ipsa Civitate Tridentina, à divinis officiis quovis modo cessentur, & ut his peractis, vel non peractis, quodcumque ipsis libuerit: aut majorum suorum mandato, & assensu ad propria reverti optabunt: aut aliquis eorum optabit, mox absque ulla pœnitentia, occasione, aut mora, salvis rebus eorum, & suorum pariter honore, & personis, vice versa, possunt juxta beneplacitum, libere & secure redire (de scientia tamen ab eadem Synodo deputandorum) ut tunc opportune, eorum securitati, absque dolo & fraude provideatur. Vult etiam sancta Synodus, in hac publica fide salvoque conductu omnes quascunque clausulas includi, & contineri, ac pro inclusis haberi, quæ pro plena, efficaci & sufficienti securitate, in eundo stando, ac redeundo, necessariæ & opportuniæ fuerint. Illud etiam ad majorem securitatem, & pacis, ac conciliationis bonum exprimens, quod si quispiam, aut illorum aliqui sive in itinere Tridentinum veniendo, sive ibidem morando, aut redeundo, aliquod enorme (quod absit) egerint, aut commiserint: quo possit hujus fidei publicæ, & asssecurationis beneficium eis concessum annullari, aut cassari, vult, & concedit, ut in hujusmodi facinore deprehensi, ab ipsis duntaxat, & non ab aliis condigna animadversione cum emenda sufficienti, per partem ipsius Synodi merito approbanda, & laudanda, mox puniatur: illorum asssecurationis formæ, conditionibus, & modis, omnino manentibus illibatis. Pariformiter etiam vult, ut si quisque, vel aliquis, ex ipsa Synodo, sive in itinere, aut manendo, aut redeundo aliquod enorme, quod absit, egerint, aut commiserint, quo possit hujus fidei publicæ, & asssecurationis beneficium violari aut quoquo modo tolli, in hujusmodi facinore deprehensi ab ipsa Synodo duntaxat & non ab aliis, condigna animadversione, & emenda sufficienti per partem Dominorum Germanorum, Augustanæ confessionis, tunc hic præsentium merito laudanda & approbanda, mox puniantur: præsentis asssecurationis formæ, conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Vult præterea ipsa Synodus, quod liceat ipsis Ambasiatoribus omnibus & singulis toties, quotiescunque opus fuerit, seu necessarium, ad auram capiendam, exire de Civitate Tridentina, & reverti ad eandem: nec non Nuntium, vel nuncios suos, ad quæcumque loca pro suis necessariis negotiis ordinandis, libere mitte-

re, seu destinare: ac ipsos missos seu destinatos, seu missum & destinatum, suscipere toties, quoties eis videbitur expedire, ita quod aliqui, vel aliquis, per deputandos Concilij societur: qui eorum securitati provideant, vel provideat. Qui quidem salvis conductus & securitates, stare ac durare debeant; & à tempore, & per tempus, quo in ipsius Synodi, & suorum reunionis curam, ipsos suscipi contigerit, & usque ad Tridentum perducit; ac toto tempore mansionis eorum ibidem: & rursus, post sufficientem audientiam habitam, spatio viginti dierum premissa, cum ipsi petierint, aut Concilium, habita hujusmodi audientia, ipsis recessum indixerit à Tridentino usque in quem quisque elegerit sibi locum tutum, Deo favente restituet: dolo & fraude prorsus exclusis. Quæ quidem omnia, pro universis, & singulis Christi fidelibus, pro omnibus Principibus tam Ecclesiasticis, quam secularibus quibuscunque, atque omnibus aliis Ecclesiasticis, & secularibus personis, cujuscunque status, & conditionis existant, aut quocunque nomine censeantur, inviolabiliter observanda esse promittit, & bona fide spondet. Insuper omni fraude & dolo exclusis; vera & bona fide promittit: ipsam Synodum, nullam, vel manifestè, vel occultè occasionem quæsituram aut aliqua autoritate, potentia, jure, vel statuto, privilegio legum, vel canonum, aut quoruncunque Conciliorum præscriptum Constantien, & Senen. quacunque forma verborum expressa, in aliquod hujus fidei publicam, & plenissimæ assecutionis, ac publicæ & liberæ audientię, ipsis per ipsam Synodum concessa præjudicium quovis modo usuram, aut quemquam uti permissuram, quibus in hac parte, pro hac vice derogat. Quod si sancta Synodus aut aliquis ex ea, vel suis, cujuscunque conditionis vel status, aut præminentię existens, præscriptæ assecurationis, & salvi conductus formam, & modum in quocunque puncto, vel clausula violaverit, (quod tamen avertere dignetur omnipotens) & sufficiens emenda non fuerit mox subsecuta, & ipsorum arbitrio merito approbanda & laudanda, habeant ipsam Synodum: & habere poterunt, incidisse in omnes penas, quas jure divino & humano: aut consuetudine hujusmodi salvorum conductuum violatores incurrere possunt, sine excusatione, aut quavis in hac parte contradictione.

Extensio ad alias Nationes.

Eadem sancta Synodus, omnibus & singulis alijs, qui nobiscum, in ijs quæ sunt fidei, communionem non habent: ex quibuscunque Regnis, Nationibus, Provincijs, Civitatibus, ac locis in quibus publice, aut impune prædicatur, vel docetur, sive creditur contrarium, ejus quod sancta Romana sentit Ecclesia: dat fidem publicam, sive saluum conductum, sub eadem forma, & eisdem verbis quibus datur Germanis: Quamvis autem in hac extensione, non videantur omnes Nationes comprehendi (quod certis respectibus factum est): non propterea tamen existimandum est exclusos eos esse qui ex quacunque tandem natione respiscere, & ad Ecclesiæ gremium, (quod omnibus apertum esse cupit) redire voluerint. Sed quoniam qua forma dandus sit illis salvus conductus, diligentioris ea res deliberationis indiget: visum est, id, in tempus aliud referre: quo res accuratius considerari possit. Nunc satis æstimatum est: si qui publice (quemadmodum in extensionis forma lectum est) deseruerunt Ecclesiæ doctrinam, illorum securitati, ea forma, quam legi audivistis, prospiceretur.

Sessiones 3. & 4. omittuntur.

SESSIO QUINTA. DOCTRINA DE
 communionem sub utraque specie, & parvulorum,
 publicata in Sessione quinta, sacri œcumenici
 Concilij Tridentini.

Sub S. D. N. Pio 4. Pont. Max. die xvj. Iulij 1562.

Proœmium.

Sacrosancta, Œcumenica, & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea, eisdem Apostolicæ sedis legatis (Cum de tremendo, & sanctissimo Eucharistiæ sacramento, varia diversis in locis errorum monstra, nequissimi Dæmonis artibus circumferantur: ob quæ, in nonnullis Provincijs, multi à Catholicæ Ecclesiæ fide, atque obedientia, videantur discessisse) censuit, ea, quæ ad communionem sub utraque specie, & parvulorum pertinent, hoc loco expo-

ponenda esse. Quapropter cunctis Christi fidelibus interdicit ne posthac de iis, aliter vel credere vel docere, vel prædicare audeant, quàm est iis Decretis explicatum, atque definitum.

Can. 1. *Laicos & clericos non conficientes, non astringi jure divino, ad communionem sub utraque specie.*

Esaï. 12

Itaque sancta ipsa synodus, à Spiritu sancto (qui spiritus est sapientiz, & intellectus, spiritus consilij, & pietatis) edocta atque ipsius Ecclesie judicium, & consuetudinem sequuta declarat, ac docet, nullo divino præcepto, laicos, & clericos non conficientes, obligari ad Eucharistie sacramentum sub utraque specie sumendum; neque ullo pacto salva fide dubitari posse, quin illis alterius speciei communio ad salutem sufficiat. Nam etsi Christus Dominus, in ultima cœna, venerabile hoc sacramentum, in panis, & vini speciebus instituit, & Apostolus tradidit; non tamen illa institutio, traditio, eò tendunt ut omnes Christi fideles, statuto Domini ad utramque speciem accipiendam astringantur. Sed neque ex sermone illo, apud Ioannem sexto, recte colligitur, utriusque speciei communionem à Domino præceptam esse, utrumque juxta varias sanctorum Patrum, & doctorum interpretationes intelligatur. Namque qui dixit, *Nisi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, dixit quoque, *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum*. Et qui dixit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam*. Dixit etiam: *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*. Et denique qui dixit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo*. Dixit nihilominus: *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum*.

Matth. 26

Maro. 14.

Luc. 22.

Ioan. 6.

Can. 2. *Ecclasia potestas, circa dispensationem sacramenti Eucharistie.*

Præterea, declarat hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret, vel mutaret: quæ suscipientium utilitati, seu ipsorum sacramentorum venerationi, pro rebus, temporibus, & locorum varietate, magis expedire judicaret. Id autem Apostolus, non obscure visus est inuenisse,

1. Cor. 4.

cum ait: sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei: atque ipsum quidem hęc potestate usum esse satis constat, cum in multis aliis tum in hoc ipso sacramento, cum ordinatis nonnullis circa ejus usum, Cetera, inquit, cum venero, disponam. Quare agnoscens sancta mater Ecclesia, hanc suam in administratione sacramentorum auctoritatem, licet ab initio Christianę religionis, non infrequens utriusque speciei usus fuisset: tantum progressu temporis, latissime, jam murata illa consuetudine, gravibus, & justis causis adducta, hanc consuetudinem, sub altera specie communicandi approbavit & pro lege habenda decrevit, quam reprobare, aut sine ipsius Ecclesię auctoritate, pro libito mutare non licet.

1. Cor. 1.

Can. 3. Totum & integrum Christum, ac verum sacramentum sub qualibet specie sumi.

Insuper declarat quamvis redemptor noster (ut antea dictum est) in suprema illa cœna, hoc sacramentum, in duabus speciebus instituerit: & Apostolis tradiderit tamen ferendum esse, etiam sub altera tantum specie, totum atque integrum Christum verumque sacramentum sumi. Ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari, qui unam speciem solam accipiunt.

Can. 4. Parvulos non obligari ad communionem sacramentalem.

Denique eadem sancta Synodus docet, parvulos usu rationis carentes, nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistię communionem. Siquidem per baptismi lavacrum regenerati, & Christo incorporati, adeptam jam filiorum Dei gratiam, in illa ætate amittere non possunt. Neque ideo tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando servavit. Ut enim sanctissimi illi patres sui facti probabilem causam, pro illius temporis ratione habuerunt, ita certe eos nulla salutis necessitate id fecisse, sine controversia credendum est.

1. Cor. 12.

Tit. 2.

CANONES DE COMMUNIONE
sub utraque specie, & Parvulorum.

Can. primus.

Si quis dixerit: ex Dei præcepto, vel necessitate salu-

ris, omnes & singulos Christi fideles utramque speciem sanctissimi Eucharistiæ sacramenti sumere debere: anathema sit.

CAN. 2.

Si quis dixerit, sanctam Ecclesiam catholicam non iustis causis, & rationibus adductam fuisse: ut laicos, atque etiam Clericos non conficientes, sub panis tantummodo specie communicaret: aut in eo errasse: anathema sit.

CAN. 3.

Si quis negaverit, totum, & integrum Christum omnium gratiarum fontem, & authorem, sub una panis specie sumi quia (ut quidam falso asserunt) non secundum ipsius Christi institutionem, sub utraque specie sumatur: anathema sit.

CAN. 4.

Si quis dixerit, parvulis, antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistiæ communionem: anathema sit.

Duos verò articulos, alias propositos, nondum tamen excussos, videlicet:

An rationes, quibus sancta catholica Ecclesia adducta fuit, ut communicaret laicos, atque etiam non celebrantes sacerdotes, sub una tantum panis specie: ita sint retinenda: ut nulla ratione Galicis usus, cuiquam sit permittendus.

An si honestis, & Christianæ charitati consentaneis rationibus, concedendus alicui, vel nationi vel regno, Galicis usus videatur: sub aliquibus conditionibus concedendus sit: & quænam sint illæ.

Eadem sancta Synodus, in aliud tempus, oblata sibi quam primum occasione examinandos atque definiendos reservat.

DECRETUM DE REFORMATIONE.

CAN. PRIMUS.

Eadem sacrosancta, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata: præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ sedis legatis: Ad Dei omnipotentis laudem, & sanctæ Ecclesiæ ornamentum, ea quæ sequuntur de reformationis negotio, in præsentia

ruenda esse censuit. Quoniam ab Ecclesiastico ordine, omnis avaritiæ suspicio abesse debet: nihil pro collatione quorumcunque ordinum, etiam clericalis tonsuræ, nec pro licentis dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacunque de causa, etiam sponte oblatum, Episcopi, & alij ordinum collatores aut eorum ministri, quovis prætextu, accipiant. Notarij vero, in his tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis licentis dimissoriis, aut testimonialibus decimam tantum unius aurei partem accipere possint: dummodo eis, nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo: nec Episcopis ex notarij commodis aliquod emolumentum, ex eisdem ordinum collationibus, directe, vel indirecte provenire possit. Tunc enim gratis operam suam eos præstare omnino teneri decernit: contrarias taxas, ac statuta & consuetudines, etiam immemorabiles quorumcunque locorum (quæ potius abusus & corruptelæ, simoniacæ pravitati faventes, nuncupari possunt) penitus cassando, & interdicens: & qui secus fecerint tam dantes, quam accipientes, ultra divinam ultionem, penas à jure inflictas, ipso facto incurrant.

Can. 2.

Cum non deceat, eos qui divino ministerio adscripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem questum exercere: compertumque sit quam plures, plerisque in locis, ad sacros ordines nullo ferre delectu admitti: qui variis artibus ac fallaciis confingunt, se beneficium Ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere: statuit sancta Synodus, ne quis deinceps clericus secularis (quamvis alias sit idoneus moribus, scientia, & ætate) ad sacros ordines promoveatur, nisi prius legitime constet, cum beneficium Ecclesiasticum quod si ad victum honeste sufficiat: pacifice possidere id beneficium, resignare non possit: nisi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum sit promotus. Neque ea resignatio admittatur, nisi constituto, quod aliunde vivere commode possit: & aliter acta resignatio nulla sit. Patrimonium vero, vel pensionem obtinentes, ordinari posthac non possint: nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos, pro necessitate vel commoditate Ecclesiasticum sitarum: eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem, verè ab eis obtineri, talitè

que esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint : atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extinguï vel remitti nullatenus possint: donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti : vel aliunde habeant unde vivere possint, antiquorum Canonum pœnas supra his innovando.

Can. 3.

Cum beneficia ad divinum cultum, atque Ecclesiastica munia obeunda, sint constituta : ne qua in parte minuatür divinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium præstetur : statuit sancta Synodus : in Ecclesiis tam cathedralibus, quàm collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ (vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur) tertiam partem fructuum, & quorumcumque proventuum, & obventionum, tam dignitatum, quàm Canoniarum, personarum, portionum, & officiorum, separari debere & in distributiones quotidianas converti : quæ inter dignitates obtinentes & ceteros divinis interessentes, proportionabiliter, juxta divisionem ab Episcopo, etiam tanquam Apostolicæ sedis delegato, in ipsa prima fructuum deductione faciendâ, dividantur : salvis tamen consuetudinibus earum Ecclesiarum, in quibus non residentes seu non servientes nihil vel minus tertia parte percipiunt non obstantibus exemptionibus ac aliis consuetudinibus, etiam immemorabilibus, & appellationibus quibuscunque : Cresceteque non servientium contumacia, liceat contra eos procedere, juxta juris, ac sacrorû canonum dispositionem.

Can. 4.

Episcopi etiam tanquam Apostolicæ sedis delegati in omnibus Ecclesiis parochialibus vel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, ut unus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultu divino peragendo : cogant rectores, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficiant ad sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum. In iis vero, in quibus ob locorum distantiam sive difficultatem, parochiam, sine magno incommodo, ad percipiendâ sacramenta, & divina officia audiendâ accedere non possunt : novas parochias etiam in vitiis rectoribus juxta formam constitutionis Alex. 3. (quæ incipit, *Ad audientiam*) constituere possint. Illis autem sacerdotibus :

qui de novo erunt Ecclesiis noviter erectis præficiendi, competens assignetur portio, arbitrio Episcopi, ex fructibus, ad Ecclesiam matricem quomodocunque pertinentibus: & si necesse fuerit, compellere possit populum, ea subministrare, quæ sufficient, ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam: quacunque reservatione generali, vel speciali, vel affectione, super dictis Ecclesiis, non obstantibus. Neque hujusmodi ordinationes, & erectiones, possint tolli, nec impediri, ex quibuscunque provisionibus, etiam vigore Resignationis, aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus.

Can. 5.

Ut etiam Ecclesiarum status, ubi sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate conservetur: possint Episcopi, etiam tanquam Apostolicæ sedis delegati, juxta formam juris, sine tamen præjudicio obtinentium, facere uniones perpetuas, quarumcunque Ecclesiarum parochialium, & baptismalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum, cum curatis propter earum paupertatem: & in cæteris casibus à jure permissis: etiam si dictæ Ecclesiæ, vel beneficia essent generaliter, vel specialiter reservata, aut qualitercumque affecta. Quæ uniones etiam non possint revocari, nec quoquo modo infringi vigore cujuscunque provisionis, etiam ex causa resignationis, aut derogationis aut suspensionis.

Can. 6.

Qui illiterati, & imperiti parochialium Ecclesiarum Rectores sacris minus apti sunt officiis, & alij propter eorum vitæ turpitudinem, potius destruunt, quam ædificant: Episcopi, etiam tanquam Apostolicæ sedis delegati eisdem illiteratis & imperitis, si alias honestæ vitæ sint, coadiutores, aut Vicarios pro tempore deputare: partemque fructuum eisdem, pro sufficienti victu assignare, vel aliter providere possint: quacunque appellatione, & exemptione remota. Eos vero, qui turpiter, & scandalosè vivunt, postquam præmoniti fuerint, coercere ac castigare. Et si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseverent: eos beneficij (juxta sacrorum Canonum constitutiones, exemptione, & appellatione quacunque remota) privandi facultatem habeant.

Can. 7.

Cum illud quoque valde curandum sit : ne ea, quæ sacris ministeriis dicata sunt, temporum injuria obsolecant, & ex hominum memoria excidant : Episcopi (etiam tanquam Apostolicæ sedis delegati, transferre possint beneficia simplicia : etiam juris patronatus) ex Ecclesiis quæ vetustate, vel aliâs collapsæ sint, & ob eorum inopiam, nequeant instaurari (vocatis iis quorum interest) in matrices, aut alias Ecclesias locorum eorundem, seu viciniorum, arbitrio suo : atque in eisdem Ecclesiis, erigant altaria, vel capellas, sub eisdem invocationibus : vel in jam erecta altaria, vel capellas, transferant, cum omnibus emolumentis, & oneribus, prioribus Ecclesiis impositis. Parochiales verò Ecclesias (etiam si juris patronatus sint) ita collapsas restitui, & instaurari procurant, ex fructibus, & proventus quibuscunque, ad easdem Ecclesias, quomocunque, pertinentibus. Qui si non fuerint sufficientes, omnes patronos & alios, qui fructus aliquos, ex dictis Ecclesiis provenientes percipiunt ; aut in illorum defectum parochianos, omnibus remediis opportunis, ad prædicta cogant : quacunque appellatione exemptione, & contradictione remota.

Quod si nimia egestate, omnes laborent : ad matrices, seu viciniores Ecclesias transferantur : cum facultate, tam dictas parochiales, quàm alias Ecclesias dirutas, in profanos usus non sordidos (erecta tamen ibi Cruce) Convertendi.

Can. 8.

Quæcunque in diœcesi ad Dei cultum spectant, ab ordinario diligenter curari, atque iis, ubi oportet, provideri, æquum est propterea commenda monasteria, etiam Abbatia, Prioratus, & proposituræ nuncupatæ, in quibus non viget Regularis observantia : nec non beneficia, tam curata quam non curata secularia, & regularia, qualitercunque commendata, etiam exempta, ab Episcopis etiam tanquam apostolicæ sedis delegatis, annis singulis visitentur : ceterisque iidem Episcopi, congruentibus remediis, etiam per sequestrationem fructuum, ut quæ renovatione indigent, aut restauratione, restituantur : & cura animarum, si qua illis, vel eorum annexis imminet, aliaque debita obsequia recte exerceantur : appellationibus quibuscunque, pri-

vilegiis, consuetudinibus, etiam immemorabili tempore præscriptis, conservatoriis iudicam deputationibus & eorum inhibitionibus non obstantibus: & si in eis vigeret observantia regularis, provideant Episcopi, paternis admonitionibus, ut eorum Regularium superiores juxta eorum Regularia instituta, debitam vivendi rationem observent, & observari faciant: & sibi subditos, in officio contineant, ac moderentur. Quod si, admoniti, intra sex menses, eos non visitaverint, vel correxerint: tunc iidem Episcopi, etiam ut delegati sedis Apostolicæ, eos visitare possint, & corrigere prout ipsi superiores possent, juxta eorum instituta: quibuscunque appellationibus, privilegiis, & exemptionibus penitus remotis, & non obstantibus.

Can. 9.

Cum multa à diversis antea Conciliis tam Lateranen. ac Lugdunen. quàm Viennen. adversus pravos Eleemosynarum Quæstorum abusus, remedia tunc adhibita, posterioribus temporibus reddita fuerint inutilia, potiusque eorum malitia, ita quotidie magno fidelium omnium scandalo, & querela exorescere deprehendatur: ut de eorum emendatione, nulla spes amplius relicta videatur, statuit, ut post hac, in quibuscunque Christianæ religionis locis, eorum nomen, atque usus penitus aboleatur: nec ad officium hujusmodi exercendum, ullatenus admittantur: non obstantibus privilegiis, Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, piis locis & quibusvis, cujuscunque gradus, status & dignitatis personis concessis, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus, Indulgentias vero, aut alias spirituales gratias, quibus non ideo Christi fideles decet privari: deinceps, per ordinarios locorum, ad hitis duobus de capitulo debitis temporibus populo publicandas esse decernit: Quibus etiam, Eleemosynas, atque oblata sibi charitatis subsidia, nulla prorsus mercede accepta fideliter colligendi facultas datur: Ut tandem cælestes hos Ecclesiæ thesauros non ad quæstum, sed, ad pietatem exerceri, omnes vere intelligant.

Decretum indictionis futurae Sessionis.

Eadem sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea, eisdem Apostolicæ sedis legatis: statuit & de

crevit, proximam futuram Sessionem habendam & celebrandam esse feria quinta post octavam festi Nativitatis beatæ Mariæ Virginis, quæ erit decimaseptima mensis Septembris, proximi futuri. Hoc tamen adjecto quod dictum terminum, ac cuicunque Sessioni in posterum, præfigendum ipsa sancta Synodus, pro ejus arbitrio, & voluntate, sicuti rebus Concilij putaverit expedire, etiam in generalis congregatione, restringere, & prorogare, libere possit, & valeat.

VERA, ET CATHOLICA DOCTRINA,
quod in Missa verum sacrificium, & propitiatorium offeratur: promulgata in Sessione sexta Concilij Tridentini.

Die xviii. mensis Septem. 1562. sub Beatiss. Pio IV.

Præmium.

Sacrosancta Synodus, &c. Ut verus, absoluta, atque omni ex parte perfecta de magno Eucharistiæ mysterio, in sancta Catholica Ecclesia, fides, atque doctrina retineatur, & in sua puritate (propulsatis erroribus, atque heresibus) conseruetur: de ea, quatenus verum & singulare sacrificium est, Spiritus sancti illustratione, edocta, & hæc, quæ sequuntur, docet, declarat, & fidelibus populis prædicanda decernit.

Can. 1.

Hebra. 7.

Quoniam sub priori testamento (teste Apostolo Paulo) propter Levitici sacerdotij imbecillitatem, consummatio non erat: oportuit (Deo, patre misericordiarum; ita ordinante) sacerdotem alium, secundum ordinem Melchisedech surgere, Dominum nostrum Iesum Christum: qui posset, omnes, quotquot sacrificandi essent, cõsummare, & ad perfectum adducere. Is igitur Deus & dominus noster, etsi semel seipsum in ara crucis (morte intercedente) Deo Patri oblaturus erat, ut æternam illic redemptionem operaretur: quia tamen per mortem, sacerdotium ejus extinguendum non erat: in cæna novissima, qua nocte tradebatur: ut dilectæ suæ sponsæ Ecclesiæ, visibile (sicut hominum natura exigit) relinqueret sacrificium, quo etuentum illud semel in Cruce peragen tum repræsentaretur: eiusque memoria, in finem usque sæculi permaneret: atque illius salu-

raris virtus, in remissionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur: sacerdotes secundum ordinem Melchisedech, se in æternam constitutum declarans, corpus & sanguinem suum, sub speciebus panis & vini, Deo patri obtulit, ac sub earundem rerum symbolis, Apostolis (quos tunc novi testamenti sacerdotes constituebat) ut sumerent, tradidit: & eisdem, eorumque in sacerdotio successoribus, ut offerrent, præcepit per hæc verba: *Luca 22.*
 Hoc facite in meam commemorationem: uti semper Ecclesia Catholica intellexit & docuit. Nam celebrato veteri Pascha (quod in memoriam exitus de Ægypto, multitudo filiorum Israël immolabat) novum instituit Pascha seipsum ab Ecclesia, per sacerdotes, sub signis visibilibus immolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo, ad patrem: quando, per sui sanguinis effusionem, non redemit: atque eripuit de potestate tenebrarum, & in regnum suum transtulit. Et hæc quidem illa munda oblatio est, quæ nulla indignitate, aut malitia offerentium, inquinari potest, *Coloss. 1.*
 quam etiam Dominus, per Malachiam nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus: in omni loco, mundam offerendam prædixit, & quam non obscure innuit Apostolus Paulus, Corinthiis scribens, cum dicit non posse eos, qui participatione mensæ dæmoniorum polluti sunt, mensæ Domini participes fieri, per mensam altare utrobique intelligens. Hæc denique illa est, quæ per varias sacrificiorum, naturæ & legis tempore, similitudines figurabatur: utpote, quæ, bona omnia, per illa significata, velut illorum omnium consummatio & perfectio, complectitur. *Malac. 1.*
I. Cor. 10.

Can. 3.

Et quoniam in divino hoc sacrificio, quod in missa peragitur, eadem ille Christus continetur, & incruente immolatur, qui in ara Crucis semel seipsum cruce obtulit, docet sancta Synodus, sacrificium illud, vere propitiatorium esse: per ipsumque fieri, ut si cum vero corde, & recta fide, cum metu, & reverentia, contriti ac penitentes, ad Deum accedamus misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus, in auxilio opportuno. Hujus quippe oblatione placatus Dominus, gratiam, & donum penitentiae concedens: crimina, & peccata, etiam ingentia, dimittit. Una enim eademque est hostia idemque nunc offerens sacerdotum ministerio: qui seipsum tunc in cruce obtulit,

sola offerendi ratione divisa. Cujus quidem oblationis (creventur, inquam) fructus, per hanc incruentam uberrime percipiuntur: tantum abest, ut illi, per hanc quovis modo derogetur. Quare, non solum pro fidelium vivorum peccatis pœnis, satisfactionibus & aliis necessitatibus: sed & pro defunctis in Christo, nondum ad plenum purgatis: rite, juxta Apostolorum traditionem, offertur.

Can. 3.

Et quamvis, in honorem & memoriam Sanctorum, nonnullas interdum missas, Ecclesia celebrare consueverit, non tamen illis sacrificium offerri docet: Sed Deo soli qui illos coronavit. Unde nec sacerdos dicere solet, offero tibi sacrificium Petre, vel Paule: sed Deo, de illorum victoriis, gratias agens, eorum patrocinium implorat: ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam facimus in terris.

Can. 4.

Et cum sanctè sanctè administrari conveniat, sitque hoc omnium sanctissimum sacrificium, Ecclesia Catholica, ut dignè reverenterque offerretur, ac perciperetur, sacrum Canonem multis ante seculis instituit, ita ab omni errore purum, ut nihil in eo contineatur, quod non maxime sanctitatem, & pietatem quandam redoleat, mentesque offerentium, in Deum erigat. Id enim constat, cum ex ipsis Domini verbis tum ex Apostolorum traditionibus, ac sanctorum quoque Pontificum piis institutionibus.

Can. 5.

Cumque natura hominum ea sit, ut non facile queat, sine ipsis adminiculis exterioribus, ad rerum divinarum meditationem sustolli: propterea pia mater Ecclesia, ritus quosdam: ut scilicet quædam summissa voce, alia verò elatiore, in missa pronunciarentur, instituit. Cæremonias item adhibuit, ut mysticas benedictiones, lumina, hymniamata, vestes, aliaque id genus multa, ex Apostolica disciplina & traditione, quo & majestas tanti sacrificij commendaretur: & mentes fidelium, per hæc visibilia, religionis & pietatis signa ad rerum altissimarum, quæ in hoc sacrificio latent, contemplationem excitarentur.

Can. 6.

Optaret quidem sacrosancta Synodus, ut in singulis missis, fideles adstantes, non solum spiritali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicarent, quoad eos hujus sanctissimi sacrificij fructus uberior proveniret: nec tamen si id non semper fiat, propterea missas illas in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, ut privatas & illicitas damnat; sed probat, atque adeo commendat. Siquidem illae quoque missae, verae communes censeri debent: partim, quod in eis populus spiritaliter communicet: partim vero, quod à publico Ecclesiae ministro, non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad corpus Christi pertinent, celebrentur.

Can. 7.

Monet deinde sancta Synodus: praecipuum esse ab Ecclesia sacerdotibus ut aquam vino, in calice offerendo miscerent, tum quod Christum Dominum ita fecisse credatur, tum etiam, quia à latere ejus, aqua simul cum sanguine exierit: quod sacramentum, hac mixtione recolitur: & eum aquae in apocalypsi beati Ioannis, populi dicantur: ipsius populi fidelis, cum capite Christo, unio representatur.

Can. 8.

Et si missa, magnam contineat populi fidelis eruditionem: non tamen expedire visum est patribus, ut vulgari lingua passim celebraretur. Quamobrem, retento ubique, cujusque Ecclesiae antiquo & à sancta Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum matre, & magistra probato ritu: ne oves Christi esuriant, neve parvuli panem petant, & non sit qui frangat eis: mandat sancta Synodus, Pastoribus, & singulis curam animarum gerentibus: ut frequenter inter missarum celebrationem, vel per se vel per alios, ex iis, quae in missa leguntur, aliquid exponant: atque inter caetera sanctissimi hujus sacrificij mysterium aliquod declarent diebus praesertim Dominicis & festis.

Can. 9.

Quia vero adversus veterem hanc, in sacrosancto Evangelio Apostolorum traditionibus, sanctorumque patrum

doctrina, fundatam fidem, hoc tempore, multi disseminati sunt errores, & multa à multis docentur, atque disputantur: sacrosancta Synodus: post multos, gravesque his de rebus, mature habitos tractatus, unanimes patrum omnium consensu, quæ huic purissimæ fidei, sacræque doctrinæ adverterantur damnare, & à sancta Ecclesia eliminare, per subjectos hos canones constituit.

De sacrificio Missæ.

Can. 1.

Si quis dixerit, in missa, non offerri Deo verum & proprium sacrificium: aut quod offerri non sit aliud, quam nobis Christum ad manducandum dari, anathema sit.

Can. 2.

Si quis dixerit, illis verbis, hoc facite in meam commemorationem, Christum non instituisse Apostolos sacerdotes aut non ordinasse, ut ipsi, alique sacerdotes offerrent corpus, & sanguinem suum, anathema sit.

Can. 3.

Si quis dixerit, missæ sacrificium, tantum esse laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificij in cruce peracti, non autem propitiatorium, vel soli professe sumentis neque pro vivis, & defunctis, pro peccatis, poenitis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus offerri debere, anathema sit.

Can. 4.

Si quis dixerit, blasphemiam irrogari sanctissimo Christi sacrificio, in cruce peracto, per missæ sacrificium, aut illi per hoc derogari, anathema sit.

Can. 5.

Si quis dixerit, imposturam esse missas celebrare in honorem sanctorum, & pro illorum intercessione apud Deum obtinenda; sicut Ecclesia intendit, anathema sit.

Can. 6.

Si quis dixerit, canonem missæ, errores continere, ideoque abrogandum, anathema sit.

Can. 7.

Si quis dixerit, cæremonias, vestes, & externa signa: quibus in missarum celebratione Ecclesia Catholica utitur, irritabula impietatis esse magis; quam officia pietatis, anathema sit.

Can. 8.

Si quis dixerit missas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideo abrogandas, anathema sit,

Can. 9.

Si quis dixerit, Ecclesiæ Romanæ ritum, quo summissa voce, pars canonis, & verba consecrationis proferuntur, dannandum esse, aut lingua tantum vulgari, missam celebrari debere, aut aquam non miscendam vino, in Calice offerendo, quod sit contra Christi institutionem: anathema sit.

Decretum de reformatione.

Eadem sacrosancta Synodus, ut reformationis negotium profequatur, hæc in præsenti sessione, statuenda censuit.

Can. 1.

Nihil est quod alios magis ad pietatem, ac Dei cultum, assiduo instruat: quam eorum vita, & exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt. Cum enim à rebus seculi, in altiorem sublato locum conspiciantur: in eos tanquam in speculum, reliqui oculos conjiciunt: ex iisque sumunt quod imitentur: Qua propter, sic decet omnino clericos, in sortem Domini vocatos, vitam moresque suos omnes componere: ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nihil nisi grave, moderatum, ac religione plenum, præ se ferant: levia etiam delicta (quæ in ipsis maxima essent effugiant: ut eorum actiones, cunctis afferant venerationem. Cum igitur quo majore in Ecclesia Dei, & utilitate, & ornamento hæc sunt, ita etiam diligentius sunt observanda: Statuit sancta Synodus, ut quæ aliis à summis Pontificibus, & à sacris Conciliis, de clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda:

ac simul de luxu, comestationibus, choreis, aleis, lusibus ac quibuscunque criminibus, nec non secularibus negotiis fugiendis, copiose, ac salubriter sancita fuerint: eadem in posterum, iisdem poenis, vel majoribus, arbitrio ordinarij imponendis, observentur nec appellatio, executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, susceadat. Si qua vero iis, in desuetudinem abisse competierint, ea quamprimum in utrumque revocari, & ab omnibus accurate custodiri studeant; non obstantibus consuetudinibus quibuscunque: ne subditorum neglectæ emendationis, ipsi, condignas, Deo vindice, poenas persolvant.

Can. 7.

Quicumque posthac, ad cathedrales Ecclesias erit assumendus, is, non solum natalibus, ætate, moribus, & vita, ac aliis, quæ à sacris canonibus requiruntur, plene sit præditus: verum etiam in sacro ordine, antea, saltem sex mensium spatium, constitutus, quarum rerum instructio, si ejus notitia nulla aut recens in Curia fuerit: à sedis Apostolicæ Legatis seu nuntiis Provinciarum, aut ejus ordinario: eoque deficiente, à vicinioribus ordinariis, sumatur. Scientia verò, præter hæc hujusmodi polleat, ut muneris sibi injungendi necessitati possit satisfacere. Ideoque antea in universitate studiorum, magister sive doctor, aut licentiatas in sacra Theologia, vel jure Canonico merito sit promotus, aut publico alicujus Academiæ testimonio idoneus, ad alios docendos ostendatur. Quod si regularis fuerit, à superioribus suæ religionis similem fidem habeat. Prædicti autem omnes, unde instructio seu testificatio erit sumenda, hæc fideliter & gratis referre teneantur. Alioquin eorum conscientias graviter oneratas esse scient, & Deum & superiores quos habeant ultores.

Can. 3.

Episcopi, etiam tanquam delegati Apostolici, ex fructibus, & proventibus quibuscunque, omnium dignitatum personarum, & officiorum in Ecclesiis cathedralibus vel collegiatis existentium, tertiam partem in distributiones, eorum arbitrio assignandas dividere possint: ut scilicet qui eas obtinent, si juxta formam ab eisdem Episcopis præferendam quolibet die statuto non impleverint: illius diei distributionem amittant: nec ejus quoquo modo dominium

acquirant : sed fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco, arbitrio ordinarij applicetur. Crescente vero contumacia, contra eos, juxta sacrorum Canonum constitutiones, procedant. Quod si, alicui prædictis dignitatibus in Ecclesiis cathedralibus, vel collegiatis de jure, seu consuetudine jurisdictio, administratio, vel officium non competat : sed extra civitatem in diœcesi, cura animarum intrineat : cui, is qui dignitatem obtinet, incumbere voluerit, tunc pro tempore, quo in curata Ecclesia resederit, ac ministraverit tanquam presens sit, ac divinis intersit in Ecclesiis Cathedralibus, ac Collegiatis, habeatur. Hæc in his Ecclesiis tantum constituta, intelligantur, in quibus nulla est consuetudo, vel statutum, ut dictæ dignitates non servientes aliquid amittant, quod ad tertiam dictorum fructuum, & proventuum partem ascendat : non obstantibus consuetudinibus etiam immemorabilibus, & constitutionibus, etiam juramento, & quavis autoritate firmatis,

Can. 4.

Quicumque, in cathedrali, vel collegiata seculari, aut regulari Ecclesia, divinis mancipatus officiis, in subdiaconatus ordine saltem constitutus non sit : vocem in hujusmodi Ecclesiis, in capitulo non habeat : etiam si hoc sibi ab aliis libere fuerit concessum. Si vero qui dignitates, personatus officia, præbendas, portiones, ac quælibet alia beneficia, in dictis Ecclesiis obtinent, aut in posterum obtinebunt : quibus onera varia sunt annexa, videlicet, ut alij missas, alij Evangelia, alij Epistolas dicant & cantent : teneantur infra annum, justo impedimento cessante, quocunque privilegio, exemptione, prærogativa generis nobilitate sint insigniti, ordines suscipere requisitos : Alioquin penas incurrant, juxta constitutionem concilij Viennensis quæ incipit : *Ut si qui* : Quam præsentis decreto innovat. Cogantque Episcopi eos diebus statutis, dictos ordines, per seipso exercere : ac cætera omnia officia, quæ debent in cultu divino præstare : sub eisdem, & aliis, etiam gravioribus penis, arbitrio eorum imponendis. Nec aliis in posterum fiat provisio : nisi iis, qui jam ætatem, & cæteras habilitates integre habere dignoscantur : aliter irrita sit provisio.

Can. 5.

Dispensationes, quacunque autoritate concedendæ, si extrema Romanam Curiam committendæ erunt: committantur ordinariis illorum qui eas impetraverint. Ex vero quæ gratiose concedentur, suum non sortiantur effectum: nisi prius ab eisdem, tanquam delegatis Apostolicis summarie tantum, & extrajudicialiter cognoscatur, expressas preces, subreptionis vel obreptionis vitio non subjacere.

Can. 6.

In commutationibus ultimarum voluntatum: quæ, non nisi ex justa, & necessaria causa, fieri debent: Episcopi, etiam tanquam delegati sedis Apostolicæ, summarie, & extrajudicialiter cognoscant, nihil in precibus, tacita veritate, vel suggesta fallitate fuisse narratum: priusquam commutationes prædictæ, executioni demandentur.

Can. 7.

Legati, & Nuntij Apostolici, Patriarchæ, Primates, & Metropolitanæ, in appellationibus ad eos interpositis, in quibusvis causis: tam in admittendis appellationibus, quam in concedendis inhibitionibus, post appellationem servare teneantur formam, & tenorem sacrarum constitutionum, & præsertim Innocentij quarti, quæ incipit, *Romana* quacunque consuetudine etiam immemorabili, aut stylo, vel privilegio, id contrarium non obstantibus: alias inhibitiones, & processus, & inde sequuta quæcunque, sint ipso jure nulla.

Can. 8.

Episcopi, etiam tanquam sedis Apostolicæ delegati, in calibus à jure concessis, omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate quam inter vivos, sint executores: habeant jus visitandi hospitalia, collegia quæcumque, ac confraternitates laicorum etiam, quas scholas, sive quocunque alio nomine vocant, non tamen quæ sub regum in mediata protectione sunt, sine eorum licentia: elemosinas montis pietatis, sive charitatis, & pia loca omnia, quocunque modo nuncupentur: etiam prædictorum locorum cura ad ea eos pertineat, atque eadem pia loca extra-

ptionis privilegio sint munita: ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, & pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio, juxta sacrorum canonum statuta cognoscant & exequantur: non obstantibus, quacunque consuetudine, etiam immemorabili privilegio, aut statuto.

Can. 9.

Administratores tam Ecclesiastici, quam laici, fabricæ cujusvis Ecclesiæ, etiam Cathedralis, hospitalis, confraternitatis, elemosinæ, montis pietatis & quorumcunque piorum locorum, singulis annis teneantur reddere rationem administrationis, ordinario: consuetudinibus & privilegiis quibuscunque in contrarium sublati: nisi secus forte, in institutione & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ, expresse cautum esset. Quod si ex consuetudine, aut privilegio, aut ex constitutione aliqua loci, aliis ad id deputatis ratio reddenda esset: tunc cum iis adhibeatur etiam ordinarius: aliter factæ liberationes, dictis administratoribus minimè suffragentur.

Can. 10.

Cum ex notariorum imperitia, plurima damna & multarum occasio litium oriantur: possit Episcopus, quoscunque. Notarios: etiam si Apostolica, Imperiali, aut Regis auctoritate, creati fuerint, etiam tanquam delegatus sedis Apostolicæ, examinatione adhibita, eorum sufficientiam scrutari: illisque non idoneis repertis, aut quomocunque in officio delinquentibus: officij ejus, in negotiis, litibus, & causis Ecclesiasticis ac spiritualibus, exercendi usum, perpetuo aut ad tempus, prohibere. Nec appellatio eorum, interdictionem ordinarij suspendat,

Can. 11.

Si quem clericorum, aut laicorum: quacunque is dignitate, etiam imperiali, aut Regali præfulgeat, tantum malorum omnium radix cupiditas, occupavit: aut alicujus Ecclesiæ, seu cujusvis secularis beneficij, montium, pietatis, aliorumque piorum locorum jurisdictiones, bona, census ac jura, etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascunque obventiones quæ in ministrorum, ac pauperum necessitates converti debent: per

se, vel per alios, vi vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas clericorum, aut laicorum, seu quacunque arte aut quacunque quaesito colore in proprios usus convertere, illosque usurpare præsumperit, seu impedire, ne ab his ad quos jure pertinent, percipiantur, is anathemati tandem subiaceat, quandiu jurisdictiones, bona, res, jura fructus, & redditus, quos occupaverit; vel qui ad eum quomodocunque, etiam ex donatione suppositæ personæ pertinuerint: Ecclesiæ, ejusque administratori, si ve beneficiato, integre restituerit: ac deinde à Rom. Pontifice absolutionem obtinuerit. quod si ejusdem Ecclesiæ patronus fuerit: etiam juris patronatus ultra positas pœnas, eo ipso privatus existat. Clericus verò qui nefandæ fraudis & usurpationis hujusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem pœnis subiaceat; nec non quibuscunque beneficiis privatus sit, & ad quæcunque alia beneficia, inhabilis efficiatur: & à suorum ordinum executione etiam post integram satisfactionem, & absolutionem, arbitrio sui ordinarij, suspendatur.

**DECRETUM DE OBSERVANDIS,
vel evitandis, in celebratione
Missæ.**

Quanta cura adhibenda sit, ut sacrosanctum Missæ sacrificium omni religionis cultu, ac veneratione celebretur: quis facile existimare poterit: qui cogitarit, maledictum in sacris literis eum vocari, qui opus Dei facit negligenter, quod si necessario fatemur, nullum aliud opus, adeo sanctum, ac divinum, à Christi fidelibus tractari posse, quam hoc ipsum tremendum mysterium quo vivifica illa hostia, qua Deo patri reconciliati sumus, in altari, per Sacerdotes quotidie immolatur, satis etiam apparet omnem operam & diligentiam, in eo ponendam esse: ut quanta maxima fieri potest interiori cordis munditia, & puritate, atque exteriori devotionis, ac pietatis specie, peragatur. Cum igitur, multa jam sive temporum vitio, sive hominum incuria, & improbitate, irrepressibile videantur, quæ à tanti sacrificij dignitate aliena sunt, ut ei debitus honor, & cultus, ad Dei gloriam, & fidelis populi ædificationem, restituantur: decernit sancta Synodus: ut ordinarij locorum, Episcopi, ea omnia prohibere, atque è medio tollere sedu-

vicius, vel irreverentia, quæ ab impietate vix sejuncta esse potest: vel superstitio, veræ pietatis falsa imitatrix, induxit.

Atque, ut multa paucis comprehendantur: in primis, quod ad avaritiam pertinet, cujusvis generis mercedum, conditiones, pacta, conventiones, & quicquid pro Missis nobis celebrandis datur: nec non importunas, atque illiberales elemosynarum exactiones, potius quam postulationes: aliaque hujusmodi quæ à symoniaca labe, vel certe à turpi questu non longè absunt: omnino prohibeant.

Deinde ut irreverentia vitetur: singuli in suis diocesisbus interdiciant: ne cui vago & ignoto sacerdoti Missas celebrare liceat. Nemine præterea: qui publice, & notorie criminofus sit, aut sancto altari ministrare; aut sacris interesse permittant: neve patiantur, privatis in domibus atque omnino extra Ecclesiam, & ad divinum tantum cultum dedicata oratoria, ab eisdem ordinariis designanda, & visitanda, sanctum hoc sacrificium, à secularibus aut regularibus quibuscunque peragi; ac nisi prius intersint decenter, composito corporis habitu; ac declaraverint, se mente etiam ac devoto cordis affectu, non solum corpore adesse, ab Ecclesiis vero musicas eas, ubi sive organo, sive cantu, lascivum, aut impurum aliquid miscetur: item seculares omnes actiones, vana, atque adeo profana colloquia, deambulationes, strepitus, clamores arceant: ut Domus Dei, vere domus orationis esse videatur, & dici possit.

Postremo, ne superstitioni locus aliquis detur: edicto & prænis propositis, caveant, ne sacerdotes, aliis quam debitis horis, celebrent: neve ritus alios, aut alias ceremonias, & preces, in Missarum celebratione adhibeant: præter eas quæ ab Ecclesia probatæ, ac frequenti, & laudabili usu receptæ fuerint. Quarundam vero Missarum, & candelarum; certum numerum, qui magis à superstitionis cultu, quam à vera religione inventus est omnino, ab Ecclesia removeat, doceantque populum, quis sit, & à quo potissimum proveniat, huius sanctissimi sacrificii, tam pretiosus, ac prope celestis fructus. Moneant etiam eundem populum: ut frequenter ad suas parochias, saltem diebus dominicis, & majoribus festis accedant. Hæc igitur omnia, quæ summam enumerata sunt omnibus locorum

ordinariis ita proponuntur : ut , non solum ex ipsa , sed quæcunque alia , hoc pertinere visa fuerint : ipsi , pro data sibi , à sancta Synodo potestate , ac etiam , ut delegati Sedis Apottolicæ prohibeant , mandent , corrigant , statuunt : atque ad ea inviolatè servanda , censuris ecclesiasticis , aliisque pœnis quæ illorum arbitrio constituent , fidelem populum compellant : non obstantibus , privilegiis , exemptionibus , appellationibus ac consuetudinibus quibuscunque.

DECRETUM SUPER PETITIONE concessionis Calicis.

Insuper , cum eadem sancta Synodus , superiori Sessione duos articulos , aliàs propositos , & nondum discussos , videlicet : An rationes , quibus sancta Catholica Ecclesia adducta fuit , ut communicaret laicos , atque etiam non celebrantes sacerdotes , sub una tantum panis specie : ita sint retinendæ , ut nulla ratione , Calicis usus , cuiquam sit permittendus ; & , an si honestis , & Christianæ Charitatis consentaneis rationibus concedendus alicui , vel nationi , vel regno , Calicis usus videatur : sub aliquibus conditionibus sit concedendus , & quænam sint illæ : in aliud tempus , oblata sibi occasione , examinandos , atque definiendos reservaverit : nunc eorum pro quibus petitur , saluti optime consultum volens , decernit , integrum negotium ad S. D. N. esse referendum : prout præteriti decreto refert : qui pro sua singulari prudentia id efficiat , quod utile Reipub. Christianæ , & salutare petentibus usum Calicis , fore judicaverit.

DECRETUM INDICATIONIS future Sessionis.

Insuper eadem sacrosancta Synodus diem futura Sessionis , ad Feriam quintam , post octavam festivitatis omnium Sanctorum , qui erit dies 21. Novembris , injicit : & in ea decerneretur de Sacramento Ordinis : & de Sacramento Matrimonij , &c.

SESSIO SEPTIMA. VERA, ET
Catholica doctrina, de Sacramento Ordinis, ad
condemnandos errores nostri temporis, à sancta
Synodo Tridentina decreta, & publicata in Ses-
sione septima.

Diè xv. mensis Julij M. D. LXIII. sub
Beatiss. Pio. I V.

Can. 1.

Sacrificium, & sacerdotium, ita Dei ordinatione con-
sancta sunt: ut utrumque in omni lege exiterit. Cum
igitur in novo testamento sanctum Eucharistiæ sacrificium
visibile, ex Domini institutione, Catholica Ecclesia acce-
perit: fateri etiam oportet, in ea novum esse visibile, &
externum sacerdotium: in quod verus translatus est. Hoc
autem, ab eodem Domino Salvatore nostro institutum esse,
atque Apostolis, eorumque successoribus, in sacerdotio
potestatem traditam consecrandi, offerendi, & ministrandi
corpus & sanguinem ejus, nec non & peccata dimittendi, &
retinendi, sacræ literæ ostendunt: & Catholicæ Ecclesiæ
traditio semper docuit.

Can. 2.

Cum autem divina res sit, tam sancti sacerdotij mini-
sterium, consentaneum fuit (quo dignius, & majori cum
veneratione exerceri posset) ut in Ecclesiæ ordinatissima
dispositione, plures, & diversi essent ministrorum ordi-
nes: qui sacerdotio ex officio deservirent: & ita distributi,
ut qui jam clericali tonsura insigniti essent, per minores
ad majores ascenderent: Nam non solum de sacerdotibus,
sed de diaconis, sacræ literæ apertam mentionem faciunt:
& quæ maximè illorum ordinatione attendenda sunt, gra-
vissimis verbis docent: & ab ipso Ecclesiæ initio, sequen-
tium ordinum nomina, atque uniuscujusque eorum pro-
pria ministeria, subdiaconi scilicet, acoliti, exorcistæ,
lectoris, & ostiarij, in usu fuisse cognoscuntur: quæ vis
non pari gradu. Nam subdiaconatus ad majores ordines à
Patribus, & sacris Conciliis refertur: in quibus, & de aliis

inferioribus, frequentissime legimus.

Can. 3.

Cum scripturæ testimonio, Apostolica traditione & patrum unanimi consensu, perspicuum sit: per sacram ordinationem: quæ verbis & signis exterioribus perficitur gratiam conferri: dubitare nemo debet: ordinem, esse vere, & propriè, unum ex septem Sanctæ Ecclesiæ Sacramentis. Inquit enim Apostolus: admonéo te, ut resuscites gratiam Dei quæ est in te, per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus, spiritum timoris: sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis.

Can. 4.

Quoniam vero in sacramento ordinis sicut & in Baptismo, & Confirmatione, character imprimitur: qui nec deleri, nec auferri potest: merito sancta Synodus damnat eorû sententiam, qui asserunt novi testamenti sacerdotes temporalium tantummodo potestatem habere: ac semel rite ordinatos iterum Laicos effici posse: si Verbi Dei ministerium non exerceant. Quod si quis omnes Christianos promiscue novi testamenti sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali præditos affirmet: nihil aliud facere videtur: quam Ecclesiasticam Hierarchiam (quæ est, ut castrorum acies ordinata) confundere: perinde, ac si contra beati Pauli doctrinam, omnes Apostoli: omnes Propheta: omnes Evangelista: omnes Pastores: omnes sint Doctores, Proinde sacrosancta Synodus declarat: præter cæteros Ecclesiasticos gradus Episcopos (qui in Apostolorum locum successorum, ad hunc Hierarchicum ordinem præcipuè pertinere, & positos (sicut idem Apostolus ait) à Spiritu, sancto, regere Ecclesiam Dei, eosque Presbyteris superiores esse: ac sacramentum Confirmationis conferre: ministros Ecclesiæ ordinare: atque alia pleraque peragere ipsos posse, quarum functionum potestatem, reliqui inferioris ordinis nullam habent. Docet insuper sacrosancta Synodus in ordinatione Episcoporum, sacerdotum, & cæterorum ordinum, nec populi, nec cuiusvis secularis potestatis, & magistratus consentant sive vocationem, sive auctoritatem, ita requiri: ut sine ea, irrita sit ordinatio: quin potius decrevit: eos, qui tantummodo à populo, aut seculari potestate, ac magistratibus

tu vocari & inſtituti, ad hæc miniſteria exercenda aſcendunt: & qui ea, propria temeritate ſibi ſumunt: omnes non Eccleſiæ miniſtros: ſed fares, & latrones, per hoſtium non ingreſſos, habendos eſſe. Hæc ſunt, quæ generatim, ſacræ Synodo viſum eſt Chriſti fideles, de ſacramento ordinis docere. His autem contraria, certis, & propriis Canonibus, in hunc, qui ſequitur modum, damnare conſtituit: ut omnes, a ſervante Chriſto, fidei regula utentes: in tot errorum tenebris, Catholicam veritatem, facilius agnoſcere, & tenere poſſint.

De ſacramento ordinis.

Si quis dixerit, non eſſe in novo teſtamento ſacerdotium viſibile, & externum: vel non eſſe poteſtatem aliquam, conſecrandi & offerendi verum corpus & ſanguinem Domini: & peccata remittendi, & retinendi, ſed officium tantum & nudum miniſterium prædicandi Evangelium: vel eos, qui non prædicant, proſus non eſſe ſacerdotes: anathema ſit.

Can. 2.

Si quis dixerit, præter ſacerdotium, non eſſe in Eccleſia Catholica alios ordines, & majores & minores: per quos velut per gradus quosdam, in ſacerdotium tendatur: anathema ſit.

Can. 3.

Si quis dixerit, ordinem ſive ſacram ordinationem, non eſſe verè & propriè ſacramentum, à Chriſto Domino inſtitutum: vel eſſe figmentum quoddam humanum, excogitatum à viris rerum Eccleſiaſticarum imperitis: aut eſſe tantum ritum quendam, eligendi miniſtros Verbi Dei, & ſacramentorum: anathema ſit.

Can. 4.

Si quis dixerit, per ſacram ordinationem, non dari Spiritum ſanctum: ac proinde fruſtra Episcopos dicere: *accipe Spiritum ſanctum*, aut per eam, non impij carere: rem, vel eum, qui ſacerdos ſemel fuit, laicum rurus fieri poſſe: anathema ſit.

Can. 5.

Si quis dixerit, sacram unctionem, qua Eccl. in sancta ordinatione utitur: non tantum non requiri, sed contempnam & perniciosam esse, similiter & alias ordinis ceremonias, anathema sit.

Can. 6.

Si quis dixerit in Ecclesia Catholica, non esse Hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, & ministris; anathema sit.

Can. 7.

Si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores: vel non habere potestatem confirmandi, & ordinandi: vel eam quam habent, illis esse cum Presbyteris communem: vel ordines ab ipsis collatos, sine populi, vel potestatis secularis consensu, aut vocatione, irritos esse: aut eos, qui nec ab Ecclesiastica & Canonica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi & sacramentorum ministros: anathema sit.

Can. 8.

Si quis dixerit, Episcopos qui autoritate Rom. pontificis assumuntur: non esse legitimos, ac veros Episcopos, sed figmentum humanum: anathema sit.

De residentia.

Eadem sacrosancta Tridentina Synodus, reformationis materiam prosequens, hæc quæ sequuntur, in præsentia decernenda esse statuit & decernit.

Cum præcepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere: pro his sacrificium offerre: verbique divini prædicatione sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo, pascere: pauperum curam paternam gerere: & in cætera munia pastoralia incumbere: quæ omnia nequaquam ab his præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed metecario-

rum more deserunt : sacrosancta Synodus eos admonet , & hortatur : ut divinorum præceptorum memores , factique forma gregis : in iudicio , & veritate pascant , & regant. Ne vero , ea quæ de residentia , sanctè & utiliter , jam antea sub foel. re. Paulo III. sancita fuerunt , in sensus à sacrosanctæ Synodi mente alienos trahantur : ac si vigore illius decreti , quinque mensibus continuis abesse liceat : illis inhærendo , declarat sacrosancta Synodus ; omnes Patriarchalibus , Primatialibus , Metropolitanis , ac Cathedralibus Ecclesiis quibuscunque , quocunque nomine , & titulo præfectos , etiam si S. R. E. Card. sint : obligati ad personalem in sua Ecclesia , vel diœcesi residentiam : ubi injuncto tibi officio defungi teneantur : neque abesse posse , nisi ex causis , & modis infra scriptis. Nam cum Christiana charitas , urgens necessitas , debita obedientia , ac evidens Eccl. vel Reipublicæ utilitas , aliquos nonnunquam abesse postulent , & exigant : decernit eadem sancta Synodus , has legitimæ absentiæ causas , à Beatissimo Ro. Pont. aut à Metropolitanano : vel eo absente , suffraganeo Episcopo antiquiori residente , qui idem Metropolitanus absentia probare debet , in scriptis esse approbandas : nisi cum absentia incidet , propter aliquod munus , & Reipub. officium , Episcopatibus adjunctam , cujus quoniam causæ sunt notoriæ , & interdum repentinæ , ne eas quidem significari Metropolitanano , necesse erit : Ad eundem tamen cum concilio provinciali , spectabit , judicare de licentiis à se , vel à suffraganeo datis : & videte , ne quis eo jure abutatur , & ut penis canonicis errantes puniantur. Interea , meminerint discessuri : ita civibus suis providendum , ut (quantum fieri poterit) ex ipsorum absentia , nullum dampnum accipiant : quoniam autem , qui aliquantisper tantum absunt , ex veterum canonum sententia non videantur abesse : quia statim reversuri sunt sacrosancta Synodus , vult illud absentiæ spatium , singulis annis , siue continuum siue interruptum , extra prædictas causas , nullo pacto debere , duos aut ad summum tres menses excedere : & haberi rationem ut id æqua ex causa fiat : & absque ullo gregis detrimento : quod an ita sit , abscedentium conscientiæ relinquit : quam sperat religiosam , & timoratum fore , cum Deo corda pateant : cujus opus , non fraudulenter agere , suo periculo tenentur : Eosdem iaxerim admonet , & in Domino hortatur , ne per illius temporis spatium Domini Adventu : quadragesimæ , Nativitatis , Resurre-

tionis Domini, Pentecostes item, & corporis Christi diebus (quibus refici maxime & in Domino gaudere Pastoris presentia oves debeant) ipsi ab Eccl. sua cathedrali, ullo pacto absint: nisi Episcopalia munia, in sua diocesi, eos aliò vocent.

Si quis autem; quod utinam nunquam veniat; contra hujus decreti dispositionem abfuerit, statuit sacrosancta Synodus præter alias pœnas, ad versus non residentes, sub Paulo III. impostas & innovatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, cum pro rata temporis absentia fructus suos non facere: nec tuta conscientia; alia etiam declaratione non secuta; illos sibi detinere posse; sed teneri, aut ipso cessante; per superiorem Ecclesiasticum, illos fabricæ Eccl. aut pauperibus loci erogare: prohibita quacunque conventionē, vel compositione, quæ pro fructibus male perceptis appellatur: ex qua etiam prædicti fructus, in totum, aut pro parte, ei remitterentur: non obstantibus quibuscunque privilegiis, cuicumque collegio, aut fabricæ concessis.

Eadem omnino, etiam quo ad culpam & amissionem fructuum pœnas; de curatis inferioribus, & aliis quibuscunque, qui beneficium aliquod Ecclesiasticum, curam animarum habens, obtinent, sacrosancta Synodus declarat, & decernit: Ita tamen, & quandoocunque eos, causa prius per Episcopum cognita, & probata, abesse contigerit; Vicarium idoneum, ab ipso ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione relinquere. Discedendi autem licentiam, in scriptis gratisque concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa, non obtineant. Quod si per edictam citati; etiam non personaliter, contumaces fuerint liberum esse vult ordinariis per censuras Ecclesiasticas & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque juris remedia etiam usque ad privationem, compellere: Nec executionem hanc, quolibet privilegio, licentia, familiaritate, exemptione: etiam ratione cuiuscunque beneficii, pactione, statuto etiam juramento, vel quacunque autoritate confirmatos: consuetudine etiam immemorabili; quæ potius corruptela censenda est; sine appellatione, aut inhibitione: etiam in Rom. Curia, vel rigore Eugenianæ constitutionis, suspendi posse.

Postremo tam decretum illud, sub Paulo III. quam hoc ipsum, in conciliis provincialibus, & Episcopalibus publicari sancta Synodus præcipit. Cupit enim, quæ adeo ex

Pastorum munere, animarumque salute sunt, frequenter omnium auribus, mentibusque infigi: ut in posterum, Deo juvante, nulla temporum injuria, aut hominum oblivione, aut desuetudine, aboleantur.

E A D E M S A G R O S A N C T A

Tridentina Synodus, reformationis materiam prosequens, hæc quæ sequuntur, in præsentî decernenda esse statuit, & decernit.

Ecclesiis cathed. seu superioribus, quocunque nomine: ac titulo præfecti: etiam si S. R. E. Cardinales sint, si munus consecrationis, intra tres menses non susceperint: ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur. Si intra totidem menses, postea id facere neglexerint: Ecclesiis ipso jure, sint privati. Consecratio vero si extra curiam Romanam fiat: in Ecclesia, ad quam promoti fuerint: aut in provincia, si commode fieri poterit celebretur.

2. Episcopi per semetipsos, ordines conferant. Quod si ægritudine fuerint impediti: subditos suos, non aliter quam jam probatos, & examinatos, ad alium Episcopum ordinandos dimittant.

3. Prima tonsura non iniciantur, qui sacramentum confirmationis non susceperint: & fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere, & scribere nesciant: & de quibus, probabilis conjectura non sit eos non secularis judicij fugiendi fraude: sed ut Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse.

4. Ad minores ordines promovendi, bonum à parochis, & à magistro scholæ, in qua educantur, testimonium habeant. Hi vero, qui ad singulos majores erunt assumendi: per mensem ante ordinationem, Episcopum adeant, qui Parochis, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat: ut omnibus, ac desiderio eorum, qui volent promoveri, publice in Ecclesia propositis: de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus & vita, à fide dignis diligenter inquirat: & literas testimoniales, ipsam inquisitionem factam continentes, ad ipsum Episcopum, quam primum transmittat.

5. Nullus prima tonsura initiatus: aut etiam in minoribus ordinibus constitutus: ante decimum quartum an-

num, beneficium possit obtinere. Is etiam voti privilegio non gaudeat: nisi beneficium Ecclesiasticum habeat: aut clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesie ex mandato Episcopi inserviat: vel in seminario clericorum aut in aliqua schola vel universitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad majores ordines suscipiendos veleretur. In clericis vero conjugatis, servetur constitutio Bonifac. IX. quæ incipit: *Clerici qui cum laicis*: modo hi Clerici alicujus Eccl. servitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Eccl. serviant, ministrent, & clericali habitu, & tonsura utantur: nemini, quoad hoc, privilegio, vel consuetudine, etiam immemorabili, suffragante.

6. Sacrosancta Synodus antiquorum Canonum vestigiis inhærendo, decernit: ut quando Episcopus ordinationem facere disposuerit: omnes, qui ad sacrum ministerium accedere voluerint: feria quarta, ante ipsam ordinationem, vel quando Episcopo videbitur, ad civitatem evocentur, Episcopus autem (sacerdotibus, & aliis prudentibus viris, peritis divinæ legis, ac in Ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, sibi ascitis) ordinandorum genus, personam ætatem, institutionem, mores, doctrinam, & fidem, diligenter investiget, & examinet.

7. Ordinationes sacrorum ordinum, statutis à jure temporibus, ac in Cathedrali Ecclesia, vocatis præsentibus ad id, Ecclesie Canonicis, publice celebrentur. Si autem in alio diœcesis loco: presente clerico loci, dignior, quantum fieri poterit; Ecclesia semper aseat. Unusquisque autem, à proprio Episcopo ordinetur. Quod si quis ab alio promoveri petat: nullatenus id ei, etiam cujusvis generalis, aut specialis rescripti, vel privilegij prætextu, etiam statutis temporibus permittatur: nisi ejus probitas, ac mores ordinarij sui testimonio commendentur. Si secus fiat, ordinans, à collatione ordinum, per annum: & ordinatus, à susceptorum ordinum executione, quoad proprio ordinario videbitur expedire, sit suspensus.

8. Episcopus familiarem suum non subditum ordinare non possit, nisi per triennium secum fuerit commoratus, & beneficium quacunque fraude cessante: statim re ipsa illi conferat: consuetudine quacunque, etiam immemorabili in contrarium non obstante.

P. Abbatibus, aliis quibuscunque, quantum vis exem-

pis, non liceat in posterum, intra fines alicujus diocesis consistentibus, etiam si nullius diocesis, vel exempta esse dicantur, cuquam, qui regularis subditus sibi non sit, tonsuram, vel minores ordines conferre: nec ipsi Abbates, & alij exempti, aut collegia, vel capitula quaecunque, etiam Ecclesiarum Cathedralium, licet eas dimissorias, aliquibus clericis secularibus, ut ab aliis ordinentur, concedant. Sed horum omnium ordinatio, servatis omnibus, quæ in hujus sacrosanctæ Synodi decretis continentur, ad Episcopos intra quorum diocesis fines existunt pertineat; non obstantibus quibuscunque privilegiis, præscriptionibus aut consuetudinibus etiam immemorabilibus. Pœnam quoque impositam his, qui contra hujus sanctæ Synodi, sub Paulo III. decretum, à capitulo Episcopali, sede vacante, licet dimissorias impetrant: ad illos, qui easdem licet non à capitulo, sed ab aliis quibusvis, in jurisdictione Episcopi, loco capituli, sede vacante, succedentibus, obtinerent mandat extendi. Concedentes autem dimissoria, contra formam decreti, officio & beneficio, per annum, sint ipso jure suspensi.

10. Minores ordines, his, qui saltem latinam linguam intelligant, per temporum interstitia (nisi aliud Episcopo expedire magis videretur) conferantur: ut eo accuratius quantum sit hujus disciplinæ pondus, possint edoceri, ac in unoquoque munere, juxta præscriptum Episcopi, se exercent: idque, in ea qua scripti erunt, Ecclesia: nisi forte ex causa studiorum absint: atque ita de gradu in gradum ascendant: ut in eis, cum ætate, vitæ meritum, & doctrina major, accrescat. Quod, & bonorum morum exemplum, & assiduum in Ecclesia ministerium: atque major erga presbyteros, & superiores ordines reverentia: & crebrior, quam antea, corporis Christi communitio, maxime comprobabunt. Cumque hinc, ad altiores gradus, & sacratissima mysteria sit ingressus, nemo eis initiatur, quem non scientiæ spes, majoribus ordinibus dignum ostendat. Hi vero non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum, ad sacros ordines promoveantur: nisi necessitas, aut Eccles. utilitas, judicio Episcopi aliud exposcat.

Nullus in posterum, ad subdiaconatus ordinem, ante vigesimum secundum: Ad Diaconatus ante vigesimum tertium: Ad presbyteratus, ante vigesimum quintum ætatis suæ annum promoveatur. Sciant tamen Episcopi, non

singulos ea ætate constitutos debere ad hos ordines assumi; sed dignos dumtaxat, & quorum probata vita, senectus sit: Regulares quoque, nec in minori ætate, nec sine diligenti Episcopi examine, ordinentur: privilegiis quibuscunque quo ad hoc penitus exclusis.

Subdiaconi & Diaconi ordinentur, habentes bonum testimonium: & in minoribus ordinibus jam probati, ac literis, & his quæ ad ordinem exercendum pertinent, instructi, qui sperant (Deo auctore) se continere posse: Ecclesiis, quibus ascribentur, inserviant, sciantque maximè decere, si saltem diebus dominicis, & solemnibus cum altari ministraverint, sacram communionem perceperint Promoti ad factum subdiaconatus ordinem, si per annum saltem, in eo non sint versati, ad altiorum gradum (nisi aliud Episcopo videatur) ascendere non permittantur. Duo sacri ordines, non eodem die, etiam regularibus, conferantur: privilegiis ac indultis quibusvis concessis non obstantibus quibuscunque.

Qui pie & fideliter in ministeriis antea dictis se gesserint, & ad presbyteratus ordinem assumantur: bonum habeant testimonium. Et hi sunt, qui non modo in diaconatu, ad minus annum integrum, nisi ob Ecclesiæ utilitatem, ac necessitatem aliud Episcopo videretur, ministraverint: sed etiam ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est, ad salutem: ac ministrandi sacramenta, diligenti examine præcedente, comprobentur. Atque ita, pietate, ac castis moribus, conspicui: ut præclarum bonorum operum exemplum, & vitæ monita, ab eis possint expectari. Curæ Episcopus, ut ij, saltem diebus dominicis, ac festis solemnibus (si autem curam habuerint animarum tam frequenter, ut suo muneri satisfaciant) missas celebrent. Cum promoti per saltum (si non ministraverint) Episcopus, ex legitima causa possit dispensare.

14. Quamvis presbyteri, in sua ordinatione, à peccatis absolventi potestatem accipiant, decernit tamen sacrosancta Synodus nullum (etiam regularem) posse confessiones secularium, etiam sacerdotum audire: nec ad id idoneum reputari nisi aut parochiale beneficium: aut ab Episcopo, per examen (si illis videbitur, esse necessarium) aut aliis idoneis judicetur: & approbationem quæ gratis detur, obtineat: privilegiis, consuetudine quacunque etiam inmemorabili, non obstante.

15. Cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi

non sit utilis, aut necessarius suis Ecclesiis, sancta Synodus, vestigiis sexti canonis concilij Chalcedonen. inhaerendo, statuit: ut nullus in posterum ordinetur: qui illi Ecclesiae, aut loco, pro cuius necessitate, aut utilitate assumitur, non ascribatur: ubi suis fungatur muneribus: ne incertis vagetur sedibus. Quod si locum inconsulto Episcopo deseruerit: ei factorum exercitium interdicitur. Nullus praeterea clericus peregrinus: sine commendatitiis sui ordinarij literis, ab ullo Episcopo ad divina celebranda, & sacramenta administranda admittatur.

Ut sanctorum ordinum, id Diaconatu, ad ostiariatum functiones ab Apostolorum temporibus, in Ecclesia laudabiliter receptae, & pluribus in locis, aliquandiu intermissae, in usum, juxta sacros Canones revocentur: ne ab haereticis, tanquam otiosae traducantur: illius pristini moris restituendi, desiderio flagrans, sancta Synodus decernit, ut in posterum, hujuscemodi ministeria non nisi per constitutos in dictis ordinibus exerceantur: omnesque, & singulos praelatos Ecclesiarum, in Domino hortatur: & illis praecipit, ut, quantum fieri commode poterit, in Ecclesiis Cathedralibus, collegiatis, & parochialibus suae dioecesis: si populus frequens, & Ecclesiae proventus, id ferre queant, hujusmodi functiones curent restituendas, & ex aliqua parte reddituum aliquorum simplicium beneficiorum vel fabricae Ecclesiae si proventus suppetant: aut utriusque illorum eas functiones exercentibus, stipendia assignent: quibus si negligentes fuerint, ordinarij iudicio, aut ex parte multati, aut in totum privari possint. Quod si ministeriis quatuor minorum ordinum exercentibus, Clerici cathibes praesto non erunt, suffici possint, etiam conjugari, vitae probatae, dummodo non bigami: ad ea munia obtunda idonei: & qui tonsuram, & habitum clericalem in Ecclesia gestent.

Cum adolescentium aetas, nisi recte instituat, prona sit ad mundi necessitates sequendas: & infra teneris annis, ad pietatem & religionem infarmetur, antequam vitiorum habitus, totos homines possideat: nunquam perfecte, ac sine maximo, ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio, in disciplina Ecclesiastica perseverat: sacrosancta Synodus itavit: ut singulae Cathedrales, Metropolitanae, atque his Majores Ecclesiae: pro modo facultatum, & dioecelis amplitudine: certum pueros ipsius civitatis, & dioecesis, vel e us provinciis, si sibi non reperiantur, nu-

nerum in collegio, ad hoc prope ipsam Ecclesiã, vel alio in loco convenienti, ab Episcopo eligendo: alere, ac religiose educare, & in Ecclesiasticis disciplinis instruere, teneantur. In hoc vero collegio recipiantur, qui ad minimum duodecim annos, ex legitimo matrimonio nati sint: ac legere, & scribere competenter noverint: & quorum indoles, & voluntas spem afferat, eos Ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros. Pauperum autem filios, præcipue elegi vult: nec tamen ditiorum excludit: modo suo sumptu alantur, & studium præ se ferant, Deo, & Ecclesiæ inserviendi. Hos pueros Episcopus in tot classes, quot ei videbitur, divisos, juxta eorum numerum, ætatem, ac in disciplina Ecclesiastica progressum, partim cum opportunum videbitur, Ecclesiarum ministerio, addicet: partim in collegio erudiendos retinebit, aliosque in locum e ductorum sufficet: ita ut hoc collegium Dei ministrorum perpetuum seminatium sit. Ut vero in eadem disciplina Ecclesiastica, commodius instruantur: tonsura statim, atque habitu clericali, semper utentur. Grammaticæ, Cantus, Computi Ecclesiastici, aliarumque bonarum artium disciplinam discunt: sacram scripturam, libros Ecclesiasticos, homilias sanctorum, atque sacramentorum tradendorum (maximè quæ ad confessiones audiendas videbuntur opportuna) & rituum, ac caeremoniarum formas ediscunt. Curet Episcopus: ut singulis diebus missæ sacrificio intersit: ac saltem singulis mensibus, confiteantur peccata, & juxta confessoris judicium, sumant corpus Domini nostri Iesu Christi: cathedrali & aliis loci Ecclesiis, diebus festis inserviant. Quæ omnia, atque alia, ad hanc rem opportuna, & necessaria Episcopi singuli, cum consilio duorum Canonorum, seniorum & graviorum, quos ipsi elegerint: prout Spiritus sanctus suggesserit, constituent: eaque, ut semper observent, sæpius visitando operam dabunt. Disciolos & incorrigibiles, ac malorum morum seminarios, acriter punient, eos etiam, si opus fuerit, expellendo: omniaque impedimenta auferentes, quæcumque ad conservandum, & augendum tam pium, & sanctum institutum pertinere videbuntur diligenter curabunt. Et quia ad collegij fabricam instituendam, & ad mercedem præceptoribus & ministris solvendam, & alendam reverentem, & ad alios sumptus, certi redditus erunt necessarii: ultra ea, quæ ad instituendos alendosve pueros, sunt in aliquibus Ecclesiis, & locis destinata, quæ

eo ipso, huic seminario, sub eadem Episcopi cura; applicata censentur; idem Episcopus, cum consilio duorum è capitulo: quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso capitulo eligatur. Itemque duorum de clero civitatis: quorum quidem alterius electio, similiter ad Episcopum, alter vero ad clerum pertineat, ex fructibus integris mensæ Episcopalis, & capituli, & quarumcunque dignitatum, & personarum, officiorum, præbendarum, portionum, Abbatiarum, & prioratum, cujuscunque ordinis, etiam regularis, aut qualitatis, vel conditionis fuerint, & hospitalium, quæ dantur in titulum, vel administrationem: juxta constitutionem concilij Viennensis, quæ incipit, *Quia contingit*; & beneficiorum quorumcunque, etiam regularium, etiam si juris patronatus cujuscunque fuerint, etiam si exempta, etiam si nullius diocesis, vel aliis Ecclesiis, monasteriis, & hospitalibus, & aliis quibuscunque locis piis etiam exemptis annexa, & ex fabricis Ecclesiarum, & aliorum locorum, etiam ex quibuscunque aliis Ecclesiasticis redditibus, seu provenibus, etiam aliorum collegiorum; in quibus tamen seminaria discentium vel docentium ad commune Ecclesiæ bonum promovendum actu non habentur. Hæc eam exempli esse voluit præterquam ratione reddituum qui superflui essent, ultra convenientem ipsorum seminariorum sustentationem, seu corporum, vel confraternitatum (quæ in nonnullis scholæ appellantur) & omnium monasteriorum (non tamen mendicantium etiam) ex decimis quacunque ratione ad laicos ex quibus subsidia Ecclesiastica solvi solent & milites cujuscunque militiæ aut ordinis pertinentibus (fratribus sancti Joannis Hierosolymitani duntaxat exceptis) partem aliquam, vel portionem detrahent: Et eam portionem sic detractam; nec non beneficia aliquot simplicia cujuscunque qualitatis, & dignitatis fuerint; vel etiam præstimonialia, vel præstimonialia portiones, etiam ante vocationem nuncupat, sine cultus divini, & illa obtinentium præjudicio huic collegio applicabunt, & incorporabunt: Quod locum habeat, etiam si beneficia sint reservata, vel affecta; nec per resignationem ipsorum beneficiorum, uniones & applicationes suspendi, vel ullo modo impediri possint, sed omnino quacunque vacatione, etiam si in curia effectum suum sortiantur, quacunque constitutione non obstante. Ad hanc autem portionem solvendam beneficiorum, dignitatum, personatum, & omnium singulorum super

commemoratorum possessores, non modo pro se, sed pro pensionibus quas aliis forsitan ex dictis fructibus solverint, retinendo tamen pro rata, quicquid pro dictis pensionibus illis erit solvendum ab Episcopo loci, per censuras ecclesiasticas, ac alia juris remedia compellantur, etiam vocato ad hoc (si videbitur) auxilio brachij secularis: quibusvis, quod ad omnia & singula supra scripta, privilegia, exemptionibus, etiam si specialem derogationem requirerent, consuetudine etiam immemorabili, quavis appellatione, inhibitione, & allegatione, quæ executionem impediat, non obstantibus. Succedente verò casu, quo per uniones effectum suum sortientes, vel aliter seminarium ipsum in totum, vel in partem dotatum reperitur: tunc portio ex singulis beneficiis, ut supra detecta, & incorporata ab Episcopo, prout res ipsa exegerit, in totum vel pro parte remittatur. Quod si cathedralium, & aliarum, majorum Ecclesiarum Praelati, in hac seminarij erectione, ejusque conservatione, negligentes fuerint ac suam portionem solvere detrectaverint Episcopum, Archiepiscopum, Archiepiscopum & superiores Synodus provincialis, acriter corripere, eosque ad omnia supradicta cogere debeat: & ut quam primum hoc sanctum, & tam pium opus ubicunque fieri poterit promoveatur, studiosè curabit. Rationes autem reddituum hujus seminarij, Episcopus singulis annis accipiat, presentibus duobus à capitulo, & totidem à clero, civitatis deputatis.

Deinde ut cum minori impensa, hujusmodi scholis instituendis provideatur: statuit sancta Synodus: ut Episcopi, Archiepiscopi, primates, & alij locorum ordinarij, scholasticas obtinentes, & alios quibus est lectionis, vel doctrinae munus annexum ad docendum in ipsis scholis instituendos, per se ipsos si idonei fuerint, alioquin per idoneos substitutos, ab eisdem scholasticis eligendos, & ab ordinariis approbandos, per subtractionem fructuum cogant, & compellant. Quod si iudicio Episcopi, digni non fuerint, aliam qui dignus sit, nominet omni appellatione remota. Quod si neglexerit, Episcopus ipse deputet. Docebunt autem praedicti, quæ videbuntur Episcopo expedire. De cætero vero, officij vel dignitates illæ, quæ scholasticæ dicuntur, non nisi doctoribus & magistris, aut licentiatis in sacra pagina, aut in jure Canonico, & aliis personis idoneis, & qui per seipos id munus explere possint, conferantur, & aliter facta

provisio nulla sit, & invalida, non obstantibus quibusvis privilegiis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Si vero in aliqua provincia, Ecclesia tanta paupertate laboret, ut collegium in aliquibus erigi non possit: Synodus provincialis, vel Metropolitana cum duobus antiquioribus suffraganeis in Ecclesia Metropolitana, vel alia provincie Ecclesia commodiori, unum aut plura collegia, prout opportunum iudicabit, ex fructibus duorum aut plurimum Ecclesiarum: in quibus singulis collegium commodè institui non potest, erigendum curabit: ubi pueri illarum Ecclesiarum educantur.

In Ecclesiis autem, amplas Dioceses habentibus, possit Episcopus unum, vel plura, in Diocesi, prout sibi opportunum videbitur, habere seminaria: quæ tamen ab illo uno quod in civitate erectum, & constitutum fuerit, in omnibus dependeant.

Postremo si vel pro unionibus, seu proportionum taxatione, vel assignatione, & incorporatione, aut qualibet alia ratione, difficultatem aliquam oriri contigerit, ob quam huius seminarii institutio, vel conservatio impediretur, aut perturbaretur: Episcopus, cum supra deputatis vel Synodus provincialis pro regionis more, pro Ecclesiarum & beneficiorum qualitate, etiam suprascripta, si opus fuerit, moderando aut augendo, omnia, & singula quæ ad huius seminarii profectum necessaria, & opportuna videbuntur: decernere, ac providere valeat.

Insuper, eadem sacrosancta Tridentina Synodus, proximam futuram Sessionem, in diem decimam sextam, mensis Septembris indicit: in qua ageretur de Sacramento matrimonij, & de aljis, si qua erunt ad doctrinam fidei pertinentia, quæ expediri possint, item de provisionibus Episcopatum, dignitatum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum: ac diversis reformationis articulis.



DECRETA DE SACRAMENTO
Matrimonij, & de reformatione.

PUBLICATA IN SESSIONE OCTAVA,
facti Concilij Tridentini.

SUB BEATISS. P. PIO. IV.
Pont. Max.

Die XI. Novemb. M. D. LXIII.

DOCTRINA DE SACRAMENTO
Matrimonij.



MATRIMONIUM perpetuum indissolubilemque
nexus primos humani generis Patens, divini
Spiritus instinctu pronuntiavit, cum dixit: hoc
tunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea,
quam obrem, relinquet homo patrem suum, & matrem, &
adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una.

Hoc autem vinculo, duos tantummodo copulari & con-
jungi, Christus Dominus apertius docuit, cum postrema
illa verba, tanquam à Deo prolata referens, dixit: itaque jam
non sunt duo, sed una caro: statimque, ejusdem nexus fir-
mitatem ab Adamo, tanto ante pronuntiatam, his verbis con-
firmavit: quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.

*Matt. 19.
Mar. 10.
2. Cor. 6.
Ephes. 5.*

Gratiam verò quæ naturalem illum amorem perficeret, &
indissolubilem unitatem confirmaret, conjugésque sancti-
ficaret: ipse Christus, venerabilium sacramentorum institutor
atque perfectior, sua nobis passione promeruit, quod Paulus
Apostolus innuit, dicens: Viri diligite uxores vestras, sicut
Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, mox
subjungens: sacramentum hoc magnum est: ego autem
dico, & in Ecclesia.

Cum igitur Matrimonium, in lege Evangelica, veteri-
bus connubijs, per Christum, gratiam prester: merito, inter
novæ legis sacramenta annumerandum, sancti Patres no-
stri Concilia, & universalis Ecclesiæ traditio, semper docue-
runt: Ad versus quam, impij homines hujus seculi insanien-
tes non solum perperam de hoc venerabili sacramento sen-
serunt: sed de more suo pretextu Evangelij, libertatem

Ephes. 5.

carnis introducentes : multa ab Ecclesiæ Catholicæ sensu, & ab Apostolorum temporibus probata consuetudine aliena, scripto & verbo asseruerunt non sine magna Christi fidelium jactura. quorum temeritati, sancta, & universalis synodus, cuius occurrere : insigniores præfatorum schismaticorum hæreses, & errores, ne plures ad se trahat perniciosa eorum contagio, exterminandos duxit : hos, in ipsos hæreticos eorumque errores, decernens Anathematismos.

CANONES DE SACRAMENTO Matrimonij.

1. Si quis dixerit, Matrimonium, non esse verè, & propriè unum ex septem legis Evangelicæ sacramentis, à Christo Domino institutum, sed ab omnibus in Ecclesiam inuentum : neque gratiam conferre : anathema sit.

2. Si quis dixerit licere Christianis, plures simul habere uxores, & hoc nulla lege divina esse prohibitum : anathema sit.

3. Si quis dixerit, eos tantum, consanguinitatis & affinitatis gradus, qui Levitico exprimentur, posse impedire Matrimonium contrahendum, & dirimere contractum : nec posse Ecclesiam, in nonnullis illorum dispensare, aut constituere ut plures impediant & dirimant : anathema sit.

4. Si quis dixerit, Ecclesiam non potuisse constituere impedimenta Matrimonium dirimentia : vel in iis constituendis errasse : anathema sit.

5. Si quis dixerit, propter hæresim, aut molestam cohabitationem, aut affectatam absentiam à conjugè, dissolvi posse Matrimonij vinculum : anathema sit.

6. Si quis dixerit, Matrimonium, ratum, non consummatum, per solemnem religionis professionem, alterius conjugum, non dirimi, anathema sit.

7. Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum docuit, & docet (juxta Evangelicam & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum, Matrimonij vinculum non posse dissolvi : & utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit non posse, altero conjugè vivente, aliud matrimonium contrahere : meretricum cum, qui dimissa adultera, aliam duxerit, & eam quæ dimisso adultero, alij nupsit, anathema sit.

8. Si quis dixerit, Ecclesiam errare, cum ob multas causas, separationem inter conjuges, quo ad thorum, seu quo ad cohabitationem, ad certum incertumve tempus fieri posse decernit, anathema sit.

9. Si quis dixerit, clericos in sacris ordinibus constitutos: vel regulares castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voto & oppositum, nisi aliud esse, quam damnare matrimonium, posseque omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis (etiam si eam voverint) habere donum, anathema sit: cum Deus id rectè perentibus, non denegat, nec patitur: nos supra id quod possumus tentari.

10. Si quis dixerit, statum conjugalem, anteponendum esse statui virginittatis, vel ecclibatus; & non esse melius, ac beatius manere in virginittate, aut ecclibatu, quam iungi matrimonio, anathema sit.

11. Si quis dixerit prohibitionem solemnittatis nuptiarum certis annuis temporibus, superstitionem esse tyrannicam ab ethnicorum superstitione profectam; aut hereditiones & alias extremonias quibus Ecclesia in illis vitur damnavit, anathema sit.

12. Si quis dixerit causas matrimoniales, non spectare ad iudices Ecclesiasticos, anathema sit.

DECRETA DE REFORMATIONE Matrimonij.

1. Tamest dubitandum non est clandestina Matrimonia, libero contrahentium cōsensu facta, rata, & vera esse Matrimonia, quadi Ecclesia, ea irrita non fecit, & proinde iure damnandi, sint illi, ut eos sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera: ac rata esse negant, quique falsa affirmant, Matrimonia à filiis familias sine cōsensu parentum contracta irrita esse; & parentes, ea rata, vel irrita facere posse: nihilominus sancta Dei Ecclesia, ex iustissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit. Verum cum sancta Synodus animadvertat prohibitiones illas propter hominum inobedientiam, iam non prodesse; & gravia peccata perpendat quæ ex eisdem clandestinis conjugis ortum habent; præsertim verò eorum, qui in illa damnationis permanent, dum priore uxore, cum qua etiam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, & eam

ea in perpetuo adulterio vivunt : Cui malo , cum ab Ecclesia , quæ de occultis non judicat , succurri non possit : nisi efficacius aliquod remedium adhibeatur. Id circo sacri Lateranensis Concilij , sub Innocentio tertio celebrati , vestigiis inhærendo : præcepit ut in posterum , antequam Matrimonium contrahatur , ter à proprio contrahentium Parocho , tribus continuis diebus festivis , in Ecclesia inter missarum solemnias publicè denuntietur , inter quos matrimonium sit contrahendum. Quibus denunciationibus factis : si nullum legitimum opponatur impedimentum ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiæ , procedatur. Ubi Parochus , viro , & muliere interrogatis : & eorum mutuo consensu intellecto : vel dicat , Ego vos in matrimonium conjungo , in nomine Patris , & Filij , & Spiritus sancti : vel alijs utatur verbis , juxta receptum uniuscujusque Provincia ritum. Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio , matrimonium maliciosè impediri posse , sitot præcesserint denuntiationes : tunc , vel una tantum denuntiatio fiat : vel saltem Parocho , & duobus , vel tribus testibus præsentibus , matrimonium celebretur. Deinde , ante illius consummationem denuntiationes in Ecclesia fiant : ut si aliqua subsunt impedimenta , facilius detegantur : nisi ordinarius ipse , expedite judicaverit , ut prædictæ denuntiationes remittantur : quod illius prudentiæ , & judicio , sancta Synodus relinquit. Qui aliter , quam præsentente Parocho , vel alio sacerdote de ipsius Parochi , seu Ordinarij licentia : & duobus , vel tribus , matrimonium contrahere attentabunt , eos , sancta Synodus ad sic contrahendum , omnino inhabiles reddit : & hujusmodi contractus irritos & nullos esse decernit , prout eos præsentis decreto , irritos facit & annullat. Insuper , Parochum , vel alium sacerdotem , qui cum minore testium numero : & testes , qui sine Parocho , vel sacerdote , hujusmodi contractui inter fuerint , nec non ipsos contrahentes , graviter arbitrio ordinarij puniri præcipit. Præterea eadem sancta Synodus hortatur , ut conjuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam , in eadem domo non cohabitent. Statuitque , benedictiones à proprio Parocho fieri , neque à quoquâ , nisi ab ipso Parocho vel ab ordinario , licentiam , ad prædictam benedictionem faciendam , alij sacerdoti concedi posse , quæcunque consuetudine etiam immemorabili (quæ potius corruptela dicenda est) vel privilegio , non obstante.

Quod si quis Parochus , vel alius sacerdos sive regularis , sive secularis sit : etiam si id sibi ex privilegio , vel immemoriali consuetudine , licere contendat : alterius Parochiæ sponso sine illorum Parochi licentia matrimonio conjungere , aut benedicere ausus fuerit , ipso jure , tandiu suspensus maneat : quandiu ab ordinario ejus Parochi qui matrimonio interesse debebat , seu à quo benedictio suscipienda erat , absolvatur. Habeat Parochus librum , in quo conjugum , & testium nomina , diemque & locum contracti matrimonij , describat : quem diligenter apud se custodiat.

Postremo sancta Synodus , conjuges hortatur , ut antequam contrahant : vel saltem triduo ante matrimonij consummationem sua peccata diligenter confiteantur : & ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum pie accedant. Si que Provinciæ , aliis (ultra prædictas) laudabilibus consuetudinibus , & ceremoniis hæc in re utuntur : eas omnino retineri . sancta Synodus vehementer optat. Ne vero , hæc tam salubria præcepta quemquam lateant , ordinariis omnibus præcipit , ut quam primum poterunt , curent , hoc decretum populo publicari , ac explicari in singulis suarum Diocesum Parochialibus Ecclesiis. Idque in primo anno , quam sæpiissime fiat. Deinde vero , quoties expedire viderint.

1. Decernit insuper , ut huiusmodi decretum , in unaquaque Parochia , suum robur , post triginta dies , habere incipiat , à die primæ publicationis , in eadem Parochia factæ numerando.

2. Docet experientia , propter multitudinem prohibitionum , multoties in casibus prohibitis , ignoranter contrahi matrimonia : in quibus vel non sine magno peccato perseveratur : vel ea , non sine magno scandalo dirimuntur. Volens itaque sancta Synodus , huic incommodo providere : à cognationis spiritualis impedimento incipiens : statuit ut unus tantum (sive vir , sive mulier) juxta factorum canonum instituta , vel ad unum unum & una : baptizatum de baptismo suscipiant : inter quos , ac baptizatum ipsum : & illius patrem ac matrem : nec non inter baptizantem & baptizatum , baptizati que patrem , ac matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur. Parochus , ante quam ad baptismum conferendum accedat , diligenter ab iis , ad quos spectabit , sciscitetur , quem , vel quos elegerint , ut

baptizatum de sacro fonte suscipiant, & eum, vel eos tantum, ad illum suscipiendum admittat, & in libro, eorum nomina describat: doceatque eos, quam cognationem contraxerint, ne ignorantia ulla excusari valeant, quod si alij, ultra designatos, baptizatum tetigerint: cognationem spirituales, nullo pacto contrahant: constitutionibus in contrarium facientibus, non obstantibus. Si Parochi culpa, vel negligentia, secus factum fuerit: arbitrio ordinarij puniatur. Ea quoque cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur: confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem & matrem, ac tenentem, non egrediatur: omnibus, inter alias personas hujus spiritualis cognationis, impedimentis, omnino sublatis.

Iustitiæ publicæ honestatis impedimentum, ubi sponsalia quacunque ratione valida non erunt, sancta Synodus prorsus tollit: ubi autem valida fuerint, proximum gradum non excedant: quoniam in ulterioribus gradibus, jam non post hujusmodi prohibitio, absque dispendio observari.

Præterea sancta Synodus, eisdem, & aliis gravissimis de causis adducta: impedimentum quod propter affinitatem ex fornicatione contractum inducitur: & matrimonium postea factum dirimit ad eos tantum qui in primo, & secundo gradu conjunguntur, restringit. In ulterioribus vero gradibus statuit hujusmodi affinitatem, matrimonium postea contractum non dirimere.

Si quis intra gradus prohibitos, scienter, matrimonium contrahere præsumpserit: separetur, & spe dispensationis consequendæ careat: idque in eo, multo magis locum habeat, qui non tamen matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. Quod si ignoranter id fecerit: si quidem, solemnitates requisitas, in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subiiciatur pœnis. Non enim dignus est qui Ecclesiæ benignitatem facile experiat, cujus salubria præcepta tenere contempserit. Si vero solemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit: tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit. In contrahendis matrimoniis, vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro, idque ex causa gratis concedatur: in secundo gradu nunquam dispensetur: nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam.

Decernit sancta Synodus, inter raptorem, & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium, quod si rapta, à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, illum in vivum habere conseruerit, eam raptor in uxorem habeat & nihilominus raptor ipse, ac omnes illi, consilium, auxilium, & favorem præbentes, sint ipso jure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces. Et si clerici fuerint: de proprio gradu decident. Teneatur præterea, raptor, mulierem raptam, sive eam in uxorem duxerit, sive non duxerit: decenter arbitrio Iudicis dotare.

Multi sunt qui vagantur, & incertas habent sedes, & ut improbi sunt ingenij prima uxore relicta, aliam, & plerumque plures, illa vivente, diversis in locis ducunt: cui morbo cupiens sancta Synodus occurrere: omnes, ad quos spectat, paterne monet, ne hoc genus hominum vagantium ad matrimonium facile recipiant: magistratus etiam seculares hortatur, ut eos severe coercerent: Parochis autem præcipit, ne illorum matrimoniis intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint: & re ad ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi, obtinuerint.

Grave peccatum est, homines solutos, concubinas habere, gravissimum vero, & in hujus magni sacramenti singularem contemptum admissum, uxoratos quoque in hoc damnationis statu vivere: ac audere, eas quandoque domi etiam cum uxoribus alere, & retinere. Quare ut huic tanto malo sancta Synodus opportunis remediis provideat, statuit hujusmodi concubinarios, tam solutos, quam uxoratos cujuscunque status, dignitatis, & conditionis existant si postquam ab ordinario, etiam ex officio, ter admoniti eadem re fuerint, concubinas non ejecerint, sequæ ab earum consuetudine non sejunxerint, excommunicatione feriendos esse: à qua non absolvantur, donec re ipsa admonitioni factæ paruerint. Quod si, in concubinato, per annum, censuris neglectis, permanserint, contra eos, ab ordinario, severe, pro qualitate criminis, procedatur. Mulieres sive conjugatæ, sive solutæ, quæ cum adulteris, seu concubinariis, publice vivunt, si ter admonitæ non paruerint, ab ordinariis locorum, nullo etiam requirente, ex officio, graviter pro modo culpæ puniantur: & extra oppidum vel diocesim (si id eisdem ordinariis vi lebitur) invocato, si opus fuerit, brachio seculari ejiciantur. Aliis poenis, contra adulter

ros & concubinaros infictis, in suo robore permanentibus,

Ita plerumque, temporalium Dominorum ac Magistratum mentis oculos terreni affectus atque cupiditates excacatis, ut viros, & mulieres sub eorum jurisdictione degentes, maxime divites, vel spem magnæ hæreditatis habentes, minis, & pecnis adigant, cum iis matrimonium invito contrahere, quos ipsi Domini, vel magistratus illis præscripserint. Quare cum maxime nefarium sit, matrimonij libertatem violare: & ab eis injurias nasci, à quibus jura expectantur, præcipit sancta Synodus, omnibus cujuscunque gradûs, dignitatis, & conditionis existant, sub Anathematis pœna, quam ipso facto incurrant: ne quovis modo directe, vel indirecte, subditos suos, vel quoscunque alios cogant, quo minus libere matrimonia contrahant.

Ab adventu Domini nostri Iesu Christi, usque in diem Epiphaniæ; & à feria quarta Cinerum, usque in octavam Paschatis inclusive: antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones, diligenter ab omnibus observari, sancta Synodus præcipit, in aliis vero temporibus, nuptias solemniter celebrari permittit, quas Episcopi, ut ea, qua decet modestia & honestate fiant, curabunt. Sancta enim res est matrimonium, & sanctè tractandum.

DECRETA DE REFORMATIONE generali.

Eadem sacrosancta Synodus, Reformationis materiam prosequens, hæc in præsentis Sessione statuenda decrevit.

Si in quibuscunque Ecclesiæ gradibus providenter, scienterque curandum est, ut in Domini domo, nihil sit inordinatum nihilque præposterum, multo magis elaborandum est ut in electione ejus, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur. Nam totius familiæ Domini status, & ordo mutabitur: si quod requiritur in corpore non inveniat in capite, Unde & si aliàs sancta Synodus, de promovendis ad cathedrales, & superiores Ecclesias, nonnulla utiliter decrevit: hoc tamen munus hujusmodi esse censet, ut si pro rei magnitudine expendatur, nunquam satis cautum de eo videri possit. Itaque statuit, ut cum primum Ecclesia vacaverit supplicationes ac preces, publice, privatimque habeantur: atque à capitulo, per civitatem, & diocesim indicantur; quibus clerus, populusque bonum à Deo Pastore valeat im-

petrare. Omnes vero, & singulos, qui ad promotionem præficiendorum, quodcumque jus & quacunque ratione, à sede Apostolica habent; aut alioquin operam suam præstant: nihil in his pro præseoti temporum ratione innovando: hortatur, & monet: ut in primis meminerint, nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem, utilius posse facere, quam si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos, promoveri studeant: eosque alienis peccatis communicantes: mortaliter peccare: nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles, ipsi judicaverint (non quidem precibus, vel humano affectu aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis) præfici diligenter curaverint: & quos ex legitimo matrimonio natos, & vita, ætate doctrina, atque illis omnibus qualitatibus præditos sciunt, quæ juxta sacros canones, & Tridentinæ hujus Synodi decreta requiruntur. Quoniam vero, in sumendo de prædictis omnibus qualitatibus, gravi idoneoque bonorum & doctorum virorum testimonio: non uniformis ubique ex nationum, populorum, ac morum varietate, regula potest adhiberi: mandat sancta Synodus, ut in provinciali Synodo, per Metropolitanam habenda, præscribatur quibusque locis, & Provinciis, propria examinis, seu inquisitionis, aut instructionis faciendæ forma, Sanctiss. Rom. Pont. arbitrio approbanda: quæ magis eisdem locis utilis, atque opportuna esse videbitur. Ita tamen, ut cum deinde, hoc examen, seu inquisitio, de persona promovenda perfecta fuerit: ea in instrumentum publicum redacta, cum toto testimonio ac professione fidei ab eo facta, quamprimum ad sanctissimum Rom. Pont. omnino transmittatur, ut ipse summus Pontifex, plena totius negotij, ac personarum noticia habita, pro gregis Domini commo de illis, si idonei per examen, seu inquisitionem factam, reperti fuerint, Ecclesiis possit utilius providere. Omnes vero inquisitiones, informationes, testimonia, ac probationes quæcumque: de promovendi qualitatibus & Ellectæ statu, à quibuscunque, etiam in Romana curia habitæ, per Cardinalem, qui relationem facturum erit in consistorio, & alios tres Cardinales, diligenter examinentur: ac relatio ipsa, Cardinalis relatoris, & trium Cardinalium subscriptione roboretur: in qua ipsi singuli quatuor Cardinales, affirmant, se adhibita accurata diligentia, invenisse promovendos, qualitatibus à jure, & ab hac sancta Synodo requisitis

requisitis præditos : ac certo existimare, sub periculo salutis æternæ, idoneos esse, qui in Ecclesiis præficiantur : ita ut relatione in uno consistorio facta, quo maturius interea de ipsa inquisitione cognosci possit, in aliud consistorium, iudicium differatur : nisi aliud Beatissimo Pontifici videbitur expedire. Ea verò omnia, & singula, quæ de Episcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina, & cæteris qualitatibus, aliàs in eadem Synodo constituta sunt, decernit eadem, etiam in creatione sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, etiam si Diaconi sint exigenda : quos sanctissimus Romanus Pontifex, ex omnibus Christianitatis nationibus, quantum commodè fieri poterit, prout idoneos repererit : assumet. Postremo, eadem sancta Synodus, tot gravissimis Ecclesiæ incommodis commota non potest non commemorare, nihil magis Ecclesiæ Dei esse necessarium, quam, ut Beatiss. Rom. Pontifex, quam sollicitudinem universæ Ecclesiæ, ex munere sui officio debet, eam hic potissimum impendat : ut lectissimos tantum sibi Cardinales adsciscat : & bonos maximè, atque idoneos Pastores singulis Ecclesiis præficiat. Idque, eo magis, quod ovium Christi sanguinem, quæ ex malo, negligentium, & sui officij immemorum Pastorum regimine peribunt, Dominus noster Iesus Christus, de manibus ejus, sit requisitus.

Provincialia Concilia, sic ubi omnia sunt, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis componendis, aliisque ex factis canonibus permisis, renovantur. Quare Metropolitanæ per seipsos, seu illis legitimè impeditis, coepiscopus antiquior intra annum ad minus, à fine præsentis Concilij, & deinde quolibet saltem triennio, post octavam Paschæ, Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi : seu alio commodiori tempore, pro more Provinciae, non præmittat Synodum in Provincia sua cogere : quo Episcopi omnes, & alij, qui de jure, vel consuetudine interesse debent, (exceptis his, quibus cum imminente periculo transferendum esset) convenire omnino teneantur. Necnon Episcopi comprovinciales, prætextu cujuslibet consuetudinis, ad metropolitanam Ecclesiam, in posterum accedere inviti compellantur. Itidem Episcopi, qui nulli Archiepiscopo subiciantur, aliquam viciniam Metropolitanam semel eligant : in cujus Synodo Provinciali, cum aliis interesse debeant, & quæ ibi ordinata fuerint, observent ac observari faciant. In reliquis omnibus eorum exemptio,

& privilegia salva atque integra mancant. Synodi quoque diocesanae, quotannis celebrentur, ad quas exempti etiam omnes qui alias cessante exemptione interesse deberent, nec capitulis generalibus subduntur, accedere teneantur, rationes tamen Parochialium, aut aliarum secularium Ecclesiarum, etiam annexarum, debeant, hi qui illarum curam gerunt, quicumque illi sint, Synodo interesse. Quod si in his tam Metropolitanis, quam Episcopi, & alij suprascripti, negligentes fuerint: penas, sacris canonibus sancitas incurrant.

Patriarchae, Primate, Metropolitanis, & Episcopi, propriam Diocesim per seipso: aut si legitime impediti fuerint, per suum generalem Vicarium, aut Visitatorem: si quotannis totam propter ejus latitudinem visitare non potuerint, saltem majorem ejus partem: ita tamen, ut toto biennio, per se, vel visitatores suos compleatur: visitare non praetermittant. A Metropolitanis vero etiam post plane visitatam propriam Diocesim non visitentur cathedrales Ecclesiae, neque Dioceses suorum comprovincialium, nisi causa cognita & probata, in concilio provinciali. Archidiaconi autem, Decani, & alij inferiores, in his Ecclesiis, ubi haecenus visitationem exercere legitime consueverunt: debeant quidem, assumpto notario, de consensu Episcopi, deinceps, per se ipsos tantum, ibidem vitare, Visitatores etiam à Capitulo deputandi, ubi capitulum jus visitandi habet, prius ab Episcopo approbentur: sed non ideo Episcopus: vel eo impedito, ejus visitator easdem Ecclesias, seorsum ab his visitare prohibeatur: cui ipsi archidiaconi: vel alij inferiores, visitationis factae infra mensem, rationem reddere, & depositiones testium, ac integra acta, ei exhibere teneantur. Non obstante quacunque consuetudine, etiam immemorabili, atque exemptionibus, & privilegiis quibuscunque. Visitatum autem omnium istarum, praecipuus sit scopus: sanam, orthodoxamque doctrinam, expulsis haeresibus, inducere, bonos mores tueri, praevarios corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere: caetera, prout locus, tempus & occasio feret, & visitantium prudentia, ad fidelium fructum constituere. Quae ut facillius, feliciusque succedant: monentur praedicti omnes & singuli, ad quos visitatio spectat, ut paterna charitate, Christianaque zelo, omnes amplectantur ideoque modesto consenti equitatu famulatuque, studeant:

quam celerrime (debita tamen cum reverentia) visitationem ipsam absolvere. Interimque caveant , ne inutilibus sumptibus , cuiquam graves , onerosive fiat ; néve ipsi aut quisquam suorum , quicquam , procurationis causa pro visitatione , etiam testamentorum ad pios usus , præter id , quod ex relictis eis jure debetur , aut alio quovis nomine , nec pecuniam , nec munus , quodcumque sit , etiam qualitercumque offerantur , accipiant. Non obstante quacumque consuetudine , etiam immemorabili ; exceptis tamen victualibus , quæ sibi , ac suis frugaliter , moderateque , pro temporis tamen necessitate , & non ultra erunt ministranda. Sit autem in optione eorum , qui visitantur , si malint , solvere id quod erat ab ipsis antea solvi , certa pecunia taxata : consuetum : an vero prædicta victualia subministrare , salvo item jure conventionum antiquarum , cum monasteriis , aliisve piis locis : aut Ecclesiis non parochialibus inito , quod illæsum permaneat. In his vero locis , seu Provinciis ubi consuetudo est , ut nec victualia , nec pecunia , nec quidquam aliud à visitatoribus accipiat , sed omnia gratis fiant : ibi id observetur. Quod si quisquam (quod absit) aliquid amplius , in suprædictis omnibus casibus , accipere præsumperit : is præter dupli restitutionem , intra mensem faciendam , aliis etiam penis , juxta constit. Concilij generalis Lugdunensis quæ incipit , *Exigit* : nec non & aliis penis , in Synodo Provinciali arbitrio Synodi , absque ulla spe veniæ mulsetur. Patroni vero , in his quæ ad sacramentorum administrationem spectant , nullatenus se præsumant ingerere : neque visitationi ornamentorum Ecclesiæ , aut honorum stabiliam , seu fabricarum provenitibus immisceant : nisi quatenus id eis ex institutione ac fundatione competat : sed Episcopi ipsi hæc faciant , & fabricarum redditus , in usu Ecclesiæ necessarios , & utiles , prout sibi expedire magis visum fuerit , expendi curent.

Prædicationis munus , quod Episcoporum præcipuum est , cupiens sancta Synodus , quo frequenter possit ad fidelium salutem exerceri : Canones alios super hoc editos sub ser. re. Paulo III. apertius præsentium temporum usui accommodandos , mandat , ut in Ecclesia sua , ipsi per se aut si legitime impediti fuerint , per eos quos ad prædicationis munus assument. In aliis autem Ecclesiis per Parochos : sive iis impeditis , per alios , ab Episcopo impensis eorum qui id præstare , vel tenentur , vel solent , deputan-

dos, in civitate, aut in quacunq; parte dioecesis censentur expedire, saltem omnibus Dominicis, & solemnibus diebus festis: Tempore autem jejuniorum, Quadragesimæ, & Adventus Domini, quotidie, vel saltem tribus in hebdomada diebus, si ita oportere duxerint: sacras scripturas, divinamque legem annuncient & alias, quotiescunq; id opportunè fieri posse judicaverint. Moneantque Episcopus, populum diligenter, teneri unumquemque, Parochiæ suæ interesse, ubi commodè id fieri potest, ad audiendum verbum Dei. Nullus autem secularis, sive regularis) etiam in Ecclesiis suorum ordinum) contradicente Episcopo, prædicare præsumat. Idem etiam Episcopi, saltem Dominicis, & aliis festivis diebus, pueros, in singulis Parochiis, fidei rudimenta & obedientiam erga Deum, & parentes diligenter ab his, ad quos spectabit, doceri curabunt: & si opus sit, etiam per censuras Ecclesiasticas compellent: Non obstantibus privilegiis, & consuetudinibus. In reliquis, ea, quæ de prædicationis munere, sub eodem Paulo III. decreta fuerunt suum robur obtineant.

Causæ criminales graviore, contra Episcopos, etiam hæresis (quod abut) quæ depositione aut privatione dignæ sunt: ab ipso tantum summo Romano Pontifice cognoscantur, & terminentur. Quod si ejusmodi sit causa quæ necessariò extra Romanam curiam, sit committenda; nemini prorsus ea committatur, nisi Metropolitanis, aut Episcopis, à Beatissimo Papa eligendis. Hæc verò commissio, & specialis sit: & manu ipsius sanctissimi Pontificis signata; nec unquam plus his tribuat, quam ut solam facti instructionem sumant, processumque conficiant: quem statim ad Romanam Pontificem transmittant; reservata eidem sanctissimo sententia diffinitiva. Cætera, aliàs sub sex. re. Julio III. super his decreta, nec non constitutio sub Innocentio III. in Concilio generali, quæ incipit, *Qualiter & quando*, quam sancta Synodus in præsentem innovat: ab omnibus observentur. Minores verò criminales causæ Episcoporum in concilio tantum provinciali cognoscantur, & terminentur, vel à deputandis per concilium provinciale.

6. Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus & suspensionibus, ex delicto occulto provenientiibus excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare: & in quibuscunq; casibus occultis, etiam sedì Apostolicæ reservatis, delin-

quentes quoscunque sibi subditos, in dioecesi sua per ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientie gratis absolvere, imposita poenitentia salutari: Idem & in hæresis crimine, in eodem foro conscientie, eis tantum non eorum vicariis, sit permissum.

7. Ut fidelis populus, ad suscipienda sacramenta, majori cum reverentia atque animi devotione accedat: præcipit sancta Synodus, Episcopis omnibus, ut non solum cum hæc per se ipsos erunt populo administranda prius illorum vim, & usum pro suscipientium capto explicent: sed etiam idem à singulis Parochis piè, prudenterque, etiam lingua vernacula, si opus sit, & commodè fieri poterit, servari studeant juxta formam, à sancta Synodo, in catechesi, singulis sacramentis præscribendam: quam Episcopi in vulgarem linguam fideliter verti, atque à Parochis omnibus populo exponi curabunt: nec non ut inter missarum solennia, aut divinorum celebrationem, sacra eloquia, & salutis monita, eadem vernacula lingua, singulis diebus festis, vel solennibus explanent: eademque in omnium cordibus, postpositis inutilibus quæstionibus, inserere, atque eos, in lege Domini erudire, studeant.

Apostolus monet publice peccantes, palam esse corripiendos: Quando igitur ab aliquo, publicè & in multorum conspectu, crimen commissum fuerit, unde alios scandalo offensos, commotósque fuisse, non sit dubitandum, huic condignam pro modo culpæ, poenitentiam publice injungi oportet, ut quos, exemplo suo, ad malos mores provocavit: suæ emendationis testimonio, ad rectam revocet vitam. Episcopus tamen, publicæ hoc poenitentie generis, in aliud secretum poterit commutare: quando ita magis judicaverit expedire. In omnibus etiam cathedralibus Ecclesiis (ubi id commodè fieri poterit) poenitentiarius aliquis cum unione præbendæ proximè vacaturæ ab Episcopo instituat: qui Magister sit vel doctor, aut licenciatus in Theologia, vel jure canonico, & annorum quadraginta, seu alius, qui aptior pro loci qualitate reperiat, qui dum confessiones in Ecclesia audiet interim præsens in choro censeatur.

9. Quæ alias, sub fœ. re. Paulo III. & nuper sub Beatiss. D.N. Pio IV. in hoc eodè concilio de adhibenda ab ordinariis diligentia, in beneficiorum etiam exemptorum visitatione, constituta sunt: eadem etiam in his Ecclesiis seculari-

bus observentur, quæ in nullius diocesi esse dicuntur: & ab Episcopo, cujus cathedralis Ecclesia est proximior, si id possit, alioquin ab eo qui semel in concilio provinciali, a Prælato loci illius electus fuerit: tanquam sedis Apostolicæ delegato visitentur: Nonobstantibus privilegiis, & consuetudinibus quibuscunque, etiam immemorabilibus.

10. Episcopi (ut aptius quem regunt populum, possint in officio, atque obedientia continere) in omnibus his, quæ ad visitationem, ac morum correctionem subditorum suorum spectant: jus & potestatem habent (etiam tanquam sedis Apostolicæ delegati) ea ordinandi, moderandi, puniendi & exequendi, juxta canonum sanctiones: quæ illis ex prudentia sua, pro subditorum emendatione, ac diocesis suæ utilitate necessaria videbuntur. Nec in his, ubi de visitatione, aut morum correctione agitur: exemptio, aut ulla inhibitio, appellatio, seu querela: etiam ad sedem Apostolicam interposita: executionem eorum quæ ab his mandata, decreta aut judicata fuerint, quoquo modo impediat, aut suspendat.

11. Quoniam privilegia, & exemptiones, quæ variis titulis pterisque conceduntur, hodie perturbationem in Episcoporum jurisdictione excitare, & exemptis occasione laxioris vitæ præbere dignoscuntur: Decernit sancta Synodus, ut si quando iustis gravibus & fere necessariis causis, aliquos honorariis titulis Proconotariatus, Accolytatus, Comitatus Palatini, Capellani Regij, aut alia hujusmodi in Romana curia, vel extra insignibus decorandos esse placuerit: non alios, cuicumque monasterio oblatos vel quomodocunque addictos: aut sub nomine servientium militiis seu monasteriis, Hospitalibus, Collegiis, aut quocunque alio titulo assumi: nihil ex privilegiis, detractum esse ordinariis intelligatur quominus ii, quibus ea jam concessa sunt, vel in posterum concedi contigerit, ipsis ordinariis tanquam sedis Apostolicæ delegatis, plene in omnibus, & quo ad capellanos regios juxta constitutionem Innocentij III. quæ incipit, *cum capella*, subjecti existant: exceptis tamen iis, qui prædictis locis, aut militiis a se servant, & intra eorum septa, ac domos resident subque eorum obedientia vivunt: sive iis, qui legitime, & secundum regulam, earundem militiarum professionem fecerint, de qua ordinatio constare debeat. Non obstantibus privilegiis quibuscunque etiam religionis sancti Ioan-

nis Hierosolymitani, & aliarum militiarum. Quæ vero privilegia, residentibus in curia Romana, vigore Eugenianæ constitutionis aut familiaritatis Cardinalium, competere solent: ea in his qui beneficia Ecclesiastica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum minime intelligantur, sed ordinarij jurisdictioni subjecti permaneant. Non obstantibus quibuscunque inhibitionibus.

Cum dignitates, in Ecclesiis præsertim cathedralibus, ad conservandam augendamque Ecclesiasticam disciplinam fuerint institutz, ut qui eas obtinerent, pietate præcellerent: aliisque exemplo essent, atque Episcopos, opera & officio juvarent: merito qui ad eas vocantur, tales esse debent, qui suo muneri respondere possint. Nemo igitur deinceps, ad dignitates quascunque, quibus animarum cura subest, promoveatur: nisi qui saltem XXV. sue ætatis annum attigerit, & in clericali ordine versatus, doctrinâ ad suum munus exequendum necessaria, ac morum integritate commendetur, juxta constitutionem Alexandri III. in concilio Lateranen. promulgatam, quæ incipit; *Cum in cunctis*. Archidiaconi autem qui oculi dicuntur Episcopi, sint in omnibus Ecclesiis, ubi fieri poterit, Magistri in Theologia, seu Doctores, aut Licentiatum in jure canonico. Ad ceteras autem dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, clerici alioquin idonei, & XXII. annis non minores ascendant. Patroni etiam de beneficiis quibuscunque, curam animarum habentibus, teneantur à die adeptæ possessionis, ad minus intra duos menses, in manibus ipsius Episcopi: vel eo litpedito, coram generali ejus Vicario, seu officiali: orthodoxæ sue fidei publicam facere professionem: & in Romanæ Ecclesiæ obedientia, se permanuros, spondeant, ac jurent. Provisi autem de Canonicatibus, & dignitatibus, in Ecclesiis Cathedralibus non solum coram Episcopo, seu ejus Officiali, sed etiam in capitulo idem facere teneantur: alioquin prædicti omnes provisus, ut supra, fructus non faciant suos nec illis possessio suffragetur. Neminem etiam deinceps, ad dignitatem, Canonicatum, aut portionem, recipiant, nisi qui eo ordine sacro: simulque de omnibus Ecclesiæ ministris aut sit initiatus, quem illius dignitas, præbenda aut portio requirit: aut in tali ætate, ut infra tempus, à jure & ab hac sancta Synodo statutum, initiari valeat. In omnibus vero Ecclesiis Cathedralibus omnes canonicatus, ad

portionis, habeant annexum ordinem presbyterij, diaconatus vel subdiaconatus, Episcopus autem cum concilio Capituli, designet ac distribuat, prout viderit expedire, quibus quisque ordo ex sacris annexus in Posterum esse debeat: Ita tamen, ut dimidia saltem pars, presbyteri sint, ceteri verò Diaconi aut Subdiaconi, ubi verò consuetudo laudabilior habet ut plures vel omnes sint presbyteri, omnino observetur. Hortatur etiam sancta Synodus ut in provinciis (ubi id commodè fieri potest) dignitates omnes & saltem dimidia pars canonicatum, in cathedralibus Ecclesiis, & collegiatis insignibus, conferantur tantum magistris vel doctoribus, aut etiam licentiatis in Theol. vel jure canonico. Præterea obtinentibus, in eisdem cathedralibus aut collegiatis dignitates, præbendas aut portiones: non liceat vigore cujuslibet statuti aut consuetudinis, ultra tres menses, ab eisdem Ecclesiis, quolibet anno abesse, salvis nihilominus earum Ecclesiarum constitutionibus quæ longius servitij tempus requirunt: alioquin primo anno, privetur unusquisque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, ac residentię fecit suos. Quod si iterum, eadem fuerit usus negligentia: privetur omnibus fructibus quos eodem anno lucratus fuerit. Crescente verò contumacia, contra eos, juxta factorum canonum constitutiones procedatur. Distributiones verò qui statis horis interfuerint recipient: reliqui quavis collusione aut remissione exclusa, his careant juxta Bonifacij VII. decretum: quod incipit, *Consuetudinem*: quod sancta Synodus in usum revocat: non obstantibus quibuscunque statutis, & consuetudinibus.

Omnes vero divina per se, & non per substitutos compellantur obire officia: & Episcopo celebranti, aut alia pontificalia exercenti desistere & inservire: atque in choro ad psallendum instituto hymnis & canticis Dei nomen, reverenter, distinctè devotèque laudare. Vestitu insuper decenti, tam in Ecclesia quam extra assiduo utantur: illicitisque venationibus, aucupijs, choreis, tabernis lusibusque abstineant: atque ea morum integritate polleant, ut merito Ecclesię Senatus dici possit. Cætera quæ ad debitum in divinis officiis regimen spectant: deque congrua in his canendi, seu modulandi ratione decreta lege in choro conveniendi, & permanendi quæ necessaria erunt, & si qua hujusmodi Synodus provincialis, pro cujusque Provinciæ utilitate, & moribus certam cuique formulam præscribet: Interea

verò Episcopus, non minus quam cum duobus canonicis, quorum unus, ab Episcopo, alter à capitulo eligatur: in his, quæ expedire videbuntur poterit providere.

Quoniam præterque cathedrales Ecclesiæ tam tenuis redditus sunt, & angustæ, ut Episcopali dignitati, nullo modo respondeant, neque Ecclesiarum necessitati sufficiunt, examinet concilium provinciale, vocatis his quorum interest & diligenter expendatur: quas propter angustias tenuitatemque vicinis unite; vel novis proventibus augere expediat, confecta que de præmissis instrumenta, ad summum Romanum Pontificem mittat. Quibus instructus summus Pontifex ex prudentia sua prout expedire judicaverit, aut tenues invicem uniat: aut aliqua accessione ex fructibus augeat. Interim vero, donec prædicta effectum sortiantur: hujusmodi Episcopis, qui fructum subventionem, pro diocesis suæ tenuitate indigent: poterit de beneficiis aliquibus (dum tamen curata non sint, nec dignitates seu canonicatus & præbendæ, nec monasteria, in quibus viget regularis observantia, vel quæ capitulis generalibus, & certis visitatoribus subduntur) à summo Pontifice provideri. In parochialibus etiam Ecclesiis, quarum fructus adeo exigui sunt, ut debitis nequeant oneribus satisfacere, curabit Episcopus: si per beneficiorum unionem (non tamen regularium) id fieri non possit: ut per primitiarum vel decimarum assignationem: aut per parochorum symbola, ac collectas: aut qua commodiori ei videbitur ratione tantum redigatur: quod, pro Rectoris, ac parochiæ necessitate decenter sufficiat. In unionibus vero quilibet, seu ex suprascriptis, seu aliis causis faciendis, Ecclesiæ parochiales, monasteriis quibuscunque, aut abbatiis seu dignitatibus, sive præbendis Ecclesiæ cathedralis, vel collegiatae, sive aliis beneficiis simplicibus aut hospitalibus militiisve, non uniantur: & quæ unite sunt, revideantur ab ordinariis, juxta aliud decretum in eadem Synodo sub scæ. re. Paulo III. quod etiam in unitis ab eo tempore citra, atque observetur. Non obstantibus in his, quibuscunque verborum formis, quæ hic pro sufficienter expressis habeantur. Ad hæc, in posterum, omnes cathedrales Ecclesiæ quarum redditus, summam ducatorum mille: & parochiales, quæ summam ducatorum centum, secundum verum annum valorem, non excedunt: nullis pensionibus, aut reservationibus fructuum graventur. In his quoque civitatibus, ac locis, ubi parochiales Ec-

cleriæ certis non habent fines : nec earum Rectores proprium populum habent quem regant, sed promiscue petentibus sacramenta administrent. Mandat sancta Synodus Episcopis, pro tutiori animarum eis commissarum salute : ut distincto populo, in certas propriasque Parochias : unicuique suam perpetuam, peculiaremque Parochiam assignent qui eas cognoscere valeat : & à quo solo, licite sacramenta suscipiant : aut alio utiliori modo, prout loci qualitas exegerit, provideant. Idemque, in his civitatibus, ac locis ubi nullæ sunt Parochiales : quam primum fieri curent. Non obstantibus quibuscunque privilegiis, & consuetudinibus, etiam inmemorabilibus.

14. In pluribus Ecclesiis, tam cathedralibus, quam collegiatis, & parochialibus : ex earum constitutionibus aut ex prava consuetudine observari intelligitur : ut in electione, presentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione vel alia provisione, sive admissione ad possessionem alicujus cathedralis Ecclesiæ vel beneficij, canonicatum, aut præbendarum, vel partem præventuum seu deductionis ex fructibus, solutiones, promissiones, competitiones illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus Ecclesiis dicentur horum luca, interponantur. Hæc cum sancta Synodus decreteret : mandat Episcopis ut quæcunque hujusmodi in usus pios non convertantur, atque ingressus eos, qui simoniacæ labis, aut fordidæ avaritiæ suspicionem habent, fieri non permittant : ipsique diligenter de eorum constitutionibus, sive consuetudinibus super prædictis cognoscant : & illis tantum, quas ut laudabiles probaverint : exceptis, reliquas ut pravas ac scandalosas rejiciant & aboleant. Eos vero qui adversus hæc in præsentî decreto comprehensa, quavis ratione commiserint, pœnis contra simoniacos editis, sacris canonibus & variis summorum Pontificum constitutionibus quas omnes innovat, teneri decernit : Non obstantibus quibuscunque statutis, constitutionibus : & consuetudinibus etiam inmemorabilibus, etiam Apostolica autoritate confirmatis : de quarum subreptione, obreptione & intentionis defectu, Episcopus tanquam Apostolicæ sedis delegatus cognoscere possit.

In Ecclesiis cathedralibus & in collegiatis insignibus, ubi frequentes, adeoque tenues sunt præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti canonicorum gradu pro loci, & personarum qualitate, non

sufficiant: liceat Episcopis cum consensu capituli: vel aliquo, simplicia beneficia (non tamen regularia) iis unire: vel si hac ratione provideri non possit, aliquibus ex iis suppressis, cum patronorum consensu: si de jure patronatus laicorum sint: quorum fructus, & proventus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eos ad pauciores numerum reducere: Ita tamen, ut tot superent, quæ divino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiasticæ, commode valeant respondere: Non obstantibus quibuscunque constitutionibus, & privilegiis, aut quacunque reservatione generali, vel speciali, aut affectione. Neque prædictæ uniones, aut suppressiones tolli, seu impediri possint ex quibuscunque provisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis aliis derogationibus vel suspensionibus.

Capitulum, sede vacante, ubi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, Oeconomum unum, vel plures fideles, ac diligentes decernat: qui rerum Ecclesiasticarum & proventuum curam gerant: quorum rationem, ei ad quem, pertinebit, sint reddituri. Item Officialem, seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi, constituere, vel existentem confirmare, omnino teneatur, qui saltem in jure canonico sit Doctor, vel Licentiatus, vel alias (quantum fieri poterit) idoneus. Si secus factum fuerit, ad Metropolitanum deputatio hujusmodi devolvatur. Et si Ecclesia ipsa metropolitana fuerit, aut exempta: capitulumque, ut præfertur, negligens fuerit: tunc antiquior Episcopus ex suffraganeis, in Metropolitana, & propinquior Episcopus in exempta, Oeconomum, & Vicarium, idoneos possit constituere. Episcopus vero, ad eandem Ecclesiam vacantem promotus, ex his, quæ ad eum spectant, ab eisdem, Oeconomus, Vicario, & aliis quibuscunque officialibus, & administratoribus qui sede vacante fuerunt, à capitulo, vel ab aliis, in ejus locum constituere etiam si fuerint ex eodem capitulo: rationem exigat officiorum, jurisdictionis, administrationis, aut cujuscunque eorum muneris: Possitque eos punire qui in eorum officio, seu administratione deliquerint: etiam si prædicti officiales, redditus rationibus à capitulo, vel à Deputatis ab eodem, ab solutionem, aut liberationem obtinuerint. Eidem quoque Episcopo, teneatur capitulum de scripturis ad Ecclesiam

pertinentibus, si quæ ad capitulum pervenerunt, rationem reddere.

17. Cum Ecclesiasticus ordo prævertatur, quando unus plurium officia occupat clericorum, sanctè sacris canonibus cautum fuit neminem oportere, in duabus Ecclesiis conscribi. Verum quoniam multi improbæ cupiditatis affectu seipsum non Deum decipientes ea, quæ bene constituta sunt variis artibus eludere, & plura simul beneficia obtinere non erubescunt: Sancta Synodus debitum regendis Ecclesiis disciplinam restituere cupiens, præsentis decreto, quod, in quibuscunque personis, quocunque titulo, etiamsi Cardinalatus honore fulgeant mandat observari: statuit, ut in posterum unum tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferantur. Quod quidè si ad vitam ejus, cui confertur, honeste sustentandam, non sufficiat: liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri. Hæcque, non modo ad cathedrales Ecclesias, sed etiam ad alia omnia beneficia tam secularia, quam regularia quæcunque, etiam commendata pertineant, cujuscunque tituli, ac qualitatibus existant. Illi vero, qui in præsentibus, plures parochiales Ecclesias, aut unam cathedralem, & aliam parochialem obtinent: cogantur omnino, quibuscunque dispensationibus, ac unionibus ad vitam, non obstantibus: una tantum parochiali, vel sola cathedrali retenta: alias parochiales, infra spatium sex mensium dimittere: alioquin tam Parochiales, quam beneficia omnia, quæ obtinet, ipso jure vacare censeantur: ac tanquam vacantia libere aliis idoneis conferantur: nec ipsi antea illa obtinentes, tuta conscientia fructus post dictum tempus retineant. Optat autem sancta Synodus ut resignantium necessitatibus commoda aliqua ratione (prout summo Pontifici videbitur) provideatur.

Expedit maxime animarum salutem, à dignis atque idoneis Parochis gubernari. Id ut diligentius ac rectius perficiatur statuit sancta Synodus, ut cum parochialis Ecclesiæ vacatio: etiam si cura Ecclesiæ, vel Episcopo incumbere dicatur, & per unum vel plures administretur: etiam in Ecclesiis patrimonialibus, seu receptivis nuncupatis, in quibus consuevit Episcopus, uni vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infra scriptum examinari mandat, per obitum vel resignationem: etiam si in curia, seu aliter quomodo-
cunque contigerit: etiam si ipsa Parochialis Ecclesia re-

servata, vel affecta fuerit, generaliter, vel specialiter, etiam
 vigore indulti seu privilegij in favorem sanctæ Rom. Ec-
 clesiæ Cardinalium, seu Abbatum, vel capitulorum: debeat
 Episcopus statim habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus
 fuerit, idoneum in ea Vicarium, cum congrua, (ejus ar-
 bitrio) fructuum portionis assignatione, constituere qui one-
 ra ipsius Ecclesiæ sustineat: donec ei de Rectore provi-
 deatur. Porro Episcopus & qui jus patronatus habent intra
 decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum:
 idoneos aliquot clericos, ad regendam Ecclesiam coram
 deputandis examinadoribus nominent. Liberum sit tamen
 etiam aliis, qui alios ad id aptos noverint: eorum nomina
 deferre: ut possit postea, de cujuscumque ætate, moribus & suf-
 ficientia fieri diligens inquisitio. Et si Episcopo, aut Synodo
 provinciali, pro regionis more, videbitur magis expedire:
 per edictum etiam publicum vocentur, qui volent exami-
 nari. Transacto constituto tempore, omnes qui descripti
 fuerint, examinentur ab Episcopo: sive eo impedito, ab ejus
 Vicario generali: atque ab aliis examinadoribus, non pau-
 cioribus, quam tribus: quorum voces, si pares, aut singulares
 fuerint, accedere possit Episcopus, vel Vicarius, quibus ma-
 gis videbitur. Examinadores autem singulis annis, in dice-
 cesana Synodo, ab Episcopo, vel ejus Vicario, ad minus
 sex proponantur: qui Synodo satisfaciant & ab ea proben-
 tur. Ad venientemque vacatione cujuscumque Ecclesiæ tres ex il-
 lis eligat Episcopus qui cum eo, examen perficiant, indeque
 succedente alia vacatione, aut eisdem, aut alios tres, quos
 maluerit ex prædictis illis sex eligat. Sint verò hi exami-
 nadores, Magistri, seu doctores, aut licentiati in Theologia,
 aut jure canonico, vel alij Clerici, seu regulares (etiam ex
 ordine mendicantium) aut etiam seculares, qui ad id vide-
 buntur magis idonei: jurentque omnes ad sancta Dei Evan-
 gelia, se quæcumque humana affectione postposita fideliter
 munus executores. Caveantque ne quocumque proflus occa-
 sione hujus examinis, nec ante, nec post, accipiant, alioquin
 simoniacæ vitium, tam ipsi, quam alij dantes incurrant: A quo
 absolvi nequeant, nisi dimissis beneficiis quæ quomodocum-
 que etiam antea obtinebat: & ad alia, in posterum reddan-
 tur inhabiles. Et de his omnibus, non solum coram Deo, sed
 etiam in Synodo provinciali si opus erit, rationem reddere
 teneatur. A qua si quid contra officium; eos fecisse com-
 petum fuerit: graviter ejus arbitrio puniri possunt. Peracta

deinde examine renunciatur, quocumque ab his idonei
 judicati fuerint, ætate, moribus, doctrina, prudentia, &
 aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportu-
 nis. Ex hisque Episcopus eum eligit, quem cæteris ma-
 gis idoneum judicaverit: atque illi, & non alteri, collatio
 Ecclesiæ, ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre. Si
 vero Jurispatronatus Ecclesiastici erit ac institutio ad Epi-
 scopum, & non ad alium pertineat, is, quem patronus di-
 gniores: inter probatos ab examinadoribus judicabit,
 Episcopo præsentare teneatur: ut ab eo instituat. Cum
 vero institutio ab alio, quam ab Episcopo erit faciendæ:
 tunc Episcopus solus, ex dignis, eligit digniores: quem
 Patronus ei præsentet, ad quem institutio spectat. Quod
 si jus patronatus laïcorum fuerit: debeat qui à Patrono
 præsentatus erit, ab eisdem deputatis, ut supra, examina-
 ri, & non nisi idoneus repertus fuerit, admitti. In omni-
 busque supradictis casibus, non cuiquam alteri quam uni ex
 prædictis examinatis, & ab examinadoribus approbatis,
 juxta supradictam regulam, de Ecclesia provideatur: nec
 prædictorum examinadorum relationem, quo minus exe-
 cutionem habeat, ulla devolutio, aut appellatio, etiam ad
 sedem apostolicam sive, ejusdem sedis legatos, aut vice-
 legatos, aut Nuncios, seu Episcopos, aut Metropolitano-
 nos, Primates, vel Patriarchas, interposita, impediat,
 aut suspendat: alioquin Vicarius, quem Ecclesiæ vacanti,
 antea Episcopus arbitrio suo, ad tempus deputavit, vel for-
 san postea deputabit: ab ejus Ecclesiæ custodia, & admi-
 nistratione, non amoveatur: donec aut eidem, aut alteri,
 qui probatus & electus fuerit, ut supra sit provisum: Aliæ
 provisiones omnes, seu institutiones, præter supradictam
 formam factæ, subreptitiæ esse censeantur: Non obstanti-
 bus huic decreto exemptionibus, indultis, privilegiis,
 præventionibus, affectionibus novis, provisionibus, in-
 dultis, concessis quibuscunque universitatibus, etiam ad
 certam summam, & aliis impedimentis quibuscunque. Si
 tamen adeo exigui redditus dictæ parochialis fuerint, ut to-
 tius hujus examinationis operam non ferant: aut nemo
 sit, qui se examini quærat subicere: aut ob apertas factio-
 nes, seu dissidia quæ in aliquibus locis reperiantur, fa-
 cile graviores rixæ, ac tumultus possint excitari: pote-
 rit ordinarius, si pro sua conscientia, cum deputatorum
 consilio, ita expedire arbitrabitur, hac forma omiſſa, pri-

varum aliud examen (cæteris tamen ut supra servatis) adhibere. Licet etiam Synod. provinciali, si qua suprædict. circa examinationis formam addenda, remittendave esse censuerit, providere.

19. Decrevit sancta Synodus mandata de providendo, & gratias, quæ expectativæ dicuntur, nemini amplius, etiam collegiis, universitatibus, senatibus & aliis singulis personis, etiam sub nomine indulti, aut ad certam summam, vel alio quovis colore concedi: nec hætenus concessis, cuiquam uti licere. Sed nec reservationes mentales, nec aliæ quæcunque gratiæ ad vacatura, nec indulta ad alienas Ecclesiæ, vel monasteria: alicui, etiam ex sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus concedantur: & hætenus concessa abrogata esse censeantur.

20. Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes etiam si beneficiales sint, in prima instantia, coram ordinariis locorum duntaxat, cognoscantur atque omnino, saltem infra biennium, à die motæ litis, terminentur: alioquin post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illarum, iudices superiores, alios tamen competentes adire: qui causam, in eo statu quo fuerit, assumant: & quam primum terminari curent: nec antea aliis committantur, nec avocentur: nec appellationes ab eisdem interpositæ, per superiores quoscunque recipiantur: eorumve commisso, aut inhibito fiat, nisi à diffinitiva, vel à diffinitivæ vim habente: & cuius gravamen per appellationem, à diffinitiva reparari nequeat. Ab his excipiantur causæ, quæ juxta canonicas sanctiones apud sedem Apostolicam, sunt tractandæ: vel quas, ex urgenti rationabilique causa judicaverit summus Romanus Pont. per speciale rescriptum signaturæ sanctitatis suæ manu propria subscribendum committere aut avocare. Ad hæc causæ matrimoniales, & criminales, non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio, etiam si visitando, sed Episcopi tantum examini & jurisdictioni relinquuntur: etiam si in præfati, inter Episcopum & Decanum, seu Archidiaconum, aut alios inferiores, super causarum istarum cognitione, lis aliqua in quacunque instantia, pendeat: coram quo si pars vere paupertatem probaverit: non cogatur extra Provinciam, nec in secunda, nec in tertia instantia, in eadem causa matrimoniali litigare, nisi pars altera, & alimenta, expensas litis velit subministrare.

Legati quoque etiam de latere, Nancij, Gubernatores Ecclesiastici, aut alij quorumcunque facultatum vigore: non solum Episcopos, in prædictis causis impedire, aut aliquo modo eorum jurisdictionem, iis præripere, aut turbare non præsumant, sed nec etiam, contra clericos, aliasve personas Ecclesiasticas: nisi Episcopo prius requisito eoque negligente procedant: alias eorum processus, ordinationesve nullius momenti sint: atque ad damni satisfactionem partibus illati teneantur. Præterea si quis, in casibus à jure permissis, appellaverit: aut de aliquo gravamine conquestus fuerit: seu alias ob lapsum biennij, de quo supra: ad alium judicem recurrerit, teneantur acta omnia coram Episcopo gesta ad Iudicem appellationis, expensis suis transferre; eodem tamen Episcopo, prius admonito, ut si quid ei, pro causæ instructione videbitur, possit Iudici appellationis, significare. Quod si appellatus compareat: cogatur tunc is quoque actorum, quæ translata sunt, expensis, proportionem suam si illis uti voluerit, subire: nisi aliter ex loci consuetudine seruetur: ut scilicet ad appellantem, integrum hoc onus pertineat. Porro ipsam actorum copiam teneatur Notarius congrua mercede accepta, appellanti, quanto citius & a^l minus intra mensem exhibere. Quod si Notarius, in differenda exhibitione, fraudem fecerit: ab officio administratione, arbitrio ordinarij suspendatur: & ad dupli penam, quanti ea lis fuerit, inter appellantem, & pauperes loci distribuendam compellatur. Iudex vero, si & ipse impedimenti hujus conscius, particepsve fuerit, aliterve obstiterit: ne appellanti, integre acta, intra tempus traderentur: ad eandem dupli penam prout supra teneatur. Non obstantibus, quoad omnia suprascripta, privilegiis, indultis, concordatis: quæ suos tantum teneant authores: & aliis quibuscunque consuetudinibus.

Cupiens sancta Synodus, ut ex decretis ab ea editis nulla unquam futuris temporibus dubitandi occasio oriatur, verba illa posita in decreto publicato Sessione 1. sub Beatiss. D. N. Pio III. Videlicet: Quæ proponentibus legatis, ac Præsidentibus ad horum temporum levandas calamitates: sedandas de religione controversias: coercendas linguas dolosas: depravatorum morum abusus corrigendos: Ecclesiæ veram & Christianam pacem conciliandam: apta: & idonea, ipsi sanctæ Synodo videbuntur, explicando

plicando declarat, mentis suæ non fuisse, ut ex prædictis verbis, solita ratio tractandi negotia, in generalibus conciliis, nulla ex parte immutaretur: neque novi quidquam præter id, quod à sacris canonibus, vel generalium Synodorum forma, hæcenus statutum est, cuiquam adderetur, vel detraheretur.

Indictio futurae Sessionis.

Insuper eadem sacrosancta Synodus proximam futuram Sessionem, feria v. post conceptionem beatæ Mariæ virginis, quæ erit die nona mens. Decemb. proxime venturi, habendam esse statuit, & decernit, cum potestate etiam abbreviandi. In qua Sessione, tractabitur de sexto nunc in eam dilato capite: & de reliquis reformationis capitibus, jam exhibitis: deque aliis, ad eam pertinentibus. Si verò opportunum videbitur: & tempus patietur: poterit etiam de nonnullis dogmatibus tractari: prout suo tempore, in congregationibus proponentur.

DECRETUM DE PURGATORIO

publicatum prima die Sessionis nonæ & ultimæ
Tridentinæ sub sanctissimo D.N. Pio I V. Pont.
Max. Die iij. Decemb. 1563.

Cum Catholica Ecclesia Spiritu sancto edocta, ex sacris literis, & antiqua Patrum traditione in sacris Conciliis, & novissime in hac œcumenica Synodo, docuerit, Purgatorid esse: animasque ibi detentas fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili altaris sacrificio juvari: præcipit sancta Synodus Episcopis, ut sanam de Purgatorio doctrinam, à sanctis Patribus, & sacris Conciliis traditam à Christi fidelibus credi, teneri, doceri, & ubique prædici diligenter studeant. Apud rudem vero plebem difficiliore, ac subtiliores quæstiones quæque ad ædificationem non faciant, & ex quibus pierumque nulla sit pietatis accessio, à popularibus concionibus secludantur: Incerta enim, vel quæ specie falsi laborant, vulgari & tractari non permittant. Ea vero quæ ad curiositatem quandam, aut superstitionem spectant vel turpe lucrum sapiunt: tanquam scandala, & fidelium offendicula prohibeant. Curent autem Episcopi, vel fideliuum

vivorum suffragia missarum scilicet sacrificia, orationes eleemosynæ, aliaque pietatis opera, quæ à fidelibus, pro alijs fidelibus defunctis fieri consueverunt; secundum Ecclesiæ instituta, pie & devote fiant: & quæ pro illis, ex testatorum fondationibus, vel alia ratione debentur: non perfunctorie, sed à sacerdotibus, & Ecclesiæ ministris & alijs qui hoc præstare tenentur, diligenter, & accurate persolvantur.

**DE INVOCATIONE, VENERATIONE,
& Reliquiis Sanctorum, & factis
Imaginibus.**

2. Mandat sancta Synodus omnibus Episcopis, & cæteris docendi inuons, curamque sustinentibus, ut juxta Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ usum, à primævis Christianæ religionis temporibus receptum, sanctorumque Patrum confessionem, & factorum Conciliorum decreta in primis de sanctorum intercessione, invocatione, reliquiarum honore & legitimo Imaginum usu, fideles diligenter instruant; docentes eos, Sanctos unâ cum Christo regnantes, orationes suas pro hominibus Deo offerre, bonum, atque utile esse, suppliciter eos invocare: & ob beneficia impetranda à Deo per filium ejus Iesum Christum Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor & Salvator est, ad eorum rationes, opem auxiliunq; confugere. Illos verò, qui negant Sanctos, æterna felicitate in celo fruentes, invocandos esse; aut qui asserunt, vel illos pro hominibus non orare vel eorum, ut pro nobis etiam singulis orent, invocationem esse Idololatiam, vel pugnare cum Verbo Dei, adversarique honori unius mediatoris Dei & hominum Iesu Christi: vel stultum esse in celo regnantibus, voce vel mente supplicare; impie sentire.

Sanctorum quoque martyrum, & aliorum cum Christo viventium, sancta corpora quæ viva membra fuerunt Christi, & templum Spiritus sancti ab ipso ad æternam vitam suscitanda, & glorificanda: à fidelibus veneranda esse: per quæ multa beneficia à Deo hominibus præstantur. Ita ut affirmanter factorum reliquiis, venerationem atque honorem non deberi: vel eas, aliaque sacra monumenta, à fidelibus inutiliter honorari: atque eorum opis impetandæ causa sanctorum memorias frustra frequentari: omnino damnandos esse prout jampridem eos damnavit: & nunc etiam damnat Ecclesia.

Imagines porro Christi, Deiparæ virginis, & aliorum sanctorum, in templis præsertim, habendas & retinendas: eisque debitum honorem, & venerationem impertendam, non quod credatur inesse aliqua in iis divinitas, vel virtus, propter quam sint colendæ: vel quod eis sit aliquid petendum, vel quod fiducia in imaginibus sit figenda: veluti olim fiebat à gentibus, quæ in Idolis spem suam collocabant; sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ representant. Ita ut per imagines quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoremus: & sanctos, quorum illæ similitudinem gerunt, veneremur. Id quod Conciliorum, præsertim vero secundæ Nycenæ Synodi decretis contra Imaginum oppugnatores, est sancitum.

Illud vero diligenter doceant Episcopi, per historias mysteriorum nostræ redemptionis, picturis vel aliis similitudinibus expressas erudiri & confirmari populum in articulis fidei commemorandis, & assidue recolendis. Tum vero, ex omnibus sacris imaginibus, magnum fructum percipi, non solum quia admonetur populus beneficiorum & munerum, quæ à Christo sibi collata sunt: sed etiam quia Dei per sanctos miracula, & salutaria exempla oculis fidelium subiciuntur: ut pro iis Deo gratias agant, sanctorumque imitationem vitam moreque suos componant, exciteanturque ad adorandum ac diligendum Deum, ad pietatem colendam. Si quis autem his decretis contraria docuerit aut senserit: anathema sit.

In has autem sanctas & salutare observationes, si qui abusus irrepserint: eos prorsus aboleri sancta Synodus vehementer cupit. Ita ut, nullæ falsi dogmatis imagines, & rudibus, periculosis erroris occasionem præbentes statuatur. Quod si aliquando historias & narrationes sacræ scripturæ cum id indoctæ plebi expediret, exprimi & figurari contingerit, doceatur populus, non propterea divinitatem figurari, quasi corporeis oculis conspici, vel coloribus aut figuris exprimi possit.

Omnis porro superstitio, in sanctorum invocatione, reliquiarum veneratione, & imaginum sacro usu tollatur: omnis turpis quaestus eliminetur: omnis denique lascivia vitetur ita ut procaci venustate imagines non pingantur, nec ornentur: & sanctorum celebratione ac reliquiarum visitatione, homines, ad comestationes atque ebrietates, non abu-

tantur : quasi festi dies , in honore sanctorum per luxuriam ac lasciviam agantur. Postremo, tanta circa hæc diligentia & cura , ab Episcopis adhibeatur , ut nihil inordinatum aut præposere & tumultuarie accommodatum , nihil prophanium, nihilque inhonestum appareat : cum domum Dei deceat sanctitudo.

Hæc ut fidelius observentur : statuit sancta Synodus , nemini licere, ullo in loco, vel Ecclesia, etiam quomodolibet exempta, ullam insolitam ponere, vel ponendam curare imaginem , nisi ab Episcopo approbata fuerit : nulla etiam admittenda esse nova miracula, nec novas reliquias recipiendas , nisi eodem recognoscente & approbante Episcopo. Qui simulatque de iis aliquid compertum habuerit, adhibitis in concilium Theologis, & aliis piis viris : ea faciat, quæ veritati & pietati consentanea judicaverit. Quod si aliquis dubius, aut difficilis abusus sic extirpandus : vel omnino aliqua de iis rebus gravior questio incidat, Episcopus, antequam controversiam dirimat, Metropolitanis, & comprovincialium Episcoporum, in Concilio provinciali sententiam expectet. Ita tamen, ut nihil, inconsulto Sanctissimo Romæ Pontifice, novum, aut in Ecclesia hæctenus inusitatum, decernatur.

De Regularibus, & Monialibus.

Eadem sacrosancta Synodus, Reformationem prosequens ea quæ sequuntur, statuenda esse censuit, de regularibus.

Can. primus.

Quoniam non ignorat sancta Synodus, quantum ex monasteriis pie institutis, & recte administratis, in Ecclesia Dei splendoris, atque utilitatis, oriatur, necessarium esse censuit (quo facilius, ac maturius, ubi collapsa est, vetus & regularis disciplina instauretur : & constantius, ubi conservata est, perseveret) præcipere, prout hoc Decreto præcipit : ut omnes regulares, tam viri quam mulieres : ad regulam, quam professi sunt, præscriptam, vitam instituant, & componant. Atque in primis, quæ ad suæ professionis perfectionem, ut obedientiæ, paupertatis, & castitatis : ac si quæ alia sunt, alicujus regulæ, & ordinis peculiaria vota & præcepta, ad eorum respectivè essentialiam, necnon ad communem vitam, victum & vestitum conservanda, pertinètia fideliter observent. Omnisque cura, & diligentia, à superiori-

bus adhibeatur : tam in capitulis generalibus, & provincialibus quam in eorum visitationibus (quæ suis temporibus facere non prætermittant) ut ab illis non recedatur. Cum compertum sit, ab eis non posse, ea, quæ ad substantiam regularis vitæ pertinent, relaxari. Si enim illa, quæ bases sunt & fundamenta totius regularis disciplinae, exacte non fuerint conservata : totum corruat ædificium necesse est.

Cap. 2.

Nemini igitur Regulatum, tam virorum quam mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia, cujuscunque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita, tanquam propria aut etiam nomine conventus possidere, vel tenere: sed statim ea superiori tradantur, conventuique incorporentur. Nec deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui regulari concedere, etiam ad usum fructum, vel usum, administrationem, aut commendam. Administratio autem honorum, Monasteriorum, seu conventuum: ad solos officiales eorundem, ad usum superiorum amovibiles pertineat. Mobilium vero usum, ita superiores permittant, ut eorum supellex, statui paupertatis, quam professi sunt, conveniat: nihilque superflui in ea sit: nihil etiam, quod sit necessarium, eis denegetur. Quod si quis scilicet, quicumque tenere, deprehensus, aut convictus fuerit: is, biquinio, acti va, & passiva voce, privatus sit: atque etiam, juxta suæ regulæ, & ordinis constitutiones, puniatur.

Cap. 3.

Concedit sancta Synodus, omnibus Monasteriis, & Domibus, tam virorum, quam mulierum & Mendicantium (exceptis Domibus fratrum sancti Francisci Cappucinorum: & eorum, qui Minores de observantia vocantur) etiam quibus, aut ex constitutionibus suis erat prohibitum: aut ex privilegio Apostolico, non erat concessum: ut deinceps bona immobilia, eis possidere liceat. Quod si aliqua loca ex prædictis, quibus auctoritate Apostolica, similia bona possidere permillum erat, eis spoliata sint: eadem omnia illis restituenda esse decernit. In prædictis autem Monasteriis, & Domibus, tam virorum quam Mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus: is tantum numerus constituatur, ac in posterum conservetur: qui, vel ex redditibus propriis Monasteriorum, vel ex cõsuetis elemo-

nis, commode possit sustentari, nec de cetero, similia erigan-
tur, sine Episcopi, in cujus Diocesi eligendi sunt, licentia
prius obtenta,

Can. 4.

Prohibet sancta Synodus, ne quis regularis, sine su-
perioris licentia prædicationis, vel lectionis, aut cujus-
vis pij operis prætextu, subjiciat se obsequio alicujus præ-
lati, principis, vel universitatis, vel communitatis, aut
alterius cujuscunque personæ, seu loci: neque ei aliquod
privilegium, aut facultas, ab aliis, super iis obtenta, suf-
fragetur. Quod si contra fecerit, tanquam inobediens ar-
bitrio superioris puniatur. Nec liceat regularibus, à suis
conventibus recedere: etiam prætextu ad superiores suos
accedendi: nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint. Qui ve-
ro sine prædicto mandato in scriptis obtento repertus fue-
rit: ab ordinariis locorum, tanquam desertor sui instituti
puniatur. Illi autem, qui studiorum causa, ad universitates
mittuntur: in conventibus tantum habitent: alioquin ab
ordinariis contra eos procedatur.

Can. 5.

Bonifacij Octavi constitutionem: quæ incipit, *Pericu-
loso*, renovans sancta Synodus: universis Episcopis, sub
obtestatione divini iudicij & interminatione maledictionis
æternæ, præcipit: ut in omnibus monasteriis sibi subje-
ctis, ordinaria: in aliis veto, sedis Apostolicæ auctoritate
clausuram sanctimonialium ubi violata fuerit diligenter
restitui: & ubi inviolata est conservari, maxime procurent.
Inobedientes, atque contradictores, per censuras Ecclesia-
sticas aliasque pœnas, quacunque appellatione postposita,
compescant: invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, au-
xilio brachij secularis. Quod auxilium, ut præbeatur, om-
nes Christianos Principes hortatur sancta Synodus: & sub
excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, omnibus
magistratibus secularibus injungit. Neminem autem san-
ctimonialium liceat: post professionem exire à Monasto-
rio, etiam ad breve tempus, quocunque prætextu, nisi
ex aliqua legitima causa, ab Episcopo approbanda: Indul-
tis quibuscunque & privilegiis non obstantibus. Ingredi
autem intra septa Monasterij, nemini liceat, cujuscunque
generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit: five

Episcopi, vel superioris licentia in scriptis obtenta sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda. Dare autem tantum Episcopus, vel superior, licentiam debet, in casibus necessariis: neque aliis, ullo modo possit: etiam vigore cujuscunque facultatis, vel indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi. Ex quia Monasteria sanctimonialium, extra mœnia urbis, vel oppidi constituta, malorum hominum prædæ, & aliis facinoribus, sine ulla sæpe custodia sunt exposita: curent Episcopi, & alij superiores (si ita videbitur expedire) ut sanctimoniales, ex eis ad nova vel antiqua Monasteria, intra urbes, vel oppida, frequentia reducantur: invocato etiam auxilio, si opus fuerit, brachij secularis: impediētes vero, vel non obediētes, per censuras Ecclesiasticas parere compellant.

Can. 6.

In electione superiorum quorumcunque, Abbatum temporalium & aliorum officialium, ac Generalium & Abbatissarum atque aliarum præpositarum (quo omnia recte, & sine ulla fraude fiant) in primis sancta Synodus distincte præcipit, omnes supradictos eligi debere, vota secreta: ita ut singulorum eligentium nomina, nunquam publicentur. Nec in posterum liceat Provinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoscunque titulares ad effectum electionis faciendæ, constituere, aut voces, & suffragia absentium supplere. Si vero contra huius decreti constitutionem, aliquis electus fuerit, electio irrita sit: & is, qui ad hunc effectum, se in Provincialem, Abbatem, aut Priorem creari permiserit: deinceps ad omnia officia in religione obtinenda, inhabilis existat: facultatesque super his concessæ, eo ipso abrogatæ censeantur: & si in posterum alix concedantur, tanquam subreptitiæ habeantur.

Can. 7.

Abbatissa, & Priorissa, & quocunque alio nomine præfecta, vel præposita appelletur, eligatur non minor annis quadraginta: & quæ octo annis post expressam professionem, laudabiliter vixerit: Quod si his qualitatibus non reperiat in eodem Monasterio: ex alio ejusdem ordinis, eligi possit. Si hoc etiam incommodum, superiori, qui electioni præest, videatur, ex iis, quæ in eodem Monaste-

terio, annum trigefimum excefferint, & quinque faltem annis poft profeflionē, recte vixerint, Epifcopo, vel alio fupiore contentiente eligantur. Duobus vero Monafteriis nulla præficiatur. Et fi quæ duo vel plura, quorunq; modo obrinet, cogatur, uno excepto: intra ſex menſes cætera reſignare: Poſt id vero tempus, niſi reſignaverit, omnia ipſo jure vacant. Is vero, qui electioni præeſt Epifcopus, ſive alius ſuperior, clauſtra Monafterij non ingrediatur: ſed ante Cancellorum feneftrællam, vota ſingulorum audiat vel accipiat. In reliquis ſerventur ſingulorum ordinum, vel Monafteriorum conſtitutiones.

Can. 8.

Monafteria omnia, quæ generalibus Capitulis, aut Epifcopis non ſubſunt, nec ſuos habent ordinarios regulares viſitatores, ſed ſub immediata ſedis Apoſtolicæ protectione, ac directione regi conſueverunt: teneantur infra annum, ſine præſentis Concilij, & deinde quolibet triennio, ſeſe in congregationis redigere: juxta formam conſtitutionis Innocentij tertij, in Concilio generali, quæ incipit: *in ſingulis*: ibique certas regulares perſonas deputare, quæ demodo, & ordine, de prædictis congregationibus erigendis, ac ſtatutis in eis exequendis deliberent, & ſtatuant. Quod ſi in his negligentis fuerint, liceat Metropolitanò in cujus provincia præfata Monafteria ſunt, tanquam ſedis Apoſtolicæ delegato eos pro prædictis cauſis convocare. Quod ſi infra limites unius Provincie, non ſit ſufficiens talium Monafteriorum numerus, ad erigendam congregationem: poſſint duarum vel trium Provinciarum Monafteria, unam facere congregationem. Iſtis autem congregationibus conſtitutis illarum generalia Capitula, & ab illis electi Præſides, vel viſitatores: eandem habeant auctoritatem in ſuæ congregationis Monafteria: ac Regulares in eis commorantes iſtam aliis Præſides, ac viſitatores, in cæteris habent ordinibus. Teneaturque ſuæ congregationis Monafteria frequenter viſitare: & illorum reformationi incumbere: & ea obſervare, quæ in ſacris Canonibus, & in hoc ſacro Concilio ſunt decreta. Quod ſi etiam Metropolitanò inſtante, prædicta exequi non curaverint, Epifcopis in quorum Diœceſi loca prædicta ſita ſunt: tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatis ſubdantur.

Can. 9.

Monasteria Sanctimonialium, sanctæ sedis Apollolicæ immediate subjecta, etiam sub nomine Capitulorum sancti Petri: vel sancti Ioannis vel aliis quomodocunque nuncupentur: ab Episcopis, tanquam dictæ sedis delegatis, gubernentur, non obstantibus quibuscunque. Quæ vero à deputatis in Capitulis generalibus, vel aliis regularibus reguntur: sub eorum cura, & custodia relinquuntur.

Can. 10.

Attendant diligenter Episcopi, & cæteri superiores Monasteriorum sanctimonialium, ut in constitutionibus earum, admoneantur sanctimoniales, ut saltem semel, singulis mensibus, confessionem peccatorum faciant: ut sacrosanctam Eucharistiam suscipiant: ut eo salutari præsidio muniantur, ad omnes oppugnationes Dæmonis fortiter superandas. Præter ordinarium autem confessorem, alius extraordinarius, ab Episcopo & aliis superioribus, bis, aut ter, in anno offeratur: qui omnium confessiones audire debeat. Quod vero sanctissimum Christi corpus, intra chorum, vel septa Monasterij, & non in publica Ecclesia conservetur, prohibet sancta Synodus: non obstante quocunque indulto, aut privilegio.

Can. 11.

In Monasteriis, seu domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura: personarum secularium, præter eas quæ sunt de illorum Monasteriorum: seu locorum familia personarum: tam regulares, quam seculares, huiusmodi curam exercentes: sed sint immediate in iis, quæ ad dictam curam, & sacramentorum administrationem pertinent. Iurisdictioni, Visitationi, & Correctioni Episcopi, in cujus Diœcesi sunt sita. Nec ibi aliqui, etiam ad motum amovibiles deputentur: nisi de eisdem consensu, ac prævio examine, per eum, aut ejus Vicarium faciendo: excepto Monasterio Cluniacensi cum suis limitibus: & exceptis etiã iis Monasteriis seu locis, in quibus Abbates, generales, aut capita ordinum, sedem ordinariam principalem habent: atque aliis Monasteriis, seu Domibus, in quibus Abbates, aut alij regularium superiores, iurisdictionem Episcopalem, & temporalem, in parochos & parochianos exercent: salvo tamen eo-

rum Episcoporum jure , qui majorem in prædicta loca ,
vel personas , jurisdictionem exercent.

Can. 12.

Censuræ & interdicta , necum à Sede Apostolicæ emana-
ta , sed etiam ab ordinatis promulgata , mandante Epis-
copo , à regularibus in eorum Ecclesiis publicentur atque
serventur. Dies etiam festi, quos in Diocesi sua servandos,
idem Episcopus præceperit, ab exemptis omnibus etiam re-
gularibus serventur.

Can. 13.

Controversias omnes de præcedentia , quæ sæpe ma-
ximo cum scandalo, oriuntur, inter Ecclesiasticas personas,
tam sæculares , quam regulares : cum in processibus
publicis : tum in his , quæ fiunt in tumulandis defuncto-
rum corporibus : & in deferenda Umbella: & aliis similibus
Episcopus , amota omni appellatione , & non obstantibus
quibuscunque componat : Exempti autem omnes tam cleri-
ci sæculares quam regulares: quicunque etiam Monachi, ad
publicas processiones vocati : accedere compellantur , iis
tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo vivunt.

Can. 14.

Regularis, non subditus Episcopo, qui intra claustra Mo-
nasterii degit, & extra ea, ita notorie deliquerit, ut populo
scandalo sit. Episcopo instante , à suo superiore , intra tem-
pus ab Episcopo præfixendum severe puniatur : ac de puni-
tione, Episcopum certiores faciat: si minus, à suo superio-
re, officio privetur: & delinquens, ab Episcopo puniri possit.

Can. 15.

In quacunque Religione, tam virorum, quam mulierum
professio non fiat ante decimum sextum annum expletum:
nec qui in minore tempore , quam per annum post susce-
ptum habitum , in probatione steterit : ad professionem ad-
mittatur. Professione autem antea facta, sit nulla nullamque
inducat obligationem, ad alicujus regulæ vel religionis vel
ordinis observationem : aut alios quoscunque effectus.

Can. 16.

Nulla quoque tenentatio aut obligatio, antea facta, etiam cum juramento, vel in favorem cuiuscunque causæ piæ, valeat, nisi cum licentia Episcopi sive ejus Vicarij fiat, intra duos menses proximos, ante professionem: ac non aliàs intelligatur affectum suum sortiri nisi sequuta professione: Aliter vero facta, etiamsi, cum hujus favoris expressa renunciatione, etiam jurata, sit irrita, & nullius effectus. Finito tempore novitiatus, superiores novitios, quos habiles invenerint, ad profitendum admittant: aut è Monasterio, eos ejiciant. Per hæc autem, sancta Synodus non intendit aliquid innovare, aut prohibere quin religio clericorum, societatis lesu, juxta primum eorum institutum à sancta sede Apostolica approbatum, Domino & ejus Ecclesiæ inservire possit: sed neque ante professionem (excepto victu, & vestitu) novitij, vel novitiæ, illius temporis, quo in probatione est quocumque præterito, à parentibus vel propinquis, aut curatoribus ejus, Monasterio aliquid ex bonis ejusdem tribuatur: ne hæc occasione discedere nequeat, quod totum vel majorem partem substantiæ suæ, Monasterium possideat nec facile si discesserit, ad recuperare possit: Quin potius præcipit sancta Synodus sub anathematis pœna, dantibus, & recipientibus, ne hoc ullo modo fiat: & ut abeuntibus ante professionem, omnia restituantur quæ sua erant. Quod ut recte fiat Episcopus etiam per censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat.

Can. 17.

Libertati professionis, Virginum Deo dicandarum, proficiens sancta Synodus statuit, atque decernit: ut si puella, quæ habitum regularem suscipere voluerit, major duodecim annis sit: non ante eum suscipiat, nec postea ipsa, vel alia, professionem emittat, quam exploraverit Episcopus: vel eo absente, vel impedito, ejus Vicarius: aut aliquis eorum sumptibus ab eis deputatus: Virginis voluntatè diligenter an coacta, an seducta sit, an sciat quid agat. Et si voluntas ejus, pia, ac libera cognita fuerit: habueritque conditiones requisitas, juxta Monasterij illius, & ordinis regulam, nec non Monasterium fuerit idoneum: libere ei profiteri liceat. Cujus professionis tempus, ne Episcopus ignoret, teneatur præfecta Monasterio, eum ante mensem, cer-

tiorem facere. Quod si præfecta, certiozem Episcopum non fecerit: quoad Episcopo videbitur, ab officio suspensa sit.

Can. 18.

Anathemati sancta Synodus subijcit omnes & singulas personas, cujuscunque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam clericos quam laicos, sæculares, vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fulgentes: si quomodocunque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcunque mulierem invitam (præterquam in casibus in jure expressis) ad ingrediendum Monasteria, vel suscipiendum habitum, cujuscunque religionis: vel ad emittendum professionem, quique consilium, auxilium vel favorem dederint: quique scientes eam non sponte ingredi Monasterium, aut habitum suscipere aut professionem emittere: quoquo modo, eidem actum, vel presentiam, vel consensum vel auctoritatem interposuerint. Simili quoque anathemati subijcit eos, qui sanctam, virginum, vel aliarum mulierum voluntatem, vel accipiendi, vel veli emittendi, quoquo modo, sine iusta causa, impederint, Eaque omnia, & singula, quæ ante professionem, vel in ipsa professione fieri oportet, servantur: non solum in Monasteriis subiectis Episcopo, sed, & in aliis quibuscunque. Ab his tamen excipiuntur mulieres, quæ penitentes, aut convertitæ appellantur: in quibus constitutiones etiam servantur.

Can. 19.

Quicumque regularis prætendat, se, per vim, & metum ingressum esse religionem: aut etiam dicat, ante ætatem debitam, professum fuisse: aut quid simile: velique habitum demittere, quacunque de causa: aut etiam cum habitu recedere, sine licentia superiorum: non audiatur: nisi intra quinquagesimum tantum, à die professionis, tunc non aliter nisi causas, quas prætenderit, defuxerit coram superiore suo, & ordinatio. Quod si ante habitum sponte dimiserit: nullatenus ad allegandam quamcumque causam admittatur: sed ad Monasterium redire cogatur, & tanquam apostata puniatur. Interim vero nullo privilegio suæ religionis juvetur. Nemo etiam regularis, cujuscunque facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem: nec detur licentia cuicumque regulari, occulte ferendi habitum suæ religionis,

Can. 20.

Abbares, qui sunt ordinum capita, ac ceteri prædictorum ordinum superiores, Episcopis non subjecti: quibus est in alia inferiora Monasteria prioratusve, legitima jurisdictio: eadem illa sibi subdita Monasteria, & prioratus suo quisque loco atque ordine ex officio visitent: etiam si commendata existant. Quæ cum ordinum suorum capitibus subsint: declarat sancta Synodus, in iis, quæ aliàs de visitatione monasteriorum commendatorum definita sunt, non esse comprehensa: teneanturque quicumque prædictorum ordinum Monasteriis præsent, prædictos visitatores recipere: & illorum ordinationes exequi. Ipsa quoque monasteria, quæ sunt ordinum capita: juxta sanctæ sedis Apostolicæ, & cujusque ordinis constitutiones visitentur. Et quandiu durabunt hujusmodi commendæ: Priores claustrales, aut in Prioratibus Conventum habentibus superiores qui correctiones, & spirituale regimen exercent, à capitulis generalibus, vel ipsorum ordinum visitatoribus instituantur. In cæteris omnibus præfatorum ordinum privilegia, & facultates quæ in ipsorum personas, loca, & jura concernunt, firma sint, & illæsa.

Can. 21.

Cum pleraque monasteria, etiam Abbatia, Prioratus, & præpositura, ex mala eorum, quibus commissa fuerunt, administratione, non levia passa fuerint tam in spiritualibus quam in temporalibus detrimenta: cupit sancta Synodus ea ad congruam monasticæ vitæ disciplinam, omnino revocare. Verum adeo dura difficultisque est præsentium temporum conditio: ut nec statim omnibus, nec commune ubique (quod optaret) remedium possit adhiberi. Ut tamè nihil prætermittat unde prædictis salubriter aliquando provideri possit: Primum quidem confidit, sanctissimum Romanum Pontificem pro sua pietate, & prudentia curaturum (quantum hæc tempora ferre posse viderit) ut his quæ nunc commendata reperiuntur, & quæ suos conventus habent, regulares personæ ejusdem ordinis expresse professæ & quæ gregi præire & præesse possint, præficiantur. Quæ vero in posterum vacabunt, non nisi regularibus spectatæ virtutis, & sanctitatis conferantur. Quod vero ea monasteria, quæ capita sunt ac primates ordinum, sive Abbatia sive Prioratus, sive illorum capitum nuncupantur: teneantur illi qui

in presentia, ea in commendam obtinent (nisi sit eis de regulari successore provisum) infra sex menses, religionem illorum ordinum propriam solemniter proficeriant: aut eis cedere aliis commendæ prædictæ, ipso jure, vacare censeantur. Ne autem in prædictis omnibus & singulis, fraus aliqua adhiberi possit, mandat sancta Synodus, ut in provisionibus dictorum monasteriorum qualitas singulorum nominatim exprimat: aliterque facta provisio, subreptitia esse censeatur: nullaque subsequenti possessione, etiam trienniali adjuventur.

Can. 22.

Hæc omnia, & singula, in superioribus Decretis contenta, observari sancta Synodus præcipit, in omnibus ecclesiis ac Monasteriis, Collegiis, ac domibus quorumcumque Monachorum ac regularium, nec non quarumcumque sanctimonialium virginum, ac Viduarum: etiam illarum, sub gubernio militiarum, etiam Hierosolymitanæ vivant: & quocumque nomine appellentur: sub quacumque regula, vel constitutionibus, & sub custodia vel gubernatione, vel quavis subjectione, aut annexione, vel dependentia cujuscunque ordinis mendicantium vel non mendicantium: vel aliorum regularium, Monachorum aut canonicorum quorumcumque non habitantibus eorum omnium, & singulorum privilegiis sub quibuscumque formulis verborum conceptis: ac mare magnum appellatis: etiam in fundatione obtentis, nec non constitutionibus & regulis, etiam juratis, atque etiam consuetudinibus, vel præscriptionibus, etiam immemorabilibus. Si qui vero regulares tam viri quam mulieres sunt qui sub ætiori regula vel statutis vivunt (excepta facultate habendi bona stabilia in communi) eos ab eorum instituto, & observantia sancta Synodus amovere non intendit. Et quia sancta Synodus desiderat ut omnia & singula supradicta quamprimum executioni demandentur: præcipit omnibus Episcopis, in Monasteriis sibi subjectis, & in omnibus aliis, ipsis in superioribus Decretis specialiter commissis, atque omnibus Abbatibus & Generalibus, & aliis superioribus, ordinum supradictorum, ut statim prædicta exequantur. Et si quid executioni mandatum non sit Episcoporum negligentia: Concilia provincialia suppleant & exerceant, Regularium vero Capitula Provincialia & Generalia: & in defectum Capitulorum Generalium

Concilia provincialia per deputationem aliquorum ejusdem ordinis provideant. Hortatur etiam sancta Synodus, omnes Reges, Principes, Republicas, & Magistratus: & in virtute sanctæ obedientiæ præcipit: ut velint prædictis Episcopis, Abbatibus ac generalibus & cæteris perfectis in superius contentæ reformationis executione suum auxilium & auctoritatem interponere, quoties fuerint requisiti: ut sine ullo impedimento, præmissa recte exequantur: ad laudem Dei omnipotentis.

DECRETUM, SUPER REFORMATIONE
 generali, publicatum eadem die prima Sessionis
 Nonæ, & ultimæ, Trident. sub S. D. N. Pio IV.
 Pont. Maximo.

Can. 1.

Optandum est, ut ij, qui Episcopale ministerium suscipiunt, quæ suæ sint partes agnoscant: ac se, non ad propria commoda, aut luxum, sed ad labores, & sollicitudines pro Dei gloria vocatos esse intelligant. Nec enim dubitandum est: & fideles reliquos, ad religionem, innocentiamque facilius inflammandos: si Præpositos suos vident non ea, quæ mundi sunt, sed animarum salutem, ac cœlestem patriam cogitantes. Hæc cum ad restituendam Ecclesiasticam disciplinam præcipua esse, sancta Synodus animadvertat; admonet Episcopos omnes: ut secum ea sæpe meditantes: factis etiam ipsis, ac vitæ actionibus quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus: se muneri suo conformes ostendant. In primis vero, ita mores suos omnes componant, ut reliqui ab eis, frugalitatis, molestiæ, continentiæ, ac quæ nos tantopere commendat Deo, S. humilitatis exempla, petere possint. Qua propter exempla Patrum nostrorum in Concil. Carthagin. non solum jubet, ut Episcopi modesta suppellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint: verum etiam in reliquo vitæ genere ac tota ejus domo caveant: ne quid appareat quod à sancto hoc instituto sit alienum, quodque, non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatem contemptum, præ se ferat: Omnino vero, eis interdicit, ne ex redditibus Ecclesiæ, consanguineos, familiaresve suos augere studeant: cum & Apostolorum Canones prohi-

beant, ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donent, sed si pauperes sint, his ut pauperibus distribuant: eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causa: imo quam maxime potest, eos sancta Synodus monet, ut omnem humanum hunc, erga fratres, nepotes, propinquosque, carnis affectum, unde multorum malorum in Ecclesia semina iam extat, penitus deponant. Quæ vero, de Episcopis dicta sunt, eadem non solum in quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, tam secularia, quam regularia obtinentibus, pro gradus sui conditione observari: sed & ad S. Rom. Ecclesiæ Cardinales pertinere decernit, quorum concilio, apud Sanctiss. Rom. Pont. cum universalis Ecclesiæ administratio nitatur, nefas videri potest, non his etiam vicum insignibus, ac vivendi disciplina eos fulgere. quæ merito omnium in se oculos convertant.

Can. 2.

Cogit temporum calamitas, & invalescentium hæresum malitia, ut nihil sit prætermittendum, quod ad populorum ædificationem, & catholicæ fidei præsidium videantur posse pertinere. Præcipit igitur sancta Synodus, Patriarchis, Primatibus, Archiepisc. Episc. & omnibus aliis, qui de jure vel consuetudine, in Concilio Provinciali interesse debent ut in ipsa prima Synodo Provinciali, post finem præsentis Concilii habenda, ea omnia, & singula, quæ ab hac sancta Synodo definita, & statuta sunt, palam recipiant, nec non veram obedientiam, summo Rom. Pont. spondeant & profiteantur, simulque hæreses omnes, à sacris Canonibus & generalibus Conciliis, præsertimque ab hac eadem Synodo damnatas, publice detestentur, & anathematizent. Idemque in posterum, quicumque in Patriarchas, Primates Archiep. Episcoposque promovendi, prima Synodo Provinciali, in qua ipsi interfuerint, omnino observent. Quod si quis, ex supradictis omnibus (quod absit) tenuerit, Episcopi Comprovinciales statim summum Rom. Pont. admonere, sub pœna divinæ indignationis, teneantur, interimque ab ejusdem communionem abstineant. Cateri omnes, sive in præsentem, sive in futurum, beneficia Ecclesiastica habituri & qui in Synodo diocesana convenire debent: idem ut supra, in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur,

tur, faciant, & observent: alias secundum formam factorum canonum puniantur. Ad hæc omnes ij, ad quos universitatum & studiorum generalium cura, visitatio, & reformatio pertinet, diligenter curent, ut ab eisdem universitatibus, Canones, & Decreta hujus sanctæ Synodi integre recipiantur: ad eorumque normam magistri, Doctores, & alij in eisdem universitatibus, ea quæ catholicæ fidei sunt, doceant, & interpretentur: seque ad hoc institutum, initio cujuslibet anni, soleant juramento obstringant: Sed & si aliqua alia in prædictis universitatibus correctione, & reformatione digna fuerint, ab eisdem, ad quos spectat, pro Religionis & disciplinæ Ecclesiasticæ augmento emendentur, & statuatur. Quæ vero universitates, immediate summi Romani Pontificis protectioni, & visitationi sunt subjectæ has sua beatitudo per ejus delegatos, eadem qua supra ratione, & prout eis utilius visum fuerit, salubriter visitari, & reformari curabit.

Can. 3.

Quamvis excommunicationis gladius nervus sit Ecclesiasticæ disciplinæ: & ad continendos in officio populos, valde salutaris: sobrie tamen magnaque circumspectione exercendus est: cum experientia doceat si temere, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari: & perniciem potius parere, quam salutem. Quæ propter excommunicationes illæ quas monitionibus præmissis, ad fidem revelationibus (ut ajuat) aut pro deperditis: seu subtractis rebus fieri solent: à nemine prorsus præterquam ab Episcopo decernantur: & tunc, non alias quam ex re non vulgari, causaque diligenter, ac magna maturitate per Episcopum examinata: quæ ejus animum moveat nec ad eas concedendas, cujusvis secularis, etiam Magistratus auctoritate adducatur, sed totum hoc, in ejus arbitrio, & conscientia sit positum: quando ipse, pro, re, loco persona, aut tempore, eas decernendas esse judicaverit. In causis vero judicialibus mandamus omnibus judicibus Ecclesiasticis, cujuscunque dignitatis existant, ut quandoocunque executio realis, vel personalis, qualibet parte judicij, propria auctoritate, ab ipsis fieri poterit: ablineant se, tam in procedendo, quam diffiniendo, à censuris Ecclesiasticis, seu interdicto: sed liceat eis (si expedire videbitur) in causis civilibus ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra

quoscunque etiam laicos per multas pecuniarias, quae locis piis, ibi existentibus, eo ipso, quod exactae fuerint assignentur: seu per captionem pignorum, personarumque distinctionem, per suos proprios, alienos executores faciendam; sive etiam per privationem beneficiorum, aliaque juris remedia procedere, & causas diffinire. Quod si executio realis vel personalis adversus reos, hac ratione fieri non poterit: sitque erga iudicem contumacia, tunc eos etiam anathematis, mictione, arbitrio suo, praeter alias poenas, ferire poterit. In causis quoque criminalibus, ubi executio realis, vel personalis ut supra fieri poterit, erit à censuris abstinendum. Sed si dictae executioni facile locus esse non possit, licebit iudici, hoc spirituali gladio in delinquentes uti: si tamen delicti qualitas praecedente bina saltem monitione etiam per edictum, id postulet. Nefas autem sit seculari cuilibet magistratus, prohibere Ecclesiastico iudici, ne quem excommunicet: aut mandare, ut latam excommunicationem revocet, sub praetextu quod contenta in praesenti Decreto, non sint observata, cum non ad seculares, sed ad Ecclesiasticos pertineat. Excommunicatus vero quicumque, si post legitimas monitiones non resipuerit, non solum ad sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur: sed si obdurato animo, censuris annexus, in illis per annum insorduerit: etiam contra eum tanquam de haeresi suspectum, procedi possit.

Can. 4.

Contingit saepe, in quibusdam Ecclesiis, vel tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum relictis impositum esse, ut illis, pro singulis diebus à testatoribus praescriptis nequeat satisfieri: vel elemosinam huiusmodi, pro illis celebrandis, adeo tenuem esse ut non facile inveniat qui velit huic se muneri subicere: unde deperant pia testantium voluntates: & eorum conscientias, ad quos praedicta spectant, onerandi occasio datur: sancta Synodus, cupiens haec, ad pios usus relicta (quo plenius, & utilius potest) impleri, facultatem dat Episcopis, ut in Synodo Diocesana, itemque Abbatibus, & Generalibus ordinum, ut in suis Capitulis generalibus re diligenter perspecta, possint pro sua conscientia in praedictis Ecclesiis quas hac provisione indigere cognoverint, statuere circa haec quidquid magis ad Dei honorem & cultum, atque Ecclesiarum uti-

litatem viderint expedire. Ita tamen, ut eorum semper defunctorum commemoratio fiat qui pro suarum animarum salute legata ea ad pios usus reliquerunt.

Can. 5.

Ratio postulat, ut illis quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non detrahatur; quando igitur ex beneficiorum quorumcunque erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus, qualitates aliquæ requiruntur, seu certa illis onera sunt injuncta: in beneficiorum collatione, seu in quacunque alia dispositione eis non derogetur. Idem in præbendis Theologicalibus, Magistralibus, Doctoralibus aut Presbyteralibus, Diaconalibus, ac Subdiaconalibus, quandocunque ita constituta fuerint observetur, ut eorum qualitatibus vel ordinibus nihil in ulla provisione detrahatur: & aliter facta provisio surreptitia censeatur.

Can. 6.

Sancit facta Synodus, ut in omnibus Ecclesiis cathedralibus, & collegiatis Decretum sub fœ. re. Paulo III. (quod incipit, *Capitula cathedralium*) observetur: non solum, quando Episcopus visitaverit: Sed & quoties ex officio, vel ad petitionem alicujus contra aliquem, ex contentis in dicto Decreto procedat. Ita tamen ut cum extra visitationem processerint, infra scripta omnia locum habeant. Videlicet, capitulum initio cujuslibet anni eligat ex capitulo duos: de quorum consilio & assensu Episcopus vel ejus vicarius, tam informando processum, quam in cæteris omnibus actibus, usque ad finem causæ inclusive, coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in ejus domo, aut consueto tribunali, procedere teneatur. Unum autem tantum sit utriusque vorum, possitque alteri Episcopo accedere. Quod si ambo, ab Episcopo discordes in aliquo actu, seu interlocutoria, vel diffinitiva sententia, fuerint, tunc intra sex dierum spatium, cum Episcopo tertium eligent. Et si in electione tertij etiam discordent, ad viciniorum Episcopum, electio devolvatur: & juxta eam partem cum qua tertius conveniet articulus in quo erat discordia terminetur: alias processus, & inde secuta, nulla sint: nullosque producant juris effectus. In criminibus tamen ex continentia provenientius (de qua in Decreto de concubinatis) & in atrocioribus delictis depositionem, aut degradationem requi-

rentibus: ubi de fuga timetur: nec iudicium eludatur: & ideo opus sit personali detentione: possit initio solus Episcopus, ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere, servato tamen in reliquis ordine præmissio. In omnibus casibus ea ratio habeatur: ut juxta qualitatem delicti, ac personarum: delinquentes ipsi in loco decenti custodiantur: Episcopis præterea ubique is honor triatur, qui eorum dignitati par est: eisque in Choro & in Capitulo in processionibus, & aliis actibus publicis, sit prima sedes & locus quem ipsi elegerint, & præcipua, omnium rerum agendarum, auctoritas. Qui si aliquid Canonicis ad deliberandum proponant: nec de te, ad suum, vel suorum commodum spectante, agatur: Episcopi ipsi Capitulum convocent: vota exquirant: & juxta ea concludant. Absente vero Episcopo omnino hoc ab iis de Capitulo, ad quos hoc de jure, vel consuetudine spectat perficiatur: nec ad id, vicarius Episcopi admittatur. Cæteris autem in rebus, Capituli jurisdictionis, & potestas, si qua eis competit: & honorum administratio, salva & intacta omnino relinquatur. Qui vero non obtinent dignitates, nec sunt de Capitulo, hi omnes in causis Ecclesiasticis, Episcopo subiciantur: non obstantibus, quo ad supradicta, privilegiis, etiam ex fundatione competentibus: nec non consuetudinibus, etiam inmemorabilibus, sententiis, juramentis, concordiiis, quæ tantum suos obligent auctores. Salvis tamen in omnibus, privilegiis quæ universitatibus studiorum generalium, seu earum personarum sunt concessa. Hæc autem omnia, & singula in iis Ecclesiis locum non habeant in quibus Episcopi, aut eorum Vicarii ex constitutionibus: vel privilegiis, aut consuetudinibus, sive concordiiis, seu quocunque alio jure, majorem habent potestatem, auctoritatem, jurisdictionem, quam præsentis Decreto sit comprehensum: quibus Sancta Synodus derogare non intendit.

Can. 9.

Cum in beneficiis Ecclesiasticis, ea quæ hæreditate successione imaginem referunt, sacris constitutionibus sint odiosa: & Patrum Decretis contraria: nemini in posterum, accessus, aut ingressus, etiam de consensu ad beneficium cujuscunque qualitatis, concedatur: nec hætenus concessi, suspendantur, extendantur, aut transferantur. Hocque Decretum in quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis, ac etiam

Cathedralibus Ecclesiis, ac in quibuscunque personis: etiam Cardinalatus honore fulgentibus, locum habeat, In coadiutoris quoque, cum futura successione, idem posthac observetur: ut nemini in quibuscunque beneficiis Ecclesiasticis permittantur. Quod si aliquando Ecclesie Cathedralis, aut monasterijurgens necessitas, aut evidens utilitas postulet, Prælato dari coadiutorem: is non aliis cum futura successione detur, quam hæc causa prius diligenter à Sanctissimo Romano Pontifice sit cognita: & qualitates omnes, in illo concurrere certum sit, quæ à jure & Decretis hujus sanctæ Synodi, in Episcopis, & Prælati requiruntur: alias, concessionem super his factæ, subreptitiæ esse censeantur.

Cap. 8.

Admonet sancta Synodus quoscunque Ecclesiastica beneficia secularia, seu regularia obtinentes: ut hospitalitatis officium, à sanctis patribus frequenter commendatum (quantum per eorum proventus licebit) promptæ, benigneque exercere assuescant: memores, eos, qui hospitalitatem amant, Christum in hospitibus recipere. Illis vero hospitalia vulgo nuncupata seu alia pia loca, ad peregrinorum, infirmorum, senum pauperumve usum, præcipue instituta: in commendam, administrationem, aut quemcunque titulum, aut etiam Ecclesiis suis unita, obtinent: vel si Ecclesie Parochiales, hospitalibus forte unitæ aut in hospitalia erectæ, earumque Patronis, in administrationem concessæ sint: præcipit omnino ut impositum illis onus officiumve, administrent atque hospitalitatem, quam debent, ex fructibus ad id deputatis, actu exerceant juxta Constitutionem Concilij Viennensis: in hac eadem Synodo, sub scæ. re. Paulo III. innovatam: quæ incipit, *Quia coniegit*. Quod si hospitalia hæc, ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliorum personarum genus suscipiendum fuerint instituta: nec in loco, ubi sunt dicta hospitalia, similes personæ aut per paucæ reperiantur: mandat adhuc, ut fructus illorum, in alium pium usum, qui eorum institutioni proximior sit, ac pro loco & tempore utilior, convertantur, prout ordinario, cum duobus de capitulo, qui rerum usum peritiores sint, per ipsum diligendis, magis expedire visum fuerit: nisi aliter forte etiam in hunc eventum, in eorum fundatione, aut institutione, fuerit expressum: Quo casu, quod ordinatum fuit, observari

curæ Episcopus : aut si id non possit , ipse , prout supra, utiliter provideat. Itaque si prædicti omnes & singuli , cuiuscunque ordinis , & Religionis , & dignitatis (etiam si laici fuerint) qui administrationem hospitalium habent (non tamen regularibus subiecti ubi viget regularis observantia) ab ordinario moniti , hospitalitatis munus , adhibitis omnibus ad quæ tenentur necessariis , se ipsa obire cessaverint : non solum per Ecclesiasticas censuras , & alia juris remedia , ad id compelli possint : sed etiam hospitalis ipsius administratione , curæ , perpetuo privari possint : alique eorum loco , ab his , ad quos spectabit , substituantur. Et prædicti nihilominus , etiam ad fructuum restitutionem , quos contra ipsorum hospitalium institutionem præceperunt (quæ nulla eis remissione , aut compositione indulgeatur) in foro conscientie teneantur : Nec administratio , seu gubernatio , huiusmodi locorum , uni , & eidem personæ , ultra triennium , quinque committatur : nisi aliter in fundatione cautum reperiat. Non obstante , quo ad omnia supradicta , quacunque unione , exemptione , & consuetudine in contrarium , etiam immemorabili , seu privilegii , aut indultis quibuscunque.

Can. 9.

Sicuti legitima patronatum iura tollere : ipsaque filium voluntates , in eorum institutione violare , æquum non est : sic etiam ut hoc colore , beneficia Ecclesiastica in servitutem (quod à multis impudenter fit) redigantur , non est permittendum : Ut igitur debita in omnibus ratio observetur : decernit sancta Synodus , ut titulus Iuris patronatus , sit , ex fundatione vel dotatione : qui ex authentico documento , & aliis iure requisitis ostendatur : sive etiam , ex multiplicatis presentationibus , per antiquissimum temporis cursum , qui hominum memoriam excedat : aliasve secundum Iuris dispositionem. In iis vero personis , seu universitatibus , in quibus , id jus , plerumque , ex usurpatione potius quæsitum : præsumi solet : pleniori & exactior probatio , ad docendum verum titulum , requiratur. Nec inmemorabilis temporis probatio , aliter ei suffragetur : quam si , præter reliqua ad eam necessaria , presentationes , etiam continuatæ non minori saltem , quam quinquaginta annorum spatio , quæ omnes , effectum sortitæ sint , authenticis scripturis probentur. Reliqui patro-

natus omnes in beneficiis, tam secularibus, quam regularibus, seu parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuscunque aliis beneficiis, in Cathedrali vel Collegiata Ecclesia: seu facultates, & privilegia concessa, tam in vim patronatus, quam alio quocunque jure nominandi, eligendi, presentandi ad ea, cum vacant: exceptis patronatibus super Cathedralibus Ecclesiis competentibus, & exceptis aliis quæ ad Imperatorem, & Reges, seu regna possidentes, aliosque sublimes, ac supremos principes jura Imperij, Dominij suis habentes, pertinent: & quæ in favorem studiorum generalium concessa sunt, in totum proflus abrogata & irrita, cum quasi possessione inde sequuta, intelligantur: Beneficiaque hujusmodi tanquam libera, à suis collatoribus conferantur: ac provisiones hujusmodi plenum effectum consequantur. Ad hæc liceat Episcopo, presentatos à patronis (si idonei non fuerint) repellere. Quod si ad inferiores institutio pertineat ab Episcopo tamen juxta alias statuta ab hac sancta Synodo, examinentur: alioquin institutio ab inferioribus facta irrita sit, & inanis. Patronus autem beneficiorum, cujuscunque ordinis, & dignitatis, etiam si Communitates, Universitates, Collegia quæcunque Clericorum vel Laicorum existant: in præceptione fructuum, proventuum, obventionum quorumcunque beneficiorum: etiam si vere de jure patronatus ipsorum, ex fundatione ac donatione essent, nullatenus nullatenus causa vel occasione, se ingerant: sed illos libere Rectori, seu beneficiario: non obstante etiam quacunque consuetudine distribuendos dimittant. Nec dicto jure patronatus: venditione, aut alio quocunque titulo, in alios, contra canonicas sanctiones transferre præsumant: si secus fecerint, excommunicationis, & interdicti penis subjiciantur: & dicto jure patronatus, ipso jure privati existant.

Insuper collationes per viam unionis factæ: de beneficiis liberis, ad Ecclesias juris patronatus etiam laicorum subjectas, tam parochiales, quam ad alia quæcunque beneficia: etiam simplicia, seu dignitates, vel hospitalia, ut ut prædicta beneficia libera, ejusdem naturæ cum iis, quibuscum uniuntur efficiantur: atque sub jure patronatus colligantur. Hæc si nondum plenarium sortitæ sunt effectum: vel deinceps, ad cujuscunque instantiam fient, quacunque auctoritate, etiam Apostolica concessa fuerint: simul cum

unionibus ipsis, per subreptionem obtentæ intelligantur. Non obstante quacunque in iis verborum forma, seu derogatione, quæ habeatur pro expressa, nec executioni amplius demandentur: sed beneficia ipsa unita, cum vacaverint, libere, ut antea conferantur. Quæ vero, à quadraginta annis citra factæ effectum, & plenam incorporationem sunt consecutæ, hæc nihilominus, ab ordinariis, tanquam à sede Apostolica delegatis revideantur, & examinentur, ac quæ, per subreptionem vel obreptionem obtentæ fuerint, simul cum unionibus irritæ declarentur: ac beneficia ab ipso separentur, & aliis conferantur. Similiter quoque patronatus quicumque in Ecclesiis, & quibuscunque aliis beneficiis, etiam dignitatibus antea liberis, acquisiti à quadraginta annis citra, & in futurum acquirendi, seu ex augmento dotis, seu ex nova constitutione vel alias simili causa, ex autoritate sedis Apostolicæ ab iisdem ordinariis, uti delegatis ut supra (qui nullius in his facultatibus aut privilegiis impediantur) diligenter cognoscantur. Et quos non repererint, ob maxime evidentem Ecclesiæ, vel beneficii, seu dignitatis necessitatem legitime constitutos esse, in totum revocent: atque beneficia huiusmodi, sine damno illa possidentium, & restituto patronis eo quod ab eis idcirco datum est: in pristinum libertatis statum reducant non obstantibus privilegiis, constitutionibus, consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Can. 10.

Quoniam maliciosam potentium suggestionem, & quandoque ob locorum longinquitatem, personarum notitia, quibus causæ mandantur, usque adeo haberi non potest: hincque interdum iudicibus non undequaque idoneis, causæ in partibus delegantur: statuit sancta Synodus, in singulis Conciliis Provincialibus, aut Diocesanis aliquot personas eorum qualitates habeant, juxta constitutionem Bonifacii Octavi quæ incipit *Statutum*: & alioquin ad idaptas designari: ut præter ordinarios locorum, iis etiam posthac causæ Ecclesiasticæ, ac spirituales & ad forum Ecclesiasticum pertinentes in partibus delegandæ committantur. Et si aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituat ordinarius loci, eum consilio capituli, alium in ejus locum, usque ad futuram Provinciam, aut Diocesanam Synodum. Ita ut habeat quæque Diocesis quatuor saltem, aut etiam

piures probatas personas, ac ut supra qualificatas: quibus hujusmodi causæ à quolibet legato, vel Nuncio, etiam à sede Apostolica committantur, alioquin, post designationem factam (quam statim Episcopi, ad summum Romanam Pontificem transmittant) delegationes quæcunque aliorum Iudicum, aliis quam his factæ, surreptitiæ censeantur. Admonet dehinc sancta Synodus, tam ordinarios, quam alios quoscunque Iudices, ut terminandis, quanta fieri poterit brevitate studeant, ac litigatorum artibus, seu in litis contestatione seu alia parte iudicij differenda, modis omnibus, aut termini præfixione, aut competenti alia ratione occurrant.

Can. 11.

Magnam Ecclesiis perniciem afferre solet: cum earum bona, repræsentata pecunia in successorum præjudicium, aliis locantur: omnes igitur hæ locationes, si anticipatis solutionibus fient: nullatenus in præjudicium successorum validæ intelligantur. quocunque indulto, aut privilegio non obstante. Nec hujusmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam, confirmantur. Non liceat etiam, Iurisdictiones Ecclesiasticas seu facultates nominandi aut deputandi, Vicarios in spiritualibus locare, nec conductoribus per se, aut alios, ea exercere: aliterque concessiones etiam à sede Apostolica factæ surreptitiæ censeantur. Locationes vero rerum Ecclesiasticarum, etiam auctoritate Apostolica confirmatas, sancta Synodus irritans: decernit quas à triginta annis citra ad longum tempus, seu ut in nonnullis partibus à viginti novem, seu bis viginti novem annis, vocant factas: Synodus Provincialis, vel deputandi ab ea: in damnum Ecclesiæ, & contra Cænonicas sanctiones contractas fuisse judicabunt.

Can. 12.

Non sunt ferendi: qui variis artibus, Decimas Ecclesiis obvenientes, subtrahere moliantur: aut qui ab aliis solvendas, temere occupant, & in rem suam vertunt, cum Decimarum solutio, debita sit Deo: Et qui eas dare noluerint aut dantes impediunt, res alienas invadunt. Præcipit igitur, sancta Synodus, omnibus cujuscunque gradus, & conditionis sint ad quos, Decimarum solutio spectat: ut eas (ad quas de jure tenentur) in posterum Cathedrali, aut qui-

quibuscunque aliis Ecclesiis vel personis, quibus legitime debentur, integre persolvant. Qui vero eas, aut subtrahunt, aut impediunt: excommunicentur, nec ab hoc crimine nisi plena restitutione secuta, absolvantur. Hortatur dehinc omnes & singulos, pro Christiana charitate, debitoque erga pastores suos munere: ut de bonis sibi à Deo collatis, Episcopis, & Parochis qui tenuioribus præsent Ecclesiis, large subvenire, ad Dei laudem, atque Pastorum suorum, qui pro eis invigilant, dignitatem tuendam non graventur.

Can. 13.

Decernit sancta Synodus ut quibuscunque in locis jam ante annos quadraginta, Quarra (quæ funeralium dicitur) Cathedrali aut parochiali Ecclesiæ solita esset persolvi, ac postea fuerit ex quocunque privilegio aliis monasteriis, hospitalibus aut quibuscunque locis piis concessa: eadem posthac, integro jure, & eadem portione, quæ antea solebat, Cathedrali, seu parochiali Ecclesiæ persolvatur. Non obstantibus concessionibus, gratiis, privilegiis etiam maxime magno nuncupatis, aut aliis quibuscunque.

Can. 14.

Quam turpe ac Clericorum nomine, qui se divino cultui addixerunt, sit indignum, in impudicitia sordibus, immundoque concubinato versari: satis res ipsa, communi fidelium omnium offensione, summoque Clericalis militiae dedecore, testatur. Ut igitur ad eam, quam decet continentiam, ac vitæ integritatem, ministri Ecclesiæ revocentur: populusque hinc, eos magis discat revereri, quo illos vita honestiores cognoverit: prohibet sancta Synodus, quibuscunque clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo, vel extra detinere: aut cum iis, ullam consuetudinem habere audeant. Alioquin peccatis, à sacris canonibus, vel statutis Ecclesiarum puniantur. Quod si à superioribus moniti, ab iis, se non abstinerint: tertia parte fructuum, obventionum ac proventuum, beneficiorum suorum quorumcunque, & pensionum, ipso facto fiat privati: quæ fabricæ Ecclesiæ aut alteri pio loco, arbitrio Episcopi applicetur. Sin vero in delicto eodem, cum eadem, vel alia femina perseverent: secundo moniti, adhuc non tantum fructus omnes, ac proventus suorum bene-

ficioꝝ & pensiones, eo ipso amittant, qui prædictis locis applicentur, sed etiam à beneficiorum ipsorum administratione (quod ordinarius, etiam uti sedis Apostolicæ delegatus arbitrabitur) suspendantur: & si lata suspensione nihilominus eas non expellant, aut cum iis etiam versentur, tunc beneficiis, portionibus, ac officiis & pensionibus quibuscunque Ecclesiasticis, perpetuo priventur, atque inhabiles, ac indigni quibuscunque honoribus, dignitatibus, beneficiis ac officiis, in posterum reddantur: donec, post manifestam vitæ emendationem ab eorum superioribus cum iis, ex causa, visum fuerit dispensandum. Sed si, postquam eas semel dimiserint, intermissum consortium repetere, aut alias huiusmodi scandalosas mulieres sibi adungere, ausi fuerint: præter prædictas pœnas excommunicationis gladio plectantur. Nec quævis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediatur aut suspendatur: supradictorumque omnium cognitio, non ad Archidiaconos: nec Decanos, aut alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos pertineat: qui sine strepitu, & figura Iudicij, & sola facti veritate inspecta procedere possint. Clerici vero, beneficia Ecclesiastica, aut pensiones non habentes juxta delicti & contumaciæ perseverantiam & qualitatem: ab ipso Episcopo carceris pœna, suspensione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, aliisve modis, juxta sacros canones, puniantur, Episcopi quoque (quod absit) si ab huiusmodi crimine non abstinuerint: & à Synodo provinciali admoniti, se non emendaverint, ipso facto sint suspensi. Et si perseverent, etiam ad sanctissimum Romanum Pontificem ab eadem Synodo deferantur: qui pro qualitate culpæ, etiam per privationem (si opus erit) in eos animadvertat.

Can. 15.

Ut paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo consecratis (quos maxime paritas sanctitasque decet) longissime arceatur: Non liceat filiis clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio: in Ecclesiis, ubi eorum Patres beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt: quodcunque (etiam dissimile) beneficium obtinere: nec in dictis Ecclesiis quomodo ministrare: nec pensiones, super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent vel alias obtinuerunt, habere. Quod si in præsentem patet & filius in eadem Ecclesia, beneficia obtinere reperiantur:

cogatur filius, suum beneficium resignare, aut cum alio permutare, extra Ecclesiam intra trium mensium spatium alia, ipso jure, eo privatus existat, & super iis, quæcunque dispensatio surreptitia censeatur. Ad hæc, reciprocarum resignationes, si quæ posthac, à parentibus clericis, in favorem filiorum fient, ut alter alterius beneficium consequatur: in fraudem hujus decreti & canonicarum sanctionum factæ, omnino censeantur. Nec collationes sequuntur, vigore hujusmodi resignationum seu aliarum quarumcunque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipsi Clericorum filiis suffragantur.

Can. 16.

Statuit sancta Synodus, ut Ecclesiastica beneficia secularia: quocumque nomine appellentur: quæ curam animarum, ex primæva eorum institutione, aut aliter quomodocunque retinent: illa deinceps, in simplex beneficium, etiam assignata Vicario perpetuo congrua portione, non convertantur. Non obstantibus quibuscunque gratiis quæ suum plenarium effectum non sunt consecutæ. In iis vero, in quibus, contra eorum institutionem seu foundationem, cura animarum, in Vicarium perpetuum translata est, & si in hoc statu, ab immemorabili tempore reperiantur: si congrua portio fructuum Vicario Ecclesiæ (quocumque nomine is appelletur) non fuerit assignata: ea quamprimum, & ad minus intra annum à fine præsentis concilii arbitrio ordinarij, juxta formam Decreti, sub fœ. re. Paulo III. assignentur. Quod si id commode fieri non possit, aut intra dictum terminum, factum non erit, cum primum, per cessum, vel decessum Vicarij, seu Rectoris aut quomodolibet alterum eorum vacaverit beneficium, curam animarum recipiat: ac vicariæ nomen cesserit, & in antiquum statum restituatur.

Can. 17.

Non potest sancta Synodus, non graviter dolere audiens Episcopos aliquos, sui status oblitos Pontificiam dignitatem non leviter dehonestare, qui cum Regum ministris, regulis & baronibus, in Ecclesia & extra indecenti quadam demissione se gerunt: & veluti inferiores ministri Altaris: nimis indigne, non solum loco cedunt: sed etiam personaliter illis inserviunt. Quare, hæc, & similia detestans sancta Synodus, factos Canones omnes, conciliaque genera-

lia, atque alias apostolicas sanctiones ad dignitatis Episcopalis decorem, & gravitatem pertinentes, renovando, præcipit: ut ab hujusmodi in posterum Episcopi se abstineant: mandans eisdem ut tam in Ecclesia, quam foris, suum gradum, & ordinem præ oculis habentes, ubique se patres, & pastores esse meminerint: reliquis vero, tam Principibus, quam cæteris omnibus, ut eos paterno honore ac debita reverentia prosequantur.

Can. 18.

Sicut publice expedit, legis vinculum quandoque relaxare, ut plenius convenientibus casibus, & necessitatibus, pro communi utilitate satisfiat: sic frequentius legem solvere, exemploque potius quam certo personarum rerumque defectu petentibus indulgere: nil aliud est quam unicuique ad leges transgrediendas aditum aperire. Quapropter sciant universi sacratissimos Canones exacte ab omnibus, & quoad fieri poterit, indistincte observanda. Quod si urget instatque ratio, & major quandoque utilitas postularit, cum aliquibus dispensandum esse, id causa cognita, ac summa maturitate atque gratis à quibuscunque ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum, aliterque facta dispensatio surreptitia censeatur.

Can. 19.

Ut detestabilis duellorum usus, fabricante Diabolo introductus, ut cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe, penitus exterminetur: Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites & quocunque alio nomine Domini temporales: qui locum ad Monomachiam in terris suis inter Christianos, concesserint: eo ipso sint excommunicatæ jurisdictione, & Domino Civitatis, Castri, aut loci, in quo, vel apud quem, duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinent, privati intelligantur, & si feudalia sint, directis Dominis statim acquirantur. Qui vero pugnam commiserint: & qui eorum patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiae penam incurrant: & ut homicidæ juxta sacros Canones puniri debent. Et si in ipso conflictu decesserint: perpetuo careant Ecclesiastica sepultura. Illi etiam, qui consilium in causa duelli, tam in jure, quam facto dederint: aut

alia quacunque ratione, ad id, quencquam suaserint: necnon spectatores: excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur. Non obstante quocunque privilegio, seu prava consuetudine, etiam immemorabili,

Can. 20.

Cupiens sancta Synodus Ecclesiasticam disciplinam, in Christiano populo non solum retitui, sed etiam perpetuo factam tectam à quibuscunque impedimentis conservari: præter ea, quæ de Ecclesiasticis personis constituit, seculares quoque Principes, officij sui admonendos esse censuit: confidens, eos, ut Catholicos (quos Deus sanctæ fidei, Ecclesiæque protectores esse voluit) jus suum Ecclesiæ restitui, non tantum esse concessuros: sed etiam subditos suos omnes, ad debitam erga clerum, Parochos, & superiores ordines, ad reverentiam revocatuos: nec permissuros, ut officiales, aut inferiores magistratus, Ecclesiæ & personarum Ecclesiasticorum immunitatem, Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus constitutam, aliquo cupiditatis studio, seu inconsideratione aliqua, violent: sed una cum ipsis principibus, debitam, sacris summorum Pontificum, & Conciliorum constitutionibus, observantiam præstent. Decernit itaque & precipit: sacros canones, & concilia generalia omnia, necnon alias Apostolicas sanctiones, in favorem Ecclesiasticarum personarum, libertatis Ecclesiasticæ, & contra ejus violatores editas (quæ omnia, præsentem etiam Decreto, innovat) exacte ab omnibus observari debere. Prætereaque admonet Imperatorem, Reges, Respublicas, Principes, & omnes, & singulos, cujuscunque status, & dignitatis extiterint: ut quo largius, bonis temporalibus atque in alios potestate, sunt ornati: eo sanctius, quæ Ecclesiastici juris sunt, tanquam Dei præcipua ejusque patrocinio tecta venerentur. Nec ab ullis Baronibus, Domicellis Rectoribus, aliisve Dominis temporalibus seu Magistratibus, maximeque ministris ipsorum Principum, lædi patiantur: sed severe in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque jurisdictionem impediunt animadvertant: Quibus etiam ipsimet exemplo, ad pietatem religionem, Ecclesiarumque protectionem existant, imitantes anteriores optimos religiosissimosque principes, quia res Ecclesiæ, sua in primis autoritate, ac munificentia auxerunt, nedum ab aliorum injuria vindicarunt. Adeoque

ea in re, quisque officium suum sedulo præstet, quo cultus divinus devote exerceri, & Prælati cæterique clerici in residentiis, & officiis suis quiete, & sine impedimentis cum fructu, & ædificatione populi, permanere valeant.

Can. 21.

Postremo sancta Synodus, omnia & singula, sub quibuscunque clausulis & verbis, quæ de morum reformatione, atque Ecclesiastica disciplina tam sub sœ. re. Paulo III ac Iulio III. quam sub B. Pio IV. Pont. Max. in hoc sacro concilio statuta sunt: Declarat, ita decreta fuisse, ut in his salva semper sedis Apostolicæ autoritas, & sic & esse intelligatur.

DECRETUM DE CONTINUANDA Sessione in diem sequentem.

Cum ea omnia quæ in præsentis Sessione tractanda erant, quia hora tarda est, commode expediri non possint, propterea juxta id, quod in generali Congregatione, à Patribus statutum fuit, ea quæ supersunt, in diem crastinam, hanc eandem Sessionem continuandos differuntur.

CONTINUATIO SESSIONIS die 4. Decembris.

DECRETUM DE INDULGENTIIS.

CUM potestas conferendi Indulgentias, à Christo Ecclesiæ concessa sit: atque hujusmodi potestate, divinitus illi tradita antiquissimis etiam temporibus illa usæ fuerit: sacrosancta Synodus, Indulgentiarum usum Christiano populo maxime salutarem, & sacrorum conciliorum autoritate, probatum, in Ecclesia retinendum esse docet, & præcipit: eosque anathemate damnat, qui, aut inutiles esse asserunt: vel eas concedendi, in Ecclesia potestatem esse negant. Hi his tamen concedendis, moderationem juxta veterem, & probatam in Ecclesia consuetudinem, adhiberi cupit, ne nimia facilitate Ecclesiastica disciplina enervetur. Abusus vero qui in his irrepsit: & quorum occasione insigne hoc de indulgentiarum nomen ab hæreticis blasphematur: emendatos & correptos cupiens: Præsentis decreto generaliter statuit, prævios quæstus om-

nes pro his consequendis (unde plurima in Christiano populo abusuum causa fluxit) omnino abolendos esse. Ceteros vero, qui ex superstitione, ignorantia, irreverentia, aut aliunde, quomodocunque provenerunt: cum ob multiplices, locorum & provinciarum apud quas his committuntur corruptelas, commode nequeant specialiter prohiberi: Mandat omnibus Episcopis, ut diligenter quisque hujusmodi abusus Ecclesie suae colligat: eosque in prima Synoda provinciali referat: ut aliorum quoque Episcoporum sententia cognita statim ad summum Romanum pontificem deferatur: cujus autoritate & prudentia, quod universali Ecclesie expediet, statuatur: ut ita sanctorum indulgentiarum munus, ipse, sancte, & incorrupte omnibus fidelibus dispensetur.

DE DELECTU CIBORVM, IEIUNIIS, & Diebus festis.

Insuper hortatur sancta Synodus, & per sanctissimum Dominum nostrum atque salvatoris adventum, Pastores omnes obtestatur, ut tanquam boni milites illa omnia quae sancta Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum mater & magistra statuit, necnon ea, quae tam in hoc Concilio quam in aliis Oecumenicis statuta sunt: quibuscunque fidelibus, sedulo commendant: omnique diligentia urantur, ut illis omnibus, & iis praecipue sint obsequentes, quae ad mortificandam carnem conducunt: ut ciborum delectus, & jejunia: vel etiam quae faciunt ad pieratem augendam: ut dierum festorum devota & religiosa celebratio, admonentes populum crebro obedire praepositis suis. Quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient: qui vero contempnunt, Deum ipsum ultorem sentient.

DE IUDICE LIBRORVM, CATECHISMO, Breviario & Missali.

Sacrosancta Synodus, in secunda sessione, sub sanctissimo Domino nostro Pio Quarto celebrata, delecti quibusdam patribus commisit, ut de variis censuris, ac libris vel suspectis, vel perniciosis, quid facto opus esset considerarent: atque ad ipsam sanctam Synodum referrent. Audiens nunc huic operi, ab eis extremam manum impositam esse: nec tamen ob librorum varietates, & multitudinem, distincte, & commode possit à sancta Synodo judicari,

judicati præcipit, ut quicquid ab illis præstitum est, Sanctissimo Romano pontifici exhibeatur: ut ejus iudicio, atque autoritate terminetur, & evulgetur. Idemque de catechismo, à patribus quibus illud mandatum fuerat, & de missali & breviatio fieri mandant.

De loco Oratorum.

Declarat sancta Synodus, ex loco assignato Oratoribus tam Ecclesiasticis quam secularibus, in sedendo, incedendo aut quibuscunque aliis actibus, nullum cuiquam eorum, factum fuisse præjudicium: sed omnia illorum, & Imperatoris, Regum, Rerum publicarum ac Principum, suorum jura, & prærogativas illæsas, & salvas esse, in eodemque statu permanere, prout ante præsens Concilium reperiebantur.

**DE RECIPIENDIS, ET OBSERVANDIS
Decretis Concilij.**

Tanta fuit horum temporum calamitas, & hæreticorum inveterata malitia: ut nihil tam clarum, in fide nostra asserenda unquam fuerit, aut tam certo statutum: quod humani generis hoste suadente, illi errore aliquo non contaminaverint. Ea propter sancta Synodus, id potissimum curavit, ut præcipuos hæreticorum nostri temporis errores damnaret, & anathematizaret: veramque & catholicam doctrinam traderet, doceret: prout damnavit, anathematizavit & diffiniivit. Cumque tandiu, tot Episcopi, ex variis Christiani orbis Provinciis: evocati: sine magna gregis sibi commissi jactura & universali periculo, ab Ecclesia abesse non possint: nec ulla spes restet hæreticos, toties fide etiam publica, quam desiderarunt invitatos: & tandiu expectatos, huc amplius adventuros: ideoque tandem, huic sacro Concilio finem imponere, necesse sit: superest nunc, ut, Principes omnes (quod faxit) in Domino moneant, ad operam suam ita præstandam: ut quæ ab eo decreta sunt ab hæreticis depravari aut violari non permittant: sed ab his, & omnibus devote recipiantur, & fideliter observentur. Quod si, in his recipiendis, aliqua difficultas oriatur, aut aliqua incederint, quæ declarationem (quod non credit) aut diffinitionem postulent: præter alia remedia in hoc Concilio instituta, confidit sancta Synodus, Reverendiss. Romanum Pont. curaturum, ut, vel evocatis ex

illis præsertim provinciis, unde difficultas orta fuerit, his, quos eidem negotio tractando viderit expedire: vel etiam concilij generalis celebratione (si necessarium judicaverit) vel commodiore quacunq; ratione, ei visum fuerit: provinciarum necessitatibus, pro Dei gloria, & Ecclesiæ tranquillitate consulatur.

DE RECITANDIS DECRETIS

Concilij sub Paulo 3. & Julio 3. in Sessione.

Quoniam diversis temporibus, tam sub sc. re. Paulo 3. quam Julio 3. multa in hoc sacro Concilio, quoad dogmata, ac morum reformationem, statuta, & definita sunt: Vult sancta Synodus, ut illa nunc recitentur, & legantur. Et successive Decreta ipsa lecta fuerunt.

DE FINE CONCILII, ET CONFIRMATIONE petenda à Santiss. Domino nostro.

Illustrissimi Domini, Reverendissimiq; Patris, placet ne vobis, ut ad laudem Dei omnipotentis huic Sacræ Oecumenicæ Synodo, finis imponatur: & omnium & singulorū q; tam sub sc. re. Paulo 3. & Julio 3. quam sub Sanctiss. D. N. Pio quarto, Romanis Pontificibus in ea decreta, & definita sunt, confirmatio, nomine sanctæ hujus Synodi, per Apost. sedis Legatos, & Præsidentes, à beatiss. Rom. Pont. petatur. Responderunt, placet. Postmodum illustrissimus, & reverendissimus Cardinalis Moronus, primus Legatus & præsidens benedicens sanctæ Synodo dixit post gratias Deo actas: Reverendissimi patres: ite in pace. Qui responderunt, Amen.

ACCLAMATIONES IN FINE Concilij.

Cardinalis à Lotharingia.

Beatissimo Pio Papæ & Domino nostro, sanctæ, & universalis Ecclesiæ Pontifici, multi anni, & æterna memoria. Responsio Patrum.

Domine Deus, Sanctissimum patrem diutissime Ecclesiæ tuæ conserva, multos annos.

Beatissimorum summorum Pontificum animabus, Pauli tertij, & Julij tertij, quorum auctoritate, hoc sacrum

generale concilium inchoatum est , pax à Domino , & æterna gloria , atque fœlicitas in luce Sanctorum.

R. Memoria in benedictione sit:

C. Caroli Quinti Imperatoris , & Serenissimorum Regum animabus qui hoc universale concilium promoverunt , & protulerunt , pax à Domino , & æterna gloria , atque fœlicitas , in luce sanctorum.

R. Memoria in benedictione sit , Amen.

C. Sereniss. Imperatori Ferdinando , semper Augusto , orthodoxo & pacifico : Et omnibus Regibus , Rebus publicis , & Principibus nostris multi anni

R. Pium , & Christianum Imperatorem , Domine conserva , Imperator cœlestis terrenos Reges , rectæ fidei conservatores custodi.

C. Apostolicæ Romanæ sedis Legatis , & in hac Synodo præsidentibus , cum multis annis magnæ gratiæ.

R. Magnas gratias Dominus retribuatur.

C. Reverendiss. Cardinalibus , & Illustribus Oratoribus.

R. Magnas gratias , multos annos.

C. Sanctiss. Episc. vita , & fœlix ad Ecclesias suas reditus.

R. Præconibus vocitatis perpetua memoria orthodoxo Senatui multos annos.

C. Sacrosancta Oecumenica Tridentina Synodus : ejus si-
dem confiteamur : ejus decreta semper servemus.

C. Omnes ita credimus : omnes id ipsum sentimus , omnes consentientes , & amplectentes subscribimus , hæc est fides Petri , & Apostolorum , hæc est fides patrum , hæc est fides orthodoxorum.

R. Ita credimus , ita sentimus , ita subscribimus.

C. His Decretis inhærentes , digni reddamur misericordiis & gratia primi , & magni & supremi sacerdotis Jesu Christi Dei intercedente simul inviolata Domina nostra sancta Deipara , & omnibus Sanctis.

R. Fiat , fiat , Amen , Amen.

C. Anathema cunctis hæreticis.

R. Anathema , Anathema.

Mandatur omnibus Patribus ut subscribant Decretis concilij Illustrissimi Domini , reverendissimi Patres , præcipitur vobis sub pœna excommunicationis , ne quisquam vestrum ab hac Civitate Tridentina discedat antequam iis , quæ in hac facto Synodo decreta sunt propria manu subscribat : aut per publicum instrumentum approbet.

CONFIRMATIO CONCILII.

NOs Alexander, S. Laurentij in Damaso Diaconus Cardinalis de Farnesio, S. R. E. Vicecancellarius, fidem facimus, & attestamus, qualiter hodie die Mercurij XXVI. Ianuarij, M. D. LIV. Pontificatus Sanctissimi D. nostri D. Pij, divina providentia Papæ quarti, anno quinto, in Consistorio secreto apud S. Petrum, Rever. DD. mei, Cardinalis Moronus, & Simoneta, nuper reversi à sacro Concilio Tridentino, cui uti Sedis Apostolicæ Legati præerant, petierunt ab eodem Sanctissimo D. nostro, ut infra.

Beatissime Pater, in Decreto super fine Concilij œcumenici Tridentini pridie nonas Decembris præteriti publicare statutum fuit, ut per Sanctitatis Vestræ, & sanctæ Sedis Apostolicæ Legatos, & Præsidentes peteretur nomine dicti Concilij à Sanctitate Vestra confirmatio omnium & singulorum, quæ tam sub sæ. re. Paulo III. & Iulio III. quam sub Sanctitate Vestra in eo decreta, & definita sunt. Quapropter nos Ioannes Cardinalis Moronus, & Ludovicus Cardinalis Simoneta, qui tunc Legati, & præsidentes eramus, volentes exequi quod in dicto Decreto stabilitum fuit, humiliter petimus nomine dicti Concilij œcumenici Tridentini, ut Sanctitas Vestra dignetur confirmare omnia, & singula, quæ tam sub sæ. re. Paulo III. & Iulio III. quam sub Sanctitate Vestra in eo decreta, & definita sunt.

Quibus auditis, sanctitas sua, viso & lecto tenore dicti, Decreti, & habitis votis Rev. DD. meorum Cardinalium respondit per hæc verba.

Petitioni, nomine Concilij œcumenici Tridentini super eius confirmatione per dictos Legatos nobis factæ annuentes, omnia & singula, quæ in dicto Concilio tam sub sæ. re. Paulo III. & Iulio III. prædecessoribus nostris, quam Pontificatus nostri tempore decreta, & definita sunt, auctoritate Apostolica, etiam de Venerabilium fratrum nostrorum Cardinalium consilio, & assensu, matura cum illis deliberatione præhabita, confirmamus, atque ab omnibus Christi fidelibus recipi, & inviolabiliter observari mandamus. In nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti.

Ita est, A. Cardinalis Farnesius,
Vicecancell.



SUMMA ALIORUM CANONUM

Nicæni Concilij, quos Alphonsus Pisanus Societatis Iesu in secunda editione ejusdem Concilij collegit, partim ex Epistolis Iulij primi Romani Pontificis, partim ex codice Arabico.

EX EPISTOLA SECUNDA IULII

colliguntur canones xxiiij. videlicet 18. 19. 21. 23. 26. 27. 28. 33. 41. & 5. 7. qua & 9. ac 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 63. 66. Alij vero canones quos ibi enumerat Iulius, ad prædicta xxiiij. reduci possunt.

Can. primus.

NON debent præter sententiam Romani Pontificis concilia celebrari.

Can. 2.

Ut omnes Episcopi gravari possint ad sedem Apostolicam appellare, ejus dispositioni omnes majores Ecclesiarum causæ ex apostolica traditione reserventur.

Can. 3.

Dum à sede Apostolica causa Episcopi appellantis judicatur, nullus alius ejus loco ponatur Episcopus. Item à comprovincialibus non licet diffinitivam sententiam proferri contra Episcopum accusatum, inconsulto Romano Pontifice.

Can. 4.

Gravatus à Metropolitanò, poterit appellare ad Primum, vel ad sedem Apostolicam.

Can. 5.

Accusatores, & accusationes à legibus seculi repudiatas,
& Ecclesia repudiat.

Can. 6.

Nullus Episcopus ex alterius Parœcia poterit vel ordi-
nare, vel retinere, aut judicare, sine licentia Episcopi proprij
salva Apostolicæ sedis auctoritate.

Can. 7.

Si quis causam subierit adversus Episcopum, vel actores
Ecclesiæ, non prius ad earum iudices, quam ad eos recurrat cha-
ritatis studio: alioquin communione privetur.

Can. 8.

Nemo Episcopum jam expoliatum, seu à sua sede pul-
sum, excommunicet, aut iudicet.

Can. 9.

Non sunt suscipiendi accusatores, vel testes, qui non sunt
idonei.

Can. 10.

Infames sunt, qui adversus partes armantur.

Can. 11.

Accusatores vel testes non admittuntur, qui sunt infide-
les, vel malæ conversationis, item qui de inimicorum domo
prodeunt.

Can. 12.

Illæ tantum Metropolitanæ, vel primates Ecclesiæ sunt
quæ ante prædicationem Evangelicam erant primates, ac-
cedente auctoritate Apostolica, & Synodali. Reliquæ vero,
non Primates, sed Metropoles vocentur.

Can. 13.

Infames sunt, qui suam, aut Christianam prævaricantur le-
gem, aut canonicam postponunt auctoritatem.

Can. 14.

Nullus Metropolitanus absque cæterorum omnium con-

provincialem, audiat causas, salvo Romanæ Ecclesiæ privilegio.

Can. 15.

Peregrina judicia irrita sint, idest, quæ non à propriis Episcopis fiunt.

Can. 16.

Nemini de se confesso credi potest super crimen alienum.

Can. 17.

Incerta nemo judicare præsumat.

Can. 18.

Criminationes majorum per alios ne fiant, nisi per ipsos, qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint.

Can. 19.

Provincialis Synodus retroferretur per vicarios urbis Romæ Episcopum, si ipsa decreverit.

Can. 20.

Ei, qui à suo giudice Ecclesiastico ad majorem appellaverit, audientia non negetur.

Can. 21.

Comprovinciales Episcopi cum Metropolitanis consilio (nisi quantum ad proprias parochias pertinet) agant.

Can. 22.

Contra absentem reum sententia non proferatur: alioquin irrita erit.

Can. 23.

Privates contra accusatum Episcopum sententiam non proferant, nisi antea sede Apostolica consulta, aut ipse se reum confiteatur, aut per innocentes & canonicè examinatis regulariter testes examinentur.

Can. 24.

Majores minorum accusationibus impeti non debent.

SEQUITUR SUMMA CANONUM
LXXX. ejusdem Concilij ex codice Arabico.

Canones 1.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17.18.
19.20. 40. extant in illis xx. supra positis, licet in
Arabico iidem per paraphrasin sint fustus expositi.

Can. 2. *De servis non ordinandis.*

ERVI infidelium non prius debent fieri clerici,
quam sint manumissi ac liberi, satisque probati, an
digni sint gradu.

Can. 12. *De Monachis.*

Nemo laicus fiat Monachus sine licentia Episcopi, qui il-
lius Monasterij potestatem habeat alioqui removeatur.

Can. 20. *De visitandis maleficis.*

Nemo conversetur cum maleficis, & divinis: Qui hoc
fecerit, & eorum dicta approbaverit, in domumque eorum
intraverit, aut in suam eos receperit, & eorum cibis ac
potionibus usus fuerit, si sacerdos fuerit, movendus est gra-
du suo, ac prohibendus communione fidelium, & ingressu
Ecclesiae ac communione sacra. Si vero fuerit laicus, prohi-
bendus est Ecclesia. Quod si ad agendam poenitentiam ve-
nerint, agenda est eis poenitentia annis viginti: quo tempo-
re pane tantum, & sale vesci debent, & à vino abstinere,
aqua contenti.

Can. 21. *De Nuptiis cum patre, aut matre spirituali.*

Nemo cum patre, aut cum matre spirituali matrimonium
contrahat, & qui hoc commiserit, habeatur tanquam ethni-
cus, quousque separentur, & spatio viginti annorum poeni-
tentiam agant, decem annis abstineant à communione fide-
lium, alteris decem licebit intrare in Ecclesiam ad audien-
dum tantum scripturas.

Can. 22. De susceptoribus in baptismo.

Ut viri non teneant in baptismo puellas, aut mulieres: neque mulieres teneant masculos.

Can. 32. De nuptiis fratrum & sororum spiritualium.

Pater non det filio suo in matrimonium eam, quam uxor sua tenuit in baptismo neque mater det filiam suam in matrimonium ei, quem maritus tenuit in baptismo.

Can. 24. De eo, qui duas uxores simul duxit.

Nemo debet duas uxores ducere, nec uxori suae alteram mulierem per concupiscentiam introducere. Qui hoc fecerit, si fuerit sacerdos, prohibeatur ministerio sacrificandi, & communione fidelium, quousque eiciat domo secundam, & retineat primam, Idem iudicium de laicis. Vide Can. 66.

Can. 25. De non arcendis à sacra communione.

Nullus sacerdos ullum, fidelem à sacra communione arceat, neque propter odium, neque propter causam aliam quamvis mundanam, & qui hoc commiserit deponatur, & excommunicetur.

Can. 26. De clericis spondentibus, aut testimonium dicentibus.

Nullus clericus pro aliquo spondeat, neque testimonium in causa criminali dicat. Et qui hoc commiserit, deponatur, & excommunicetur.

Can. 27. De vitandis excommunicatis.

Ab eo qui fuerit excommunicatus, non est accipienda oblatio, nec ullus fidelium debet cum eo prandere, nec in domum ejus ingredi, nec eum in domum suam recipere. Qui hoc non servaverit, est ipse quoque excommunicandus.

Can. 29.

Tractat de vitiis fugiendis sacerdoti.

Can. 30.

Ne fideles imponant nomina gentiliam suis filiis, sed eis inter baptizandem nomina Christianorum induent.

Can. 31.

Si quis ex hæresi ad fidem catholicam revertetur, debet anathematizate omnes hæreses, & præcipue Arium, quique hæresim, profiterique fidem in Symbolo Nicæno traditam. Talis vero post hanc professionem factam debet ungi Chrismate, & ter signari signo crucis, inter ungendum. Hic, qui ex hæresi fuerit reversus, si erat Episcopus, si in gradu presbyteri: si erat presbyter, sit in gradu diaconi: si diaconus, sit in gradu subdiaconi: & sic deinceps.

Can. 32.

Si quis salva fide sanctissimæ Trinitatis retentoque baptismo, & cæteris Ecclesiæ legibus, ex aliqua hæresi seu potius schismate redierit, non necesse est ungi, neque baptizari, heque gradu suo moveri.

Can. 33. 34. 35. 36. & 37.

Tractant de potestate Archiepiscopi Thessalonicensis & Seleuciani, & Episcoporum Persidæ Patriarchæ Æthiopiæ & Archiepiscopi Cypri.

Can. 38.

Ne quilibet Episcopus in aliena parocchia quidquam disponat, absque licentiâ proprii Episcopi: nisi sit Patriarcha, aut Archiepiscopus illius provincie.

Can. 39.

Patriarcha potest disponere ut sibi videtur in provinciis, quæ sibi substant: nam is præest omnibus Episcopis suæ ditionis: sicut ille qui tenet sedem Romæ caput est & princeps omnium Patriarcharum: quandoquidem ipse est primus sicut Petrus, cui data est potestas in omnes principes Christianos, & omnes populos eorum, ut qui sit Vicarius Christi super cunctos populos, & cunctam Ecclesiam Christianam: Et quicumque contradixerit, à Synodo excommunicetur.

Can. 41.

Omnes Archiepiscopi & Episcopi semel per annum apud Patriarcham suam conveniant, de rebus, quae in suis parochiis in diem occurrunt cum eo tractaturi, ferantque ad illum singulis annis necessaria ad alendum se.

Can. 42.

Si quis ex clero, aut ex manochiis vocatus ter à Synodo non venerit, ejiciatur, & deponatur.

Can. 43.

Si quis Ecclesiasticus praelatus non punierit manifeste reum, à Patriarcha deponatur.

Can. 44.

Ne Archiepiscopus Episcopis sibi subjectis ullam imponat poenitentiam, nisi interveniente Patriarcha.

Can. 45.

Ne admittatur querela Archiepiscopi, neque quisquam ei in hoc prestet favorem, contra suam patriarcham, nisi adhibito altero Patriarcha, qui causam excuriat.

Can. 46.

Ne Patriarcha, admittat querelam Archiepiscopi contra alterum Archiepiscopum : nisi interveniente tertio aliquo Archiepiscopo.

Can. 47.

Nullus Ecclesiasticus praelatus solvat, quem alius juste ligaverit, quoad ille qui ligaverit, vixerit. Sed eo mortuo licebit modo ille non sit excommunicatus ob blasphemiam, aut propter aliquod delictum publicum : Patriarcha autem, habet potestatem faciendi quod sibi expedite visum fuerit.

Can. 48.

Ne Episcopus, dum vivit, successorem sibi eligat.

Can. 49.

Ut nemo ordinetur, praemio aliquo dato, aut promisso: &

qui eum sic ordinaverit, deponatur.

Can. 50.

Ne in una civitate plures Episcopi uno; nec in una parochia sint plures presbyteri uno: quæ si fuerit magna, sacerdos sumat sibi in subsidium diaconos.

Can. 51.

Si quis habuerit uxorem immorigeram, quæque contemptis monitionibus Episcopi, voluerit in vitio persistere, & à suo viro discedere, debet tamen ab uxore destitutus, permanere continens: si autem noluerit, debet fieri religiosus. Quod si vit per calumniam falsa crimina uxori imposuerit, ut ab ea separetur, cogendus est ut ei cohabitaret: si hoc facere noluerit, communionem, & Ecclesia privetur.

Can. 52.

Ne sacerdos secularia negotia tractet, nec ad usuram mutuet, neque quantum iniquum querat, neque communionem cum Iudeis habeat, aut cum eis cibum sumat: alioquin excommunicetur.

Can. 53.

Ut Christianus possit ex quacunque religione sibi uxorem sumere, modo ea fiat Christiana: sed ne filiam suam alteri quam Christiano dare nuptui possit: alioquin excommunicetur.

Can. 54. usque ad 65.

Tractatur de chorepiscopis, & de quibusdam muneribus Ecclesiasticis, quæ jamdiu exoluerunt, præcipue in occidentali Ecclesia.

Can. 66.

Quo ad clericos in occidentali Ecclesia locum non habet, sed de laicis si quis qualibet de causa uxore prima dimissa, vel ea etiam retenta aliam superduxerit, sive liberam, sive servam, Ecclesia prohibeatur.

Can. 67.

Qui duas uxores duxerit, una cum secunda excommu-

nicetur: fidelis femina si nupserit viro infideli, de Ecclesia ejiciatur. Si tamen eum dimiserit, recipiatur eo modo, quo recipitur is qui post fidei abnegationem recipitur.

Can. 68.

Tractat de eo ipso, de quo est tractatum Can. 53.

Can. 69.

Si quis fidelis dederit nuptum, infideli filiam, aut fororem, non consciam, neque volentem, neque presentem, ipse excommunicetur.

Can. 70.

Tractat de Xenodochiis constituendis in singulis civitatibus.

Can. 71.

Agit de inthronizatione Episcopi, cujusmodi non est in usu apud Occidentales.

Can. 72.

Prohibet translationem Episcoporum, aut etiam presbyterorum ex una Ecclesia ad aliam, nisi maxima causa intercedente.

Can. 73. 74. 75. & 76.

Agunt de rebus, quæ apud nos non sunt in usu.

Can. 77.

Si Episcopus deprehensus fuerit in fornicatione, aut simili peccato, est deponendus, nec amplius est in eundem gradum restituendus.

Can. 78.

Si sacerdos lapsus fuerit in fornicationem, prima vice ei condonatur, imposta ei penitentia unius anni. Si vero iterum fuerit lapsus, tunc est deponendus. Diacono duabus vicibus peccatum condonatur, imposta tamen penitentia: tertia vero deponitur. Ceteri vero ex clero sen laici si in idem peccatum ceciderint, eis penitentia imponenda, ad superioris arbitrium.

Can. 79.

Agit de correctione fraterna.

Can. 80.

Describit officia procuratoris pauperum.



STATUTA SYNODALIA,

Venerabilium Parisiensium Episcoporum Galonis Cardinalis, Odonis & Vuilhelm.

Quibus adjecta sunt, Petri & Galteri, Seconensium Archiepiscoporum Decreta, ex utriusque Provinciali Concilio desumpta :

Christianissimi quoque Regis Galliarum, S. Ludovici Pragmatica Sanctio.

Ante annos, paulo plus minus quadringentos constituta quidem prope omnia, sed nunc primum tamen edita, & ad venerandæ vetustatis manuscriptorum exemplarium fidem descripta.

In nomine sanctæ Trinitatis incipiunt prohibitiones & præcepta observanda ab omnibus Sacerdotibus, data à venerabili Odone Parisiensi Episcopo.

De modo & tempore celebrandi Synodum.

Cap. 1.

Fit Iovis in luce Synodus quæ proxima Luca.

Lux Iovis hæc replicat tertiâ Pascha sequent.

Synodus olim celebrabatur ex toto triduo, idque cum ceremoniis &

IN principio Synodi, antequam cantetur, Veni creator Spiritus: queratur utrum præsentibus sint Abbates & sacerdotes, & qui tenentur synodo interesse: Et hoc factò, incipiat Episcopus alta voce, Veni creator: quo finito: dicantur orationes, his precibus præcedentibus, Patet

noſter: & ne nos, &c. Benedicamus patrem, &c. Poſt partum, *precibus*
&c. Letauini in Domino, &c. Fiat pax, &c. Domine exaudi *ſolemnibus,*
orationem meam, Dominus Vobiscum, Oratio, Omnipotens *bus, qua-*
ſempiternus Deus qui dedisti famulis tuis, &c. Actiones no- *les fero*
ſtras quaſumus Domine, &c. Deus qui ſalutis aeternae, &c. *hic deſ-*
Propitiato quaſumus Domine nobis famulis tuis per ſancto- *cripſitur,*
rum tuorum, quorum corpora vel reliquiae in Eccleſia pra- *ut videre*
ſenti requieſcunt, merita glorioſa, ut eorum pia intercel- *eſt apud*
ſione ab omnibus ſemper protegamur ad verſis. In ſirma *ſid. inſit.*
tem noſtram quaſumus Domine respice, &c. Deus à quo ſan- *2. tom.*
cta deſideria, &c. Per Dominum, &c.

Finitis orationibus, reſidebunt, & legetur lectio, qua le- *Concilio-*
cti fiet ſermo. *rum, &*

Finito ſermone, licentiabit Episcopos laicos & ſcholares *Burchar-*
& alios clericos, qui non debent Synodo intereſſe. Hoc *dam, ad*
facto, legantur praeccepta Synodi. His expletis dicantur *ſinem Con-*
capitula, quae ſunt addenda: & in ſine diſtincte praecipiat *cilij Sal-*
ut ſeruentur à ſacerdotibus. Deinde ſequantur preces pro *egunſtadi-*
neceſſitate locorum & perſonarum. *enſis.*

2. Diſtincte praecipitur ſacerdotibus, ut jeiuni intrent ſyno-
dum: in jeiunio enim debet fieri & oratione.

3. Diſtincte praecipitur ut induti albis & ſtolis intrent ſa-
cerdotes Synodum illam, quae celebratur tempore Paſchali;
illam vero, quae ſit Septembri, ſuperpellicis tantum &
ſtolis.

4. Prohibetur ſacerdotibus, ne cauſas adducant ad Syno-
dum aut aliqua negotia, quae non pertinent ad quorſdam, &
ne ſibi tunc * miniſtratur, cum debent Synodo intereſſe, pro- ** Venam*
hibetur. *aperiri fa-*

5. Praecipitur diſtinctius, ut omnes praebiteri maxime en- *ciat quiſ-*
tam animarum habentes veniant ad Synodum, & ſi graui in *piam ad*
firmitate derenti, aut alia neceſſitate inuitabili venire non *ſanguine*
poſſerint, ſuum capellannum mittant aut clericum loco ſuo. *elicien-*

6. Praecipitur ut in eundo & redeundo à Synodo honelle *dum pra-*
ambulent praebiteri, & honella quaerant hoſpitia, ut in eis *textu*
circumſpecte ſe habeant, ne ſtatu clericorum vertatur in *morbi.*
contemptrum & opprobrium populo. Praecipimus in virtute
Domini noſtri & Dei, & obedientiae: ut honor maximus &
reuerentia debita ſingularis ſacramentis ſanctae Eccleſiae pra-
cipue à ſacerdotibus & clericis exhibeantur, & ut laici ſim-
iliter exhibeant in quantum ſacerdotes moneant eos & ex-
hortentur.

Capitula baptismum tangentia.

Baptismus cum reverentia & honore celebretur & cum magna cautela sub hac forma. N. Ego baptizo te, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti : & caveat maxime in distinctione verborum & in prolatione, in quibus tota virtus consistit sacramenti & salus puerorum : s. N. Ego baptizo te, In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Et in Romano sub eadem forma doceant frequenter sacerdotes, laicos baptizare debere pueros in necessitate : patrem etiam & matrem, in summa necessitate, & post inundationem ea facient sacerdotes pueris, quæ solent fieri post immersionem.

1. Pro baptismo nihil omnino ante exigatur : sed post laudabilis consuetudo exigi potest.
2. Fontes sub sera clausi custodiantur propter sortilegia. Chrisma similiter & sacrum oleum sub clave servetur.
3. Semper sacerdos interroget laicum diligenter : cum in necessitate baptizaverit puerum, quid dixerit & quid fecerit. Et si invenerit laicum discretè & modo debito baptizasse, & formam verborum in Romano integre protulisse, approbet factum : sin autem, baptizet puerum modo debito. Et hic est modus : Petre si es baptizatus, non te rebaptizo, si non es baptizatus, ego baptizo te, &c.
4. Ad elevandum parvum de fonte, tres ad plus recipiantur : quod enim amplius est, à malo est.

Capitula de sacramento Confirmationis.

Sacerdotes frequenter moncant populum ad Confirmationem puerorum.

1. Post baptismum debet suscipi sacramentum Confirmationis.
2. Quod si confirmandus adultus fuerit, confiteatur prius, & postea confirmetur.
3. Sæpe dicatur laicis, ne expectent diu, ad confirmandum pueros adventum Episcopi : sed ducant eos ad eum, nisi adesse audierint prope : & quod possint nomina mutari pueris, si velint in Confirmatione, aut si visum fuerit expedire.
4. Nullus sacerdos confirmare, aut consecrare virgines præsumperit : solius Episcopi est confirmare, Virgines consecrare.

consecrare, Ecclesias dedicare, Ordines dare.

Capitula de Sacram. altaris.

Cap. 1.

Summa reverentia & honor maximus sacris altaribus exhibeatur, & maxime ubi sacrosanctum Corpus Domini conservatur, & Missa celebratur.

1. Linteamina altaris & indumenta sæpe abluantur ad reverentiam & præsentiam salvatoris nostri, & totius curiæ cælestis, quæ cum eo præsens adest quoties Missa celebratur.
2. Calices quibus infirmi communicantur, decorentur & mundi custodiantur, ut devotius communicent infirmi.
3. Ampullæ vini & aquæ in ministerio altaris mundæ & integræ habeantur: similiter ampullæ Chrismatis & olei sancti.
4. Non permittant presbyteri, diaconos (comminatur Episcopus eis qui hoc non servant) deferre infirmis sacrosanctum Corpus Domini nisi in necessitate cum sacerdos absens fuerit: sed semper sacerdos cum magna reverentia & maturitate *deferat* in pixide eburnea bene clausa propter casum & cum lucerna præcedente, cantantes septem Psalmos Pœnitentiales cum Litanis pro infirmo, eundo & redeundo si longa via fuerit, addant quindecim psalmos, & alias orationes: sic enim debitum persolvunt infirmo, & audientes invitent ad exhibendam Deo reverentiam, & honorem, & orationem.
5. Frequenter moneantur laici, ut ubicunque viderint deferri Corpus Domini, statim genua flectant tanquam Domino & creatori suo, & junctis manibus quoadusque transferit, orent.
6. In pulchriori parte altaris cum summa diligentia & honestate, sub clave sacrosanctum Corpus Domini custodiatur.
7. Nulli Clerico permittatur servire altarij. * male ornato servato in majori Ecclesia, nisi in superpellicio aut cappa clausa.
8. Nullus bis in die Missam audeat celebrare, aut cum duplici introitu nisi in magna necessitate.
9. Nullus antequam Matutinas dixerit canonicas, & Primam, præsumat sine aliqua necessitate celebrare Missam.
10. Ad horas beæ Virginis semper tertius versus dicatur capitulo ut observat H. S. *Maria mater gratiæ*, & canterur Ecclesia cum nota & devotione, vel in * regendo ac calvendo.

* For. nisi
in ornato
servato
in majori
Ecclesia
scilicet in.
For. lo-
gendo, ac
canendo.

Capitula de Confessione.

1. Sacerdotes circa confessionem maximam curam adhibeant & cautelam: scilicet, ut diligenter peccata inquirant usitata sigillatim, inusitata, non nisi à longè per aliquam circumstantiam; sic tamè ut ex peccatis detur materia cõfiteñdi.

2. Ad audiendum confessiones, communiorum locum in Ecclesia sibi eligant sacerdotes, ut communiter ab omnibus videri possint: & in locis abditis, aut extra Ecclesiam nullus recipiat confessiones, nisi in magna necessitate vel iussuritate.

3. In confessione habeat sacerdos vultum humilem, & oculos ad terram, nec aspiciat vultum confitentis (maxime mulieris) causa debita honestatis, & patienter audiat quæ dixerit, in spiritu lenitatis, & pro posse sub pluribus modis persuadeat ut confiteatur integrè: aliter enim dicat ei nihil valere.

*Incestum faciens deflorans, aut homicida,
Pontificem quaras: Papam si miseris ignem,
Sacrilogus, patris percussor, vel sodomita,
Si percussisti clericum. Simonve fuisi.*

4. Sacerdotes majora reseruent majoribus in confessionibus, sicut homicidia, sacrilegia peccata contra naturam, incestum, & stupra virginum: iniectiones manuum in parentes, vota facta, & hujusmodi.

5. Sunt etiam in quibus nullus habet potestatem absolvendi, nisi Dominus Papa vel ejus vicarius, nisi in necessitate scilicet in iniectione manuum in clericos, vel quosvis religiosos, in incendio, per quam sententiam sunt vocati Simoniaci: nihilominus tamen talium rei, remittendi ad Episcopum.

6. In dubiis semper Confessor consulat Episcopum aut sapientes viros, nisi ex necessitate, quorum consilio certitas solvat securus aut liger: maxime prælatos suos. *

7. Audita confessione, semper Confessor interroget confitentem, si velit abstinere ab omni mortali: aliter vero non absolvat eum, nec injungat ei penitentiam, ne inde confidat, sed moneat ut iterum faciat quicquid boni poterit, ut Deus cor illius illustret ad penitentiam.

8. In injungendis parvis penitentiis sibi caveant sacerdotes, secundum enim qualitatem culpæ & possibilitatem confitentis debet esse qualitas penitentia, alioquin quod minus est, requireretur ab eis.

* Videlicet
consulatur.

10. Cum furto raptus, cum favore Simonis actus,
De sic possessis, elemosyna non fit ab ipsis.
11. In furto, rapina, usura, fraude sibi valde caveant sacerdotes: non alias injungant penitentias scilicet Missarum elemosynarum, & hujusmodi, priusquam reddiderint: non enim tale dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.
12. Nullus Missas quas injunxerit, celebret, nec tricennarium nec annuale, & pro minus nullus triennale & quinquennale.
13. Frequenter presbyteri moneant ad confessionem, & præcipue ab initio Quadragesimæ instanter præcipiant venire generaliter ad confessionem.
14. In confessione, caveant sibi Confessores, ne inquirent nomina personarum, cum quibus peccaverint confitentes, sed circumstantias tantum & qualitates: & si confitens indicaverit, arguat eum Confessor, & secretum illud teneat sicut confitentis peccatum.
15. Nullus ita vel odio, vel etiam metu mortis in aliquo audeat revelare confessionem signo vel verbo ullis, generaliter vel specialiter, ut dicendo, Ego scio quales estis. Et si revelaverit, absque misericordia debet degradari.
16. Omnes præcipiant instituta jejunia servari, ut jejunium Quadragesimæ, quatuor temporum vigiliarum nisi ex magna & rationabili causa contra fiat, & sextæ feriæ: ex debito enim tenentur facere talia jejunia.

Capitula circa matrimonium.

1. Matrimonium cum honore & reverentia celebretur, non cum risu & loco, ne contemnatur, etiam si secundo & tertio fiat: & antequam fiat, semper tribus dominicis aut tribus festivis diebus æque distantibus quasi tribus edictis, perquirat sacerdos à populo, sub pœna excommunicationis, de legitimitate sponsi & sponsæ, qui debent conjungi, & ante fidem datam de contrahendo matrimonio, & ante hæc tria edicta nullus audeat aliquo modo matrimonia celebrare.
2. Prohibeant firmiter laïcis, per excommunicationem fortilegi fieri: malefici quoque, & zelantes consanguinitatem, & alia impedimenta matrimonii, votum, ordinem, consanguinitatem affinitatem, disparem cultum, compaternitatem, quæ tantum quatuor à matrimonio excludunt personas: Excom-
compatrem, commatrem, filiorum & fratrum & sororum
spiritualem, scilicet filium vel filiam patrini.

* Hic
deest.
municati
parentur,

3. Nullus sacerdos audeat perficere matrimonium in casu dubio, inconsulto Episcopo, sed ad eum semper referat omnes matrimonij dubietates, si opus fuerit.
4. Prohibetur districte sub pœna suspensionis ne ullus sacerdos aut capellanus exigat aliquid ante benedictionem nuptialem, siue pro testimonio ferendo, siue pro matrimonio celebrando, occasione ferculorum, quæ debentur pro nuptiis: celebrato autem matrimonio, recipiat fercula sua, & exigat si necesse fuerit sicuti contuetum est.
5. Prohibeat sacerdos in Ecclesia publice, sub excommunicatione, ne alter conjugum transeat ad religionem, aut recipiatur, nisi per Episcopum.

De sacramento Extremæ Vnctionis.

Cap. 1.
Infirmi
quomodo
visitandi
& ad mor-
tendi sint,
vide conc.
Nannet.
Cap. 4.
Cap. 3.

1. Cum reuerentia deferatur oleum sanctum ad infirmos & eos ungant sacerdotes cum magno honore, & orationum celebritate qui ad hoc sunt ordinatæ, & nihil inde penitus exigatur siue à paupere, siue à diuite.
2. Sed si quid gratis datum fuerit, gratis accipiant. Ad sacramentum Extremæ Vnctionis moneant populum Sacerdotes, non tantum divites & senes, sed pauperes & iuvenes omnes à tempore discretionis, maxime quatuordecim annis & supra, & omnes communiter ut separatos exhibeant, cum necesse fuerit. Doceant frequenter populum huiusmodi sacramentum licite iterari, & sæpe recipi scilicet in qualibet magna infirmitate, unde metus est, mortis, & post susceptum, licite reverti ad opus conjugale, cum qui convaluerit de infirmitate.
4. Librum qui dicitur Manualis habeant singuli sacerdotes parochiales, ubi continetur ordo servitij Extremæ Vnctionis, Catechismi, Baptismi & huiusmodi.
5. Habeant singuli Canones Pœnitentiales, & ordinarium Officiorum Ecclesiæ, secundum usum & modum, qui servatur in Ecclesia majori.
6. Moneantur sacerdotes, ne testamenta sua ordinem per manum laicalem & ipsi frequenter prohibeant laicis, ne sua testamenta faciant sine præsentia sacerdotis, dicat Episcopus quod non faciant eis in unum.

* Locus
hic cor-
ruptus est,
& deest
quidpiam.
Cap. 1.

Hic incipiunt communia præcepta Synodalia.

1. Præcipitur Sacerdotibus ut omnes redditus & possessiones Ecclesiæ scribant in Mistalibus suis, & prohibetur penitus presbyteris & parochianis, ne de his, quæ sunt Ecclesiæ aut

- presbyteri, alienent ab Ecclesia nisi per consilium Episcopi.
2. Prohibeant districte, & ne pro interregio corpus sepeliri differatur, sed post sepulturam exigent laudabiles consuetudines: Idem dicimus de similibus.
 3. Quicumque reedificaverit cœmeterio, excommunicetur, si principalis pars domus per se ceciderit.
 4. Tribus diebus continuis vocetur excommunicandus, & nisi ad justitiam se obtulerit, & fidem dederit, quod veniet ad diem sibi assignatum, ac die adversario nunciaverit, excommunicetur & excommunicatû nullimodo absolvatur nisi à majori: præterquam in articulo mortis, & tunc tamen data cautione, quod stabit iudicio Ecclesie.
 5. Presbyteri super citationibus faciendis credant his qui dederint fidem: sed super excommunicationibus faciendis non credant sine literis. Sententias audacter ferant, lasas districte servent, ut citius quam sententiæ deficiant nemini parcentes aut timore aut amore, nec pro absolutis eos habeant, nisi eis bene contiterit.
 6. Mortuz in partu, scindatur, si infans credatur vivere: tamen si bene constiterit de morte eorum.
 7. Sacerdotes audito parochianorum suorum obitu, statim absolvant eos cum psalmis pro defunctis & collecta.
 8. Item inhibetur ne faciant designationes Ecclesiarum in manu Abbatum, vel quorumlibet patronorum, sed in manu Episcopi vel prælati sui.
 9. Non permittantur prædicatores super aras celebrare, nec pulsare campanas per vicos, nec loqui in Ecclesiis, nec præserare reliquias, sed tantum deferant ferenda, & sacerdotes pro illis loquantur.
 10. Exhortentur populum semper presbyteri ad dicendam orationem Dominicam & Credo in Deum, & Salutationem beatæ Virginis.
 11. Moneant semper populum, & maxime mulieres, ne faciant vota sua nisi cum magna celebratione & assensu vicinorum & consilio Sacerdotum.
 12. Nullus Sacerdos vel Capellanus teneat in domo sua aliqua occasione mulierem, nisi sit mater aut soror, aut talis de qua visum sit Episcopo, quod careat omni suspitione honesta.
 13. Prohibetur penitus universis Sacerdotibus ludere cum decies, & interesse spectaculis, vel choreis assistere & intrare tabernas causa potandi & sine amictu, scilicet Cappa

vel pallio vel superpellicio & comite clerico, vel laico intrare domos alienas, aut discurrere per vicos & plateas & ne habeant cappas alatas, & vestes inordinatas: omnino prohibetur.

14. Nullus clericus vel regularis accipiat decimam de manu laici, nisi per manum Episcopi.

15. Nullus clericus fide jubeat Iudæo vel feneratori, nec obliget pro pignore aliquo modo, ornamenti Ecclesiæ vel libros Iudæo.

16. Nullus recipiatur ad prædicandum, nisi sit authentica persona, vel ab Episcopo, vel Archidiacono missus.

17. Nullus clericus faciat jusjurandum, antequam fuerit Episcopo præsentatus.

18. Frequenter moneantur laici, ut non retineant decimas, quas in periculum animarum suarum detinent.

19. Nullus clericus potest sibi retinere decimas jure hæreditario possessas, sed autoritate Episcopi possunt clerici fructus recipere, ita tamen quod semper labores, & quod ad Ecclesiam revertantur.

20. Die Dominica præcedenti Synodum, sacerdotes qui capellanos non habent in suis parochiis, semper inquirent publice in Ecclesia si qui sint infirmi in parochia, & tertia sequenti die visitent eos, si aliqui fuerint infirmi, etiam non requisiti, & faciant quicquid fuerit ad salutem animarum, ne mora, quam facturi sunt in Synodo, fiat occasio periculi: eorum nihilominus tamen etiam saluti procurantes provisionem, quam solent facere per Capellanos vicinos, qui remanent, & Diaconos proprios.

21. Sacerdotes die octavo semper renovent sacramenta ad fontem benedictum, oleo & chrismate, & sanctam Eucharistiam, ne vetustate aliqui ad indevotionem moveri valeant aut errorem.

22. Si negligentia evenerit, ut perlecto Canone, & peracta consecratione, nec vinum nec aqua reperiat in calice, debet statim infundi utrumque & sacerdos reiterabit consecrationem ab illo loco canonis. *Simili modo postquam conlocatum est, usque ad finem: ita tamen ut illas duas cruceas omittat, quas singulariter fecit super panem. Quod si de simplice vino, vel de aqua sine vino fiat consecratio, vinum reputatur pro sacramento, sed aqua non reputatur: & ideo ista negligentia de aqua posita sine vino, major, & majori poenitentia emendanda est.*

23. Si quid ceciderit de sanguine Domini super corporale, rescindendum est ipsum corporale, & in loco reliquiarum obserandum: si pala altaris inde tincta fuerit, rescindenda pars illa, & pro reliquis servanda. Si super infulam casulam, vel super albam decurrat, similiter hat. Si super quodlibet vestimentum, comburenda est pars illa, & pulvis in sacrarium reponendus est: si vero in terram ceciderit, ligenda est terra: si in ipsam sanguinem musca vel aranea, vel quid tale ceciderit, quia non sine vomitu & periculo corporis, * est tergendus, & radendus locus ipse sive lapis, sive lignum, sive terra, & pulvis in sacrario reponendus.

* Deest
Lingipol
tell.

24. Porro si in ipsum sanguinem, musca, vel aranea, vel aliquid tale ceciderit, quia non sine vomitu & periculo corporis aliquando sumi potest, igne cremandum est, & tunc sanguis Domini sumatur, illud tamen quod intus ceciderit, prius debet in calice vino perfundi, & quanto cautius fieri poterit abluui, & postea super piscinam comburi, & illam ablationem Sacerdos sumat, quod si de corpore Domini super palam altaris aliquid ceciderit, vel super quodlibet aliud vestimentum, non incidatur, sed vino abluatur, & à ministro sumatur vinum ipsum: quod si in primo datum reicitur prout diligentius poterit, recipiat, & conjunxum cum vino in calice sumatur, sed integrum sumi non potest, eo quod ore alterius projectum est.

25. Reus autem hujus negligentiae, & qui cum eo particeps fuerit culpae, competenti subiacet disciplinae: si autem supra lignum vel lapidem ceciderit, modus supra dictus de sanguine Domini, tenendus est.

26. Prohibetur sacerdotibus, ne nimis festinent venire Parisios occasione Synodi, & ne magnam faciant moram sese visitando & reficiendo tam in via quam in civitate: quidam enim iter arripiunt à prece lenti Dominica, vel à die lunae summo mane & moram faciunt usque ad sequentem Dominicam, & magnam imminet periculum salutis animarum.

27. Districte praecipitur, ut quilibet Sacerdos habeat in celebratione Missae, propter munditiam vestimentorum circa altare unum manutergium.

28. Praecipitur presbyteris, ut cum in canone Missae inceperint qui pridie, tenentes hostiam, ne elevent eam statim nimis alte, ita quod possit videri à populo, sed quasi

ante pectus detineant donec dixerint, *Hoc est corpus meum*, & tunc elevent eam, ut possit ab omnibus videri: & post talem susceptionem tam corporis quam sanguinis, & vini puri, aliquantum ab expendo abstineant: & si abstinere non possunt, in piscinam hoc faciant suaviter & urbane: vinum autem potius rubeum ministeretur in calice, propter similitudinem albi vini cum aqua.

29. Prohibetur districtè sacerdotibus, ne habeant secum prolem, quam in sacro ordine susceperint propter scandalum: & ne in suis domibus habeant scachos & aleas vel decios, omnino prohibetur.

30. Prohibetur districtè sacerdotibus, ne accipiant gageras vel admodiationes, nisi de decimis, quoniam esset species negotiationis: & ne habeant in palliis suis pecias nisi blavi vel nigri coloris.

31. Similiter præcipitur presbyteris, quod immobilia de bonis Ecclesiæ acquisita Ecclesiis suis tantummodo legent (nam de jure aliud facere non possunt) de mobilibus vero suis rationale faciant legatum.

32. Item præcipitur Sacerdotibus, ut frequenter Dominicis diebus & aliis festivis diebus aliqua parte Sermonis proponant fideliter populo symbolum fidei, & eis diligenter distinguant articulos Fidei, & in singulis confirmant populum, auctoritatibus & rationibus sacræ Scripturæ pro posse suo, propter hæreticos.

33. Scias quod excommunicati sunt omnes illi in Synodo, qui fidem dederunt vel acceperunt de celandis matrimoniiis: & excommunicatio ista recitetur in parochiis à singulis sacerdotibus.

34. Prohibetur sacerdotibus ne habeant capellanos habentes cappas manicias sicut nec ipsæ personæ debent habere: præcipitur enim omnibus clericis habentibus Ecclesias, ut ad singula tempora ordinum seu ordinandos offerant: & hoc intelligitur in juramento, quod fecerunt.

35. Item præcipitur sacerdotibus districtissime, & sub pena magnæ emendæ, ut custodiant præcepta Synodalia, quæ scripta sunt in libellis suis: quidam enim, licet jam elapsi sunt tres anni, ex quo prædictos libellos habuerunt, ita sunt negligentes, quod nondum habent pixidem eburneam, nec tabernaculum, ubi reservetur cum honore corpus Domini, nec fontes sub clave, nec Chrisma vel oleum in aliqua capsula.

36. Prohibeant sacerdotes, ne fiant Choreæ, maxime in tribus locis, in Ecclesiis, in Cœmeteriis, & in Processionibus.

37. Prohibeant sacerdotes per excommunicationem, & maxime tempore vindemarum singulis diebus Dominicis, ne aliquis Christianus retineat apud se marchum vindemiarum, quem Iudæi calcant, aliquomodo, propter illam horribilem immunditiam, quam in contemptum Sacramenti Altaris faciunt: & si remanserit, detur porcis vel expandant ad opus pro fimo.

38. Prohibeant per excommunicationem sæpe, ne carnifices permittant Iudæos laniare carnes suas, nisi totum detineant Iudæi.

39. Item districte præcipitur presbyteris ne hostias licet non sacratas dent pueris ullo modo, & inhibetur ne celebrent sine caligis.

40. Item prohibetur districte, ne Sacerdotes cultellum portent cum enspide, nec clerici eorum.

41. Item districte prohibetur Sacerdotibus, ne permittant prædicare aliquos ignotos, sive literatos, sive illiteratos, etiam extra Ecclesiam, sive in viis, sive in plateis, sive in aliis locis parocciæ suæ, & sæpe Dominicis diebus Sacerdotes moneant, & etiam sub pœna excommunicationis inhibeant parochianis suis, ne tales audiant propter pericula hæresum & errorum quos seminant.

42. Item districte præcipitur presbyteris, quod moneant parochianos suos & parochianas, quod provideant Ecclesiæ Parisiensi, quæ multum indiget albis & stolis, & toballis, & hujusmodi.

43. Item moneant sollicite & assidue parochianos suos ut in Albigenes hæreticos se accingant, & iterum eandem habebunt indulgentiam, quam aliàs habuerunt.

44. Item moneant presbyteri sub pœna excommunicationis, omnes illos, qui crucem habuerunt, & votum suum non sunt profecuti, quod crucem suam & proponant resumere, & portent.

45. Item præcipitur omnibus presbyteris, quod excommunicent in generali omnes illos qui fecerunt conspirationes contra presbyteros suos vel contra Ecclesias suas.

46. Item præcipitur presbyteris, ut cum aliquis confitetur eis se fidem dedisse alicui mulieri de matrimonio contrahendo cum ea, & post fidem datam cognovit eam, non dent ei li.

centiam contrahendi cum alia, quoniam sequens carnalis copula cum illa, cui fidem dedit matrimonium confirmavit.

47. Item strictè præcipitur presbyteris, & sub excommunicatione, ne aliquos matrimonio clandestino conjugant vel benedicant.

48. Item excommunicentur omnes illi, qui faciunt se conjugari clandestino, aut benedici, & omnes illi, qui interesse præsumunt Sacerdotes.

49. Item præcipitur presbyteris, ut quoties dubium erit quando aliqua jejunia vel processiones institutz fieri debent, sicut in festo sancti Marci, petant à Decano loci, & sine ejus consilio ea facere non præsumant.

50. Item præcipitur presbyteris, ut quando mulieres post puerperium veniunt ad purificationem, dent eis tantummodo panem benedictum, & Corpus Domini eis nullomodo propinent, nisi expresse petant, & prius confessæ fuerint.

51. Item moneant presbyteri parochianos suos in Confessionibus & in prædicationibus suis, ut saltem semel in anno, peregrinando visitent Ecclesiam Parisiensem.

52. Præcipitur districtè omnibus presbyteris, ut pro Domino Rege faciant specialem commemorationem, quando poterunt.

53. Item præcipitur presbyteris, quod singuli scribant nomina parochianorum suorum Confratrum Ecclesie Parisiensis, & etiam scribant pro quanto quilibet est Confrater.

54. Item præcipitur presbyteris, ne recipiant Capellanos sine consensu Episcopi, vel Decani, vel Officialis Episcopi, vel Archidiaconi.

55. Item præcipitur presbyteris, quod nihil exigant à parochianis suis, eo quod testimonium dant pro eis, quando debent matrimonium contrahere.

56. Item prohibetur districtè, ne Diaconi ullo modo audiant Confessiones, nisi in arctissima necessitate: claves enim non habent, nec possunt absolvere.

57. Præcipimus omnibus Decanis, quod inquirent de cætero, & in scriptum redigant nomina omnium presbyterorum, qui in Decanatibus suis decedent, eaque deferant ad Synodum, recitanda, ut oremus pro eis, & moneantur singuli presbyteri ut faciant servitium speciale: hoc enim

libentissime debent facere, quia cum decesserint, fiet similiter pro eis.

58. Item districtè præcipitur presbyteris omnibus, quod excommunicent ter in anno, scilicet in Pascha, in Nativitate Domini, & in festo Ecclesiæ, omnes illos, qui scienter celant festa Paris, & omnes illos qui sciunt super hoc aliquid nisi illud revelaverint Parisiensi Episcopo, vel ejus mandatario.

59. Item præcipimus singulis presbyteris, quod annuatim idque in crastino sanctæ Trinitatis anniversarium orationum confratrum beatæ Mariæ: per totam Parisiensem Diocesim celebretur.

60. Præcipimus ut moneantur non Judæis præstare rotas, secundum quod præceptum est, alioquin compellantur, per excommunicationem.

INSTITUTIO GALONIS Cardinalis.

De Translatione Galonis sive Vvallonis à Belvacensi Episcopatu ad Parisiensem, vide Ivonis Carnotensis Epistolam 132. ad Paschalem Pon. Rom.

IN nomine Domini, non Galo, miseratione divina sanctæ Mariæ in Porticu, Diaconus Cardinalis, Apostolicæ sedis Legatus, excommunicamus omnes Sacerdotes & clericos quoscunque, qui post legitimam admonitionem, Fornicarias vel mulieres alias, de quibus mala suspicio subori possit: in domibus propriis vel alibi, unde populus vel Ecclesia scandalizetur duxerint retinendas, nisi sint clerici qui in minoribus ordinibus legitime contraxisse probentur qui cum uxoribus Ecclesiastica non debent beneficia retinere. Moneantur quoque, ne matres vel uxores, aliasve conjunctas personas secum habeant: cum quibus etsi nihil sævæ criminis fœdus naturale existimari permittat, tamen frequenter, suggerente Diabolo, cum talibus noscitur fuisse facinus perpetratum.

2. Prohibemus etiam sub eadem excommunicatione, et sacerdos vel clericus occasione alicujus consuetudinis, pro baptismo, sepultura, benedictione, aliisque sacramentis Ecclesiasticis, aliquid exigere vel extorquer præsumant, sed ea liberaliter & sine difficultatè studeant canonice ministra-

re:moneantur tamen laici diligenter, ne quod pro reverentia sacramentorum devotio fidelium introduxit, ex avaritia velint aliquatenus revocare.

3. Item prohibemus, ne Sacerdotes de cætero cappis manicatis utantur, & constituti in sacris Ordinibus, manicas confurcias socolares rostratos, vestesque rubri coloris habeant, districtione consimili prohibemus.

4. Decanis quoque, Archipresbyteris & Archidiaconibus, ne velles rubri coloris, vel vitides habere præsumant: & specialiter Archidiaconibus, & præpositis, qui habent curam animarum, ne cappas foratas habeant manicatas.

5. Monachi etiam ut cappis sumptuosis & non nigris de cætero non utantur, sub eadem pœna duximus inhibendum.

6. Inhibemus etiam omnibus tam clericis quam Monachis sub excommunicationis vinculo, ne scœnus exerceant, & ne aliquam negotiationem exercent inhonestam, prohibentur indistincte.

7. Ut autem ab omnibus in tonsura, habitu & conversatione honestas Ecclesiastica conservetur, districtè præcipimus universis Prælati, sub attestatione divini judicij firmiter injungentes, ut omnia supradicta observent: & quantum in ipsis fuerit faciant à subditis, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam inviolabiliter observari.

8. Volentes autem quantum cum Deo & honeste possumus) magistris & scholaribus deferre, eatenus erga ipsos rigorem, si quis est nostræ constitutionis, duximus temperandum, ut antequam periculum excommunicationis incuratur, admonitio generaliter fiat per magistris, comminatio excommunicationis in transgressores: quibus præmissis si qui forte contumaces & rebelles extiterint, iterum & nominatim sub eadem excommunicatione & in scholis, moneantur, indulta nihilominus ad satisfaciendum dilatione competenti.

9. Quod si forte nec taliter resipiscere voluerint, ex tunc per Cancellarium qui pro tempore fuerit, excommunicati denuntientur, & tandiu ab omnibus evitentur, donec satisfecerint competenter, & ab Episcopo, si fuerit præsens, vel eo absente, ab Abbate sancti Victoris, cum forma Ecclesiæ, fuerint absolvi.

10. Præcipimus autem magistris in virtute Spiritu sancti ut prædicta omnia (excepto tamen necessitatis inexcusabilis articulo) diligentius exequantur, nec per negligentiam

vel malitiam aliquorum nostræ constitutionis autoritas
contemnatur.

EXPLICIT CONSTITUTIO Galonis Cardinalis.

Additiones Vvilielmi Parisiensis Episcopi.

Præcipitur presb. ut clericos cujuscunque sint ordi-
nis in parœcia sua commorantes moneant, quod tonsu-
ram congruentem, & honestum habeant habitum juxta Ca-
nones, & si aliqui in hoc inobedientes vel rebelles fuerint,
monitione præmissa ab ingressu Ecclesiæ arceantur. Quod si
aliquis de hujusmodi præsumptoribus tantæ sit potestatis
quod sine scandalo à presbytero, prædicto modo coerceri
non possit, Episcopo annuncietur.

1. Prohibetur sacerdotibus ne mercata frequentent, sed si
ex aliqua causa necessaria, eos ad mercata ire oportuerit in
habitu honesto incedant, & quam breviorē poterunt, ibi
moram faciant.

3. In mercatis, non faciant commestationes, nec etiam
alibi.

4. Prohibetur sacerdotibus, ne officium ad vocationis exer-
cere præsumant, nisi forte in causa Ecclesiæ suæ, vel pro mi-
serabilibus personis, pupillis & viduis parochianis suis qui-
bus honeste deesse non possunt, & hoc absque pretij recep-
tione, præter expensas moderatas.

5. Presbyteri uno die Missas duas non celebrent, nisi in ne-
cessitate: nec detineant copora mortuorum super terram
occasione pecuniæ extorquendæ.

6. Præcipitur sacerdotibus, quod bis in anno ad minus, vide-
licet in Adventu Domini, & in Quadragesima, peccata sua
confiteantur confessoribus per singulos Decanatus consti-
tutis.

7. Confessores, nomina confitentium scribant, & ad Epis-
copum ad synodum deferant.

8. Presbyteri parochianos suos moneant, & frequenter in
Ecclesiis suis denuncient, quod omnes, saltem patres fa-
milias & matres, ad confessionem veniant ante Pascha flo-
ridum: & qui in hoc negligentes fuerint, in pœnam, usque
post octava Paschæ ad confessionem non admittantur, sed
usque ad illud tempus à carnibus jejunabunt, sicut in Qua-
dragesima.

9. Presbyteri parochianos suos solenniter poenitentes, faciant venire in Capite jejunijs ad Ecclesiam Cathedralē, ut per Episcopum solenniter ab Ecclesia ejiciantur: & similiter in die Jovis proxima ante Pascha per Episcopum Ecclesie reconcilientur.
10. Presbyteri injungant parochianis suis confitentibus, quod omnia ablata, antequam testamentum vel legata faciant, plene restituant.
11. Præcipitur, quod presbyteri parochianos suos qui tribus Dominicis continuis se ab Ecclesia sua absentaverint sine causa justa & necessaria interdiciant, & ad Episcopum mittant interdictos & militibus discurrentibus deferantur.
- * *Locus corruptus* 12. Præcipitur Sacerdotibus, quod diligentes & solliciti sint in monendo parochianos suos de elemosynis & legatis ad fabricam Ecclesie beatæ Mariæ faciendis, & legata fideliter quærant & reservent: scribant etiam nomina eorum qui legaverint & ad Episcopum ad Synodum afferant, & sic eis appareat, qui fuerit in hoc diligentes.
13. Presbyteri in Ecclesiis frequenter denuntient eos, qui matrimonia clandestina contrahunt, & qui eis faciendis assistant, esse excommunicatos.
14. Præcipitur, quod commodationes Carrucarum, quæ fiunt in festivis diebus, quibus fieri solent, per sacerdotem fiant, ne in hoc aliqua inter commodantes interveniat confusio.
15. Præcipitur quod in celebratione Missarum quando corpus Christi elevatur, in ipsa elevatione vel paulo ante campana pulsetur, sicut alias fuit statutum, ut sic mentes fidelium ad Orationem excitentur.
16. Presbyteri injungent parochianis suis, quod quando matrimonium inter aliquos erit contrahendum, illi qui debent contrahere, confiteantur, ob reverentiam sacramenti peccata sua presbyteris suis, priusquam fidem præbeant de contrahendo, vel saltem antequam contrahant per verba de presenti.
17. Presbyteri vero tunc solliciti sint de inquirendo maxime super impedimentis matrimonij.

Ex Concilio Petri Archiepiscopi Senonensis.

Cap. 1.

Statuimus ut Advocati jurent de calumnia de cætero, in causis tam inchoatis quam inchoandis, aut non admittantur ad eas tractandas.

communicationem publicam sustinuerit, compellatur potestas secularis, ut excommunicatum ad unitatem Ecclesiae per suam potestatem venire, compellat, mittendo manum in ipsum & res ejus.

3. Statuimus, ne Prior, nisi conventualis, ultra summam quadraginta solidorum ab aliquo, sine licentia Abbatis sui vel Episcopi sui, si remotus fuerit Abbas, mutuo pecuniam accipiat: quod si forte fecerit, abiciatur à Prioratu, nec denuo valeat Prioratum adipisci, quousque per Concilium Provinciale fuerit restitutus.

4. Eidem poenae subiaceat Prior, qui quaecunque summam pecuniae receperit à laico.

5. Statuimus, ut Abbates, Priores, & alij Obedientiarum de singulis proventibus & redditibus & expensis, computent singulis annis diligenter in Capitulo. Et ut status tam Abbatiarum quam Prioratum, à Claustralibus cognoscatur, Computus in scriptis redigatur, ita quod Conventus penes se retineat unum scriptum, & Abbas aliud.

6. Nullus Abbas mutuo recipiat pecuniam, sine Capituli sui, vel majoris & sanioris partis Conventus licentia ultra summam ab Episcopo suo taxandam secundum Monasterij facultates: qui contra fecerit, per Episcopum suum puniatur.

7. Praecipimus Abbatibus & aliis religiosis, ut ipsi vestibus & calceamentis ordini suo congruentibus utantur: Et si Abbates in his observandis seu corrigendis, fuerint negligentes, per Episcopos suos puniantur.

Ex Concilio Galteri Archiepiscopi Senonensis.

Statuimus, ut Abbates & Priores conventuales, qui nec venerint * nec se excusaverint, praetendendo canonicum impedimentum, per octo dies ab ingressu Ecclesiae suspendantur, & poena, quantum ad hoc à Conciliis statuta est, sub comminatione majoris poenae, si aliis annis, supra his, culpabiles inventiantur. *

Cap. 1.
* Videtur
desse
ad Syno-
dum.

1. Propter scandala gravia, quae ex Monialium conversatione proveniunt, statuimus de Monialibus nigris, ne aliquem dispositum (forte aliquod depositum) recipiant in domibus suis ab aliquibus perionis, nisi de licentia Episcopi sui: maxime arca clericorum vel laicorum, custodire causa, minime permittant apud se deponi.

* Videtur
desse
Multen-
tur.

2. Item communiter omnes in Refectoriis comedant, & in

dormitorio dormiant, nisi ex causa justa & necessaria, de licentia speciali Abbatis, aliter fieri permittatur.

4. Item camerae Monialium omnes destruantur, nisi aliqua, quae in susceptione Episcopi necessario retineatur, vel ad Infirmariam faciendam, vel alia de causa, quae Episcopo justa & necessaria videatur.

5. Item quod moniales nullatenus exire permittantur, vel extra pernoctare, nisi ex magna causa & raro, & Abbatissis injungatur, ne aliter egredi permittantur: & si aliquando Abbatissa ex causa justa alicui permittat, eidem injungat quod sine mora revertatur.

6. Ostia suspecta & superflua obstruantur, circa hoc autem Episcopi diligentiam adhibeant & curam, per se & per ministros suos, & vitas & conversationes ipsarum restringant, ut per eorum diligentiam, scandala quae in praesenti de vitarum proveniunt, sopiantur.

7. Statuimus, ut omnes Iudices tam ordinarii quam delegati, temperent se & refrenent à generalibus excommunicationibus, nec in generali participant, excommunicent, nisi valde gravis & enormis excessus contingat.

8. Moneantur Capitula secularium perionarum, maxime Cathedralia, ut ipsi convenient & ordinent & tractent quod in Ecclesiis suis die & nocte, per se & per clericos Ecclesiarum, divinum servitium assidue, competenter, secundum numerum institutorum & facultatem Ecclesiarum celebretur, & circa servitium divinum diligentiam & curam adhibeant efficacem, ita quod modus habendi se in Ecclesia, tam in Choro quam extra, evidenter & sufficienter ubi emendatione opus erit, emendetur infra annum.

9. Moneantur etiam Canonici & clerici seculares, quod ipsi in habitu suo & aliis praecipua tradita in generali Concilio, fideliter & obedienter observent.

10. Statuimus ut in locis sive Prioratibus, ubi conventualis congregatio solet esse, si facultates illis Ecclesiae suppetant, Conventus ibidem restaurentur.

11. Item quod in domibus sive locis ubi solebant esse Prioratus, si facultates locorum sufficient, Monachi vel Canonici regulares ad divinum servitium ibidem celebrandum, reducantur.

12. Monemus Abbates & Priores conventuales, quod tot servitores in Abbatibus & Prioratibus sibi subditis instituant,

si ad hoc sufficientes facultates locorum, quos ibi deservire solent, & ne pensionem sive censum ab eisdem exigant, quam non solent exigere ab antiquo, nisi forte alicui ex iusta causa ab Episcopo suo permittatur.

13. Statuimus quod Clerici Ribaldi, maxime qui vulgò dicuntur de familia Goliae *, per Episcopos, Archidiaconos Officiales, & Decanos, Christianitatis tondendi præcipiantur, vel etiam radi, ita quod eis non remaneat tonsura clericalis, ita tamen quod sine periculo & scandalo ista fiant.

* Forte ut hodie dicuntur Lutic. sicut carij filij de Matto.

14. Item antiquum statutum Concilij provincialis rursus renovantes præcipimus, quod quando aliqua terra propter delictum Domini terræ vel Ballivorum supposita fuit interdicto, nullatenus relaxetur, donec ad arbitrium & moderamen relaxaverit, presbyteris parochialibus, de damni, & de perditis Interdicti occasione illarum plenè fuerit satisfactum, vel de satisfaciendo cautum.

S. LUDOVICI GALLIARVM Regis Christianissimi pragmatica Sanctio.

Ludovicus Dei gratiâ Francorum Rex, ad perpetuam rei memoriam. Pro salubri ac tranquillo statu Ecclesiarum regni nostri, nec non pro divini cultus augmento & Christi fidelium animarum salute, utque gratiam & auxilium omnipotentis Dei, cuius soli ditioni atque protectioni regnum nostrum semper subiectum extitit, & nunc esse volumus, consequi valeamus. Quæ sequuntur, hoc Edicto consultissimo perpetuum valituro statuimus, & ordinamus.

1. Primò ut Ecclesiarum regni nostri, prelati, patroni, & beneficiorum collatores ordinarii, jus suum plenarium habeant, & unicuique sua iurisdictione debite serventur.
2. Item Ecclesie cathedrales & alie regni nostri, liberas electiones, & earum effectum habeant.
3. Item Simonie crimen pestiferum Ecclesiam labefactans à regno nostro penitus eliminandum volumus & jubemus.
4. Item promotiones, collationes, provisiones prelatatatum, dignitatum vel aliorum quorumcunque beneficiorum, Officiorum Ecclesiasticorum regni nostri, secundum dispositionem, & ordinationem, & determinationem lu-

is communis, factorum Conciliorum Ecclesie Dei, atque
Institutorum antiquorum sanctorum Patrum fieri volumus
pariter & ordinamus.


§. Item libertates, franchifias, immunitates, prerogati-
vas, jura & privilegia per inclitæ recordationis Francor-
um reges prædecessores nostros, & successive per nos:
Ecclesie Monasteriis, atque piis locis religiosis, necnon per-
sonis Ecclesiasticis regni nostri concessas & concessa, inno-
vamus, laudamus, approbamus & confirmamus per præ-
sentes: harum tenere, universis justitiariis, officariis, &
subditis nostris ac loca tenentibus, presentibus, & futu-
ris & eorum cuilibet, pro ut ad eum pertinuerit, districte
præcipiendo mandamus, quatenus omnia & singula præ-
dicta diligenter & attente servent, teneant & custodiant,
atque servari, teneri, & custodiri inviolabiliter faciant,
ne quid in contrarium quovis modo faciant, attentent,
seu fieri vel attentari permittant. Transgressores aut con-
tra facientes, juxta casus exigentiam, tali poena plectendo,
quod cæteris deinceps cedat in exemplum: In eorum om-
nium & singulorum, testimonium, præsentis literas, sigilli
nostri appensione muniti fecimus. Datum Parisiis anno Do-
mini 1268. mense Martio.

*Explicit Sanctio Pragmatica tempore sancti &
Christianissimi Francorum Regis Ludovici,
solemniter, & salubriter edita.*

*De venerabili Odono Episcopo Parisiensi ex Petri Blo-
sensis Epistola 127. & 128. Odo Henrico secundi Anglo-
rum Regis & Regis Gallorum consanguineus, invitatus ad
Episcopatum Parisiensem, Mauricio mortuo, raptus est,
puer elemosynas condiebat lacrymis, adolescentem Gre-
gorius VIII. pene pari Episcopis honore excepit, quem in
Anglia redditum uberem habebat, tribus Scholasticis
pauperibus dispersit deditque, ita ut punitione sua ditar-
ret. Vide plura ibidem. Vixit ad Ann. D. 1175.*

DE GALONE PARISENSI EPISCOPO
 ex Juonis Carnotensis Epistola 132.
 ad Paschalem P. M.

DE cetero sancta Paternitati vestra supplicando suggerimus ut dominum Galonem coepiscopum nostrum, de Belvacensi Episcopatu quem propter sacramentum Domini Ludovici habere non potest, per manum Seminensis Archiepiscopi transferri jubeatis, in Parisiensem Episcopatum, &c. Qualiter autem in cum Cleri & plebis vota convenient, dicet vobis presentium portitor Parisiensis Ecclesia canonicus, ut cognoscatis cum bene posse transferri qui sedem propriam nulla ratione pravalet adipisci. Vixit ad Ann. Domini 1105.



TYPOGRAPHVS LECTORI.

CUM huic libro extremam pene manum admovissem, jamque quasi in foribus esset ut prodiret in publicum monuit me vir quidam ejus, Robertum Bellarminum, Societatis IESU Theologum, insignem in hoc opere errorem deprehendisse, eumque in primo Tomo Controversiarum Controversiæ septimæ lib. 2. cap. 8. confutasse. Ut igitur in hoc opere, nulla tibi errandi adsit occasio: visum est mihi è re tua futurum si ea quæ auctoris sane in rebus de fide controversis examinandis perspicax, adversus hunc errorem disputavit, in extrema hujus operis parte insererem eam tu boni æquique consulto.

Præterea notandum est, errare Bartholomæum Caranzam, qui in summa Conciliorum dicit, can. 82. sextæ synodi prohiberi imaginem Christi in forma agni, & Spiritus sancti in forma columbæ. At Concilium non prohibet istas imagines, sed anteponit tantum illis imagines Christi in forma humana. Unde in 7. Synodo act. 2. legitur Epistola Adriani ad Therasium, in qua laudata dicitur in 6. Synodo imago Christi in forma agni: Idem dicit Helias in 7. Synodo act. 4. Item Epiphanius in 7. Synodo

act. 6. & præterea in 7. Synodo act. 5. approbatur imago Spiritus sancti in forma columbæ.

Præterea ratio Bartholomæi contra ipsum videtur concludere: ipse enim dicit prohibitas esse has imagines, quia præsentem veritatem cessare debent figuræ: At istæ imagines non fuerunt in usu in testamento veteri, sed coeperunt post Christi adventum. Imago enim agni sumpsit occasionem ex illis verbis Ioannis: ECCE AGNUS DEI. Imago autem columbæ ex illa columba, quæ apparuit super Christum Mat. 3. Occasionem errandi videtur iste auctor accepisse ex ipso canone, qui non integre habetur in illo Synodo, sed corrigendus est error ex 8. Synodo, ubi sapius iste ipse canon integer adducitur.

F I N I S.





RERUM IN HAC SUMMA CONCILIORUM MAXIME INSIGNIUM.

Index Alphabeticus.

A



- ARON sacerdotij origo. 379
Abbatissa presumens velare virginem, vel viduam, excommunicetur 52
Abbatibus & presbyteris quando ad concilium veniendum 373
Abbatibus Episcoporum precepta contemnentes, ad communionem non admittendi 316
Abbatibus Episcopis, monachi abbatibus subiecti 293
Abbatis mensa qualis esse debeat 366
Abbatibus vel monacho non licet ad nuptias ambulare 394
Abbatibus non licet suscipere filios in baptismo 375
Abbas non permittat mulierem ingredi monasterium ibid.
Abjuratio haereticos 663
Abortum sponte faciens quae poena plectatur 60
Abortivum facientes, aut natos suos necantes, quot annis a communione privandi sunt 287
Abraham primus vocatus presbyter 31
Abscedentes seipsum, ad clerum non perveniunt 14. 278
Absque Dei gratia quem nihil valeamus 244
Absolutio a peccatis quam curam desiderat 512
Acta in synodo non firma sine auctoritate Papae 281

Index Alphabeticus.

Accusantium innocentes pœ- na	263	In Altaris Sacramento quid offerendum	188.463
Accusare quos, quibus non liceat	30.314	Alleluia in quo tempore de- cantari debeat	387
Adæ prævaricatio omnes in- fecit	243	Anabaptistarum error	620
Adulterorum penitentia	59.	Angeli an sint corporei	534
565		Anima hominis unica	621
Adulteræ maritum clericum fieri non posse	14	666	
Adorandus Christus una ado- ratione non duabus, licet in eo dux sint naturæ	310	Annatarum exactio sublata	644
Adulteris, ad mortem usque communio neganda	117	Annunciatio dominici	449
Adulteræque filium spurium genuit, & necavit, nec in fine communionem acci- piat	17	Apocalypsis Ioannis	388
Adulter adulteram suam ne uxorem ducat	596	Apostolorum omnium per- electio est; tamen Petrus ut omnibus præmineret, à Christus institutus est	300
Ærius hæresiarca	159	Apostolicæ sedis obediendum	30.306
Abbatis Ioachim damnata opinio	605	Apostolica sedes Concilio universali, ac legitime con- gregato subjecta est	641
Ætate qua diaconi, sacer- dotes ordinentur	258. 491.	Apostolica sedes anathemate feriri potest per Concilium ibid.	
253		Appellandum quibus quo sit	283
Ætate qua sanctimoniales velentur	ibid.	Aquæ benedictæ virtus	34
Agapes ne fiant in Ecclesia	506	Ab Arrianis decem Concilia celebrata	675
Aleatori communio in per- petuum neganda: emen- datus autem post annum communicet	119	Arbitrium liberum quen- quam non potest per se erigere	246
Alea clericis interdicta	119.	Arbitrium liberum gratia Dei egere	30
500		Articuli Ioannis Vvicleff & Ioannis Hus damnati	617
Alianete res Ecclesiæ non li- cere	512. 395	Arcendus nemo est à mona- chismo, propter scelus	490
Altare dominicum quibus tantum oblationibus ho- norandum	9.366	Archiepiscopi Toletani di- gnitas	601
		Archiepiscopus sine pallio Missam dicere non præsu- m	

Index Alphabeticus.

mi

mar 361
 Armeniorum & Iacobino-
 rum unio cum Romana
 Ecclesia 652
 Avinum emptione pontificij
 juris facta 623
 Auguria, quibus potissimum
 vitanda 372
 Auspicioꝝ penitentiæ quæ
 520
 Azyma Iudæorum comedere
 fidelibus non licet 490

B

Baculus, signum dignita-
 tis pastoralis 580
 Baptismus non celebrandus
 nisi in Pascha & Penteco-
 ste 175
 Baptismus 383-654
 Baptizatus ab hæreticis, nul-
 lo modo rebaptizari debet
 523
 Balthasaris regis puniçio 49
 Barbarici sacerdotes uxori-
 bus uti possunt 491
 Basilica ab Episcopo aliquo
 in aliena diocesi fundata,
 unde dedicanda 262
 Benedictiones, quæ, quibus
 vitæ 257
 Beguinarum & Begardorum
 errores 621
 Berengarij palinodia 691
 Blasphemix & jramento
 quæ poena indita sit. 36
 Bigamis sacros ordines veri-
 tos 275.278.378
 Bigamos, fieri Episcopos non
 posse 13.213
 Bis ordinari presbyter aut

baptizari non debet 23
 Bona Episcopi ab Ecclesiæ
 bonis divisa sunt 24.25
 Bonorum temporalium cura
 etiam Episcopo incumbit
 sicut & spiritualium 6
 Bona Ecclesiæ in quatuor
 partes dividenda 104.432
 Bona Ecclesiæ Episcopo tan-
 tum commodata sunt, non
 data 197
 Bona Episcopi rapere clericis
 non licet 260
 Bona Episcopi aut Ecclesiæ
 confiscans aut rapiens, ana-
 themate punitur 341
 Bona Ecclesiæ, religionis in-
 tuitu alienari possunt 355
 Bona per clericum compara-
 ta inter clericum, & hæredes
 ex æquo dividenda 446
 Bona Episcopi defuncti futu-
 ro imminuta serventur 496
 Bona Ecclesiæ non alienanda
 320
 Boni in homine absque Deo
 nihil fieri 244.247
 Bona opera qui fiant. 247

C

Calendarum Inquirij
 observatio superstitio-
 sa. 339-371
 Canes venaticos sacerdotes
 ne habeant 258
 Canonica scriptura 169.191.
 214.657-679
 Canonicorum institutio 554
 Canonem, profas, hymnos,
 præfationes Missæ canticis
 quis adjuverit 288

H h h iij

Index Alphabeticus.

Cantet nemo in Ecclesia pre- ter clericos deputatos 162	Clericorum libertas 395
Cardinalium numerus & qualitas 645	Clericis nuptiis interesse qui- bus sit prohibitum 256
Cardinales Papę afficiant 668	Clericus coram seculari ju- dice ne conveniatur 255
Cardinalibus attributa Pon- tificis eligendi auctoritas 600	Clerici accephali 557
Carthusiani 601	Clerici, & monachi, singuli cubent 337
Carnibus quare clero non abstinendum 433	Clerici ne negotientur 186 241.254.278
Carnem & vinum tanquam malum qui abominabitur, ab Ecclesia reiciendus 20	Clericis sine formatis ne pe- regrentur 166.380
Casus & ova in quadragesi- ma non comedantur 501	Clerici ludicris spectaculis ne intersint 168.242
Catholicus habendus non est qui in Pascha, Pentecoste, & Natali Domini non communicaverit 119	Clericis deferendus honos 367
Catechumenorum promotio ad Episcopatum 579	Clericis gravamina non im- ponenda sine consilio & permisso pontificis 613
Catechumeni quo tempore baptizandi 294	Clericis mulierum consortia interdicta 49
Castitas Episcoporum viola- ta qua poena puniatur 444	Clericus nunquam laicorum vestimenta induat 361
Castitas servanda presbyteris 182	Clericus tabernam non ingre- diatur vescendi gratia 168
Castitatem professam vio- lantes, quo modo tractan- di 25.342.357.	Clericus nec comam nutriat, nec barbam 37
Catholica Ecclesia quę 356	Clericus victum quęrat ho- nesto artificio vel agricul- tura 200
Causę clericorum ubi ter- minandę 382	Clericus in duabus Ecclesiis non constituatur 552
Causam si clericus, contra alium habeat, apud Con- stantinopolitanę regię ci- vitaris sedem examinetur 356.219.274	Clerici cum secularibus non habitent sine Episcopi per- missione 315
Cena Domini qua devotio- ne honoranda 360.512	Cypriani de baptismo here- ticorum sententia 47
Census Paschalis 386	Cibus ut a christianis su- mendus 552
	Cisterciensis Ordo 611
	Christina 44.114.372
	Christi una substantia est, &c

Index Alphabeticus.

persona	309	rum in Hierosalem sub D.
una & adoratio	310	Petro fuit
Christi naturæ duæ, una per-		Concilia bis in anno ab Epif-
sona	382	copis celebrentur
Christi una persona, res sub-		Confessio cui faciendâ
stantiâ	458	454. 512. 618.
Christi incarnatio	ibid	Confirmatio 42. 84 88. 218.
Christi voluntas unica ne an		654
plures	469	Conjugatus ne promoveatur
Christus ut pingendus	508	ad sacerdotium
Christus & ejus discipuli ha-		Conjugatus si vover contin-
bebant aliquid proprium		entiam an possit venire
617		ad secundas nuptias
Criminalia nunquam cleri-		Conjugium contractum in
cus judicet	611	quarta generatione, separe-
Clodovei Regis Franciæ fi-		tur
des	292	Conjugij damnatio, quæ per-
Coelibatus sacerdotum	432	na
Chorepiscopi	58	Conjugia christiana
Coma clericis interdicta	57	Contingentes ne matrimo-
Communicaturus, triduo sal-		nio jungantur
tem uxore abstineat	119	Constantinus secundus Im-
Communandum cuilibet		perator, baptizatus
singulis annis	611	Corpus Domini in quo loco
Cometæ apparitio	553	componatur
Conceptio Mariæ Virginis		Consuetudo observanda quæ
648		contra fidem non est
Constantinopolitani Episco-		Corpus Christi non in ozy-
pi officium	550	mo solum, sed etiam in fer-
Confugientes ad Ecclesiam		mentato confici potest
quomodo protegendî	241	Corpus Christi verum, &
292. 516. 560		sanguis in sacramento al-
Concilium prophanum in		tatis
Nicæa civitate	159	Crapula clericis vitanda
Concilium sine Rom. Ponti-		Creatura omnis corpora
ficiâ autoritate irritum	84	Curia à cruore dicta
Concilia decem ab Arriano		Curiam ne frequentent Ec-
celebrata	677	clesiastici
Concilia Metropolitanorum		Conciliorum statuta & Pont.
annua	346	Rom. decreta custodiri de-
Concilia varia	674	bent
Concilium primum celebra-		354

Index Alphabeticus.

D

- D**emoniaci se simulan-
tes ut castigandi 502
- Decimarum exolutio 367
- Dedicata Deo secularia fieri
non possunt 260
- Defunctorum suffragia 327
- Defunctorum oblationes re-
tinentes, excommunican-
tur 250
- Defunctorum oblationes mi-
nime retinendæ 205
- Dericta omnia ab hominibus
non punienda 567
- Deus unus indivisus in essen-
tia, differens in personis
604
- Dei verbum quomodo incar-
natum 246
- Decimæ fructuum omnium
sacris locis præstandæ 293
- Diaconus ante 25. annum ne
ordinetur 185. 252
- Diaconissæ quæ post ordina-
tionem nubit, quæ pœna
316
- Diaconi non protestantes in
ordinatione, uxores ducant
protestantes minime 57
- Diaconus coram presbytero
ne sedeat 131
- Diaconissa ordinanda 40. an-
nos nata sit, & si nubat post
ordinationem, anathema
sit cum eo cum nupsit 852
- Diaconi votum emittant &
presbyteri 391
- Diaconi septem de quibus in
Actis Apostolorum sunt
quis mensis ministrant, non
qui altaribus 491
- Diebus dominicis, & aliis fe-
stivitatibus verbum Dei
prædicandum 558
- Dimitte nobis debita nostra,
etiam iusti vere dicunt 231
- Dioecesis ut visitetur ab Epis-
copo 434
- Dionysius Arcopagita 476
- Diversitas in religione prohi-
bita 385
- Diligere Dei Donum est 248
- Dominicæ diei observatio
294. 323. 263
- Domus Episcopi qualis esse
debeat 366
- Dominicis diebus, & sabbat-
tis quadragesimæ non je-
iunetur 561
- Docere populum solis Epis-
copis ex officio datum 492
- Doctoris nomen quibus con-
cessum est 295
- Domina ancillæ interfecitrix,
quæ pœna punienda 60
- Donare parentibus non licet
Episcopo ex bonis Eccles. 18
- Dualitas naturarum in Chri-
sto in unitate personæ 309
- Ducens uxorem præter cano-
nicas sanctiones, quæ pœna
plectendus 487
- Duplex verbi nativitas 307

E

- E**X dispensationibus in-
cunte datis orta scan-
dala 520
- Ebrietas mala 552. 561
- Ecclesiæ facultas quadripar-

Index Alphabeticus.

Vienda	104.433	duſ,& ordinandus 30. 98.
Eccleſiæ Romanæ laus	51.	123. 342
61. 92.		Episcopus conſecrandus quæ
Eccleſiam ſuam Episcopus		noſſe debeat 548
an mutare poſſit	33.61	Episcopus de una parochia
Eccleſiarum reſtauratio, ut		in aliam non tranſeat 143.
facienda	299	147. 755
Eccleſiarum ſervi à publicis		Episcopus ut Eccleſiam pro
angariis immunes	359	alia mutare poſſit 43. 348
Eccleſiaſticae res non profa-		Episcopi ordinandi examen
nandæ	36	193
Eccleſiaſtici à ſecularibus ne		Episcopi deſuncti hæres eſt
judicentur	367. 569	Eccleſia ſua 350
Eccleſiarum oranium pri-		Episcopi ſententia timenda,
mam Romanam eſſe	61. 92	etiam iniuſta 42
Eccleſiæ reverentia ad ſe cõ-		Episcopi ſocinneo tactu pol-
fugientes protegere debet		luti conſeſſio 452
à perſequentibus	241. 292	Episcopi quam venerandi 586
Electiõnis juridiçæ triplex		Episcoporum cauſæ à Ro-
forma, per Spiritum ſan-		mano Episcopo iudicandæ
ctum, per ſcrutiniam,		147. 149
& per compromiſſionem		Episcopus in neceſſitate cle-
613		rum alar 21
Electio pontificis conſirma-		Episcopus eligi poteſt à Re-
tur ab Imperatore Pio ſe-		ge 515
cundo	367	Episcopus ſucceſſorem ſibi
Elemoſynæ proſunt deſun-		Eligere non poteſt 296
ctis	594	Episcopus ordinatus perpe-
Episcopi cum iudiciis ido-		tuo uxore abſtineat 490
la deſtruere debent	258	Episcopus ſuam Eccleſiam
Episcopum mulieres proſequi		vicario non committat
non debet	236	gubernandam 63
Episcopus Eccleſiam ſuam		Eremitæ 497
non dimittat	255	Esca nulla communis, aut im-
Episcopalis ſedes, ut conſti-		mundæ, ut quæ à Deo crea-
tuenda	522	ta ſit 38
Episcoparus pretio non com-		Esclerium Dei nemo unquam
parandus	344	in quo corpore vidit 33
Episcopi qui per pecuniam		Evangelium in Miſſa cur
ordinationem facit, quæ		poſt Epiſtolam legant 290
pœna	254. 291. 314. 455	Euchariftia 870. 605. 655
Episcopus à quibus accuſan-		Eunuchû qui ſe ſponte ſec-

Index Alphabeticus.

rit, ne clericus fiat	14	Fidelium conjugis ut utiri debeant	33
Eunuchus si modo alias di- gnus clericus fiat	ibid.	Fides non contrahitur vero	667
Eunuchus laicus qui se face- rit, tribus annis commu- nionem priverit	ibid.	Fidei expositio	306
Excommunicati vitandi	40-99	Fides Romanorum	261
Exempti à quibus comman- tur	672	Fides sine operibus motua est	554
Exequiæ mortuorum	233	Fidei catholice regularibid.	
Exomologesis	559	Fidem per gratiam non natu- raliter nobis inesse	244
Extrema-Unctio	656	Fidelis nemo iungatur nu- ptiis cum infideli, ut ido- latræ, Judæo, hæretico	109. 162. 316
Extremam- Unctionem esse genus sacramenti	219	Fidelium oblationes qualiter distribuendæ	432
Excommunicatus, & hæreti- cus nomen accusare poteft	567	Fideles quinta feria apud ca- techistas fidem recitent	607
Excubiæ funeris sanctorum quando sine observandæ, & quæ in eis fit reverentia	253	Ad fidem Christianam In- dæi non sunt cogendi	396
Exequiæ Episcopi morientis, quomodo celebrandæ	290 438	Figura humana Christus pin- gendus, est non agni	508
Expositio fidei Gregor. Epif- copi Neocæsariensis	306	Filii Dei incarnationis my- sterium declaratur	457
Extra viam non fiet conse- cratio sanguinis Christi	370	Filius solus humanitatem al- sumpsit	400
		Filij non contemnendi, aut negligendi	128
F		Filij presbyterorum	448
F acientes Ecclesiæ ut di- stribuendæ	104	Filiorum peccatores ut pu- niendi	117
Falsi testes	256	Femine in coenæteris ne pervigilent	112
Familiaritas mulierum cleri- co vitanda	335	Femine viduitatem professæ	243
Femine quæ tantum clericis cohabitare permiffæ	335. 350. 464. 525.	Formula pro celebrandis conciliis	384
Festivitarum observatio	556	Forma Concilij Moguntien- sis	555
Festa gentilium ne celebren- tur	503	Formate quid	390
		Fortitudo christiana unde	471

Index Alphabeticus.

Fundatores Ecclesiarum ad inopiam redacti ab eisdem alantur	399	sumus	244
Funeris excuriæ quomodo celebrandæ	253	Gregorij Nysseni authoritas de picturis sacris	531
H			
G			
G alerus reber Cardina- lum	617	H abitus viduæ professæ 451	
Gentilibus desiderantibus manus imponantur	113	Habitus clericorum qualis esse debeat	551
Gentilium festa non cele- branda	503	Hæretici vitandi	43-47
Gentilium libros Episcopus non legat	196	Hæretici examinandi formu- la	638
Gloria Patri, &c. cum dicitur addendum est, Sicut erat, &c.	251	Hæreticorum colluvies	441, 442
non Gloria Patris, sed Gloria & honor Patri, dicendum in fine psalmorum	388	Hæreticorum excommuni- catio & puniitio	607
Gradus ad Episcopum	52	Hæreticorum scripta, ludi- bra puerilia	550
Gratia & liberum arbitrium	243, 247	Hæreticis ingredi domum Dei non concedatur	161
Gratia & virtutes tam parvu- lis quam adultis in bap- tismo infunditur	621	Hæreticorum martyres non adeundi	165
Glorietur nemo ex eo quod habet, sed ex eo quod ac- cepit	246	Hæreticus contumax perpetuo exilio relegandus	267
Gratia Dei non solum pecca- ta dimittit, sed etiam adju- vat ne committantur	231	Hæreticorum scripta vulgo non permittantur	550
Gratia Dei prævenit homi- nem in baptisate	244	Hæreticus omnis anathema est	607
Gratia Dei prævenit & co- mittatur & sequitur	243, 244	Hæreticus omnis potestate seculari puniendus com- mittitur	ibid.
Gratia Dei & natura quid possit	248	Hæretici iudices esse non possunt	567
Gratia Dei sumus id quod		Hæreticos damnantur 7. pon- tifices	479
		Hæres Episcopi defuncti Ecclesia sua	310
		Hieronymus de Praga	638
		Hispaniæ repurgatio ab infi- delibus	401
		Homicidæ voluntarij & con-	

Index Alphabeticus.

Incarnatio verbi Dei	246
Indulgentiarum moderamen	615
Incantatores ab Ecclesia sunt ejiciendi	166
Indigni ad sacerdotium non promovendi	329
Infirmorum cura habenda Episcopo	345
Ingredientes monasteria qua ratate debeant esse	497
Interdicti tempore monachi celebrare possunt	ibid.
Ioannes Oecolampadius	673
Ioannis de Poliaco doctoris Parisiensis errores	619
Ioannis Hus, errores damna ti	631.638
Iudæi	314.332.358.362. 396.397
Iura Ecclesiastica non ven dantur	58
Iuramentum	36.46

I

I acobinotum & Armenio rum unio cum Romana Ecclesia	339
Januarij calendæ non obser vandæ	339
Janna viæ spiritualis baptis mus	654
Iba Episcopus	273.312
Idola ne vocentur sacrae ima gines	547.552
Idololatraturum invitatorum penitentia	56.57
Iejuniorum observatio	337.

595
Iejunia statuta solventis pena
22

Iejunium quadragesimæ quo
modo observandum 23
Iejuniis solum sacrificandum
est 37

Iejunium quatuor temporum
à quo institutum 39.

Ignorantia lingue Latine an
sacramenta impediatur 523.

Imagines turpes & ad lasciviam
provocantes pingens
segregentur 584.

Imagines venerandæ 535.583

Imperatoris esse imperare,
non imperata cujusquam
recipere 391

K

KYrie eleison in omnibus
Ecclesiis canatur 253

L

Laborare clericis pro vi
ctu & vestitu permittitur 20

Laiicus chorum non ingre
diatur 505

Laiici clericis in Ecclesia ne
permisceantur 335

Lavacra non debent esse
communia viris cum mu
lieribus 165.506

Laiicus ne sibi sacramenta
ministret 501

Index Alphabeticus.

Laico publice docere prohibetur	504	tenet	562
Laicus chorum non ingreditur, excepto Cæsare	505	Mensa abbatis, & Episcopi qualis	356. 566.
Lapsi qui de catholica fide in hæresim transeunt quomodo tandem suscipiantur	258	Miraculum de hymno sanctus Deus, sanctus fortis sanctus, &c.	304
Legis novæ septem sacramenta & ad qui ordinata	653	Missæ, & sacrificium, & oblatio est	11
Lectio sacramentalium literarum sacerdotalibus convivii miscenda	356	Missæ de Misericordia Dei	373. 431. 246
Lenatum poena	109	Monachi creati Episcopi ne mutant vestem	591
Leonis Papæ canonizatio	653	Monachi, monachi sint	255
Liberi arbitrij infirmitas	246	Monialium fornicariarum poena	109
Liberti Ecclesiæ	398. 448	Moniales ne à viro quoquam adcantur	361
Libri canonici in Ecclesiâ recepti	26. 196	A quibus regantur	381
Linus Episcopus	29	Monasterium ut instruit debet	556
Lirania	283. 599. 559	Monachi in civitatibus Episcopis debent esse subjecti	55
Lucra turpia ne sectentur clerici	101	Monachus conjugio non copuletur	337.
Luda magistri quid suos doceant	669	Monachi egredientis à monasterio quæ poena	395. 401
M		Monachi ad seculum regressus interdictio	395. 564.
M Ahomæti origo, ingenium & obitus	376	Monasteria ingreditorum ætas	497.
Malus prelatus non amittit potestatem	571	Monasteria futuræ non induantur sumptuosæ vestibus eo die quo ingressuræ sunt monasterium	499
Maleficæ mulieres	60	Montes pietatis	670.
Manichæorum hæresis	50	Monasteria duplicia ne fiant	552
Maria vere mater Dei est	309	Mortui, nec communicandi nec baptizandi	185
Marcus filius Petri in batismo	28	Mortuorum exequiæ	360
S. Marci corpus Venetias translatum	568	Mulierum familiaritas vitanda	
Martyre hæreticorum	195		
Martinus Lutherus	673		
Matrimonium	657		
Matrimonium inter compadres, & commatres non			

Index Alphabeticus.

da clericis	335	mo	436
Mulier sola monasterium non aseat	337	Nihil exigatur pro administratione Eucharistiae	ibid.
Mulieres in Ecclesia Dei taceant	505	Nova civitas novam habeat dignitatem Episcop. vel Metropolitanam	496
Mulieres virilem habitum non deferant	128	Novatus haereticus	43 45
Mulier caput tondere non licere	ibid.	Novitiam suam ut uxorem ducat	345
Mulieres non baptizent	205	Nomen Papae in Missa recitandum	251
Mulier nulla cohabitare cum presbyteris vel diaconis	525	Non licet presbytero cum presbyterea dormire	394
N			
N atura & gratia quid distent	246	Nuptiae in quadragesima non celebrentur	389
Nazareni Episcopi errores	645	Nuptias execrans, anathema	125
Natalitia sanctorum saltationibus turpibus non pollucenda	497	Nuptiarum copula cum haereticis prohibita	162
Nativitas verbi duplex	307	O	
Natura humana quid possit	247	O blationes panis & vini dominicis diebus faciendae a viris, & mulieribus in remissionem peccatorum	45
Naturarum unio in Christo	308	Oblata Ecclesiae nullus auferat	330
Nemo est qui se possit dicere sine peccato esse	232	Oblationes fidelium ut dispensanda	40
Neophyti ne clerici ordinentur	176	Oblationes defunctorum retinentis poena quae	250
Nicaenae synodi fides	103	Odius publicis dissidentes ab Ecclesiasticis conventibus arceri	135
Necesse est Episc. praedicare	458	Oecolampadius haereticus	673
Nemo gloriatur de substantia sua	246	Officiales libelli	391
Nemo per seipsum salutis aeternae mysterium conquirere potest	245	Officii Ecclesiastici diversitas perniciosa	385
Nihil potest homo sine Deo	247	Officium praedicationis Episcopi	
Nihil exigendum pro baptis-			

Index Alphabeticus.

copi est	566.610	Petrus Antiochiæ sedit annos septem	31
Operibus bonis ut debeatur merces	247	Petrus Romæ sedit vigenti quinque annos, menses duos dies tres	ibid.
Orandi atque psallendi unus ordo servetur	385	Petrus post Christum passum mortuus anno trigesimo octavo	ibid.
Oratio Dominica	386	Petrus primatum Ecclesiæ accepit à Christo, aliis Apostolis inter se æqualibus, quibus Episcopi successere	ibid.
Oratio in altari semper ad patrem dirigatur	387	Philosophiæ magistri quid suos doceant	667
Orationes Ecclesiæ ne contemnantur	127	Photij Synodi rejectæ	675
Ordinandus nemo nisi qui novæ psalterium	445.548	Phrenetici interdum absolventi, & communicandi	203
Ordines Ecclesiastici	193	Picturæ Ecclesiasticæ	508.
Ordinis sacramentum	657		511. 530
P			
Patris & Filij æqualitas	31	Penitentia	737
Pauli locus explicatus	33	Pœsis studium quatenus clericis permissum	667
Pauperes suos unaquæque civitas pascat	335	Polychronij hæretici insania	481.
Pauperes omnes ab Episcopo suffragentur	293	Pontifex qualiter sit eligendus	326
Peccatum in Spiritum sanctum	281	Pontifex Deo acquiescere debet, non carni & sanguini	618
Peccati purgatio ut fiat sine Peccato nemo est	24	Pontificis idololatriæ penitentia	53
Permutatio Ecclesiarum	144.	Pontificum facta ab Imperatoribus judicari non debent	574
	147	Pontificis electionem Imperator confirmare non debet	592
Persecutio maxima in Ecclesiâ	158	Pretium quomodo non est accipiendum de sepulturis	250
Persona una est Christus	30		
Pervigilia hypocritica	212		
Petrus & Paulus una die passi	32		
Petri Oxoniensis articuli damnati, ejusdem abjuratio	661.662		

Index Alphabeticus.

Præceptorum manus	669	Punicio hæreticorum secula-	
Prædicare nemo præsumat		ribus potestatibus com-	
injustus	609	mittenda	608
Prædicatores quæ prædicent,		Purgatorium	650
quæ non	439		
Prælationes in Missa	349	Q	
Prælati à subditis reprehendi		Q uæstores eleëmofyna-	
non debent	569	rum modesti sint &	
Prælati non detrahendum	31	discreti	615
Præbyteris uxores vetari	317.	Quadragesimale jejunium	
355		35.328.436.445.	
Præbyteri uxorem ducen-		Quadragesimali tempore nec	
tis aut fornicantis poena	64	lignandum, nec debito-	
Principis si terram suam pur-		tes compellendi 159. à	
gare neglexerit ab hære-		conjugibus abstinendum	
tica pravitate, quæ poena	608	ibid.	
Præces Ecclesiasticæ ut fa-		Quo loco & tempore com-	
ciendæ	187	municandum	389
Præbyter qui sit	31	Quarta generatio nuptias	
Præbyteri filiorum Aaron		non patitur	562
gestant figuram	379	Quatuor temporum obser-	
Principes quid jurare de-		vatio	559
beant	608	S. Quintani Episcopi fides	
Principes seculares synodis		314	
ne intersint	388	Quales amet Deus	247
Processio Spiritus sancti	649	R	
Privilegium Ecclesiæ Con-		R aptorum poena	292
stantinopolitanæ abolefcit		Rebaptizati	288.574
Papa Gelasius	281	Reccardi Regis Hispaniæ	
Professio propria aut paterna		pietas	351
devotio monachum facit	395	Reconcilianda Ecclesia Con-	
Professio castitatis à Diaco-		stantinopolitana cum Ro-	
nis & præbyteris	672	mana	291
Prophetia non prohibenda	672	Religiosum habitum sponse	
psallendi observatio	338	semel susceptum nullus di-	
psalmi non confundendi	163	mittat	401
puellarum monasteria procul		Reliquia sanctorum	530
sint à monachis	255	547.	
		Residentia Episcoporum	153
		171	
		Resurrectionis articulus	458

Index Alphabeticus.

- Rex Galiciæ cum populo suo
excommunicatur 601
- Rex Hispaniarum successo-
rem sibi eligens 513
- Reges olim iidem & sacer-
dotes quidam erant 282
- Regum Hispaniæ iuramen-
tum in auspicio regni 401
- Rogationes quando cele-
brandæ 293
- Romana sedes à nemine ju-
dicatur 569. nisi in casu
hæreseos. 381
- Romaniæ sedis præstantia 30.
31. 61. 348. 569.
- Romana Ecclesia caput om-
nium Eccles. 348. 519
- Roman. Episcopus iudex im-
mediatus post Deum 273
successor Petri, & Christi
vicarius est 651
- Rom. pontificis authoritas
& dignitas 519. 536. 589
- S**acerdos ne solus sacrifi-
cet 38
- Sacerdotis occisor ut pœni-
teat 565
- Sacerdos summus aut sacer-
dorum princeps an quis
dicendus 32. 371
- Sacerdotes cur dicti presby-
teri 30
- Sacerdotes & Episcopi à Deo
instituti 31. pro meritis
plebis dantur ibid.
- Sacerdotes mali tolerandi
45
- Sacerdotum conjugium
490. 522
- Sacerdotium pecunia non
parandum 314. 341
- Sacerdotum & Episcoporum
ordo à Deo constitutus 32
- Sacerdotij origo 31
- Sacramenta Ecclesiæ 653. &
dein.
- Sacramenta novæ legis &
antiqæ 653. 704. & seq.
- Sacrificia ut fiant 30
- Sanctus Deus, Sanctus fort.
Sanctus immor. hymnus
miraculosus. 304
- Sanctus in omnibus Missis
dicatur 251
- Sancti ut filij Dei colantur
530
- Sanctimonialium rapus 342
- Sanguine & suffocato olim
abstinebant Christiani 316
504
- Schisma 20. annorum in
Ecclesia 603
- Scripturæ interpretatio 491.
651.
- Sedes Constantinopolitana
æquatur Romaniæ dum-
modo sit secunda 496
- Sepulchrorum reverentia 370
- Sepulturæ pro mortuis ne
vendantur 594
- Sisenandus Hisp. Rex 34
- Solemnitates majores 253
- Successorem sibi ne consti-
tuet Episcopus 522
- Superstitiones & auguria
372
- Simoniam prohibitio 16
- Symbolum fidei diebus do-
minicis in omnibus Eccl.
recitandum 355
- Symbolum Nicenæ synodi
109
- Synodus sub Carolo ma-

Index Alphabeticus.

gno	524	84	
Synodus testimoniis patrum probat ad fidem pertinentia	471		Vitanda familiaritas mulierum 335
T			
T empla sine reliquiis sanctorum ne consecrentur	471		Viduae Christianae 296
Templarii milites	620		Virgines velandas quot annorum esse oporteat 253
Tiberinus flumen	40		Viduitatis professa violator, aut violatrix qui plectatur 288
Theatrici à communionem separentur	181		Viduarum promissam continentiam non servantium poena 206
Thomas Monetarius haeresiarcha	673		Virgines factatae ut custodiantur 159
Tonsura clericorum qualis	394		Unctio extrema 219
Trinitas in divinis 307.347.456.457 506.605			Unum aliter dicuntur Christiani fideles, aliter personae in divinis 607
Trisagium	506		Voluntas Christi unicane sit, an duae 469 & dein.
Tyrannum temere occidere non licet.	634		Usurarii 101. 618
V			
V alens & Ursacius Episcopi Atriani	158		Uxores relictae poena 516
Valentiniana haeresis	34		Ut passio Christi populis praedicetur 386
Vasa divino servitio factata	394		Uxor subdiaconi, mortuo illo, secundo non audeant se sociare matrimonio 501. 367. 374
Verbi divini duplex nativitas	307		Uxoratus presbyter quomodo aut ear non rejiciendus 10
Verbi Dei unio ad carnem quomodo intelligenda	308		Uxorem ducere in quadagesima aliquis non potest 575
Vestes sacrificiorum quales			Zuinglius haeresiarcha 673

INDEX EORVM QVÆ TAM IN
 Canonibus Nicani Concilij nuper repertis,
 quàm statutis synodalibus Senonensis &
 Parisiensis Ecclesia, huic Operi adjectis
 continentur.

- C**oncilia injussu Romani Pontificis non sunt celebranda 858
 Episcopus à sua sede pulsus non est excommunicandus 850
 Ecclesie Metropoles quæ dicantur ibid.
 In terra nemo judicare debet ibid.
 Servi ad gradus Ecclesiasticos suat promovendi 852
 Laicus ad monachatum evehi non debet ibid.
 Sacerdos cum maleficis versans degradandus est ibidem
 Matrimonium cum patre vel matre spiritali contrahere non licet ibid.
 Viri puellas in baptismo tenere non debent ibid.
 Duas uxores nemini habere licet 853
 Fideles à sacra communione non arcedi ibid.
 Fideles nomina gentilium suis liberis imponere non debent ibid.
 Patriarcha de provinciis sibi subjectis disponere potest 854
 Papa caput est & princeps omnium Patriarcharum ibidem.
 Episcopi plures una in eadem civitate esse non debent 856
 Uxores duas habens una cum secunda excommunicandus ibid.
 Desertus ab uxore, continentiam servare debet ibid.
 Synodi inchoandi & celebrandi ratio 858
 Baptismus cum magna veneratione administrandus 860
 Baptizandi forma ibid.
 Virgines conformate ad quos pertinet ibid.
 Calices mundi servandi sunt 861
 Cena ante Corpus Domini nostri suscepta sunt ibid.
 Confitentis vultum confessor intueri non debet 862.
 Majora maioribus in confessione reservanda ibid.

Index Alphabeticus.

Sacerdos confessionem re- velans quâ pecuâ plecten- dus 863	deservire non licet 872
Missam his in die nemini celebrare permissum 861. 873	Matrimonium clandestinum non licet contrahere 870
Clericis male ornatis altari	Sacerdotes officium advo- cationis, nisi pro pau- peribus, exercere non de- bent 873

INDICIS FINIS.





*APPENDIX CONCILIORVM
quæ in Gallia celebrata fuerunt, & in
hac Summa desunt, omnia summatim
velata ex tribus tomis Conciliorum Gal-
liæ à R. P. Iacobo Symondo Societ. I E S V
Presbytero anno 1629. in lucem editis.*

CONCILIVM INCERTI LOCI.

Hoc Concilium incerti loci fuit & celebratum
in Gallia anno Christi 358. Liberij Papæ 8.
Constantij Imperatoris 21. in quo perfidia
Sirmienfis, hoc est formula fidei per Osum &
Potamilium Firmij conscripta, damnata est.
Hujus Synodi notitiam debemus S. Hilario, qui de Syno-
dis scribens ad Episcopos Galliæ, laudavit illos quod mis-
sam ad se Potamii acq̃: Osi blasphemiam damnarint, quæ
ἐπιουσιος & ἠεροειδης, id est tum ejusdem tum similis sub-
stantiæ vocabula supprimebat. Et infra significat illos eodem
fere tempore hæresim respuisse quo Orientales ut ean-
dem examinarent, Synodum Ancyranam celebrarunt.

Concilium incerti loci.

Hoc concilium incerti loci fuit & celebratum in Gallia
anno Christi 444. Valentiniani Imperatoris 19. beati
Leonis Papæ 3. in quo Chelidonius Episcopus Vefontionen-
sis, tanquam viduæ maritus; & qui capitalibus aliquando
judiciis præfuisset; Episcopatu dejectus est, Huc Concilio
præsidebat Hilarius Arelatensis & inter alios adfuit S. Ger-
manus Antistodorensis, ut innuit Honoratus Massiliensis
scu quis alius author vitæ ejusdem Hilarii. Chelidonius sic
condemnatus Romam petiit, & coram Sanctissimo, se in ju-

sto rigore adstruit condemnatum. Mox S. Hilarius secutus est eum, humiliterque totum negotium S. Leoni exposuit, qui preventus à Chelidonio, exitum iudicij non expectavit, sed cum absolvit, quod adversus eum objecta non satis probata sibi viderentur. Ex quo nata est illa Leonis in Hilarium indignatio, quam ejus ad Episcopos Provinciæ Viennensis Epistola 1. declarat. S. tamen Hilarius in civitatis recessu totum se ad placandum S. Leonis animum inclinata humilitate convertit, misso primitus S. Ravennio tum presbytero, postea proprio successore, deinde S. Nectario, sanctoque Constantio, præcipuis sacerdotibus.

Concilium incerti loci.

Hoc Concilium incerti loci fuit 18. celebratum in Gallia anno Dom. 446. Leonis Magni Papæ 5. Valentiniiani 3. Augusti 21. Aërio 3. & Symmacho consulibus; ex quo S. Germanus Antiodorensis & S. Lupus Trevisinus Episcopi in Britanniam ad profligandam hæresim Pelagianam missi sunt, qui totam insulam ab ea labe repurgant, ut Constantius presbyter in vita S. Germani narrat. l. 1. c. 19.

Concilium Arclatense 3.

Hoc Concilium fuit 19. celebratum in Gallia à Ravennio Episcopo, in causa insulæ Lytiensis, anno Domini 415. B. Leonis 1. Papæ 14. Aviti Imperatoris 1. Convenerunt ergo in hac Synodo Sanctissimi 11. Episcopi, ut providerent de remedio scandali quod in Monasterio insulæ Lytiensis obortum fuerat, inter Faustum ejusdem Monasterij Abbatem & Theodorum Episcopum super regimine & jurisdictione, statuentes ad dissolvendam omnem causam discordiarum ad invicem, ut deinceps nihil sibi vindicaret, quam quod prædecessor suus, bonæ memoriæ Leonius Episcopus vindicaverat. Id est ut clerici atque Altaris ministri, à nullo, nisi ab ipso, aut cui ipse intunxerit ordinentur. Chrisma non nisi ab ipso speretur. Neophyti si fuerint ab eodem confirmentur. Peregrini clerici abique ipsius præcepto in communionem, vel in ministerium non admittantur: Monasterij vero omnis laica multitudo ad curam Abbatis pertineat, neque ex ea sibi Episcopus quicquam vindicet, aut aliquem ex illa clericum, nisi Abbate petente, præsumat.

Concilium Arelatense 4.

Hoc Concilium extat in Summa sub nomine Arelatensis 5. anno Domini 514. circa tempora Ioannis Papæ 1. sed Pater Symondus melius reducit illud ad annum Christi 475. Simplicij Papæ nepotis Imperatoris 1. & Vesogothorum in Gallia Regis temporibus celebratum à Leoncio Arelatensi Episcopo, ad condemnandum prædestinationis errorem, Est 12. in Gallia.

Concilium Lugdunense 1.

Hoc Concilium fuit 23. celebratum in Gallia paulo post prædictam Synodum Arelatensem sub Patente Episcopo, *Vide summam pag. 496.* anno Domini 475. Ioannis Papæ 1. nepotis Imperatoris 3. de quo unicum extat Fausti Reicensis testimonium, in ejus Epistola ad Leontium Episc. ubi significat se post Arelatensis concilij subscriptionem novis erroribus deprehensus, aliqua libris suis adiecisse iussu Synodi Lugdunensis.

Concil. Lugdunense 2. vel 1. majus.

Hoc Concilium fuit 28. celebratum in Gallia circa annum Christi 517. Hormisdæ Papæ 2. Childeberti Regis Francorum 6. contra Stephanum, qui oblitus divinas & humanas leges, cognatæ suæ, ausu nefario, se sociavit, tempore Sigismundi Regis Burgundiorum, & Vincentioli Episc. Lugdunensis. Hujus Synodi sunt 6. canones. 1. De incesti criminæ, & causa Stephani. 2. Ut Episcopo uno in tribulatione posito, cæteri compatiantur. 3. Ut si Rex ab Ecclesia, vel sacerdotum communione ultro se suspenderit, sancti Antistites absque ulla dilatione, se recipiant in Monasteriis, nec ullus egrediatur priusquam cuncti generaliter fratribus fuerit pax commissa vel reddita. 4. Ut nullus alienam parochiam usurpet, aut ejus ordinationem præsumat. 5. Ut nullus in locum viventis Episc. audeat aspirare. 6. Ut observentur hi canones, & Stephanus admittatur ad loca sancta usque ad orationem plebis, quæ post Evangelia legitur, mitius cum co agentes.

Concilium Tullense minus.

Hoc Concil. fuit 39. celebratum in Gallia, anno Christi 510. Vigilij Papæ 11. Childeberti Regis Francorum 39. Theobaldi Regis iussu Kal. Junii in Tullensium urbe pro-

4 *Appendix Conciliarum.*

prece molestias quas Nicetius Episcopus Treuirensis, ab excommunicatis quibusdam patiebatur. Hic enim excommunicaverat ob incestas nuptias Francos aliquos, quod illi cum ægrius ferrent & contumeliosius agerent in Episcopum, indicta est Theobaldi Regis jussu prædicta Synodus.

Concilium Arvernense. 1.

*Vide in
summa ad
annum
Christi
552.*

Hoc Concil. fuit 33. celebratum in Gallia, anno Christi 549. Vigilij Papæ 10. Childeberti Regis Francorum 38. Theobaldo regnante in Austrasia, paulo post 5. Synodum Aurelianensem, in quo & Synodi ejusdem canones 10. iterum approbati promulgatique sunt, nisi quod pro canones 16. Aurelianensi qui de Lugdunensi erat Xenodochio, positus est Canon 17.

Concilium Arelatense 5.

Hoc Concilium fuit 40. celebratum in Gallia anno Christi 554. Pelagij Papæ 1. & Childeberti Regis Francorum 43. sub Zapaudo Episc. die 3. Kalendas Julias. Hujus Synodi sunt 7. Canones. 1. Ut oblatæ ab Episcopis Provincie ad formam Arelatensis Ecclesie offerantur. 2. Ut Monasteria ei subsint Episcopo in eulus territorio sita sunt: Quod Abbati longius à Monasterio sine Episcopi permissione vagari non liceat. 4. Ne presbyter Diaconum vel Subdiaconum deponere præsumat. 5. Ut Monasteria sub cura sint Episcoporum & Abbatibus nihil liceat contra regulam. 6. Ut Clericis sacratates quas ab Episcopo in usum accipiunt, deteriorate non liceat. 7. Ut Episcopus alienum Clericum, sine Episcopi sui Epistola non ordinet.

Concilium Santonense. 2.

Hoc Concil. fuit 49. celebratum in Gallia, anno Christi 479. Pelagij 2. Papæ 2. Chilperici Regis 18. in quo Nannus Comes Engolismensis, ab Heraclio Episcopo excommunicatus in gratiam ab eodem, Synodi rogatu, receptus est: causam excommunicationis narrat Greg. Turonensis, lib. 5. Historiarum cap. 27. Is enim Nannus ut Nagnacharij avunculi sui, quondam Comitis, postea Episcopi Engolismensis veneno extrocti necem ulcisceretur, inter alia atrocita & contumeliosa quæ gesserat etiam presbytero ut confessionem ab eo ediceret, tormentis vitam eripuerat: atque hac de causa ab Heraclio qui Magnachario in Episcopatu, post

Appendix Conciliorum.

5

Protonium unius anni Pontificem successerat, ab Ecclesie foribus fuit prohibitus; qui tamen facti poenitens, & plene se satisfacturum promittens in gratia receptus est.

Concilium Lugdunense 3.

Hoc Concilium attingitur in summa sub nomine 2. Lugdunensis anno Christi 587. & fuit 52. celebratum in Gallia, melius anno Christi 583. Pelagij 2. Papæ 6. Chilperici Regis Francorum 22. Guntranni Regis Burgundiae 22. mense Mayo. Hujus Synodi sunt 6. canones scilicet. 1. Ut Episcopi, presbyteri & Diaconi extraneas foeminas domi non habeant, & qui conjugati ordinantur, ab uxoribus, sequestrentur. 2. De Epistolis captivorum caute examinandis & conscribendis. 3. De Puellis quæ à Monasterio recedunt. 4. De incestis conjunctionibus 5. Ut Episcopi Natale Domini & Pascha extra Ecclesiam suam non celebrent. 6. De leprosis cujusque civitatis & territorij, ut Episcopi eorum curam gerant.

Concilium Arvernense. 5.

Hoc Concil. fuit 55. celebratum in Gallia anno Christi 588. Pelagij 2. Papæ 11. Guntranni Regis 27. Childeberti 13. Clotharij 2. sive Junioris 4. à Sulpitio Metropolitano Bituricensi cum suis Provincialibus, in quorum numero celebrantur Ruthenenfis & Cadurcinus Episcopus, cum reliquis Aquitaniae primæ: Cuius Synodi convocandæ hæc occasio fuit, ut apud Gregorium Turonensem legere est lib. 6. hist. cap. 38. Theodosio Ruthenorum, Epif. defuncto Innocentius Gabalitanorum Comes eligitur ad Episcopatum, opitulante Branechiilde regina, qui confestim Urcinum Episcopum Cadurcinum lacessere cœpit, dicens, quia parochias Ruthenæ Ecclesie sibi debitas retineret; unde tale judicium emanavit, ut Ruthenenfis reciperet parochias, quas nunquam Cadurcina Ecclesia retinuisse recolebatur, quod ita factum est.

Concilium apud Sawiacum Villam.

Hoc Concil. fuit 56. celebratum in Gallia anno Christi 589. sub eodem Papa & Regib. in causa Droctigisili Episcopi Suemonensis, quo iustum est ut ipsi liceret ingredi suam urbem ab ipsa exulanti, propter adventitium ali-

quem demeritæ morbum, ex maleficio, vel nimia potatione, ut refert Gregorius Turonensis lib. 9. hist. c. 37.

Concilium sive Convēntus Episcoporum duplex.

Hoc Concil. duplex eodem anno quo precedens fuit 57. celebratum in Gallia, in quorum altero apud Guntrannum Regem, confirmata excommunicatio paulo ante lata apud Pictavos in Chrothildem, Chariberti quondam regis filiam, & reliquas ipsius socias, propter illum discessum à Monasterio B. Radegundis. Hæc enim Chrothidis, Leuboveræ Abbatissæ suæ, cujus locum affectabat, imperium non ferens, cum Basina consobrina Chiuperici filia & aliis amplius quadraginta puellis Monasterio egressa. Turonos ad Gregorium Episcopum, in se ad Guntrannum Regem in Burgundiam profecta est. multis ubique Abbatissam convitiis falsisque criminibus infectans: post hæc cum sodalibus quas Turonis reliquerat, Pictavos reversa, B. Hilarij basilicam ingreditur, ibique collecta perditorum hominum manu se communit, negans se ad Monasterium, nisi ejecta Leubovera reddituram. Quia etiam cum Gundegisilus Burgundensis Episcopus, cum sociis Episcopis, ad Monasterium illas reducere cupiens, advenisset, sic repente perditæ homines irruerunt, ut Clericis sanguine resperfis, Episcopi vix evaserint. Quo factò perditas moniales excommunicantur & scribentes ad Episcopos Burgundiæ, qui tum rem discutebant, ab illis rescriptum receperunt confirmationis sententiæ. Hoc scriptum extat apud Gregorium Turonensem l. 9. hist. cap. 41.

Concilium in consinia 3. civitatum.

Hoc Concil. fuit 59. celebratum in Gallia anno Christi 590. Gregorij Magni Papæ 1. scilicet Clotarij 2. Regis 6. in consinio termini Arverni, Gabaritani, atque Rutheni, adversus Tetradiam Eulalij comitis Arverni conjugem, quæ cum ab eo inhumanis tractaretur, clam ad Desiderium ducem cum rebus Eulalij, quas auferre poterat se contulit: atque eidem postea uxore ipsius mortua nupsit. Eulalius autem post Desiderij obitum res suas à Tetradia repetit, quæ hujus Synodi sententiæ reddere coacta est ad quadruplum, Vide Greg. Turonensem lib. 9. hist. cap. 8.

Concilium, sive potius conciliabulum Cabilonense.

Hoc Concil. fuit 62. celebratum in Gallia anno Christi 603. Gregorij Magni Papæ 14. Clotarij 1. 19. Theodorici Regis 8. in quo S. Desiderius Episcopus Viennensis, Brunehilde Regina instigante, quod impios ejus mores liberius argueret, ab Episcopatu dejicitur, & prosequentibus Aridio Lugdunensi Episcopo conciliabuli præside cum Brunehilde, subrogatus est loco ejus Domnolus, eorumdemque concilio, Theodoricus anno regni sui 12. S. Episcopum de exilio egressum lapidari præcepit sic Ado in chronico testatur.

Concilium Nanneysense.

Hoc Concil. fuit 68. celebratum in Gallia anno Christi 658. Vitaliani 2. Papæ jussu, & ejusdem Pontificatus 2. Clodovici 2. regis 15. de quo hæc refert Flodoardus l. 11. historiarum c. 7. B. Nicasius Episcopus Remensis cum ex communi consensu totius Concilij præsulum Galliæ, Nannetis Romani Pontificis jussione exhibiti, Rege favente restitisset Ecclesiam Monasterij super ripam Marronæ fluminis in loco nuncupato Villari, dudum siti, sed à barbaris diruti, & ab eo constructa hæc funditus excidisset Ecclesia, in alio loco tutius ab ipso constructa, rursus traditur coruisse, sed postea idem Præsul succidi sylvam jubens in honore SS. Apostolorum, ibi construxit Ecclesiam, & ubi refedisset columbam celo lapsam viderat, altare instituit, collectisque servis Dei Monasterium ordinavit.

Concilium Augustodunense.

Hoc Conc. fuit 69. celebratum in Gallia ann. Christi 670. Adeodati Papæ 11. in Theodorici Regis 4. & S. Leodegatio. Augustodunæ civitatis Episcopo; Hujus Synodi ex antiquissima collectione canonum in Bibliotheca Ecclesiæ Andegavensis producantur canones aliquot, qui omnes ad vitam Monasticam spectant, inscribanturque canones Augustodunenses S. Leodegati Episcopi.

Concilium Rothomagensense.

Hoc Concil. fuit 70. celebratum in Gallia anno Christi 681. Theodorici Regis 16. sede Apostolica post Agathonis Papæ obitum vacante; ubi multa Ecclesiæ utilia constituta

fuisse testatur Aigradus Monachus in vita sancti Ausberti
Episcopi Rothomagensis, qui Synodo presuit, & primus
subscripsit privilegio Fontanellensis Monasterij.

Concilium seu potius conciliabulum in villa Regia.

Hoc Concil. fuit 61. celebratum in Gallia anno Christi
685. Joannis 5. Papæ 1. Theodorici 18. in quo Episcopi
gradu dejecti, & S. Leodegarius Augustodunensis, capitali
sententia post biennii carcerem, in Fiscanensi Cœnobio,
Ebroini factione, & Teodorico Rege impie damnatus est.

Concilium Vermeriense.

Hoc Concil. fuit 72. celebratum in Gallia anno Christi
752. Stephani 2. Papæ 1. Pipini Regis 7. & eodem presente
apud Vermeriam palatium. Hujus Synodi sunt canones 21.
qui omnes versantur circa matrimonium 1. scilicet de con-
jugiis in tertio & quarto gradu 2. De eo qui cum uxoris
sue filia carnale commercium habuit. 3. Quod relictam sa-
cerdotis uxorem ducere non liceat. 4. de feminis sponte
vel invito, vel sine virorum consensu velatis. 5. De eo cui
uxor cum aliis mortem machinata est. 6. De ingenuo qui
ancillam duxit pro ingenna, & de ingenua quæ servo nupsit
pro ingenuo. 7. De servo qui ancillam suam concubinam ha-
buit, & illa relicta Domini ancillam vult ducere.

8. Servus à Domino libertate donatus, si postea cum ejus
ancilla mœchatur, cogi potest ut uxorem illam habeat. 9.
De muliere quæ virum suum in alio pago sequi non
vult. 10. De filio qui cum noverca mœchatus est 11. De eo
qui cum privigna vel cum uxoris sorore mœchatur. 12. De
eo qui cum duab. sororib. dormierit. 13. qui ancillam vo-
lens uxorem duxit, cum ea permaneat. 14. Ut ab Episcopis
vagus presbyteri non ordinentur. 15. Presbyter degradatus
potest in necessitate baptizare 16. Ne clerici arma gerant.
17. De muliere quæ viri impotentiam causatur. 18. De eo
qui cum uxoris sue consobrina mœchatur. 19. De servo &
ancilla, si per venditionem separentur. 20. Ut Chartularius
qui cum ancilla fornicatur, eam libertate donatam uxorem
habere cogatur. 21. Qui uxorem velati permittit, aliam ne
ducatur.

Concilium Metense.

Subsequente anno & sub iisdem pontifice & rege, fuit celebratum hoc Concilium 75, in Gallia; cujus adferuntur canones 8. scilicet 1. De incestis 2. De Ecclesiasticis viris 3. De Presbyteris & Clericis ut eos Archidiaconos convocet ad Synodum. 4. De Teloneis unde exigi non debeant. 5. De moneta. 6. De immunitatibus conservandis. 7. De iustitia facienda. 8. De Ecclesiasticis viris qui se reclamare ad palatium veniunt.

Concilium Compendiense.

Hoc Concil. fuit celebratum in Gallia anno Christi 757. Pauli Papæ 1. Pipini Regis 6. apud Compendium palatium publicum in generali populo conventu; cujus sunt 18 canones, qui omnes versantur circa materiam matrimonij. Primo, quod conjuges in 5. sanguinitatis gradu non separentur, in 3. autem vel ex 3. & 4. mixti separentur. Secundo, quod in 3. affinitatis gradu vel in 3. & 4. conjuncti separentur. Tertio si uxor sine viri sui consensu velata est, repetere illam vir potest si velit. Quarto, privigna libera si à vitrico contra suam & suorum voluntatem viro data est, potest illo relicto alteri nubere. Quinto, de conjugibus quorum alter est servilis conditionis. Sexto de vasallo qui relicta uxore quam in alterius beneficio duxerat, alteri apud seniorem suum coniungitur. Septimo, si uxorem quam virginem duxit, corruptam quis inveniens, alteram ducat, & hac item ob eandem causam relicta tertiam accipiat. Octavo, de eo cuius uxor cū ipsius fratre mæchata est. Nono de eo qui à presbytero non baptizato baptizatus est. Decimo, de patre qui filij sui, sponsam oppressit, & postea filius ipsam accepit. Undecimo, ut quoquomodo mulier veluti sponte acceperit, non dimittat. Duodecimo, de eo qui filiastrum vel filiastram ante Episcopum tenuerit. Decimo tert. si quis conjugem dimiserit & monasterium ingredi aut velari permiserit. Decimo quarto, de illo qui cum matre & filia mæchatus est. Decimo quinto, de eo qui cum una sororum mæchatus alteram in uxorem ducit. Decimo sexto, si conjugum alter sit leprosus, potest alter cum illius consensu aliud inire conjugium. Decimo - septimo, quando uxor negat sibi fuisse commercium cum marito, & maritus è contra fuisse affirmat. Decimo octavo, qui propter inimicitias in aliam regionem di-

missa uxore fugit, aliam non ducat.

Caroli magni regis Capitulare.

Anno Christi 779 Hadriani Papæ 8. editum fuit capitulare Caroli magni Regis, anno regni ejus 11. ubi congregati in unam Synodali concilio Episcopi, Abbates virique illustres, comites, una cum piissimo Carolo magno secundum Dei voluntatem, pro causis opportunis conscribunt. Hujus Capitularis habentur 24. Capitula, maxime de rebus Ecclesiasticis.

Caroli magni regis Capitulare 2.

Hoc Capitulare quod vocatur Aquisgranense, sive editum legationis in Aquisgrani palatio, datum est die 10. Kalendas Aprilis anno Christi 789. inductione 12. Hadriani Papæ 18. Caroli ejusdem Regis 21. Hujus Capitularis 82. habentur capitula, maxime de rebus Ecclesiasticis, habentur etiam in sequentibus 18. Capitula de disciplina Monachorum, & alia 21. partim de Ecclesiasticis, partim de politicis.

Theodolphi Episcopi Aurelianensis Capitulare.

Anno Christi 797. Leonis 3. Papæ 2. Caroli magni Regis 29. Theodolphus Episc. Aurelianensis hoc Capitulare ad Parochiam sive Diocesis suæ sacerdotes edidit, in quo saluberrima, tum presbyterorum propria, tum communia, quibus subditas sibi plebes informare debeant, vitæ Christianæ documenta describuntur. Hujus Capitularis habentur 46. capitula.

Concilium Aquisgranense primum minus.

Hoc Concil. fuit 79. celebratum in Gallia anno Christi 799. Leonis 3. Papæ 4. Caroli magni Regis 34. in quo Felix Urgellitanus hæreticos, in quam relapsus fuerat, scilicet, quod Christus erat tantum filius Dei adoptivus, convictus iterum per Alcuinum, catholicam fidem ex animo posita simulatione professus est. Vide eundem Alcuinum l. 1. adversus Elopantem.

Caroli magni Capitula selecta.

Hæc selecta capitula, quæ diversis temporibus à Carolo magno tum rege, tum Imperatore edita fuerunt, habentur sub anno Christi 800. num. 5. scilicet, 1. De Episcoporum honore

honore ac potestate 2. Ut Episcopi & presbyteri ad bella non pergant. 3. De purgatione sacerdotum. 3. De Coepiscopis. 5. De Ecclesiis & hominibus Ecclesiasticis.

Sub anno sequenti scilicet 801.

Habentur 13. capitularia quæ nihil fere continent quam disciplinam Ecclesiasticam, edita in diversis locis à Carolo magno, tribus & decem primis annis Imperij sui.

Capitulare Episcoporum.

Sub anno 801. habentur capitula 22. quæ electi sacerdotes ex divinarum scripturarum scriptis custodienda atque adimplenda censuerunt, quoad politiam Ecclesiasticam. Item capitula excerpta de can. 23. Item sub anno Christi 809. Leonis 1. Papæ 14. Caroli magni Imperij 9. adfertur ratio quæ habita est de Symbolo fidei, maxime de processione Spiritus sancti in secretatio sancti Petri Apostoli, inter Dominum Leonem sanctissimum & Cœvangelicum Papam Urbis Romæ, & Bernarium Episc. Vvarmatiensem, atque Iesse Episcopum Ambianensem, & Adalardum Abbatem Monasterij Corbijæ, quorum legatio ad Leonem decreta fuerat in Concilio Aquisgranensi proxime celebrato.

Adulardus

Concilium Aquisgranense 1. majus.

Hoc Conc. fuit 87. celebratum in Gallia anno Christi 316. Stephani 4. Papæ 1. Ludovici Pij Imperatoris 3. de quo fit mentio in Summa. Hujus Synodi habentur 145. capita quorum plurima præclare exponuntur à diversis sanctis, sed de novo edita est à P. Syrmondo ejusdem Synodi institutio sanctimonialium, continens 28. capita ex sententiis SS. Patrum.

Hic pag. 405.

Capitulare 1. Ludovici Pij Imperatoris.

Sub eodem tempore post Synodum Aquisgranensem editum fuit capitulare à Ludovico Pio Imperatore continens 29. capita quæ omnia concernunt disciplinam Ecclesiasticam.

Capitulare 2. Ludovici Pij Imperatoris.

Anno Christi 823. Paschalis Papæ 8. ejusdem Imper. 10. editum fuit hoc Capitulare continens 28. capita, concernentia dicentiam sanctæ Dei Ecclesiæ & regni.

Capitulare 3. Ludovici Pij Imperatoris.

Anno Christi 828. Greg. 4. Papæ 2. ejusdem Imper. 15. editum fuit hoc capitulare Aquisgranense continens 30. capita concernentia tum Ecclesiasticam, tum civilem disciplinam.

Concilium Aquisgranense 2. majus.

Hæc Conc. de quo aliquid habetur in summa fuit 95. celebratum in Gallia anno Christi 836. Gregorij Papæ 9. Ludovici Imper. 23. ubi continentur de vita & doctrina inferiorum ordinum c. 16. de persona Regis filiorumque ejus & ministrorum capita 25.

Item ejusdem Synodi ad Pippinum Regem Aquitanix I. 3. in quibus ea quæ per commonitorium regi antea suggerant manifestis sacrx Scripturæ & SS. Patrum auctoritatibus confirmatur. 1. l. continet c. 38. 2. capita 31. 3. c. 17.

Edictum Lotharij Imperatoris de restitutione Ebonis in suam sedem Rhenensem.

Ebonem Archiepisc. Remensem conjurationis in Ludovicum Pium confatæ reum, in Synodo apud Theodonis villam depositum vidimus anno Christi 835. post hanc ille cladem, in Cisalpinis regionibus latuisse fertur, usque ad obitum Ludovici, qui contigit anno 840. quo mortuo, ad Lotharium Vvormariam venit, qui pristinam mox sedem edicto restituit, cui rescripserunt Episc. n. 10. tempore Greg. Papæ 13. actum in Engilenheim palatio publico, in mense Junio 8. Kalend. Julij anno reversionis ejusdem Lotarij 1. successoris Patris in Frauc. Indictione 3.

Capitulare Tolosanum.

Hoc Capitulare fuit editum à Carolo Juniore Calvo Rege anno Christi 843. Greg. 4. Papæ 16. regni ejusdem Regis 4. Rogatu presb. Gothix continens 9. capitula, quæ sunt de modo quem Episcopi observare debent in exactiõibus presbyterorum.

Concilium apud Lauriacum.

Hoc Conc. fuit 96. celebratum in Gallia anno Christi 843. Gregorij 4. Papæ 16. Corali Calvi 4. apud Lauriacum in pago Andegavensi, cujus sunt 4. Capitula 1. De eo qui Ecclesiasticam auctoritatem contemnit, 2. De eo qui contra

regiam dignitatem egisse comprobatur 3. Qui potestati regie non obtemperat. 4. De eo qui adversus hæc capitula prævaricatur.

Concilium Theodonis Villæ.

Hoc Conc. fuit 97. celebratum in Gallia secus Theodonis Villam, in loco qui dicitur Iudicium, quando tres fratres gloriosi principes Hlotarius videlicet, Hloundovicus, & Carolus simul convenerunt anno Christi 844. Sergij 2. Papæ 1. ejusdem Caroli Calvi 5. cui Synodo Drogomentis Episcopus præfedit consensu eorundem Regum & qui ejusdem Synodi capitula 6. de mutua charitate Principum, de Ecclesiastica & monastica disciplina approbarunt, & se servaturos promiserunt.

Concilium Vernense secundum.

Hoc Conc. fuit 98. celebratum in Gallia anno Christi 844. sub eodem Pontifice & Rege, cui præfedit Ebroinus Pictavorum Episc. & Evenilo Senonum Archiepisc. nec non & Hloundovicus S. Dionysij, Abbas, & Hincmarus post Remorum Episcopus, hujus Synodi habentur canones 12. Videlicet 1. Ut cultum Dei Rex omnibus præferat & misericordiam cum judicio conservet. 2. Ut mitrantur à Rege legati qui scelerum parratores & apostolicæ disciplinæ contemptores coercant. 3. Ut religiosi & idonei viri dirigantur, qui monasteria scrutentur, in quibus collapsa est disciplina. 4. Ut Monachi vagi ad sua loca revertantur, & profugi vel ejecti corrigantur. Item de Clericis Ecclesiarum suarum desertoribus. 5. De iis qui sanctimonialibus illicite miscentur. 6. De sponsa ab altero rapta & de pœna raptoris. 7. De sanctimonialibus quæ religionis causâ virilem habitum sumunt, vel crines attondent. 8. Ut Episcopi qui ad bellum non eunt, homines suos alicui ex fidelibus Regis committant. 9. Ut remoram Ecclesiæ pastore dju destitutæ quamprimum præficiatur Episcopus. 10. Ut in Ecclesia Aurelianensi ratam Rex esse permittat Agij Episcopi. 11. De prælatione Drogonis expectandum videri Episcoporum Galliæ Germaniæque convenum & consensum. 12. Ut Ecclesiis restituantur loca & prædia Ecclesiastica quæ laici possident.

Concilium apud Carisiacum 1.

Hoc Concil. fuit 104. Leonis 4. Papæ 2. Caroli Calvi

Regis 9. in quo Gotschalcus monachus de hæresi Prædestinarianorum convictus, iterum damnatus, presbyteri gradu dejectus est, virgisque cæsus, atque in ergastulum detrusus. Hujus Synodi meminit Hincmarus in opere quod fecit adversum eundem Gotschalcum, ibique fuerunt 4. capitula contra Prædestinationes constituta. 1. Quod unum tantum sit prædestinatio Dei. 2. Quod liberum arbitrium per gratiam sanetur. 3. Quod Deus omnes homines velit salvos fieri. 4. Quod Christus pro omnibus sit passus.

Hincmari Capitula.

Sub anno Christi 851. Leonis 4. Papæ 5. Caroli Calvi Regis 12. Hincmarus Archiepiscopus Remensis anno 7. sui Episcopatus hæc dum Capitularia edidit ad presbyteros parochiæ suæ. 1. Continens capitula 17. De officio presbyterorum 2. Continens e. 26. De quibus presbyter debet inquiri & renunciari Episcopo: his duob. capitularibus addidit & aliud anno 12. sui Episcopatus. De officio presbyterorum circa penitentes continens capitula. 3. His addenda sunt & alia duo capitularia ab eodem Hincmato Remis data anno Christi 874. quorum 1. presbyteris datum continet capitula quatuor. 2. Archidiaconibus presbyteris datum continet capitula 13.

Capitulare Caroli Calvi Regis.

Sub anno Christi 853. Leonis Papæ 6. Carolus Rex anno regni ejus 13. apud Sueffionis civitatem in monasterio S. Medardi, in 7. actione Concilij Sueffionensis 2. hæc quæ sequuntur capitula, eidem Synodo proposuit, & consultu eorundem Episcoporum ea per regnum suum innovanda exercenda & conservanda commovit, præcepit, confirmavit. 1. De omnium monasteriorum institutione. 2. De monasteriis in alodem datis. 3. De Capellis & abbatibus in beneficium datis. 4. Ut presbyteri omnes sub dispositione sint Episcoporum. 5. De rebus Ecclesiasticis in alodem datis. 6. De rebus Ecclesiasticis unde nonæ & decimæ solvi debent. 7. Ut malla vel placita in locis sacris & diebus festis non fiant. 8. Ut tempore quadragesimæ, & aliis jejuniorum diebus non fiant. 9. Ut colonos ab Episcopis flagellati, eorum seniores non ferant indigne. 10. Ut ministri reip. Episcopis parochiâ circumventibus sint auxilio. 11. Quod super beneficia Ecclesiastica, & præstarias, regia præcepta non fiant. 12. Ut com-

mutationes rerum Ecclesiasticarum, vel mancipiorum sine consensu regis non fiant.

Concilium Vermeriense secundum.

Hoc Concil. fuit 107. celebratum in Gallia sub eodem anno Christi, Pontificis & regis, apud Vermeriam palatium Hujus Synodi habentur 3. definitiones. In 1. Herimanno Episc. Nivernensi, postquam convaluit, Ecclesie sue dispositio fuit restituta. In 2. Monasterium Lebraha quod iuris erat S. Dionisi, Conrado in precariam dari vetitum fuit. In 3. Capitula quae in Synodo Sueffionensi proposita fuerunt, selecta & suscepta sunt.

Concilium apud Carisiacum secundum.

Hoc Conc. fuit 109. celebratum in Gallia anno Christi 857. Benedicti 3. Papae 3. Caroli Calvi Regis 17. in quo inter cetera Ecclesiae utilitatis & reipub. negotia edita communi consensu Episcoporum aliorumque procerum consultata à Carolo rege constitutio de coercendis rapinis & depopulationibus quae in regno grassabantur. Extat in capitulis ejusdem Regis tit. 20.

Capitulum Herardi Episcopi Turonensis.

Sub anno Christi 858. Nicolai Papae 7. Caroli Regis 18. Herardus Archiepisc. Turonensis Capitula 140. desumpta ex corpore sanctorum canonum nutu divino in sancta ipsius Synodo tenenda memoriter ab omnibus ipsius parochiae sacerdotibus, & clericis tanquam valde necessaria tradidit.

Sub eodem fere anno Episcopi Synodi Carisiacae miserunt Epistolam ad Ludovicum regem Germaniae in Attiviacopalatio consistentem, cum is scilicet ad occupandum fratris sui regnum seditiosorum impulsu venisset. Haec Epistola continet capitula 15. 1. In quo excusant cur ad conventum Remensem venire non potuerint 2. In quo queruntur quod eorum monitis & consiliis haecenus non paruerit. 3. Quod saepius illum ad inveniendam cum fratre concordiam hortati sunt 4. Ut consideret cur in regnum fratris venerit, & utrum talia sustinere velit qualia facit. 5. De iis quae crudeliter & impie qua transierat siebat, ut ea prohibeat & compescat. 6. Ut contra paganos potius arma convertat, & eos qui ab illis fugiunt, vexari à suis non sinat. 7. Ut privilegia & immunitates Ecclesiarum conserveat, rectoresque

illarum non inquietet, nec possessores diripi permittat.

Ut monasteria laicis à Carolo concessa religiosis personis restituat 9. Ut rectores monasteriorum sollicitè provideant ut servi & ancillæ Dei secundum ordinem vivant. 10. Ut hospitalia peregrinorum ad hoc ad quod deputata sunt Episcoporum concilio, à rectoribus suis admittantur. 11. Quod regem ita vitam instituere conveniat ut omnibus sit exemplo. 12. Quomodo domesticos regere, quid Deo, quid subditis reddere & quales palatij ac reip. ministros constituere debeat. 13. Ut eos qui propter has seditiones excommunicati sunt ad Ecclesiæ pacem revocare studeat. 14. Iudices villarum regiarum quales constituendi sunt. 15. Ut Synodus Episcoporum regni expectetur, in qua quid facto ipsis opus sit, deliberent, quanta reverentia regib. Debeat, & quod Episcopi ad sacramenta adigendi non sint.

Concilium Lingonense.

Hoc conc. fuit 111. celebratum in Gallia anno Christi 859. Nicolai Pap. 2. Caroli Regis 19. apud Andemantum Lingonum, à Remigio Lugdunensi, Agilmato Vicunensi Ebone Gratianopolitano, & aliis Episcopis, presente eodem Rege. Hujus Synodi habentur capitula. 16. Quæ quia sunt inserta in actibus primæ Synodi Tullensis sequentis, non repetuntur.

Concilium Tullense secundum.

Hoc conc. fuit 114. celebratum in Gallia ab Episcopis 14. provinciarum, in Tullensis territorij Villa Tuffaco, Caroli Calvi & Lotharij Regum autoritate sub die 11. Kal. Novembres indictione. 9. id est anno Christi 860. Nicolai Pap. 3. Caroli ejusdem Regis 21. Hujus Synodi habeantur canones 5. 1. Adversus sacrarum rerum pervasores. 2. De velatis sacratisque virginibus ac viduis incontinenter viventibus. 3. de Perjuris & falsis testibus. 4. De iis qui rapinas & alia scelera committunt. 5. Ut Clerici & Monachi ad Episcopos & Abbates suos revocentur.

Ibidem extrat ejusdem concilij Epistola Synodalis ad rem Ecclesiasticarum pervasores & ad pauperum prædatores, unde & quando & qualiter acciderit ut res Ecclesiasticæ Domino sint consecratæ & quantum sit periculum pauperes de prædati.

Ibidem habetur & Hinemari Archiepiscopi Remensis

Epistola Synodi ejusdē jussu & auctoritate scripta ad Rodolphum Bituricensem & Froarium Burdigalensem Metropolitanos Aquitanix de nuptiis Stephani & filix Regimundi Comitis, qui prædictus Stephanus volebat tū ea ut conjuge, eo quod, ut fatebatur, cum aliqua eisdem puellæ propinqua, quondam carnali commercio se miscuerit, in qua re tamen nihil sufficienter probatur.

Concilium Sueffionense.

Hoc Conc. fuit 117. celebratum in Gallia, Nicolai Papæ jussu, indiēt. 14. die 15. Kal. Septembris anno Christi 866. Nicolai ejusdem Papæ 8. Caroli Calvi regis 17. pro causa Vvilsadi & sociorum ejus, quos Hinemarus Remensis Archiep. propriis gradibus expulerat, qui de consecratione fuerant Ebonis præceptoris sui, ut constat ex Epistola ejusdem Nicolai Papæ ad Herardam Turonensem & suffraganeos ejus. Multa hic apud P. Symondum congeruntur pertinentia ad idem negotium.

Concilium Cabilonense 3. minus.

Hoc Concil. fuit 122. celebratum in Gallia anno Christi *Hip. pagi* 873. Joannis 8. Papæ 1. Caroli Calvi regis 33. in Ecclesia S. *280.* Laurentij, trans Ararim, ubi quæsitum fuit an ipsa Ecclesia S. Laurentij libera esset ac suis juris, vel potius S. Marcelli Ecclesiæ potestati obnoxia. Vide Petrum à S. Juliano in historia rerum Cabilonenium.

Concilium Silvanectense 2. minus.

Hoc Concil. fuit 123. celebratum in Gallia sequenti anno, in quo Episcopi duarum Provinciarum, Senonensis ac Remensis, Caroli regis jussu congregati, Carlomanum ejus filium ob varias grassationes & perditionem Diaconi gradu dejecerunt, laicæque communioni reddiderunt. Hic apud P. Symondum referuntur plura acta ejusdem negotij.

Concilium Duziacense secundum.

Hoc concil. fuit 124. celebratum in Gallia ad versus incesta conjugia & rerum Ecclesiasticarum perversiones, apud uziacum Villam: idibus Junii, Indiēt. 7. anno Christi 874. Joann. 8. Papæ circiter 3. Caroli regis 35. De hac re

habetur Epist. Synodica eisdem concilij ad Episcopos Aquilaniæ

Concilium Pontigonense.

Hoc Concil. quod tantum indicitur in summa, fuit 125. celebratum in Gallia anno Christi 876. Ioan. 8. Papæ 5. Caroli Calvi Imp. 1. In quo Synodi Ticinensis acta confirmata sunt ab Episcopis Cisalpinis, præsentem eodem Imperatore & legatis sedis Apostolicæ. Hic apud P. Symundum referuntur multa pertinentia ad idem Concil. 1. Synopsis actorum ejusdem Concilij ex Aimoino lib. 5. cap. 32. 33. & c. 2. Synodus Ticinensis in Concilio Pontigonensi confirmata 3. Canones seu capitula 15. Apud Ticinum edita, & apud Pontigonem iterum promulgata. 4. Actorum Concilij Pontigonensis editio altera, ex antiquis codicibus 5. Libellus proclamationis Ecclesiæ Remensis oblatus Synodo adversus Ludovicum regem Bajoariæ. 6. Definitio Concilij Pontigonensis de Adalgaudo presbytero infamato. 7. Consensus Leonis Episcopi missi & Apocrisiarii sedis Apostolicæ, cum post Synodum discessurus esset. 8. Juramentum quod Hincmarus Archiepiscopus edere jussus est apud Pontigonem,

Concilium Tricassinum.

Hoc Concil. fuit 126. celebratum in Gallia, anno Christi 878. Ioan. 8. Papæ 6. Ludovici Balbi Regis 1. ab eodem Pontifice summo & Episcopis Gallicanis apud Tricassinam urbem, præsentem eodem rege. Hic habentur plura pertinentia ad idem Concil. 1. Actorum ejusdem Concilij brevium sive ordo Synodi qualiter celebrata est. 2. Alloquutio Ioannis Papæ, & responsio Episcoporum de Lantberto & Adalberto qui Romæ fuerunt excommunicati. 3. Excommunicatio Papæ & Synodi adversus pervalores rerum Ecclesiasticarum. 4. Iterata excommunicatio in Formosum Episcopum, Greg. nomen elatorem & Georgium magistrum militum. 5. Statutum in eos qui, viventibus uxoribus, alias ducunt, & in Episcopos qui de minore ad majorem Ecclesiam migrant. 6. Canones à Ioanne Papa conditi & in Synodo probati & recepti. 7. Lex de sacrilegis ab Ioanne Papa Gothicis legibus addita in Concil. Tricassino. 8. Privilegia Ecclesiæ Pictavenis. 9. Reclamatio Hincmari Episcopi Laudunensis. 10. Epistola ad Frotarium Episc. Burdigalensem. 11. Confirmatio privilegiorum Ecclesiæ Turonensis. 12. Allo-

tutio Ioan. Papæ ad Episcopos Synodi & ad regem 13. Privilegium Monasterij Floriacensis 14. Gestorum Synodaliū Conc. Tricassini narratio altera ex Aimoino l. 5. c. 37.

Concilium Mantalense.

Hoc Conc. fuit 127. celebratum apud Mantalam territorij Viennensis in Gallia, sequenti anno, in quo ab Arclatenſis regni Episcopis, proceribusque, Clarissimum Principem Bosonem propter instantem necessitatem, & eam quam in eo competerunt expetibilem utilitatem & prudentissimam ac providentissimam sagacitatem communi animo parique voto & uno consensu, Christo præduce, ad regale negotium petierunt, & cum unanimiter in Regem elegerunt, electionique omnes subscripserunt.

Concilium apud Macram, Remensis.

Hoc Conc. fuit 128. celebratum in Gallia apud Martyrium S. Macræ, in loco qui dicitur finibus Remensis Patriarchiæ, ubi diversarum provinciarum Episcopi diversis occupationibus, tam paganorum infestationibus, quam pravorum Christianorum infestationibus diu præpediti, nunc tandem convenerunt, videlicet anno Christi 882. Ioan. 8. Pap. 9. Ludovici & Carlomanni Regum 2. Hujus Synodi habentur 8. capita 1. Quod distincta sint authoritas regia & potestas Pontificum 2. Increpatio corporis & negligentia sacerdotum ex S. Gregorio 3. De honore cultuque Dei & Ecclesiarum 4. De suscipienda cura Monasteriorum. 5. De rapinis compescendis & pace restituenda. 6. Admonitio ad Regem & ministros reip. 7. De præstanda per penitentiam emendatione. 8. Ad Regem ut bonos eligat Consiliarios.

Concilium Nemaufense 2. minus.

Hoc Conc. fuit 129. celebratum in Gallia, in Villa quæ Portus dicitur, sita inter Megulonem & Nemaufum anno Christi 886. Stephani 5. Papæ 3. Caroli Crassi regis 2. adversam Selvam clericum Hispanum, qui cum se Archiepiscopum fecisset, & Jagobertum Urgellitanum Episcopum eiecisset, constituto etiam in Gerundensi Ecclesia pro servo Dei, quem Theodardus ordinarat, quodam Ermemito, quem ordinarunt cum Selva, Frondoinus Barcinonensis & Cormarus Ausonensis Episcopi, ordinatores prædictos ad

se venire iussit beatus Theodardus, quibus detrectantibus synodum suæ Provinciæ, indixit, in qua Selvam & Ermemirum degradarunt, scissis Episcopalibus indumentis, baculis eorum super capita confractis, annulis cum dedecore à digitis avulsis; Frondoino Barcinonensi, venia, quàm humiliter postulabat concessa.

Concilium Cabilonense 4. minus.

Hoc Concilium fuit 130. celebratum in Gallia in Ecclesia sancti Marcelli in suburbio Cabilonensi. 15. Kalendas Jun. anno Christi 887. sub eodem Pontifice & Rege ob tranquillitatem & pacem sanctæ Dei Ecclesiæ statuendam, & Ecclesiastica negotia decernenda. Vide quæ referantur in chronico Monasterij Besuensis.

Concilium Valentinum.

Hoc Conc. fuit 132. celebratum in Gallia, in quo regis nomen, Ludovico Bosonis regis filio ab Arelatensis regni Episcopis proceribusque delatum est, anno Christi 890. Stephani 5. Papæ 5. Odonis regis 3.

Concilium Viennense.

Hoc Concil. fuit 133. celebratum in Gallia ab Episcopis regni Arelatensis præsidentibus Formosi ap. Legatis Viennæ celebratum in Basilica Salvatoris anno Christi 892. Formosi Papæ ejusdem 2. Odonis regis 5. Hujus Synodi habentur Canones 4. 1. Ut seculares qui res Ecclesiasticas detinent, nisi admoniti se correxerint excommunicentur. 2. Ut seculares qui clericum aliquem occiderint, vel dehonestarint, nisi Ecclesiæ satisfaciant, excommunicentur. 3. Ut quia grotantis vel defuncti Episcopi vel presbyteri, eleemosinam fraudat, excommunicetur. 4. Ut seculares Ecclesias, inconsultis Episcopis, non dent, neque census ulios, introitus causa, exigant.

Concilium Remense 1. minus.

Hoc Concil. fuit 134. celebratum in Gallia, ex quo datæ sunt comminatoriæ litteræ ad Balduinum Comitem Flandrensem, rerum Ecclesiasticarum pervasorem, à Falcone Archiepiscopo & Coepiscopis eodem anno Christi, pontificis & regis. In summa in concilio Remensi sub eodem anno nulla fit mentio prædictæ causæ, sed alterius diversæ,

Appendix Conciliorum.

29

unctionis scilicet in regem Francorum Caroli simplicis, tanquam legitimi successoris, utpote qui erat filius Ludovici Balbi, rejecto à Fulcone Remensi Episc. Odone comite qui tyrannice regnum invaserat.

Concilium Magalonense.

Hoc Concilium fuit 135. celebratum in Gallia anno Christi 894. Formosi Pap. 4. Caroli simplicis regis 2. Indict. 12. nonis Maij in regno Septimania, territorio Magalonēsi, loco Iuniarias vocato, ubi diversarum provinciarum Septimaniae, Spaviz atque Provinciae convenerunt Episcopi, qua de causa, non habetur.

Concilium Troslejanum.

Hoc Concil. fuit 136. celebratum in Gallia apud Troslejum in pago Suessonico, ab Heriveo Remensi Archiepiscopo, ejusque suffraganeis die 9. Kalendas Julias anno Christi 909. Sergij 3. Pap. 2. Caroli simplicis 17. pro necessitate, utilitate ac disciplina Ecclesiastica, de quibus habentur Synodi hujus capita 15. cum subscriptionibus Episcoporum.

Hic sit mentio testamenti Guillelmi Comitis Arvernorum & Ducis Aquitaniae, quo prima Cluniacensis Monasterij, fundatio statuitur, anno Christi 610. Caroli simplici regis post obitum Odonis anno 13.

Concilium Cabilonense 5. minus.

Hoc Concil. fuit 137. celebratum in Gallia anno Christi 915. Ioan. 10. Papae 5. Caroli simplicis Regis 23. in Ecclesia sancti Marcelli martyris in suburbio. In hac Synodo, ut rerum Burgundicarum scriptores narrant, Reculfus Comes Matifconensis, cum res Ecclesiae illius persuasisset, intentatae ut pareret, excommunicationis metu ablata restituere coactus est.

Concilium Troslejanum 1. minus.

Hoc Conc. fuit 138. celebratum in Gallia, apud Troslejum in quo Erlebaldus Comes excommunicatus post mortem est absolutus anno Christi 921. Ioan. 10. Pap. 9. Caroli Regis 29. Ille enim Erlebaldus ut refert Flodoardus l. 5. historiae c. 36. Comes Castricensis pagi ab Heriveo praesule excommunicatus est, propter Remensis Episc. terram, quam per-

vaserat, ibique munitionem quandam super Mosam construxerat, indeque frequentia Ecclesiastica familia mala ingerebat, sed tandem ab illa munitione expulsus & ad regem confugere coactus, ab hostibus ipsius regis irruentibus occisus est; sed post mortem interveniente rege & obnixè flagitante, in prædicta Synodo absolutus est.

Concilium Remense 2. majus.

Hoc Concil. fuit 139. celebratum in Gallia incerto tamen loco, anno Christi 923. Ioan. 10. Pap. 11. Caroli simplicis 31. in quo gravis pœnitentia indicta est iis qui bello Sæssionico inter Robertum, & Carolum reges interfuerant.

Concilium apud Carilocum.

Hoc Conc. fuit 141. celebratum in Gallia anno Christi 926. Ioan. 10. Pap. 14. Caroli simplicis 34. de quo ex tabulis Carilocensis Monasterij hæc habentur: Antericus Lugdunensis Archiepiscopus, Geraldus Malensis, Odolardus Maurianensis ad Carilocum Monasterium cōvenerunt, ibique vigilanti cura Synodali consuetudine tractaverunt qualiter Ecclesiis desolatis subvenirent, & Ecclesias diversis locis ablatas prædicto Monasterio restituerent.

Concilium Troslejanum 3. minus.

Hoc conc. fuit 142. celebratum in Gallia sequestri anno Christi & pontificis ab Episcopis 6. Rodulphi regis 1. eodem rege contradicente, sed jussione Heriberti comitis, ubi Helvinus comes ad pœnitentiam venit, pro uxore quam duxerat, alia vivente.

Concilium apud Castellum Theodorici.

Hoc Concil. fuit 143. celebratum in Gallia congregatis nonnullis Franciæ vel Burgundiæ præsulibus, cui præcederunt Dominus Arraldus Antistes Remorum, & Dominus Teutojo Taron. Episc. tunc quodque Dominus Arraldus Hildegarium ordinavit Episcopum urbis Belvacensis: & hoc dum Rodolphus Rex munitionem Heriberti, quæ dicitur Castellum Theodorici occuparat an. Christi 933. Ioan. 11. Pap. 3. ejusdem Rodulphi Regis 10.

Concilium Trenorchiannum.

Hoc Concil. fuit 145. celebratum in Gallia anno Christi

944. Martini 3. Papæ 2. Ludovici 4. Regis 8. Gisaberti Ducis evocatione in ejus loci Monasterio, ubi congregati Episcopi multi Abbates & clerici, decreverunt ut sacræ reliquiæ Monasterij, quæ octo inter monachos dissidio, quibus prædictus Gisalbertus ineptum Abbatem imponere nitetur ad S. Portianum apud Arvernos exportatæ fuerant, ante triennium, missa legatione, reposcerentur & in pristinis sedibus collocarentur.

Concilium apud S. Theodoricum.

Hoc Concil. fuit 153. celebratum in Gallia 5. Episcoporum in territorio Remensi, Artaldo Archiepiscopo præsidente, ad quod vocatus Reginaldus Comes, ob res Ecclesiasticas ab eo ablatas venire noluit, sed deprecatus est Regem ut ad Synodum mitteret ne excommunicaretur. Anno Christi 953. Agapiti 2. Papæ 7. & Ludovici 4. Regis 17.

Concilium Remense.

Hoc conc. fuit 155. celebratum in Gallia, in quo Theobaldus Episcopus Ambianensis Ecclesiæ usurpator, præsidente Stephano Diacono, Benedicti 7. Papæ Legato, anno Christi 975. ejusdem Pontificis 1. Lotharij Regis 21.

Concilium apud Montem S. Mariae.

Hoc conc. fuit 156. celebratum in Gallia, in quo à com-provincialibus Episcopis confirmatum est decretum Adalberonis Archiepis. Remensis quia Monachos in Mosomensi Canobio pro canonicis collocarat, anno Christi 983. Joann. 15. Papæ 3. Lotharij Regis 29.

Isaaci Episcopi Lingonensis, Canones.

In fine Appendicis habentur Isaaci Episcopi Lingonensis Canones quorum sunt Tituli 7. Id est de penitentibus continens c. 39. 2. De homicidiis continens c. 14. 3. De adulteris habens c. 9. 4. De incestis habens c. 15. 5. De raptorib. habens c. 8. 6. De rapacibus habens c. 9. 7. De sacrilegis habens c. 10. 8. De juramentis habens c. 2. 9. De excommunicatis, habens c. 10. 10. De stabilitate sacerdotum in propriis titulis, habens c. 2. In undecimo habentur alia capitula 35. Ecclesiasticæ disciplinæ & utilitati congrua.

P E R M I S S I O N.

Sur la requiſition de CLAUDE LANGLOYS, à ce qu'il luy ſoit permis d'imprimer le Livre intitulé *SYMMA CONCILLIORVM*, Imprimé à Paris en 1668. par George Joſſe, & que les défences Ordinaires luy ſoient accordées pour 5. années.

Veü les approbations jointes à ladite imprefſion, Je conſens pour le Roy que ledit Livre ſoit imprimé par ledit LANGLOYS, avec les défences en tels cas requiſes, pour cinq années, à Lyon ce douzième Octobre, 1674.

VAGINAY.

C O N S E N T E M E N T.

Soit fait ſuivant les concluſions du Procureur du Roy, les an & jour cy-deſſus.

DE SEVE.

anno 1674 - 3^{to} - Nulla Sottorum Episcoporum
utrumq. testame^m Sottia lingua restit.

1815



P. S. Sarcia



uci

